


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
2 E
5

In Euangelium ſecundum Matthaeum, Marcum, et Lucam commentarii ex ecclesiasticis scriptoribus collecti,

Nouæ Gloſſæ ordinariæ ſpecimen, donec meliora Dominus.









Oliua Roberti Stephani.
M. D. LIII.

ROBERTVS STEPHANVS LECTORIBVS qui in integritate Christum amant, S. D.



IAm sunt octo & decem anni,& eo amplius,ex quo Lutetiæ, vbi rationes meas habebã constitutas, considerabam mecum eas expositiones quæ sunt eo in libro qui vulgo Glossa ordinaria nominatur, atque à Theologis permagni æstimatur. Rogatúsque vt eum librũ imprimerem, quæsiui diligenter omnes rationes quibus eum meliorem facerẽ, cum tollendo ea quæ mendosa erant, collatione eorum locorũ ex quibus vnaquæq; glossa sumpta erat:tum etiam reponendo ac restituendo optima quædã fragmenta,quæ ab authoribus antiquis accepta quoq; fuerant,quemadmodũ etiã instituerat is qui illud expositionũ genus ex diuersis sumptũ authoribus excogitauit. Itaq; summã adhibui diligentiam vt quærerẽ inter ipsos Theologos,atque eorũ religiosos,tã eos,qui vt mendici sunt,ita etiã appellantur, quàm illos qui vberes opimósq; prouẽtus habẽt, si esset aliquis qui maiore abundãs otio me in huiusmodi instituta & suscepta re,sua opera industriãque iuuare vellet aut posset. Qua quidẽ in re quũ plurimũ tẽporis consum psissem,tamẽ omni vsus in quærendo diligẽtia,neminem vnquã reperi qui mihi aliquid opis afferre vellet,etiã inter eos qui se clauẽ sciẽtiæ in Scripturis sanctis habere profitentur. Omnes quidẽ laudabant meũ consilium atq; studiũ, opúsque præclarum ac sanctum esse dicebant: verùm se neq; temporis satis habere,& nimiũ occupatos esse significabant:vere quidem ad potandũ, etiam ad ebrietatẽ, ventrẽmque explẽdum: quo in genere tota eorum vita occupata est. Id ego quũ viderem, ac mecũ etiam considerarem eorum ingenium, atque spiritum mendacem, quo mihi plus obfuissent, quàm profuissent,non despondi propterea animum, neque eius rei consilium deposui: imò verò dispexi vnde principium eius tam magni operis mihi ducendum esset. Itaque initiũ non incõmodum nobis visum fuit, si veterem nostrã translationem diligenter emendatẽq; impressam haberemus,ad quam aliquãdo adiungi posset noua ex Hebræo verè reddita. Ex eo igitur tẽpore eam antiquã translationẽ magna cũ diligentia primùm impressi:dein cũ versione noua paruo volumine, cũ huiusmodi annotationibus, quæ vberiorẽ Scripturæ lectionẽ docerent ex Hebræorum cõmentariis,& doctiss. in lingua Hebraica viri Francisci Vatabli eius linguæ Regii, professoris prælectionibus:cúmq; sensum ad intelligentiã proponerẽt,qui dari quidẽ poterat eo tempore quo densissimæ ignorantiæ tenebræ omnia occuparant,sicut hodie adhuc occupãt. Tantum autem abest,vt isti Theologi hoc initium operis,studiũ,officiũmque meum gratũ habuerint,vt contra vehemẽter offensi,vociferatique fuerint, neque per eos steterit quominus ego combustus vstulatúsque fuerim,quum viderent hoc quidem principiũ eò spectare, vt omnes ipsorũ falsæ atq; impiæ interpretationes detegerentur. Nã ita quidẽ maximis querebãtur clamoribus,quasi ego has proponẽs annotationes, ipsorum sententiã opinionémq; receptã cõdẽnarem.

Sed quũ Dominus me cruentis eorũ manibus liberasset, atq; aliquãto mitiores mihi reddidisset, eis promisi me cõsilium nouæ ordinariæ Glossæ, de qua ipsis loquutus fuerã, persequuturũ, modo me in ea re iuuare vellẽt. id quod mihi se facturos promiserũt. Verùm quũ animaduerterẽ, ac cognoscerẽ eos sanguini Iesu Christi plane inimicos esse ac infestos, sine cuius vera perfectáq; cognitione ad intelligentiã Scripturarũ nemo peruenire potest, ab iis discedere cõstitui, nihil õnino mihi negotii ac cõmercii esse cũ huiusmodi acerrimis Iesu Saluatoris mei hostibus cupiẽs: atq; ad eos mõtes me recepi in quorũ quidẽ vertice immanes bestiæ ac feræ sua lustra habent: sed intra quos mõtes plus reperi humanitatis, simplicitatis ac pietatis, quàm inter illos Theologos: maiorẽ verò agnitionẽ ac gratitudinẽ erga suũ creatorẽ, quàm inter eos, qui sub habitu ouiũ simpliciũ malitiose homines abducũt à vero timore Dei, creaturásq; impediũt quominus ad suũ creatorẽ per Iesum Christũ accedãt. Nã hic inter bestias homines offendi qui bonitatẽ Dei, & amabilẽ, & memorabilẽ annunciẽt, omnẽmq; eius tũ gratiã tũ misericordiã prædicẽt, pro Christo legatione fungẽtes atq; eius nomine, quẽ quidẽ fratribus suis ita proponũt & quasi depictũ ante oculos cõstituũt, vt imago ac facies filii Dei mihi antea ignota, tum tã insigniter expressa, & noua quædã Euãgelii forma, doctrináq; me in summã admirationem, stuporémq; adduxerit. Putabã enim in cognitione Iesu Christi eos progressus antea me fecisse, ac iã habere, vt istos ipsos posse docere arbitrarer. Sed lõge aliter, & cõtrà quàm putabã, accidit: nã mihi primũ dediscẽda plane fuit falsa prauáq; doctrina, in qua à falsis illis prophetis atq; impiis magistris educatus fuerã, vt addiscerẽ prima mea rudimẽta in Christiana religione: in qua quid fides, quid sacramenta, Baptismus & sacra Cœna essent, ignorabã. Vos potestis existimare quã aut qualẽ Glossam edidissemus, si eo tẽpore Dominus permisisset vt vsus cõsilio inimicorũ veritatis, aliquid ea in re instituissem. Quare quũ ita me lõge remouissem, ab huiusmodi cãpestrium locorũ lupis, qui retrò afflatu suo animos omniũ hominũ inficiunt: viderémq; intra hos mõtes eã Christianæ pietatis, religionísq; institutionẽ quæ in verbo Dei atq; eius sacramẽtis continetur, cõtuli Scripturas, vt cognoscerẽ an cũ iis ea doctrina quã audiebã, consentiret. Nã sicut animus noster est malignus ac peruersus, arbitrabar me aliquã discrepantiam reperturũ, atq; aliquid huiusmodi quod desyderari posset: sed bone Deus, eã cõgruentiã, cõsensum, cõcordiámq; reperi, qua nulla maior esse potest. Et certe quæ discrepãtia ibi posset esse, vbi vnus solus docetur Deus creator & cõseruator, solúsq; itẽ saluator Iesus Christus Dei filius, qui iuxta promissiones pro electis pretiũ redẽptionis se exhibuit, planéq; satisfecit: suũ eis sanctũ elargiẽs Spiritũ, qui veterem hominẽ cum ipsius desyderiis aboleat, nouũ verò conformet ad eam vitæ puritatẽ, in qua ad vitã æternã peruenire possint? Quũ igitur dedidicissem pristina illa mẽdacia, atq; Iesum Christũ qui est ipsa veritas, didicissem, etiã atq; etiã mecũ cogitãs quo officii studiíq; genere ad eã

gloriam & laudē quā pro summis suis in nos beneficiis à nobis requirit,posſem sanctū eius nomē celebrare,eiq; gratias agere:existimaui me nihil melius nec officio meo cōuenietius facturū esse, quàm si ea imprimerē ex quibus eius singularis bonitas misericordiáq; cognosci posset. Ea autē rā necessaria salutarísq; cognitio Dei optimi ac benignissimi nulla esse potest nisi in Scripturis sanctis,earúmq; purissima & verissima intelligētia,quæ fidelissimis interpretū expositionibus maxime cōparatur. nā in iis quidē Deus se ad cōsolationem ac salutē nostram clarissime patefacit atq; ostēdit. Itaque quū neque officiū meum erga Deū,neq; pristinum illud consiliū obliuioni tradidissem,imò verò sentiēs id in me plane augeri ac cōfirmari,inchoaui, & quasi primùm informaui hanc nouā Glossam ordinariā: sumens interpretationes cum à veteribus Ecclesiasticis doctoribus, tum verò etiā ab iis qui hac nostra ætate pure & integre,sine vlla corruptione Iesum Christum quotidie prædicāt. Qua quidē in re non oportet vt contra hanc pietatis doctrinā lupi illi rapaces vlulent, aut vt rabiosi canes allatrent. Clament autē, vociferērur,reclament quantū velint, Dominus illis inuitis se in dies magis ac magis patefaciet,atq; inimicos suos Filii sui pedibus subiiciet. Equidē scio Theologos,in primis Parisienses, ac Louaniēses,atq; eos omnes qui ab iis sempiternis Iesu Christi inimicis sunt instituti, hos cōmentarios dānaturos:qui quidē facile condemnāt omnes eos libros in quibus aliqua Iesu Christi mētio facta est,in primísque eos authores, ac interpretes qui spiritu eius illuminati, ac gubernati, ad maiorem & illius gloriā & vitæ Christianæ puritatem,interpretationes suas referunt. Sed ego huiusmodi homines tam contumaces,rebelléſque remitto ad Deum ac Patrem nostrū Filiúmq; eius Iesum Christū,ad cuius tribunal aliquādo ac breui ita vocabūtur,eiúsque faciē intuebūtur,vt quē nunc Regē,Pastorē,Doctorémq; maxima cum indignatione,superbiáq; reiiciūt, eius tum iudicis,ac vindicis maiestatem seueritatémq; ferre nō possint. Atq; huiusmodi quidē doctores pro Christi Saluatoris pura doctrina,facile libētérq; accipiēt doctrinā scelerati, impiíq; illius hominis,ac plane athei F.Rablesii, eiúsq; libros qui nō minus impie, quàm insulse,Gargātuæ ac Pātagruelis nomine sunt inscripti, exceptis dūtaxat iis locis,in quibus istos venerabiles cōtumeliose carpit. Nā quantū ad illas quidē nō scurriles solùm, verumetiā execrabiles dicacitates ac irrisiones attinet, in quibus Deū & Iesum Christū eius filium, eiúsq; Scripturam contumeliosissime,indignissiméq; lædit,ita de huiusmodi dictis,iocísque impiis iudicāt,vt in iis nihil mali atque offensionis reperiāt,ea etiā ad delectationē animi voluptatémq; & legāt libenter, & audiāt. Hoc autē ita esse, ex eo facile potest intelligi, quòd nullā vnquam operā dederunt,nec vllam curam adhibuerūt vt postremus liber,in quo ille maledicus ac blasphemus conuitiator cæteros illos libros impios & blasphemos pro suis agnoscit,cū authore cremaretur. Quòd si is de Christo Iesu pure & pie, & grauirer,vt ipsius maiestate dignū est,loquutus esset,nō hanc impunitatē licentiámque

obtineret, ſed iampridẽ ipſe cum ſuis libris crematus vſtulatúſque fuiſſet. Hæc eſt præclara religio venerabiliũ Theologorũ & conuentualiũ monachorum, quorũ alteri immanem luporũ voracitatem, alteri canũ rabiem ita imitantur, vt etiã eorum immanitatem ſuperent. Neque verò vnquam hæc principia Gloſſæ ordinariæ ab illis approbata acceptáque fuiſſent, ſed ſtatim ſine vlla æquitate condẽnata, nõ ob aliud, niſi quòd rectè ac vere docẽt Ieſum Chriſtũ angularẽ lapidem, qui in hoc Eccleſiæ ædificio reficiẽdo ac reſtituendo, ita ſummũ principémque anguli locũ, ex quo ab his impiis architectis deiectus erat, iterũ recuperauit atque occupauit, vt in ipſorũ caput ſit caſurus, eóſque omnino oppreſſurus, quanuis omnia moliãtur & agãt, vt omnes homines tã ſummos quàm infimos ſeducãt. Sed quæ eſt eorũ arrogantia, vt exiſtimẽt ſe in hac impia ſceleratáq; conſpiratione aduerſus Dominũ ſuſcepta & conflata, plus effecturos quàm vnquã fecerunt ipſorũ patres, ac magiſtri Scribæ, Phariſæi, Sadducæi, Herodiani, principes Sacerdotum, quibus inuitis, Ieſus Chriſtus ab illis crudeliſſime necatus regnat, & regnabit in perpetuũ? Nec verò nobis mirum videri debet, ſi in hoc vnũ omnibus conatibus ac viribus incumbãt, ne vlla mentio fiat huius doctrinæ, quam nouã appellãt, quũ ea omni antiquitatis memoria, omníque ætate fuerit. Noua quidẽ illis videtur, quemadmodũ & nobis viſa eſt, propterea quòd diu hominibus ignorata, atque in maximis tenebris planè ſepulta, nunc ſingulari Dei benignitate excitata, & quodãmodo renouata, in hanc clariſſimã lucem atque hominũ cognitionẽ prodierit: vt in hac pulchritudine reſtituta, alia quàm in illa priſtina deformitate, meritò eſſe videatur. Nã hæc quidẽ doctrina nihil aliud docet quàm pœnitentiam, & fidem in Chriſtum Ieſum, & mortificationem carnis, abnegationémque omnium rerũ quæ in hac carne mundóque Deo diſplicẽt: denique vitã æternã per eundem Chriſtũ, quam iam in hoc mũdo fide atque ſpe apprehẽdimus, expectãtes beatam illã reſurrectionẽ in qua corporis noſtri redẽptionẽ, gloriámque perfectã conſequemur. Hæc inquã doctrina eis noua atque inuſitata, neq; tamẽ inaudita, nullo modo placere poteſt, ſed omnia potius cætera quæ cũ ea maxime pugnare videãtur. Itaque illorũ cauſa nos hũc laborẽ nõ ſuſcepimus, vt hos cõmentarios colligeremus, ſed eorũ potius qui in vera fide cõiunctáq; cũ charitate, Chriſtũ Ieſum deſyderãt, ad eúmque, vt vnũ noſtræ ſalutis authorẽ, toto animo atque ſtudio aſpirant: quẽ ego etiã atque etiã maximopere precor vt breui iſtos lupos execrãdos, omnéſq; impios ac blaſphemos Rableſiaſtas, ſatanæ doctores, breui ex grege ſuo profliget, atque exterminet: id quod certe facturus eſt tum denique quũ tempus abominationũ errorúmque, quos iſti in mundum introducunt, expletum fuerit. Nunc quidem certiſſimo ac iuſtiſſimo iudicio eos in medio populi ſui regnare ſinit. etenim quum homines nolint recipere doctrinam veritatis, oportet vt credant ſpiritibus erroris fallacibus, qui ſub prætextu nominéque Ieſu Chriſti, alium quàm eum Saluatorem docent, eúm-

que irridẽt qui ipsos creauit,cuius etiá virtute in hac vita cõtinentur. Ne autem istorum impostorum fallacia, in ipsorum falsa atque impia doctrina constituta,à populo imperito, ac plané excæcato cognoscatur,extorquent à principibus edicta,quibus acerrime vetãt,nequis Scripturas sanctas legat, præsertim sermone Gallico: illam quidem blasphemiam in ore suo impuro vsitatam perpetuò habentes, qua doctrinam Euangelii quoddã animarum venenũ esse dicũt:quæ ipsis quidem doctrina est ad mortem, fidelibus verò Christum Dominum agnoscẽtibus, ad salutem atque vitã. Ita omni ratione ac fraude prouident, & agũt ne populus falsam ipsorum doctrinã animaduertat, atque intelligat: quæ quidẽ nulla ratione alia detegi ac perspici potest,quàm lectione Scripturæ sanctæ,in qua salus & vita æterna nobis est promissa & confirmata per Iesum Christum. Is autem semper omnes suos fideles ad eandem Scripturam mittit, vt ex ea vna suam salutem intelligant atque cognoscant. Sed vt ad propositũ meũm redeam. fortasse videbitur alienum, quòd quũ tam magnum Glossæ ordinariæ opus instituerimus,ab his tribus Euangelistis simus exorsi,qui ex se plerisque videntur ad intelligendũ non ita difficiles, nec male intellecti, etiam si nulla in iis tractatio explicatióque adhibeatur,si tantummodo Iesus Christus in iis quæratur,atque is fructus,quẽ ille sua morte,resurrectione,& ad dexterã Patris ascẽsu nobis affert. Sed lectores ex ipsa lectione facile intelligent,quãta eo in opere difficultas fuerit, & quis ac quãtus fructus sit expectãdus,quum omnia & diligenter & fideliter perlegerint. Nos igitur hos tres Euãgelistas ita illustratos impressósque à nobis,ad quoddam experimentum in manus hominũ posuimus, vt quũ vniuersæ Ecclesiæ propositi fuerint, vnusquisque existimare ac iudicare possit, aliquídne vtilitatis, an nihil plane ea res sit allatura: vt postea nos admoniti, experiẽtiáque edocti, aliquid suscipiamus quod plus profuturum videatur. Præterea quũ iam antè in Vetus testamentum annotationes edidissemus, quæ Ordinariæ glossæ erãt huiusmodi principium quod in tempore absolui ac perfici posset: cupiebamus aliquid simile, aut etiam perfectius in Nouum testamẽtum edere. Quo in genere non est quærenda illa Interlinealis glossa,quæ quidẽ multos fefellit ignaros homines, qui nesciebant quemadmodũ ea confecta esset, nec nũc quidem scire cupiunt. Neque verò in eo occupati fuimus vt authores atque interpretes, ex quibus hæ expositiones floruerunt, singulos nominatim citaremus,ne varia nomenclatura ipsum lectorem perturbaret: quum præsertim authoritas Verbi non consistat in nominibus eorum, per quos Dominus loquutus est, sed tantummodo in sana & vera interpretatione, atque explicatione quæ à solo Dei Spiritu est profecta. Neque etiã eum suscepimus laborẽ vt omnium aut multorũ opiniones colligeremus, eásq; in hos cõmẽtarios cõferremus: sed solùm eas expositiones sequuti sumus quæ & rectà ducũt ad Christũ,ad quẽ omnia sunt dirigẽda, & tota cũ Scriptura

planè ccnſentiunt. Quum autem idem facere in Iohannem Euangeliſtam inſtituiſſem, eo ipſo tempore delatus eſt ad me, atque oblatus ad imprimēdum commentarius in eum Euangeliſtam ſcriptus à Iohāne Caluino veriſſimo ac fideliſſimo Dei, eiúſque Filii Ieſu Chriſti miniſtro. fideliſſimo, inquam, & diligentiſſimo, & ſtudioſiſſimo, in eo quidem, vt ipſius Dominus in ſua Eccleſia agnoſcatur & ſentiatur Saluator, & proinde omni honore afficiatur, & ornetur ab omnibus. Neque enim, vt quod verum eſt de hoc fideli Chriſti miniſtro proferam, iniquorum hominum maleuolentia impedior, quibus omnes miniſtri Ieſu Chriſti ſunt odioſi & inuiſi: quēadmodum etiam ipſe Ieſus Chriſtus eis execrandus eſt. Quî enim fieri poſſet, vt huiuſmodi homines amarent bonos fideléſque ſeruos, quum ipſum Dominum non diligant, ac potius ſummo odio habeāt? Quomodo autem ſeruos & diligentes, & Domini peramantes approbarent, qui ipſum Dominum, eiúſque verbum improbant, ſummámque eius dignitatem, ac maieſtatem indigniſſimè violant? Culpa igitur nulla eſt in optimis ac fideliſſimis miniſtris, ſi in horum offenſionem, odium, exiſtimationē ſiniſtram iniquámque incurrunt, ſed eorum qui Filiū Dei regnare nolūt: atque eam ob cauſam miniſtros eius perhorreſcūt. Quare, quum antea adiuti fuiſſemus ipſius Caluini doctiſſimis annotationibus, atque lectionibus in tres Euāgeliſtas, legimus etiā eiuſdem commentariū in Iohannem ſcriptū, qui mihi viſus eſt ea cōfectus diligentia, quam requirebā. Nihil enim omittit quod aut ad explicationē diligentis, doctiq; interpretis, aut ad intelligentiā Iohānis Euāgeliſtæ & ſuauiſſimi, & grauiſſimi, altiſſimíque pertineat, ſine vlla verborū redundātia, adducēs interdum aliorū opiniones, ac ſentētias, eáſque approbans, interdū & eas improbās ſumma cum modeſtia, quū videntur à ſententia eius ſcriptoris aliquantum diſcrepare. Itaque habeo id quod antea magnopere optabam, hos commentarios hominum doctiſſimorū ad inſtituendā informandámque hāc Gloſſam maxime accōmodatos: Deúmque oro, vt quemadmodū in hoc initio optatis noſtris reſpōdit, ita in cæteris abſoluēdis perficiēdíſque nobis fauere atque adeſſe velit. Nos quidem hoc in genere eam diligentiam promittimus, qua nihil prætermittemus quod aliquam requirat explanationem, ne minimam quidem coniunctionem, vt Et, Vel, Autem, in quibus magna ſæpe difficultas eſt. Interea Lector, à te etiā atque etiam maximopere peto, vt has Annotationes ſiue Commentarios, ſiue mauis Gloſſam ordinariam appellare, diligēter legas, méque amanter moneas, ſiquid offendes quod requiri poſſit, & melius planiúſque fieri. Rogabis etiam Deum, ac Patrem omnis miſericordiæ, per Ieſum Chriſtum eius Filium, vt ſuo Spiritu noſtrum ingenium dirigat, vt eum noſtro & corpore & animo pure ac caſte colere poſſimus, eáque facere quæ ad ipſius gloriam & laudem, eiúſque Eccleſiæ vtilitatem perpetuò pertineāt. Vale. Anno à natiuitate Chriſti M. D. L I I I.

TESTIMONIA A CHRISTO ET EVANGELIſtis ex Veteri teſtamento citata ad verbũ,& aliquando iuxta ſententiam.

EX GENESI.

1.d.27 Maſculum & fœminam fecit. &c.Matt.19. a.4.marc.10.a.6
2.d.24 Dimittet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori. Matth.19.a.5.marc.10.a.7
Erũt duo in carnẽ v.Matt.19.a 6.mar.10.a.8
4.b.8 A ſanguine Abel iuſti. Matth.23.e.35
7.a.4 Sicut in diebus ante diluuium, &c. Matth. 24.d.37
9.b.6 Omnes qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. Matth.26.e.52
19.e.24 Sicut factum eſt in diebus Lot edebãt,&c.
Qua die autẽ exiit Lot è Sod.&c.Luc.17.f.29
e.26. Memores eſtote vxoris.Lot. Luc.17.g.32
22.c.16 Sicut loquutus eſt ad patres noſtros,&c. Luc 1.g.55
49.b.10 Quẽ ſcripſit Moſes in Lege. Iohan.1.g.45

EXODO.

3.b.6 Ego ſum Deus Abraham,&c.Matth.22.c.32. marc.12.e.26.luc.20.f.37
12.g.46. Os non comminuetis ex eo. Iohan 19.f.36
13.a.2 Omne maſculinũ adaperiens vul. Luc.2.d.23
16.d.15 Patres veſtri manducauerunt manna,&c. Iohan.6.e.49
d.16 Panem de cælo dedit eis mand.Iohã.6.d.31
20.b.12 Honora patrẽ,&c.Matt.15.a.4.marc.17.b.10
e.13 Non homicidium facies. Matth.19.c.18
Non occides. Matth.5.c.21.luc.18.d.20
c.14 Non mœchaberis. Matth.5.d.27
c.17 Non adulterabis. Non occides,13. Non furtum facies,15. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium,16. Non concupiſces,17
21.c.17 Qui maledixerit patri,&c.Matt.15.a.4.mar. 7.b.10
c.24 Oculũ pro oculo,dentẽ pro dẽt.Matt.5.f.38

LEVITICO.

12.a.3 In ſabbat ho circunciditis hom. Iohã.7.e.22
Poſtquã impleti ſunt dies octo. Luc.2.c.21
c.26 Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum Legem. Luc.2.d.22
c.8 Vt darent hoſtiam ſecũdum quod dictum eſt in Lege Domini. Luc.2.d.24
14.a.6 Offer munus tuum quod præcepit Moſes, &c.Matth.8.a.4.marc.1.d.44.luc.5.c.14
16.d.17 Omnis multitudo populi erat orans foris. Luc.1.a.10
19.c.12 Non periurabis. Matth.5.e.33
d.17 Si peccauerit in te frater tuus,&c.Matth.18 b.15.luc.17.a.3
d.18 Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Matth.5.g.43.& 22.e.39.marc.12.c.31
20.b.9 Qui maledixerit patri,&c. Matth.15.a.4
b.10 In Lege Moſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Iohan.8.a 5
24.d.20 Oculum pro oculo. Matth.5.f.38

NVMERIS.

8.c.16 Omne maſculinum adaperiens vuluam Luc.2.e.23

9.b.12 Os non comminuetis ex eo. Iohan.19.f.36
11.b.7 Panẽ de cælo dedit eis mãduc. Iohã.6.d.31
21.c.9 Sicut Moſes exaltauit ſerp.ĩ deſ. Ioh.3.b.14
28.b 8. Sabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum violant. Matth.12.a5

DEVTERONOMIO.

5.b.12 Non periurabis. Matth.5.e.33
b.16 Honora patrẽ,&c. Matt.15.a.4.marc.7.b.10
b.17 Non occides. Matt.5.c.21.luc.18.d.20
c.18 Non mœchaberis. Matt.5.d.27.luc.18.d.20
e.19 Non furtum facies. Luc.18.d.20
c.20 Nõ loqueris cont.proximũ,&c.Luc.18.d.20
6.a.4 Audi Iſrael, Dom.Deus t.&c. Marc.12 c.29
a.5 Diliges Dominũ,&c. Matth.22.d.37. marc. 12.c.30.luc.10.e.27
b.13,& 10.d.20. Dominum Deum tuũ, &c. Matth. 4.b.10.luc.4.b.8
c.16 Non tentabis Dominum Deum,&c.Matt. 4.a.7.luc.4.b.12
8.a.3 Non in ſolo pane viuit homo. Matt.4.a.4. luc.4.a.4
19.d.15 In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Matth.18.c.16.Iohan.8.b.17
d.21 Oculu pro oculo, dentẽ pro dẽt.Matt.5.f.38
24.a.1 Quicunque dimiſerit vxorem ſuam det ei lib.repudii.Mat.5.e.31,& 19.a.7.marc.10.a.4
25.a.5 Siquis mortuus,&c. Matth.22.c.24.marc.12. b.19.luc.20.d.27

I. SAMVELIS.

21.b.6 Non legiſtis quid fecerit Dauid quando eſuriit. Matth.12 a.3.marc.2.d.25.luc.6.a.4

I. REGVM.

10.a.1 Regina Auſtri venit a finibus terræ audire ſapientiam Salom. Matt.12.d.42. luc.11.d.31
17.a.1 In diebus Eliæ clauſum eſt cæl. Luc.4.d.17

II. REGVM.

5.d.13 Multi leproſi erãt in Iſrael ſub Eliſæo propheta,&c. Luc.4.c.27

PSALMIS.

6.c.9 Diſcedite à me omnes, &c. Matth.7.d.23, luc.13.f.27
8.b.3 Ex ore infantium & lactentiũ. Matt.21.b.16
22.a.2 Eli, Eli, lamma ſabacthani.Matth.27.e.46 marc.15.e.34
e.19 Diuiſerut ſibi veſt.Matt.27.d.35. ioh.19.d.24
35.d.19 Odio habuerunt me gratis. Iohan.15.d.25
31.a.6 In manus tuas commendo ſpiritũ meum. Luc.23.f.46
41.c.10 Qui manducat mecũ panem. Iohã.13.b.18
Filius hominis vadit,ſicut ſcriptũ eſt.Matt. 26.b.24.marc.14.b.18.luc.22.b.21
69.b.10 Zelus domus tuæ comedit me. Iohã.2.c.17
e.22 In ſiti mea potauerũt me aceto. Ioh.19.e.28
78.a.2 Aperiam in parabolis os meũ. Matt.13.e.35
c.24 Panem cæli dedit eis. Iohan.6.d.31
82.b.6 Ego dixi,dii eſtis. Iohan.10.f.34
91.c.11 Angelis ſuis mandauit de te. Matth.4.a.6 luc.4.b.10
110.a.1 Dixit Dominus Domino meo.Matt.22.d.44

luc.20.g.42
117.c.22 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Matth.21.d.42.marc.12.a.10.
d.16 Hosanna filio Dauid. Matth.21.a.9

PROVERBIIS.

20.c.20 Qui maledixerit patri vel matri. Matth.15.a.4.marc.7.b.10.
25.a.7 Quum vocatus fueris ad prandium, vade, recumbe in nouissimo loco. Luc.14.b.10

ESAIA.

5.a.2 Homo plantauit vineam. Matt.21.c.33.marc.12.a.1.luc.20.b.9.
6.c.9 Auditu audietis, & non intelligetis. Matth.13.b.14.marc.4.b.12.luc.8.b.10.iohã.12.f.40
7.c.14 Ecce Virgo in vtero habebit. Matth.1.d.23
8.c.14 Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Luc.2.e.34
9.a.1 Terra Zabulõ,& terra Nephta. Matt.4.b.15
13.b.10 Statim post tribulationem dierũ illorũ sol obscur. Mat.24.c.29.marc.13.c.24.luc.21.e.25
29.d.13 Populus hic labiis me honorat. Mat.15.a.8.marc.7.a 6
40.a.3 Vox clamantis in deserto. Matt.3.a.3.marc.1.a.3.luc.3.a.4. iohan.1.c.23
41.b.8 Suscepit Israel puerum suum. Luc.1.e.54
42.a.1 Ecce puer meus quem elegi. Matth.12.b.18
50.c.6 Tũc expuerũt in faciem eius. Matt.26.g.67
53.a.1 Domine, quis credid. aud. nostro? ioh.12.f.38
a.4 Ipse infirmitates nostr. accepit. Matt.8.c.17
d.12 Et cum iniquis reputatus est. Marc.15.c.28.luc.22.d.37
54.a.1 Beatæ steriles, & vẽtres qui non genuerũt. Luc.23.d.29
f.13 Et erunt omnes docibiles Dei. Iohan.6.e.45
56.c.7 Domus mea domus orationis vocabitur. Matth.21.b.13.marc.11.c 17.luc.19.g.46.
58.b.7 Esuriui & dedisti mihi mand. Matt.25.c.35
61.a.1 Spiritus Domini super me. Luc.4.c.18.
62.d.11. Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit. Matt.21.a.5
66.g.24. Vbi vermis eorũ nõ moritur. Marc.9.g.44

IEREMIA.

8.d.11 Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineam. Matth.21.c.33.marc.12.a.1.luc.20.b.9
7.b.11 Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Matt.21.b.13.marc.11.c.17.luc.19.g.46
31.c.15. Vox in Rama audita est. Matth.2.d.18

EZECHIELE.

18.b.7 Esuriui & dedisti mihi manduc. Matt.25.c.35
32.b.7 Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum Matth.24.c.29

DANIELE.

9.g.27 Quũ videritis abominationẽ desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta. Matt.24 b.15.marc.13.b.14.luc.21.d.20

OSEA.

6.c.7 Misericordiã volo & non sacrificium. Matt.9.b.13.&12.a.7
10.b.8. Tũc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Luc.23.d.30
11.a.1 Ex AEgypto vocaui filiũ meũ. Matth.2.c.15

IOELE.

3.c.15. Sol obscurabitur, & Luna nõ dabit lumen suũ Matth.24.c.29. marc.13.c.24. luc.21.c.25

AMOS.

6.a.1 Væ vobis diuitibus. Luc.6.d.24

IONA.

2.a.1 Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus, & tribus noct. &c. Matt.12.c.40.luc.11.d.30
3.b.5 Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Matth.12.d.42.luc.11.c.32

MICHAEA.

4.c.7. Regnabit in domo Iacob ĩ æter. Luc.1.c.33
5.a.2 Et tu Bethlehem terra Iuda, &c. Matt.2 a.6
7.b.6 Veni separare hominẽ aduersus patrẽ suũ, & filiã aduersus matrem. Matth.10.d.35. luc.12.g.53

ZACHARIA.

9.b.9 Ecce rex tuus venit. Matt 21.a.5.ioh.12.b.15
11.c.12. Et acceperũt triginta argenteos. Matt.27.a.9
12.c.10 Videbũt in quem compũxerũt. Ioh.19.g.37
13.c.7 Percutiã pastorẽ. Matt.26.c.31.marc.14.c.27

MALACHIA.

3.a.1 Ecce ego mitto angelum meum. Matth.11.b.10.marc.1.a.2.luc.7.d.27
4.b 5 Ipse est Elias, qui venturus erat. Matt.11.b.14 Quid est quod Scribæ dicunt, quòd Eliã oporteat primùm venire, &c. Matth.17.b.10 marc.9.b.11.
b.6 Vt cõuertat corda patrũ ĩ filios. Luc.1.b.16.

INDEX EORVM QVAE IN EVANGELIO ſecundum Matthæum, Marcum, & Lucam continentur, quæque in annotationibus in eoſdem explicantur. Primus numerus, caput: alter, verſum ſignificat.

B.

D.

E.

F.

H.

** ii.

P.

S.

Z.



Sanctum IESV Christi Euangelium secundum Matthaeum.

CAP. I.

Liber generationis IESV Christi filii Dauid, filii Abraham.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob.

1 Liber generationis IESV Christi filii Dauid, Har.1.5. Luc.3.e.24.
filii Abraham.
2 Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Gene.21.a.2. Gen.25.d.24.

ANNOTATIONES.

Euang.sec.Matth.] Euangelium, vox Græca, bonum siue lætum nuntium significans: qua voce vsi sunt LXX interptetes, quoties verbum Hebraicum BASAR, quod nuntiare significat, & ab eo deriuata, BESORA nuntium, & MEBASER nuntians, occurrerunt. Vsurparunt post eos hanc vocẽ Apostoli & Euangelistæ. Lucas cap.4.c.18, Esaiæ verba cap.61.a.1, citans, vsus est hoc verbo, Ad euangelizandum pauperibus misit me. Hic autem Euangelium est liber, siue historia iucundum aduentus Christi in carnem nuntium continens, missi à Patre iuxta promissiones suas in Lege, Prophetis, & Psalmis: in qua quidẽ historia, ipsius Christi præcipue vita, doctrina, mors, resurrectio & ascensio narratur: simul etiam fructus aduentus, nempe vt per ipsum liberemur à diabolo, peccato & morte: vtque sanctificemur, & vita tandem æterna donemur. Quæ beneficia, Apostolorum scripta & epistolæ copiosius annũtiant, maxime Pauli & Petri. Huius autem Euangelii scriptor fuit Matthæus.

1 Liber gen.] Sub. hic est. q.d. hæc est enumeratio eorum à quibus Christus duxit genus secundum carnem. Sic Gene.5.a.1, Hic est liber generationum Adam. Vbi Hebraicè habetur SEPHER, quod venit à verbo SAPHAR numerauit, recẽsuit, narrauit. Liber igitur hic Hebraico more ponitur pro catalogo, recensione & enumeratinne. Aut eiusmodi librum significat in quo aliquid recensetur, aut numeratur. vnde librum Iustorum, librum Dei, in quo iusti scribuntur, sic legimus appellatum Exod.32.g.32, Iosue 10.c.13. Quanquã autẽ Matthæus non tantum de generatione Christi, sed & de ipsius vita, doctrina, miraculis, morte, ac resurrectione historiam texere instituit: hoc tamen modo exordiri voluit propter pios Hebræos, qui miro desiderio expectabant Messiam, in quorum gratiam Euangelium suum conscripsit, declaraturus hunc Iesum, eum esse Messiam quem patribus Deus iam olim promiserat, ostendẽdo qua generationũ serie ex Abraham & Dauid iuxta promissiones Dei natus sit.

Filii] Filius pro eo qui genus ducit ab aliquo, more Hebræorum: acsi dicat, Qui de stirpe Dauidis & Abrahæ progenitus fuit, vt ipsis fuerat promissus. Horum duorum filium fuisse Iesum, initio statim commemorat, vt Iudæorum animos attẽtiores in patrum catalogo, quem subiicit, expẽdendo, reddat. Præposuit autẽ Abrahæ Dauidem, aut ne generationis contextus interrumperetur: aut potius celebritatis gratia factum est, qua Dauidis nomẽ ea ætate omnibus in ore erat, quãdocunque de futuro Christo sermo incidebat: quam celebritatem, Prophetarũ oracula induxerãt, quibus solẽne erat sub nomine Dauidis, Christũ futurum prædicere. Sic passim acclamabatur Christo, Fili Dauid, Hosanna filio Dauid. Pharisæi interrogati de Christo, responderũt, Dauidis filium. Matth.22.d.42. Et Paulus Rom.1.a.3, Qui factus est ei ex semine Dauidis secundũ carnẽ. Promissiones Abrahæ de Christo factæ sunt Gen.12.a.3, In te benedicentur omnes cognationes terræ. Et cap. 22. d. 18, Et benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ. Quas sic exponit Paulus, Galat.3.c.16.17, In semine tuo, qui est Christus. Dauidi verò factæ leguntur 2.Samu.7.b.12, Quũmque completi fuerint, &c. suscitabo semen tuum post te, &c. Eadem promissio & 1.Paral.17.b.11, legitur. Psal.89.4., Iuraui Dauid seruo meo, Vsque in æternũ præparabo semen tuum. Et 132.11, Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Has autem omnes promissiones vno verbo repetiit Matthæus, dicẽdo, Filii Dauid filii Abraham. Ordo Patriarcharum hic incipit.

2 Genuit Isaac.] Genuit & Ismahelẽ: verũ ad generationẽ Christi non carnalis propagatio sufficiebat, sed electio diuina requirebatur. propterea dixit Abrahæ Deus, Gene.21.b.12, In Isaac vocabitur tibi semen. Et huic Isaac, licet esset posterior & natu & conditione, promisit etiã Deus semen benedictũ, Gene.26.a.4, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.

Gen.29.d.35. 'Iacob. Iacob autē 'genuit Iudā '& fratres eius.
Gen.38.g.27 Iudas autem genuit 'Phares & Zaram è Tha- 3
1.Par.2.a.5 ruth 4.d.18 mar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem
genuit Aram.
Aram autē genuit Aminadab. Aminadab au- 4
tē genuit Naasson. Naasson autē genuit Salmon.
Salmō autē genuit Booz è 'Rachab. Booz au- 5
tē genuit Obed è Ruth. Obed autē genuit Iesse.
1.Reg.16.a.1 & 17.b.12 Iesse autem genuit 'Dauid regē. Dauid autem 6
2.Re.12.f.24 rex genuit Solomonē ex ea quæ fuerat '*vxor* Vriæ
3.Re.11.g.43 1.par.3.b.10. 'Solomon autē genuit 'Roboā. Roboam autē 7
B genuit Abia. Abia autem genuit Asa.
Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem ge 8
nuit Ioram. 'Ioram autem genuit Hoziam.

Iacob autem genuit Iudā & fratres eius.
Iudas autē genuit Pharea & Zaram de Thamar. Phares autē genuit Esrom. Esrō autē genuit Aram.
Aram autē genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Naasson. Naasson autē genuit Salmon.
Salmon autē genuit Booz de Rahab. Booz autē genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse.
Iesse autem genuit Dauid regē. Dauid autē rex genuit Salomonē ex ea quæ fuit Vriæ.
Salomon autem genuit Roboā. Roboam autē genuit Abiā. Abia autem genuit Asa.
Asa autē genuit Iosaphat. Iosaphat autē genuit Iorā. Ioram autem genuit Oziā.

ANNOT.

Genuit Iacob] Genuit etiam Esau: sed nō ex Esau Christus. Et huic Iacob facta est promissio, Gene.28.e.14, Et benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Vt videamus gratiam Dei præponi primogenituræ, cuius primogenituræ rationem nō habuit Deus.

Genuit Iudam] Neque is fuit primogenitus, sed quarto demū loco; & tamen ex eo nasciturum Christum prædixerat Iacob patriarcha, Gene.49.b.10, Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentiū.

Et fratres e.] Fratrum Iudæ meminit, non Ismahelis, neque Esau, quòd isti essent fœderis participes, & capita populi Dei: illi verò nequaquam.

3 Phares] Hic extra coniugiū per scortationem conceptus, inter patres ac maiores Christi numeratur, Dei consilio: ne putaretur ipsius puritas à patrū pendere sanctimonia. Ita conueniebat vt qui pro peccatoribus moriturus erat, & carnem de nostra peccatrice carne sumpturus, per peccatores patres & carnē peccatricem duceret generationem. Notandū (inquit Hieronymus) in genealogia Christi nullā sanctarum assumi mulierū: sed eas quas Scriptura reprehēdit: vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascēs, omniū peccata deleret.

5 Rachab.] Hæc Chananæa erat natione, patria Ierichuntina: Ruth verò Gentilis mulier ex Moab: Gentes Iudæis Christus miscuit in sua genealogia, vt ostenderet se non tantùm ex Iudæis, & pro Iudæis, sed etiam ex Gentibus & in salutem Gentium natum esse.

6 Dauid regem.] Et hic obscuro patre Isai natus, & inter fratres minimus & contemptus (non solùm in regiam postea, sed & in istā electus dignitatē, vt nominatissimus esset inter Christi maiores, imò cui de Christo promissio renouaretur) exemplo est quantum Deus extollat abiectos. Regis fit mētio, non honoris causa, sed quòd in eo cœpit regalis dignitas, Saræ ab angelo (Gene.17.c.20) promissa. Et hucusque conuenit Lucæ cum Matthæo: nisi quòd Lucas suā genealogiam ordiatur ab Adam, cui facta est prima promissio: Matthæus verò ab Abraham, cui contigit secunda promissio. Vxor] Subaudiendam dictionem addidit interpres, cuius vice fungitur Græcus articulus. Et hic infame illud Dauidis adulterium coniunctum cum perfidia, quod miseratione dignatus est Deus, ad memoriam reuocat. non enim occultanda erant eorum delicta ex quibus Christi generatio ducebatur, quum is peccatorum gratia per illos nasci voluerit. Simul rectè Iudæos admonuit modestiæ ac humilitatis, ne videlicet insolentius gloriarentur de victoriis Dauidis, de domo Dauidis, de maiorū suorum excellentè maiestate, quorum primos tot ac tantis viderent commaculatos esse sceleribus.

7 Solomon] Lucas ab hoc loco generationē Christi ducit, nō per Solomonem linea recta, sed per Nathan alterum Dauidis filium, & illius posteros, vsque ad captiuitatē Babylonicam. Roboam] Pii & impii reges etiam hic narrantur.

8 Ioram a.gen.Hoziam.] Ioram, nō Oziam, sed Ochoziā: Ochozias Ioas, Ioas Amasiam, Amasias demū genuit Oziā, qui aliàs Azarias dictus est. Ergo tres reges omissi sunt. Quod

quidam factum dicunt, ne generationum numerus à Dauide vsque ad exilium Babylonicum tribus personis abundantior esset. & Euangelistam instituisse, narratis aliquot, iisque præcipuis ex maioribus Christi, genus eius, quò expectatum illum saluatorem agnosceremus, declarare, non etiam quoslibet eius posteritatis nominatim recensere.

Ozias autē genuit Ioathā. Ioathā autē genuit Achaz. Achaz autē genuit Ezeciā.
Ezecias autē genuit Manassē. Manasses autē genuit Amon. Amon autē genuit Iosiam.
Iosias autē genuit Iechoniam & fratres eius in trāsmigratione Babylonis.
Et post trāsmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autē genuit Zorobabel.
Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autē genuit Azor.
Azor autē genuit Sadoc. Sadoc autē genuit Achin. Achin autem genuit Eliud.
Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathā autem genuit Iacob.
Iacob autē genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus

9 Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autē
genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.
10 ‖Ezecias autem genuit Manasse. Manasses au-
tem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. & 21.d.18. 1.par.3.b.13.
11 ‖Iosias autem genuit 'Iechoniam & fratres eius 4.R.23.g.34.
'in exilio Babylonico. & 24.a.1. 2.par.36.a.4.
12 Porrò 'post exiliū Babylonicum ‖Iechonias ge 4.Re.24.b.6
nuit Salathiel. ‖Salathiel autē genuit Zorobabel. 2.pa.36.b.9. 1.par.3.b.16.
13 ‖Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autē 1.Esd.3.a.2
genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. & 5.a.2.
14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autē genuit
Achin. Achin autem genuit Eliud.
15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem ge
nuit Matthan. Matthan autem genuit 'Iacob.
16 Iacob autem genuit 'Ioseph maritū Mariæ, ex C

ANNOT.

11 Iechoniā.] Hic Iechonias alius est à proximè sequēti: nā hic dicitur Ioacim & Eliacim, 4.Reg.23.g.34, & 24.a.1. item 2. Paral.36.a.4. Qui verò sequitur, filius præcedētis, & pater Salathiel, dicitur Ioachin, 4.Re.24.b.6.2. Par.36.b.8.9. & Iechonias, 1.Par.3.c.16. Nusquā Iosias legitur genuisse vllū Iechoniam qui fratres habuerit: legitur autem Ioacimo natus Iechonias, qui initium dedit Babyloniæ captiuitati. Sed & in quodā vetustissimo codice Græco legimus, Iosias autem genuit Ioacim. Ioacim autē genuit Iechoniā. & rectè. Quæ dicta sunt, Epiphanius lib. primo contra hæreses, cōfirmat, his verbis, Aliqui Iechoniam cū altero Iechonia reperientes, numerum duplicatum esse putauerunt. Non erat autem duplicatio, sed numerus clarus. ex nomine enim patris filius nominatus fuit, Iechonias Iechoniæ. In exil. Babyl.] Vetus interpres Græca reddidit ad verbum, In transmigratione Babylonis. i. in Babylonem. Sic Gen.3.d.24, via arboris. i. ad arborē. q.d. quo regnāte initium habuit captiuitas Babylonica. Verbo autē transmigrādi vsus est Suetonius. Verti poterat, Quū demigraret, aut deduceretur in Babylonem. sic versu 17. non est autem ita intelligēdum quòd Iosias genuerit filios suos in exilio Babylonico, quum illud non viderit, morte præuentus: sed quòd ipsius posteritas in illud abducta sit.

12 Post exil. Babyl.] Vel, vt Vetus interpres ad verbū, In transmigratione Babylonis. i. post demigrationem in Babylonem. nam in ipso exilio genuit Salathiel & fratres eius. Dicitur autem eos post exilium genuisse, quoniam generationem ac posteritatem illius quæ subsequuta est exilium, Euangelista recensere intendit. In hac tessaradecade tertia & vltima iam non reges recēsentur, sed duces, siue principes, ac vt Iacob patriarcha nominauit, (Gene.49.b.10) legislatores & primarii in rep. Israelis viri. Lucas in persona Salathielis redit ad Matthæum. Qui verò sequuntur Salathielem in Luca, creduntur iuxta Philonem, binomines fuisse, vsque ad Simeonem: ita vt Neri apud Lucam Iechonias sit, Melchi Ioacim, &c. Qui sequuntur Simeonē, propriè sunt ex stirpe Nathā. Exilium hoc summæ misericordiæ fuit, propter Christum exhibitū. nam meruerant Iudæi inuicta sua impietate exscindi funditus: & hoc certe minabatur vis Babylonica: sed quia Christus inerat huic populo, nec deleri prorsus, nec in exilio detineri diutius potuerunt.

16 Iacob] Quē hic Matthæus Iacob, Lucas Heli vocat. Ioseph maritū Mariæ] Genealogiæ Hebræis per virorū tantùm enumerationē contexuntur. Genus igitur Mariæ nō potuit indicare Matthæus, nisi ostendisset ipsum Ioseph eius maritum fuisse de tribu Iuda. ea enim

non poterat nubere nisi suæ tribns viro. Numer.36.c.7.8, Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: & cūctæ fœminæ de eadē tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis. Qua lege non tenebātur sacerdotes, quibus nulla erat hæreditas, quæ cōfundi potnisset si ex alia tribu accepissent vxores. vt Zacharias sacerdos de tribu Inda (ex qua ferè sola fuere reliquiæ captiuitatis) vxorem suam Elisabeth accepit, vnde ab angelo cognata Mariæ dicitur, Luc.1.d.36. Hac antem ratione genus virginis indicare voluit vt ostēderet Christum, (quē ex ipsa virgine, ex eius substantia dicit genitū, nō ex Ioseph) ex tribu & familia Dauidis descendisse. Propterea paulo pòst in enumeratione generationum, diligenter distinxit, qnnm ait, A transmigratione Babylonica vsque ad Christū: non, vsque ad Iosepb, cum quo nihil illi communé.

qua genitus fuit IESVS ille qui 'dicitur Christus.
Vniuersæ itaque 'generationes ab Abraham vs 17
que ad Dauid, 'generationes quatuordecim: & à
Dauid vsque ad demigrationem Babylonicam, ge
nerationes quatuordecim: & à demigratione Ba-
bylonica vsque ad Christum, generationes qua-
tuordecim.
Har.1.6. IESV verò 'Christi natiuitas sic habet, Quum 18

est IESVS, qui vocatur Christus.

Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim: & à trāsmigratione Babylonis vsque ad Christū, generationes quatuordecim.

Christi autem generatio

ANNOT.

Dicitur Christus] Christus Græce, Messiáh Hebraice, Latine Vnctus dicitur. Vngebātur reges & sacerdotes, & vngēdo consecrabātur. Vngebātur & prophetæ. Elisæo dicit Dominus, (3.Reg.19.c.16) Eliseum autē filium Saphat vnges prophetá pro te. Vnctione autem illa significabatur, Dominum Spiritus sui gratias instillare in eos qui vngebantur. qua quidem vnctione nemo est fidelium quem non irrigauerit. Habēt suam vnctionem Prophetæ, & pecnliari Spiritus dono præditi sunt, instructíqne, vt volūtatem Dei hominibus interpretentur. Habēt & sacerdotes angeli Domini. Habent & reges, diuinæ maiestatis imaginem in terris gerentes. Dominns singulis pro dispensationis suæ modo varias gratiæ portiones impartitur, vt nemo sibi per se sufficiat. At Christus verè propheta, rex, & sacerdos, tota plenitudine perfūditur. siquidem quod de eo prædictum fuerat, Psal.45.a.8, Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: Iohannes cap.3.d.35, clarius explicās, dicit Patrem non dedisse illi Spiritum ad mensnram. Vnctus igitur in prophetam & interpretem, vt Patris voluntate ad plennm exposita, finē imponeret omnibus reuelationibus & prophetiis. In regem nostrū, vt nos gubernaret & regeret, vt ne à principe quidem tenebrarum lædi queamus, & in regno eins æternis bonis cumulemur. In summnm sacerdotem, qni hostia corporis sui, nos patri reconciliaret, & pro nobis ad patrem intercederet. 1.Ioan.2.a.1, Aduocatū habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.

17 Generationes] Id est, qui geniti sunt, aut, qui vixerunt ab Abrahā vsqne, &c. Sic Gen. 6.b.9, Noe vir iustus, perfectus fuit in generatione sua. Has populi Israelitici generationes in tres ordines & status diuisit, & singulis certum generationum numerum adscripsit: qudd viderit ter cōpletis quatuordecim generationibus, mutari debuisse hnins populi statum. Ab Abraham ad Dauidem vsque, sub iudicibus: à Dauide vsque ad captiuitatem Babylonicam, sub regibus: à captiuitate Babylonica, sub pontificibus fuerunt. Completis igitur quatuordecim postremis à captiuitate Babylonica ad Christum vsque generationibns, omnino temporum dispositio exigebat, vt & ipse pontificum status ac regimen tolleretur, & fieret illius mutatio per Christi aduentum, ita vt hic populus ab eo tempore nec sub iudicibus, nec sub regibus, nec sub pontificibus esset, sed prorsus alienæ dominationis principibus increduli subiicerentur, vt hodie videmus: credētes verò, in Christi regnnm veri iudicis, regis, ac snmmi pōtificis assumerentur.

18 Christi natinitas] Scopus Matthæi est declarare Christū Iesum non Iosephi esse filiū, vt vulgo credebāt Indæi, Infrà cap.13.g.55, Nónne hic est ille fabri filius? &c. Et Iohā.6.e.42, Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Lnc.3.e.23, Iesus incipiebat esse annorū triginta, vt putabatur filius Iosepb. Sed conceptum esse de Spiritu sancto, & ex Maria quidem matre illis nota, sed virgine natum. Istud autem quia erat planè nouum &

inauditum, visum est non simpliciter tradere, sed aliqua testimonia adiungere quibus ista tria probaret, Iesum non esse ex Iosephi semine natum, Esse verò conceptũ è Spiritu sancto, Nec solùm à virgine conceptum, sed & ex virgine natum.

sic erat, Quum esset despõsata mater eius Maria, Ioseph, antequã cõuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

mater enim eius Maria ‖ desponsa esset Ioseph, Luc.1.e.27.
priusquam congressi fuissent, deprehensa est gra
uida è Spiritu sancto.

Ioseph autẽ vir eius quũ esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam.

19 Porrò Ioseph maritus eius, quoniã erat iustus, Deut.24.a.1.
& nolebat illam ‖ infamare, voluit clãculum ab ea
diuertere.

Hæc autem eo cogitãte, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cõ

20 Hæc autẽ quũ is in animo versaret, ecce ange- D
lus Domini in somnis visus est illi, dicẽs, Ioseph
fili Dauid, ne metuas adiũgere tibi Mariam vxo

ANNOT.

Eius] Sic & Latini scripti codices. Desponsa esset] Despõsa, nondum ducta, aut attacta à sponso. Lucas significantius, cap.1.c.26, Missus est ãgelus à Deo ad virginẽ despõsatã viro. Proinde virgo fuit mater Domini. Priusquam congr.fu.] Id est, sine congressu cõnubiali. Vt siquis dicat, Iudices de causa pronuntiasse priusquam causam cognoscerent. quod nihil aliud est quàm nõ cognita causa. Cõgressi fuis.] Ad verbum, cõuenissent. verecunde significans coniunctionem vxoris ac mariti. nam sequitur, Tunc impletum est, Ecce virgo concipiet. Aut, conuenissent in easdem ædes, educta ea ex paternis ædibus. nam desponsata (vt Luc.1.c.27, quæ desponsatio facta est ante salutationẽ angelicam) non mox iuncta est sponso suo, sed primùm abiit ad cognatã suam Elisabeth, & cum illa mansit tres menses antè quàm reuerteretur. nec mox ad se cogit Ioseph post despõsationem. Grauida] Ad verbum, In vtero habere. Græcis vsitata locutio, pro grauidam siue prægnantem esse, & vterum gestare. Sic versu 23. E Spiritu sancto] Lucas cap.1.d.35, dicit, Spiritus sanctus superueniet in te.

19 Iustus] Id est studiosus integritatis. Iustitia erat & animi integritas, non posse ferre tale probrum, vxorem aliunde grauidam. Ex vna parte Ioseph premebatur & cohibebatur timore Domini ne sponsam suam dilectam, aliunde iam grauidam, ad se sumeret: iubebat nanque legis rigor (quæ Deu.22.c.21 scribitur) vt ad pœnã traderet, quã suspicabatur ex adulterio grauidam. Ex altera verò, ne hoc faceret, prohibebat animus probus & affectu dilectionis præditus. Hinc discendum, sic irasci oportere sceleribus, vt aliqua retineatur humanitas: talis etiam sit humanitas quæ nõ impediat iustitiam. Infamare,] Ad verbum, exemplificare, siue exemplum facere: publicare, legum exemplum in eam edi. Exemplum verò editur in quempiam, quũ de eo publice cõmeritum sumitur supplicium. Eãdem dictionẽ Græcam vetus interpres vertit, ostentui habere, Heb.6.b.6. Ab ea diuer.] Ad verbum, dimittere, siue amittere: pro repudiare & abiicere, siue diuortium cum ea facere. Huic opponitur assumere, siue adiungere: quod sequenti versu ponitur, Ne metuas adiungere tibi Mariam vxorem tuam. Et versu 24, Et adiunxit sibi vxorem suam.

20 In somnis vis.est.] In Ioseph id verũ apparet quod dicit Paulus 1.Corin.10.c.13, Fidelis Deus, qui non sinet vos tentari supra id quod potestis: imò faciet cum tentatione euentum, vt possitis sustinere. Nam hic insigni consolatione occurrit Deus ipsi Ioseph afflicto. Supernaturalia somnia cælitus à Deo oriũtur per angelos bonos, per quos Deus iis quibus vult, voluntatem suã reuelat. Videt Israel scalam in somnis, Gene.28.c.12. Habẽt sua à Deo somnia Pharao, Gene.41.a.1: & Nabuchodonosor, Danie.2.a.1: quibus Deus & interpretes somniorum dedit. Vbi non sunt certi interpretes, ibi diligenter examinãda somnia. nam diabolus se in angelum lucis transfigurat. In somnis apparet Samueli Deus, 1.Samuel.3.a.3, Samuel dormiebat in tẽplo Domini vbi erat arca Dei Et vocauit Dominus Samuel, &c. In somnis autẽ apparere videtur, quòd mens hominis dormientis, à curis & negotiis secularibus aliquanto liberior, & ad suscipienda cælestia oracula accommodatior est. Hinc præterea videmus quæ sit Dei erga suos prouidentia, qua dormientes etiã, & nihil de necessariis solicitos, paterna vigilantia quid agendum sit, quídve cauendum instruit: citiúsque miraculo illos docturus est, quàm vt errare periculose permittat. Hæc autẽ somnia distinxit Dominus ab aliis quæ ex dispositione corporis proueniunt: nam certam habent veritatis notam: vt hic Ioseph habet adiunctam sacræ & propheticæ scripturæ probationem. Illi] Sic etiam Latina scripta exemplaria.

rem tuam. nam quod in illa 'conceptum est, à
Spiritu sancto '*profectum* est.

iugem tuam. quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

Luc.1.c.31. Pariet autem filium, & ‖vocabis nomen eius 21
Act.4.b.12 'I E S V M. is enim ‖saluum faciet populũ suum à
peccatis suis.

Pariet autem filium, & vocabis nomẽ eius I E S V M. ipse enim saluum faciet populũ suũ à peccatis eorum.

(Porrò totum hoc factum est, vt 'perficeretur 22
id quod dictum fuerat à Domino per Prophetam
ita loquentem,

(Hoc autem totum factũ est, vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per Prophetam dicentem,

Esa.7.c.14. ‖Ecce virgo 'erit prægnans, & pariet filium, 23
& 'vocabunt nomen eius 'Emmanuel: 'quod si-
quis interpretetur sonat, Nobiscum Deus.)

Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod est, interpretatum, Nobiscum Deus.)

ANNOT.

Cõcept.] Ad verbũ, genitũ. sic enim appellat quod cõceptũ est in vtero, & nondũ enatũ.

21 Iesum.] Hebræi quamlibet salutem & liberationem, præsertim eam quæ affertur periclitanti, vocant I E S V A, per ain in fine: vnde factum est Iesus, ain conuerso in sigma: vt Eliseus ex E L I S V A. Qua dictione I E S V A vtitur Esaias cap. 49.b.6, de Christo loquens, Dedi te in lucem Gẽtium, vt sis salus mea vsque ad extremũ terræ. Ab hoc verbo Iudex, M O S E A dicitur, hoc est saluator: quod Iudices periclitanti populo ferrent opem, & fortitudine diuina liberarent oppressos ab hostibus. Iudicũ 3.b.9, Et clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos.

22 Perficeretur] Ad verbum, impleretur: ignotum Latinis auribus verbum, pro perficeretur: relictum est autem ex Hebræi sermonis proprietate.

23 Erit prægnans,] Ad verbũ, In vtero habebit, pro, grauida aut prægnans erit. Hebraicè in Esaia, cap.7.c.14, legitur, Ecce virgo concipiet. Vocabunt] Sic etiã Latina vetera legunt: & sic legendũ clarissime testatur Chrysostomus, homilia quinta. Sed vocabunt (inquit) ponẽs multitudinis numero Matthæus, respexit populi personam, cuius illa vox est, Nobiscũ Deus: nimirũ sibi gratulantis de tali partu. Non nihil mutauit Euangelista de verbis prophetiæ: nã in ea legitur vocabis, fœmineo genere, siue vocabit, vt referatur ad ipsam virginẽ quæ peperit. Non dicit, erit: sed, vocabunt: vt credentium fides, Christum inuocantium vt Deum, pariter & ipsa diuinitatis & humanitatis Christi declaratio exprimatur. Emmanuel.] Hebraica est dictio, cõposita ex I M M A N V, nobiscum: & E L, Deus. Iniquitates nostræ ita nos à Deo alienarant, ait Paulus Coloss.1.c.21, & vt dicit Esaias, 59.a.2, diuiserãt inter nos & illũ, abscõderántque peccata nostra faciem eius à nobis, ne exaudiret nos: vt nemo, nisi qui ad eũ pertingeret, pacis restituendæ interpres esse posset. Neque ex filiis Adam, neque ex angelis quisquam ad eum pertigisset. Deplorata res igitur, nisi maiestas ipsa Dei ad nos descenderet, quando ascendere nostrum non erat. Propterea filius Dei factus est nobiscũ Deus, ac ea quidem conditione, vt quemadmodum suam nobis diuinitatem adiungebat, ita nostram quoque humanitatem suæ diuinitati copularet. alioqui nec satis propinqua vicinitas, nec satis firma affinitas quæ spem faceret Deum nobiscũ habitare, ac nobis adesse: adeò modis omnibus nostra humilitas cum Dei maiestate dissidebat. Christus, verbum Patris caro factus est, & habitauit in nobis, Iohan. 1.b.14. Et quia pueri communicauerant carni & sanguini (Heb. 2.d.14) & ipse similiter participauit eisdem. Mira verò consolatio, Deum nobis coniunctum esse in Christo, per quem nos sibi reconciliauit, pacificatis omnibus per sanguinem eius quæ in terris & quæ in cælis, vt ait Paulus Coloss.1.c.20. qui etiã quum illum nobis mediatorem proponeret, nominatim dixit hominẽ. Vnus enim (inquit idẽ, 1.Tim.5.b.5.) mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. Ne quis forte se torqueret vbinã ille quærendus mediator, aut qua via ad illũ perueniendum, acsi diceret, vobis propinquus est, imò cõtiguus, quandoquidẽ caro vestra est. Id scilicet designare volens quod Heb.4.d.15, significãtius explicatur, Nõ esse nobis pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, quando more nostro sit (sola peccati exceptione) per omnia tẽtatus. Quod siq. interp. sonat] Ad verbum, quod est, interpretatum. quoniam autem inusitatior est sermo, nec amphibologia caret: periphrasi maluit reddere interpres, Quod siquis interpretetur, sonat, &c.

Exurgés autem Ioseph à somnn, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit cnniugem suam.

Et nó cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius IESVM.

CAP. II.

QVum ergo natus esset IESVS in Bethlehem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerũt Ierosolymam,

Dicẽtes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellã eius in Orien-

24 'Excitatus autẽ Ioseph à somno, fecit vt iniũxe
rat sibi angelus Domini: & 'adiũxit sibi vxorẽ suã.
25 Et non cognouit eam, 'donec peperisset filiũ
suum 'primogenitum, & appellauit nomen eius
IESVM. CAP. II.
1 QVũ autem natus esset Iesus in Bethleem 'ciuitate 'Iudææ, 'temporibus 'Herodis regis, Har.1.10. Luc.2.a.6.
'ecce 'Magi ab 'Oriente accesserũt Hie
rosolyma,
2 Dicentes, Vbi est ille qui 'natus est 'rex Iudæo-
rum? vidimus enim 'illius stellam in Oriente, &

ANNOT.

24 Excitatus] Siue experrectus: aut quum surrexisset. nã vox Græca ad tria solet accommodari, ad eum qui surgit, qui expergiscitur, & qui reuiuiscit. Adiunxit] Eodem verbo cum alia tamẽ præpositione composito, in eadem significatione vsus est Paulus Rom. 14.a.1, Infirmum fide assumite. siue admittite, & adiungite vobis. Vide suprà versu 19.

25 Donec peper.] Similis loquẽdi modus legitur per vsque, 2. Reg. 6.d.23, Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diẽ mortis suæ. Et nec in morte nati sunt ei. Donec (inquit Chrysostomus) hic posuit, nõ vt suspiceris quòd vel postea aliquãdo cognouerit, sed vt discas quòd etiam ante partum intacta permãserit. Sæpe enim Scriptura diuina hac vti locutione consueuit, vt dicendo Donec, non definitũ aliquod tẽpus includat. Psal.71.b.7, Donec non sit luna. non tamẽ vt post illam pacem, finẽ statuat lunæ. Certe Donec, Hebræa phrasi positũ pro nunquam. Primogenitũ] Respectu partus, non fratrum sequẽtium in carne. aliâs primogenitum vocat Scriptura Christũ, respectu creaturarum quæ per illum creatæ sunt: vt ad Coloss.1.c.15. Item respectu resurrectionis ex mortuis, Ibidem, versu 18, & Rom.8.f.29.

IN CAPVT II.

1 Bethleem] Qua occasione in Bethleem venerit virgo, quũ ad eam in Nazareth missus fuerit angelus, in Luca, cap.2, dilucidè narratur. Vna est Bethleem in tribu Iuda, altera in tribu Zabulon, de qua Iosue 19.b.15, Iudic.12.b.8. Ciuitate] Subaudiẽdam dictionem addidit interpres. Iudææ,] Sic & vetera scripta exemplaria latina. Temp.] Græce, diebus: more Hebræorũ. Herodis] Hic est maior ille Herodes Hyrcani filius, de cuius regni initio, Iosephus libro antiquit. Iudaic.14, cap.18. huius temporibus iam senis natus est Christus. Ecce Magi] Attentionis vox ecce, insigni admiratione tecta. respexit enim Matthæus ad vilitatem & indignitatem Gentium. q.d. Ecce hic populus qui aliquando præputium vocabatur, alienatus à rep. Israelis, &c. hic inquã recipitur in gratiam, repudiato Israele. nam hic Christi natiuitas Magis istis, veluti primitiis Gentium, reuelatur, & horum aduentu cœperunt Gentes esse populus Dei: veluti & Iudæis in pastoribus, quorum meminit Lucas. Ita scilicet mox à Christi natiuitate innuit diuina prouidẽtia natum esse regem ac dominum qui ab vtroque populo & Iudæorum & Gentium adoraretur. Magi Chaldæis ac Persis vocãtur, quos Græci Sophos siue Philosophos, Indi Brachmanes, siue Gymnosophistas, Aegyptii & Iudæi Prophetas, Latini Aruspices & Sacerdotes, Mathematicos, item Planetarios & Astrologos, Galli Druidas & Bardos, Siculi Galeotas appellarunt. Hi diuina gentilibus suis præcepta & documẽta edebant, Hi Magi Persis magno in honore, pretio, venerationéque fuerunt, vt nec publica sine eorum consilio administrarentur, nec legitimè factũ videretur quod horũ sententia non approbasset. Ab Oriente] Hi specimẽ eius dederunt, quod Christus postea Iudæis dixit futurum, Matth.8.b.11, Dico vobis quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Access. Hieros.] Quia primaria erat vrbs: simul etiã vt exprobratio esset Iudæis quòd alienigenæ venissẽt ex tam longinquis partibus ad adorandum, ipsi autem neglexissent.

2 Natus] Eo tempore nõ nascebantur amplius Iudæis reges, sed per Romanos creabãtur. Rex Iud.] Vocant eum regem Iudæorum, ignari adhuc futurum eum regem ac dominum totius terræ. credebant futurum magnum aliquem, sapientem, potentem, ac reliquis illustriorem. Stellam illius] Hoc est, indicem natiuitatis eius, & ad eum vsum à Deo cõditã.

astrorum studio deditos fuisse Oriẽtales, notum est. Multa præterea rerum siue præsentium, siue futurarũ cognitio est ex stellarum & cælestis cursus obseruatione. Duplex autẽ astrorum obseruatio: Vna, certi illius ac perpetui cursus siderũ: vnde obseruata sunt nouilunia, pleniluniа, eclipses cum solares tum lunares. Altera rarior, qua siquid extra communem ordinem inter sidera cælestia deprehenditur, quid portenti subsit expenditur: vt quum cometes, vel tres soles, aut aliud quid huiusmodi inusitatum apparet. Solet enim Deus res magnas, vt regnorum mutationes, ingentes clades, &c. cælestibus indiciis præmonstrare: de quibus plenæ sunt etiam Gentium historiæ. Posterior hæc obseruatio requirit animum rerum diuinarum studiosum, & singularem numinis afflatum.

accessimus 'vt adoremus eum.
Auditis autem his Herodes rex 'turbatus est '& 3
tota Hierosolymorum *vrbs* cum illo.
Et conuocatis omnibus 'pontificibus & 'Scribis 4
populi, percõtatus est eos vbi Christus nasceretur.
At illi dixerũt ei, In Bethleem Iudææ: sic enim 5
scriptum est per prophetam,
Mich.5.a.2. iohã.7.f.42. Et tu Bethleem terra Iuda, 'nequaquã minima 6
es inter principes Iuda: ex te enim mihi proditu-

te, & venimus adorare eũ.
Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.
Et cõgregàs omnes principes sacerdotũ, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur.
At illi dixerũt ei, In Bethlehem Iudæ: sic enim scriptum est per Prophetam,
Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te

ANNOT.

Vt adoremus] Vox Græca eam adorationem significat qua corã regibus & principibus in genua procũbimus, vel in faciem pronoluimur, more supplicum, in signũ subiectionis ac deditionis. Venerunt igitur Magi vt Christũ tanquam regem natum adorarẽt: ignari consilii Dei, cui tamen aduentu suo seruiebant. Nihil hîc agitur de adoratione illa qua Christus à fidelibus vt verus Deus adoratur & colitur.

3 Turbatus est,] Impius Herodes turbatur, suæ dignitati & regno suo metuẽs, quod turpiter & malis artibus obtinuerat. nam neque electione legitima, neque iure hæreditario possidebat regnum. Et tota Hieros.] Argumentum est, fide in Messiam, quam se simulabant à Domino petere, vrbẽ vacasse. Erat in pace, & amans quietis, timebat futuros propter Christum motus: atque ideo vnde debebat lætari, inde contristatur.

4 Pontificib.] Vox Græca significat primarios sacerdotes: pro qua Vetus interpres sæpe vertit pontifices. Erant autem religionis antistites, sanctimonia morum, prudentia, rerúmque peritia inter sacerdotes primarii, apud quos ante Herodis imperium & à reditu ex captiuitate Babylonica, à pontificatu Iesu filii Iosedec, summa fuerat potestas: vnde adhuc magnæ erant apud plebem authoritatis. Scribis] Lucas cap.7.e.30, & 11.f.46, legisperitos vocat. hi respõsa dabant ex Bibliis, Malachia dicente, cap.2.b.7, Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius.

6 Nequaquam minima es, &c.] Matthæus verba prophetæ paulo diuersius citare videtur quàm in Hebræo habeantur. Apostoli enim plerunque sensum Prophetarum adduxerunt, verbis sese non astrinxerũt: vt rectius intelligerẽtur Prophetarũ oracula, quorum erant interpretes. Quũ ergo Michæas dixisset, Et tu Bethlehem Ephrata, paruula es vt sis in millibus Iuda: intellexisse videtur Matthæus Prophetam ædificium vrbis spectasse: ipse itaque mysterium spectans, & mentem prophetæ aperiens, ait, Et tu Bethlehem quamuis videaris esse contemptum & vile oppidum, si conferaris multis aliis per tribum Iuda oppidis: attamen nequaquam minima es inter principes vrbes Iuda, si videlicet spectauerimus mysterium. nam ex te nascetur princeps, &c. Certe vero similius est, dum Matthæus hic narrare voluit, Scribas Herodi de loco natali Christi respondisse quod res erat, subiecisse Michææ vaticinium, vt illud vulgata LXX editio habebat. dummodo enim proposito seruiret, neque sententiæ aliquid in eo esset deprauatũ, maluit vulgatis vti, quàm voculas curiosius sectando, vulgus Ecclesiæ, quod editioni illi assueuerat, mox ab initio turbare. Quod enim illa editio habet, Nequaquam minima es, &c. à veritate Prophetæ nihil variat, sed quodammodo eius verba explicat, vt dictum est. voluit nanque Propheta significare, quæ tum ceu paruulus erat, collata reliquis millibus Iuda, Christi ortu ita fore illustrem, vt per hunc vnum suum alumnum, cunctis Iuda millibus plurimum præstaret, ac iam nihil minus quàm paruulus esset.

enim exiet dux, qui reget populum meum Iſrael.

rus eſt dux, qui 'gubernaturus eſt populum meum
Iſrael.

Tunc Herodes clã vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis.

7 Tum Herodes clàm accerſitis magis, accurate B
perquiſiuit ab illis 'quo tẽpore ſtella apparuiſſet.

Et mittẽs illos in Bethlehẽ, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & quũ inueneritis, renũtiate mihi, vt & ego veniẽs adorem eũ.

8 Et iuſſis ire in Bethleem dixit, Profecti illuc,
accurate inquirite de puero: vbi verò inueneritis,
renũtiate mihi, vt & ego veniam & adorẽ illum.

Qui quum audiſſet regẽ, abierũt: & ecce ſtella quam viderãt in Oriente, antecedebat eos, vſquedum veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer.

9 At illi audito rege profecti ſunt, & ecce ſtella
quã viderant in Oriente, 'præcedebat illos, donec
progreſſa ſtaret ſupra *locum* in quo erat puer.

Vidẽtes autẽ ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno valde.

10 Quum autem vidiſſent ſtellam, gauiſi ſunt gau-
dio 'magno valde.

Et intrãtes domum, inuenerũt puerum cũ Maria matre eius: & procidentes adorauerũt eũ: & apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera, aurum, thus, & myrrhã.

11 Et ingreſſi domum, inuenerunt puerum cum
Maria matre eius, & 'proſtrati adorauerũt illum,
& apertis theſauris ſuis obtulerunt illi 'munera, au
rum & thus & myrrham.

Et reſpõſo accepto in ſõnis ne redirẽt ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

12 Et 'oraculo admoniti in ſomnis ne reuerterẽtur
ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in re-
gionem ſuam.

Qui quũ receſſiſſent, ecce angelus Domini apparuit

13 Digreſſis autẽ illis ecce 'angelus Domini appa- C

ANNOT.

Gubern. eſt] Vel, paſcet, quo modo paſtor gregẽ. Latina ſcripta exemplaria etiam in futurò legunt, reget. Suprà cap. 1. d. 21, dixerat angelus, Hic enim ſaluum faciet populum à peccatis ipſorum. Vterque locus omnino nobis gratiam Dei erga populũ ſuum in Chriſto cõmendat, quem illi ducem & ſaluatorem miſit. ille pollicetur liberationem à peccatis, reſpiciens ad ſacerdotium Chriſti: iſte gubernationẽ ac moderamen, reſpiciens ad regnum Chriſti. Vtrũque nobis neceſſarium eſt, & vtrunque in Chriſto offertur & exhibetur.

7 Quo temp. ſtel. app.] Ad verbum, tempus apparentis ſtellæ, Vetus interpres addidit eis: quò dilucidior eſſet narratio. Truculentus homo & aſtutus de tempore quo ſtella apparuerat perquirit vt occidat: & mox initio tantam crudelitatem animo conceperat.

9 Præcedebat] Græca vox ita præcedere quempiam ſignificat vt ſit ceu dux viæ, Sic ſolet Deus viam ſuorum dirigere. ſic populum ſuum duxit per columnam nubis per diem, & per columnam ignis per noctem. Exod. 13. d. 21.

10 Magno valde.] Hebraiſmus, pró maximo. Sic Gene. 1. d. 31, Et erant valde bona. id eſt optima. Ita autem ſolent pii peracta tentatione, indicibili gaudio affici.

11 Proſtrati ador.] Hic mos eſt Perſicus vt reges à proſtratis adorentur. Id eſt, proſtratione corporis, regem agnouerunt, & venerati ſunt. Sic Satan ab Ieſu ſe adorari petebat, infrà 4. b. 19, Hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus adoraueris me. Munera, aurum, &c.] Et hoc ex conſuetudine fecerunt, qua ſolebant noui reges paſſim muneribus, præſertim auro, thure, & myrrha coli & agnoſci. Vide hiſtoriam Salomonis, 1. Reg. 10. a. 1, & d. 25: & Pſal. 72. 10. Conueniebant autem hæc tria potiſſimum regibus: aurum, propter regiam dignitatem, & adminiſtrationem: Thus, ad cultum Dei: Myrrha, ad ſepulturæ ſplendorem. Potius tamen attuliſſe videtur Magi quæ pretioſiſſima naſcebãtur domi. Perſæ enim erant apud quos naſcitur aurũ, thus, & myrrha: neque erat illis reuelatum an Chriſtus eſſet rex, pontifex, & ſepeliendus.

12 Oraculo] Vel, nuntio diuino. Noluit Deus magos, optimos viros, ſynceros & innoxios, ad impium redire tyrannum (ad quem abſque dubio nihil mali ſuſpicati, pro ſua integritate & fide reuerſi fuiſſent) ne malitiæ illius vel per imprudentiam miniſtri fierent. Nec ille dignus erat cui ſeruaretur fides ad impietatem.

13 Ang. Do. app. in ſom. Ioſeph]. Hæc eſt altera Ioſephi tẽtatio & tribulatio in hac Chriſti

cauſa: in qua etiam beoignam erga ſe prouidentiam Dei miſſo angelo experitur, per quem quid agere debeat, docetur.

ret in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge, & aſſume pue
rum ac matrem illius, & fuge in AEgyptum, &
eſto illic donec dixero tibi: futurum eſt enim vt
Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
14 Ille verò 'excitatus, aſſumpſit puerum & matrẽ
eius noctu, & ſeceſſit in AEgyptum.
15 Et fuit illic vſque ad obitum Herodis: 'vt perfi-
ceretur quod dictum fuerat à Domino per Pro-
Oſeæ 11.a.1. phetã dicẽtem, 'Ex AEgypto vocaui filium meũ.
16 Tũ Herodes vbi vidit 'ſibi illuſum fuiſſe à Ma-
gis, indignatus eſt vehementer: ac miſſis '*ſatelliti-
bus* interfecit omnes pueros qui erant Bethleem
& in omnibus finibus 'Bethleemiticis, quotquot
eſſent bimuli & minores, iuxta tẽpus quod exactè
cognouerat ex Magis.
17 Tunc 'perfectum eſt quod dictum fuerat ab
Hieremia propheta, quum ait,

in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrẽ eius, & fuge in AEgyptũ, & eſto ibi vſquedum dicam tibi. futurũ eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
14 Qui conſurgens, accepit puerum & matrẽ eius nocte: & ſeceſſit in AEgyptum.
15 Et erat ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam, dicentem, Ex AEgypto vocaui filium meum.
16 Tũc Herodes vidẽs quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros qui erãt in Bethlehem & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infrà, ſecundũ tempus quod exquiſierat à Magis.
17 Tunc adimpletũ eſt quod dictũ eſt per Ieremiam prophetam, dicentem,

ANNOT.

14 Excitatus] Vel, quum ſurrexiſſet. Noctu fugit, fugere iuſſus ſimpliciter. vbi eam eſſe mentem Domini cognouit vt fugeret, qua potuit vſus eſt induſtria vt caute fugeret.

15 Vt perficeretur.] Vel, adimpleretur. Impletur vel perficitur Scriptura quũ id fit quod illa prædixit, aut commemorat, aut quouis modo etiam loquitur. Hîc autem Scripturã, ſiue quod dictum eſt à Domino, impleri intelligẽdum, quum illud quidem fit quod commemoratur, etiamſi non ſit illud ipſum de quo eſt proprie dictum aut ſcriptum, ſed ſimile quiddam habeat cum re præterita. Ita Chriſtus dicebat Phariſæis infrà cap.15.a.7, Hypocritæ, rectè de vobis prædixit Eſaias, dicẽs, Appropinquat, &c. Conueniebat enim in eos hoc prophetæ dictũ, ſed non ſolos: eóque implebatur quidem in eis, dum id agebãt quod propheta exprobrat. Ita & hîc, Ex AEgypto, &c. Populus enim Iſrael, primogenitus Dei filius dicitur Exod. 4.e. 22, quem eduxit Dominus extento brachio ex AEgypto: quæ beneficia cõmemorat Oſeas. cuius verba Matthæus per comparationem, ſimilitudinem, ſiue exemplum aptauit ſuo inſtituto. Quemadmodum (inquit) Deus primogenitum ſuum Iſrael ex AEgypto eduxit, extincto Pharaone: ita nunc eduxit filium ſuum Ieſum vnigenitum interfecto Herode. Quũ Chriſtus ex AEgypto reuocaretur, reuocabatur ex AEgypto filius Dei multo verius quàm quũ Iſrael ex illa reuocaretur. Propter ſimilitudinem itaque facti vtriuſque, dicitur dictum illud, Ex AEgypto, &c. hîc impletum eſſe: licet plurimum ſit diſcriminis inter Iſraelem à Deo in filium adoptatum, & inter Chriſtum filium Dei naturalem & vnigenitum. Impletur etiam Scriptura, quando res eadem iterum atque iterum impletur. vt illud, Auribus audietis: de quo infrà, cap.13, & Actorum vltimo: quod etiam Prophetæ tempore in Iudæis impletum fuerat.

16 Sibi illuſum fu. à Magis,] Piorũ non eſt illudere cuiquam. Igitur Euãgeliſta non quid Magi fecerint, ſed quid Herodes ſibi factũ ab illis ſuſpicatus ſit, ſcribit. Quòd enim ad illum reuerſi non ſunt, non eſt fraude aliqua & contemptu factum, ſed ex admonitione diuini oraculi. Satellitibus] Aut, carnificibus, ſiue miniſtris. Dictionem ſubaudiendam addidit interpres. Bethleemiticis,] Græce, eius. ſcilicet Bethlehem. ambiguitatem vitauit interpres.

17 Perfectum eſt, &c.] Producit teſtimonium Propheticum, non tam vt oſtendat omnia iſta ſic diuina diſpoſitione geri, quàm vt exaggeret Herodis nefandum infanticidium. Nam in hoc teſtimonio adiicit nunc matrum quoque luctum, ad hoc nimirum vt abſolutiſſimum haberemus grauiſſimæ afflictionis exemplum. Viuidiora autem fiunt exempla, ſi illuſtrentur per ſimilia. Idcirco Matthæus Ieremiæ locum de planctu Rachelis non adduxit tantum vt figurã, ſed magis vt ſimilitudinem. Bis igitur hic Ieremiæ locus impletus eſt: Semel, quum Iſ-

raelitæ in captiuitatem abducerentur,tribus videlicet Iuda & Beniamin. Hîc terra Iuda,quæ per Rachel intelligitur,ob id quòd prope Bethlehem sepulta sit: præterea etiam mater fuerit Beniaminitarum: propter migrationem populi sui grauiter luxit. Hoc sensu locutus est Propheta.Postea iterũ impletus est,quum propter occisos ab Herode pueros Bethlehem,& contermini loci amarè luxerunt.Ideo dicit Euangelista,Tunc adimpletum est quod dictum fuerat ab Ieremia propheta,Vox, &c. Similitudinis gratia quæ inter hunc & illum luctum fuit, dicit hunc Prophetæ locum hîc adimpletum esse. Considerandus hîc luctus matrum, consolatio subsecuta,& Ingentium vox exaudita è cælis.

Vox in rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorãs filios suos,& noluit consolari, quia non sunt.

18 |Vox 'in Rhama audita est, lamentatio, plora- Iere.31.c.15.
tus & fletus multus,'Rachel plorans filios suos,&
noluit consolationem admittere, propterea quòd
'non sint.

Defuncto autẽ Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypto,

19 Cæterum defuncto Herode,ecce angelus Do-
mini in somnis apparet Ioseph in AEgypto,

Dicẽs,Surge,& accipe puerũ & matrem eius, & vade in terrã Israel : defũcti sunt enim qui quærebant animã pueri.

20 Dicens,'Surge,& assume puerum & matrem e-
ius, & vade in terram Israel : defuncti sunt enim
'qui quærebant animam pueri.

Qui consurgens, accepit puerũ & matrem eius,& venit in terram Israël.

21 At ille surgens assumpsit puerum & matrẽ illi-
us,& venit in terram Israel.

Audiẽs autẽ quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo,timuit illò ire:& admonitus ĩ sõnis, secessit in partes Galilææ.

22 Verùm quum audisset 'Archelaum regnare in
Iudæa, loco Herodis patris sui, timuit illuc abire:
sed oraculo admonitus in sõnis, secessit in partes
Galilææ.

Et veniẽs habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth. vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Quoniã Nazaræus vocabitur.

23 Ac profectus 'habitauit in ciuitate quæ voca-
tur Nazareth : vt impleretur quod dictum 'fuerat
'per Prophetas, Nazaræus vocabitur.

ANNOT.

18 Rhama] Non est proprium nomẽ rama, sed appellatiuum Hebraicum, quod excelsum significat. Tametsi in tribu Beniamin sit ciuitas huius nominis, haud procul à Gabaon, Iosu. 18.d.25.Iudicum 4.a.5,& 19.d.13. Rachel] Rachel iuxta Bethlehem sepulta, pro ipsa vrbe & pagis finitimis accipitur. Nõ sint.] Sub.inter viuos,sed è viuis ab Herode sublati. aut iuxta mentem Prophetæ,Quòd non sint,id est quòd Israelitæ excisi,in Assyrios abducti, & in captiuitate sint conclusi,atque idcirco perinde atque prorsus deleti videantur.

20 Surge] Suprà versu 13, pollicitus fuerat angelus se in tẽpore de reditu instructurum, Esto illic donec dixero tibi. hic veritas promissionis scribitur. Qui quæreb.ani.p.] Hebraismus, pro insidiabantur vitæ puelli. Suprà versu 13 idem dixit, aliis tamen verbis, Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

22 Archelaum] De hoc vide Iosephum lib.17 Antiq.Iudaic.cap.decimo & vndecimo.

23 Habitauit in ciuit.] Lucæ quarto legitur quòd in hac ciuitate fuerit nutritus.Iũgẽdus est hic locus ei qui Lucæ secundo habetur,versu 39,Et vt perfecerunt omnia secũdum legem Domini,reuersi sunt in Galilæam.Ne putet quis illos statim à purificatione in hanc se ciuitatem recepisse,obstat historia Magorum,& exilium AEgyptiacum,vt à Matthæo ista exponi videmus: post quorum tandem finem,in Galilæam & hanc ciuitatem Nazareth reuersi sunt. Vide Elenchum Harmoniæ Euãgelicæ,lib.1.cap.10 & 11. Per Prophetas,Nazaræus vo.] Matthæus respexisse videtur patriæ etymon. Dicitur enim Nazareth à NAZIR, separatum & sanctũ.vel à NAEZER flos vel germen:quasi nunc interpretaretur Nazareth vel sanctam, vel germen,aut florem. Iam verò clara extant Prophetarũ testimonia,quibus discimus Christum appellatũ non tantum sanctum,sed & sanctum sanctorum. vt Daniel.9.f.24, Et vngatur sanctus sanctorũ. Alibi appellatur germẽ,flos, & surculus.Esa.11.a.1,& Ierem.23.a.5.Matthæ-

us igitur plurali numero dixit, Per Prophetas. q.d, In Nazareth habitare voluit Dominus,vt vi leremus omnes hunc illum ipsum, esse sanctum sanctorum, & iustitiæ florem, germénque Dauidis,quod sanctificat fideles,& virescit,regnãs in secula seculorum. Alii hoc sumptum dicunt ex libro Iudicum, cap.13.a.5: qui quia scriptus est à pluribus, ideo dicitur hoc dictum esse Per Prophetas. hoc enim de Samsone dictum,melius conuenit Christo.Vera autem est analogia, si intelligimus adumbratum esse Christum iis omnibus quibus collata est singularis gratia. Liberationes illæ de quibus in libro Iudicũ, sunt præludia perpetuæ illius redemptionis quã præstitit Christus.Saluatores enim populi dicũtur Iudices, cap.3.b.13. Sãson etsi pluribus nominibus referat Christũ,tamen in hoc præcipue refert quòd Deus vsus fuerit illo ad salutem populi. Hæc omnia vtvt plausibiliter adornentur , parum huic loco conuenire quidam scribunt. Quibus probabilior videtur Chrysostomi sententia, qui simpliciter quod verum est fatetur,Multa ex Propheticis periere monumẽtis: quod de historia Paralipomenõ probare possibile est . Desides enim quum essent Iudæi, nec desides modò, sed & impii: alia quidem perdiderunt negligenter: alia verò tum incenderunt, tum cõciderunt prophane,&c. Chrysostomi sententiæ astipulantia habet Athanasius, qui sic scribit in calce Synopsis suæ, Nathan,inquit,& Addo,& Abiæ Silonitæ,& Semei,& Iehu scripti libri in libro Regũ referuntur.Sunt autem isti prophetæ ex iis qui prophetias suas literis mandarũt,quæ tamen non reperiuntur .Tria millia Psalmorum Dauidis fuisse, memoratur in Paralipomenis, & tamen ex illis CL duntaxat ab amicis Ezeciæ regis selecti sunt, reliqui verò absconditi . Quinque Parœmiarum millia edita esse à Salomone, scriptura Paralipomenon refert, quæ tamen iam non habentur, nisi tantum Ecclesiasticæ. Canticum, ex pluribus mystico sensu decerptum est & inscriptum. Quin & Odarum illius quinque millia fuere. Locutus est insuper & de arboribus,à cedro quæ est in Libano,vsque ad hyssopũ quæ in muris nascitur. Itẽ & de iumentis, & de volucribus,& de serpentibus,ac de piscibus. At ista iam nusquã in Hebraicis literis inueniuntur. Narrat Iosephus duos Prophetiæ libros ab Ezechiele conscriptos esse,quorum tamen vnus tantum ad nostram notitiam peruenit. Manifestum igitur est quòd hæc omnia impiorum Iudæorũ socordia & negligentia interierint.Hæc Athanasius. Quum ergo ista negari nequeant,quis dubitat esse nonnulla lecta Euangelistis,& reliquis illorũ temporum piis, quæ postea vel Iudæorum negligẽtia aut malitia,vel tẽporum iniuria perierint?Proinde non est anxie laborandum quibus Propheticæ scripturæ locis Euangelista prædictum esse dicat, quòd Christus vocandus sit Nazaræus.Certe à Nazareth ciuitate,in qua educatus fuit,Nazaræus dictus videtur,vel ex ipso titulo crucis,& ex præsenti loco.

CAP. III.

Har.1.13. Mar.1.a.4. luc.3.a.3.

IN diebus autem illis accedit Ioannes Baptista,prædicans in deserto Iudææ, 1

CAP. III. IN diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ,

ANNOT.

1 In dieb. illis.] Lucas exactius hanc temporis particulã initio capitis tertii tradit,quum dicit, Anno decimoquinto imperii Tyberii Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudææ,&c. Hic incipit reuelatio Christi. Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem: infrà 11.b.13. nam Iohannes imposuit finem Legi & Prophetiis.Fuit autem hoc tempus aptissimũ prædicando regno cælorum, quum terrenum regnum male se haberet. Præter enim sectionem principatuum prophanorum,vnde mira tyrannis in rebus externis,sacerdotii quoque dignitas scissa erat.Nunquam enim ad percipienda cælestia magis capaces sumus, quàm vbi terrena omnia aduersa cadunt. Baptista] Ideò sic dictus, quòd Deus per ipsius ministerium, sacramẽtum baptismi instituerit, quódque primus baptizauerit. In deserto Iud.] Lucas habet cap.3.a.3, Et venit in omnem regionem finitimam Iordani. Ergo desertum illud non fuit omnino vastum in quo nemo, sed in quo sparsim habitabant homines. Ad eundem modum dicitur & Virgo abiisse in montana Iudææ, venisséque in domum Zachariæ, Luc.1.d.40. Sed & Ioab dicitur mortuus & sepultus in deserto, in domo sua, 2. Reg.2.f.34. Appellatur item Idumæa desertum, 2.Reg.3.a.8, quam tamen cõstat longe cultissimã fuisse.Ita Gentiles quoque scriptores Heluetiam non incultam tum quoque terram,dixere Eremum Heluetiorum.Iosue 15.g. 61,sorti tribus Iuda,in deserto sex ciuitates, quæ & suas villas habuerunt,assignatas legimus. Quare non est cogitandum, Iohannem secessisse ab omni hominum conuictu, more eorum qui hodie eremitæ videri volunt, omnino solitarie in syluis obscurioribus habitantes : sed quum in montanis Iudææ paterna domus esset,forte paululum progressus in desertum,id est saltuosa loca,versus Iordanem & mare mortuum,egit in obscuriore aliquo loco.

Et dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.

2 Dicénsque, 'Pœnitentiam agite *vitæ prioris* : 'in propinquo est enim 'regnum cælorum.

Hic est enim de quo dictū est per Esaiam prophetam, dicētē, Vox clamātis in de-

3 Nam hic est ille 'de quo dixit Hesaias propheta, qui ait, 'Vox clamantis in deserto, Esa. 40. a. 3. Mar. 1. a. 3. luc. 3. a. 4. iohan. 1. c. 23.

ANNOT.

2 Pœnit. agite.] Vox Græca à posterius intelligēdo dicta est, vbi quis lapsus, tum demum animaduertit erratum suum. Proinde metanœa siue pœnitentia non ad mentem duntaxat hominis refertur, sed ad ipsum opus, ad emendationem vitæ, adeóque ad totam conuersionem hominis. quod apertè declarat Petrus quum Act. 3. c. 19, ait, Pœnitemini & conuertimini. Posterius enim est præcedentis declaratio. Mox subiungit quare pœnitendum, Vt deleātur peccata vestra. Esaias cap. 45. d. 22, dicit, Et salui eritis. Quid sit autem conuerti, in fine eiusdem capitis explicat Petrus, his verbis, Vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. Ieremias item, cap. 18. a. 8, Si pœnitētiam egerit gens illa à malo suo. Et 36. a. 3, Si fortè audiente domo Iuda vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima. Idē significat & Cōuerti ad Deū: vt Esa. 45. d. 22, Conuertimini ad me, & salui eritis. Zachar. 1. a. 3, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Pro, Pœnitentiā agite, verti potest, Resipiscite, Ad mētem redite. siquidem resipiscit, cui vita superior displicet. In propinq. est] Etiam Latina vetera exempl. legunt in præterito, appropinquauit. Quoniam regnum hoc iam olim à Deo per Prophetas promissum, & magno desiderio à sanctis patribus expectatū, impletu iam tempore, efficaciam suam exerturum erat: dicit illud appropinquasse. Hisce verbis & Christus & Apostoli suum Euangelium auspicati sunt: Infrà 4. c. 17, & 10. a. 7. Regnum cæl.] Id est cuius rex, Christus, est cælestis, & administratio spiritualis. Carnali regno opponitur. Venit in has terras vt in nobis regnet. Ipse Christus Pharisæis interrogantibus (Luc. 17. e. 20) quando venturum esset regnum Dei, respondit, Non veniet regnum Dei cum obseruatione: neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. ecce enim regnū Dei intra vos est. Regnū cælorū aliquando significat vitam illam beatam qua fruuntur in alio seculo beati. Hic autem, regnum Christi, quo per Spiritum suum, & fidem Euangelii, in mentibus regnat electorum, iustificans eos atque saluans. Vt igitur omnia huius regni Christi spiritualia & cælestia sunt, iure cæleste & cælorum regnum appellatur.

3 De quo dixit Hes.] Scripta Latina & ea vetustiss. exempl. legunt, Qui dictus est per Esaiam: vt & Græca habent. Ex Marco & Luca videntur hæc esse Euangelistæ verba. Quidam referunt ad ipsum Iohannem, rationem reddentem eius quod dixerat, In propinquo adesse regnum cælorum. Hanc autem de seipso sumere, ex persona videlicet præcursoris ac præconis quam gerebat. q.d. Ecce adsum vobis præco & præcursor ante faciem Domini, annuntians vobis regni Dei aduentum. Vt autem fidem huius faciat, inducit vaticinium de se Esaiæ prophetæ: admonens hoc etiam adimpleri suo ministerio, quod per Prophetam olim non tantum de redemptione facta sub Cyro & Dario, sed & de temporibus istis prædictum erat.

Vox clamantis] Hebraismus, pro Vox clamans: aut, clamaturus dicet. Iohannes Euangelista cap. 1. b. 15, quum testimonia quædam præconis huius de Christo adducturus esset, dixit, Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, &c. innuens, illum omnia clara & sedula vociferatione quibusvis inculcasse. Hic enim spiritu & virtute Eliæ præditus, fortissimè impietatem (vt & Thesbites ille fecit) insectatus est, & veram religionem incredibili studio restituere conatus est. Hæc autem Esaiæ prophetia non de solo Christi aduentu loquitur, sed etiam de redemptione facta sub Cyro & Dario. Per desertum enim intelligit illā dissipationem quæ erat in captiuitate: nam vasta & deformis erat facies regni Israelitici, comparata deserto: in quo qui sunt, sibi prorsus destituti videntur, de salute desperantes. Quum igitur Deus adumbrauerit veram liberationem populi sui, quando liberauit Israelitas de manu Babyloniorū: sequitur, ea quæ dicit Esaias, adimplenda fuisse per Messiam. Neque cōuenit vox soli Iohanni, tametsi præ aliis illi conueniat. Neque etiam torquetur Esaiæ locus ab Euangelistis, nec perperam accommodatur Iohanni. Esaiæ locus sic habet, Consolamini, consolamini populum meum, dicit Deus vester: dicite in animum Ierusalem, & edita voce annūtiate illi quòd tempus afflictionis eius completum sit, quòd remissa iniquitas eius: quia accepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamans in deserto, Parate viam Domini, rectam facite in solitudine semitam Dei nostri. Quorum verborum hic est sensus,

Deus vester,ô electi & veri Israelitæ, dicet & mandabit prædicatoribus suis vt consolationẽ & euãgeliũ gratiæ prædicẽt,eóque corda vestra erigãt & demulceãt(id enim vocat Hebraicè loqui ad cor:)& quò per omnia gaudium præ se ferãt,edita quoque voce annũtient impletum esse tẽpus Hierusalẽ,quo cum malis omne genus conflictari illã necesse fuit: remissam & condonatam iniquitatem,postquã pro omnibus peccatis suis duplicia accepit,hoc est, abundè suam castigationem.Iámque audietur vox huius fœlicitatis testis & annũtiatrix:ea,cen in deserto,in populo Iudæorum omni pietatis cultu destituto sonans,hortabitur vt viam Domini omnes parent, & rectam faciant semitam Dei nostri. Cæterum in Hebræo illud,in deserto, iungitur cum sequentibus,nempe sic,Vox clamans,In deserto parate viam Domini:vt respondeat sequenti particulæ,Rectã facite in solitudine semitam Dei nostri.Sed hoc,in solitudine, etiã à Luca,vtpote vso vulgata editione,prætermissum est. Sed quoniam citationibus suis Euangelistæ ad ipsã Scripturam magis remittere,quàm oracula,quæ citarunt,explicare voluerunt,atque etiam in vulgata editione,sine detrimento sententiæ principalis,ita ordinata hæc legebantur:neque Lucas veritus est omittere solitudinem, neque Matthæus ordinem nõnihil immutare:neutro enim veritati quicquam detractum est.

Mar.1.a.6. ʹParate viam Domini, rectas facite semitas eius.
‖Ipse verò Ioannesʹhabebat indumentum suũ è 4
pilis camelorũ, & ʹzonã pelliceã circum lũbos su-
os.Porrò cibus illius erãtʹlocustæ & mel syluestre.
Mar.1.a.5. Luc.3.b.7. ‖Tuncʹegressa est ad illum Hierosolyma & tota 5
Iudæa,totáque regio *vndique finitima* Iordani.
Et baptizabantur in Iordane ab illo,ʹconfiten- 6
tes peccata sua.

serto, Parate viã Domini, rectas facite semitas eius.
Ipse autem Iohãnes habebat vestimẽtũ de pilis camelorũ, & zonã pelliceã circa lũbos suos:esca autem eius erat locustæ & mel syluestre.
Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & õnis regio circa Iordanẽ
Et baptizabãtur ab eo in Iordane, confitẽtes peccata sua.

Parate viã Do.] Ad similitudinẽ præconis dictum est,qui quum regis aduentum annũtiat,quosvis excitat ad sternẽdas & ornãdas venienti regi vias: vt cum honore & gaudio excipiatur. Ita videlicet Iohãnes Christi præco Iudæos excitauit suo clamore, vt ad regis olim promissi aduentum sese parent,animos adaptent, vitam emendãtes, quæ oculos diuinæ maiestatis offendere possint,abiiciendo:vt gratiæ illius cum gaudio participes esse possint.

4 Habebat indu.s.] Agebat in deserto,vilioribus ideo,hoc est,deserti incolis assuetis cibis & vestibus est vsus:locustis scilicet & melle syluestri pastus,& panno ex pilis camelorum confecto vestitus. nequis existimet peculiare sibi aliquod cibi & vestimenti genus delegisse, religionis alicuius gratia. Faciebat tamen & hoc vt populo esset commendatior ,& pondus seueritatis ac veritatis prædicationi ipsius addebat. Sic Christus infrà, cap.11 a.7, Quid existis(inquit)videre in deserto? num arundinem quæ agitatur à vento? Age,quid existis vt videretis? num hominem mollibus vestimentis amictum?ecce, qui mollia gestant,in domibus regum sunt.q.d.Ipsa loci asperitas non alit hominem inconstantem,leuẽ,ac mollem. id quod & indumenti asperitas satis conuincit. Et zonam] Idem legitur & de Elia Thesbite 2.Reg.1.b.8. Constat autem veteres zonis vsos pretiosis, ac multo luxu splendidis : contra quos Esaias,cap.3.d.24,Et erit pro suaui odore fœtor,& pro zona funiculus. Locustæ, & mel syl.] Cibo vsus est parabili illis qui agunt in solitudine. Sancti vt luxum fugiunt, ita & insolentiam & ostentationem sanctimoniæ cuiusdam singularis non amant.In saltu mel syluestre legimus vbertim fluxisse,1.Samuel.14.d.26. Locustas quæ comedi possent,inter mũda animalia legimus Leuit.11.c.22. Et Plinius lib.11.cap.29, scribit eas Parthis in cibo gratas esse. Idem etiam alicubi reperiri scribit mensura trium pedum.

5 Egressa est ad il.Hier.] Quòd à secundo templo ad id vsque temporis Prophetis caruissent (infrà enim dicit Christus,cap.11.b.9, Sed quid existis in desertum videre? Prophetam?)quòd item non ad morem legis & sacerdotum,simpliciter resipiscentiam,& legis obseruationẽ prædicabat:sed viã iubebat parare Domino,& regnũ cælorũ aduenisse aiebat: quòd postremò tam austeram vitam viuebat,vt nec panem manducaret,nec vinum biberet,Luc.7.e.33:ideò ad illum tanto ardore accurrebant.

Confitentes pecc.s.] Hæc confessio in adultis requirebatur ante baptismum, ad quod nõ admittebantur nisi confitentes peccata sua.quid alioqui baptismus? Alia est ratio infantium

ad quos iure hæreditario promissio pertinet. De catechumenis loquitur Euangelista. Similis locus de confessione peccatorum publica extat in Actis, cap. 19. d. 18, Multíque credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus suos.

Vidẽs autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismũ suũ, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?

7 Quum vidisset autem multos ex 'Pharisæis & Sadducæis venientes ad baptismũ suũ, dixit illis, |'Progenies viperarum quis vobis 'submonstrauit vt fugeretis 'à ventura ira? L. 23. d. 34.

ANNOT.

7 Pharis. & Sadduc.] Quale fuerit hoc hominum genus, initio præmittit Iohannes, vt in progressu eorum quæ de Christo subiicientur, minus offendamur, vbi Pharisæos & Sadducæos Christo summe aduersatos legemus. De his, similiter & de Essenis, vide Iosephum lib. 2. de bello Iudaico, cap. 7. & Antiquit. Iudaic. lib. 13. cap. 17. Horũ sectæ præcipuæ erant in populo. Pharisæi profitebantur certiorem legalium rituum cognitionem, obseruabantúrque reuerenter à populo, & potiorem dominationis partem ad se traxerant: nec solùm scriptæ legis, sed & traditionum suarum onere populum premebant. Qua in re illis Sadducæi plurimũ aduersabãtur, vt videre est in Iosepho Antiquit. Iudaic. lib. 13. cap. 17. De Sadducæis infrà 22. c. 23. De Pharisæis verò, etiam infrà, cap. 23, toto capite. His inditum fuisse nomen à segregatione ac diuisione quidam existimãt, qua se ab aliis, ceu sancti à prophanis, separabant. Et præ se ferebant certè toto corporis habitu sanctimoniam vulgo per omnia puriorem. Aliis videtur id nominis ab expositione Scripturarum ipsis esse datum. Ferunt enim istos Scripturas populo perfrequenter enarrasse: quod vt credamus, commouere potest Euangelica historia, quæ non semel indicat Dominum, istorũ expositiones refutasse. Exempla aperta extant Matth. 5. & 15. & vocabantur traditiones seniorum. De vtrisque sic Lucas, Act. 23. b. 6, Sciens Paulus quòd vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorũ, exclamauit in concilio, Viri fratres, ego Pharisæus, filius Pharisæi, de spe & resurrectione mortuorũ ego iudicor. Et quũ hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos: & soluta est multitudo. Sadducæi enim dicũt nõ esse resurrectionẽ mortuorũ, neque angelũ, neque spiritũ: Pharisæi autẽ vtraque confitentur. Esseni, tertium genus sectarum: sic dicti quasi operantes. pars illorum coniugiũ repudiabat, pars (sed cũ summa cautione) admittebat. De his Iosephus copiose lib. 2. bel. Iudaic. cap. 7. & lib. 18. Antiquit. Iudaic. cap. 2. Plinius itẽ lib. 5. cap. 17. Progen. viper.] Seuera salutatione hypocritas excipit, reuelatione Spiritus illi notos. Viperinũ genus, omnium serpentium pestilentissimũ, mortem leui attactu incurabiliter inferẽs. Vnde & Melitani Barbari, (Act. 28. a. 4) vidẽtes viperam de manu Pauli post naufragium sarmenta colligentis pendẽtem, inter sese dicebant, Omnino homicida est homo hic, quem seruatum è mari, vltio nõ sinit viuere. Ast vbi viderunt illum excussa in ignẽ vipera, nihil mali pati (arbitrati futurum vt incenderetur, aut cõcideret repẽte mortuus) mutata mente dicebant eũ esse Deum. Tã videlicet præsentem mortẽ affert virus viperæ. Quũ ergo sciret Iohannes, Pharisæos & Sadducæos, cũ reliquis eiusdem malitiæ Scribis, Sacerdotibus ac Legisperitis, eadem laborare malitia, qua parentes ipsorum Prophetas occiderant, ita vt patrum essent impleturi mensuram, opprobrat illis non propriam tantum, sed & paternam malitiam, quum dicit, Progenies viperarum. Hoc elogio & à Christo commendati sunt infrà, 12. c. 34, & 23. d. 33. Submonstrauit] Satis emphaticè & cum admiratione dictum. Quis, inquit, vobis tam peruersis, tam deploratis, támque certò exitio (quod breui futurum est, & generationi huic pessimæ imminet) præ aliis omnibus destinatis, hũc animum indidit, vt futuram iram fugiatis? Et verbum submonstrauit, notanter est positum, quod significat, clanculum iamiam capiundo & pœnas daturo, euadendi viam & consilium tacitis nutibus & indiciis monstrare. Scripta Latina exẽplaria etiam in præterito legunt, demonstrauit. A vent. ira?] Per iram futuram intelligit excidium gentis Iudæorum per Romanos postea perfectum, de quo infrà 23. d. 38, & 24. b. 15, quo nullum crudelius legitur: eo tamen cæcitas, quæ ex parte Israeli accidit, Rom. 11. c. 25, in qua iam annos M. D. misera & vaga detinetur: atque inde æternũ excidiũ simul significauit. Irã hanc significantius explicans Dominus, dicit apud Lucam, 21. c. 23, Væ prægnantibus & mamma nutrientibus in illis diebus: erit enim afflictio magna super terram, & ira in populo hoc: & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes.

Facite igitur 'fructus qui deceant pœnitentiá. 8
"Et ne sitis hac mente vt dicatis intra vos ipsos, 9
Iohá.8.c.39. act.13.d.26 ‖Patré habemus Abrahá. dico enim vobis quòd
'possit Deus facere vt "ex lapidibus his filii surgant
Abrahamo.

Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ.
Et ne velitis dicere intra vos, Patrẽ habemus Abraham. dico enim vobis quoniã potẽs est Deus de lapidĩ bus istis suscitare filios Abrahæ.

Iam verò '& securis ad radicem arborũ posita 10
i.7.c.19 est.‖Omnis igitur arbor quæ nõ facit fructũ bo-
C num, "exciditur, & in ignem mittitur.

Iã enim securis ad radicẽ arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonũ, exciditur, & in ignem mittitur.

ANNOT.

8 Fructus qui dec.pœnit.] Opera vocãtur fructus: & Pœnitentia, radix. Si (inquit) inseritis vos gregi pœnitentium, veris hìc agitur, non fucis, vt apud vos. Ergo si vultis baptizari, & ex eorum numero haberi qui verè regno cælorũ inscribũtur, oportet verã esse vestrã resipiscentiam. Vera autem erit, si suos fructus protulerit, nimirum rerum præsentium contemptum, sui abnegationem, summam modestiam, ardẽs pietatis studiũ. Hi demum fructus sunt animi plane resipiscẽtis, & vitæ nouitatẽ serio meditantis. Ponendũ ergo vobis erit vestrum supercilium, & peccatores vos omni vita vestra agnoscatis oportet, Christum quem prædico auidissime excipientes.

9 Et ne sitis hac mente, &c.] Ad verbum, Ne videamini dicere: vt sit sensus, Ne sic viuatis vt videamini totam fiduciam pietatis collocasse in genere paterno. Quanquam potest & sic accipi, Ne sitis in hac opinione vt dicatis vos esse filios Abrahæ: tanquã id sufficiat ad iustitiam, è sanctis esse prognatos. Sciebat Iohannes eos esse semen Abrahæ, vt etiam Christus testatur. Iohan.8.e.37, Scio quia filii Abrahæ estis. Sciebat fœdus Dei non solùm cum Abraham, sed & cum semine eius ictum fuisse, Gene.17.a.7, Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus & seminis tui post te. Sciebat etiam, memoriam Abrahæ, ad quam Esa.51.a.2, prouocantur, si illa rite seruata esset, multum posse ad excitandum in posteris illius pietatis auitæ studium. Hanc illis, si voluissent Abrahæ patris vestigiis ingredi, nunquam eripuisset. Verùm quoniã præpostero modo securitatẽ sibi ex promissis Abrahæ diuinitus factis, quamuis impii, & magis viperarum quàm Abrahæ progenies, in peccatis pollicebãtur, sibíque ipsis persuadebant fieri non posse vt vltione diuina excinderentur, propter fœdus Dei cum Abraham ac posteris eius in sempiternum erectum: indéque fiebat vt nullis diuinæ vltionis minis ad pœnitentiam permouerentur: commodum post adhortationem ad fructus pœnitentiæ declarandos, istam illis præposteram securitatem eximendam putauit. Ex lapid. istis] Non loquitur hic de vocatione Gentium, verùm de lapidibus ipsis. q.d. Hoc vobis assero, eius esse potentiæ Deum, vt etiamsi vos omnes, vt meriti estis, prorsus deleat, aliunde queat Abrahamo dilecto suo suscitare filios, etiam ex hisce lapidibus, vtvt ad eam rem inepti videantur, quos in fœdus suum assumat, & quibus quæ Abrahamo promisit, præstet. Consimili argumẽto vsus est & Christus, Luc.19.f.40, Quòd si hi tacuerint, lapides clamabunt. Ad hanc potentiam respexit Abraham quum iuberetur immolare filium suum: Heb.11.d.17.

10 Iam verò & securis, &c.] Non est otiosa coniunctio &: indicat enim cum epitasi proximum instare periculum. Siquidem quandiu spes est remedii, stercoratione aut putatione subuenitur arborũ vitiis: cæterũ vltimæ desperationis indiciũ est quoties securis admouetur radici. Minatur autem horrendum illud excidiũ quod per Romanos postea illi genti illatum est. Positam dicit securim: quæ erat potestas Romanorum, instrumentum iræ Dei, cui iam tum erant Iudæi subiecti, breui pòst per illã excindendi. Exciditur, & in ignem mitt.] Etiam vetustiss. Latina exemplaria legunt hæc præsenti tempore. Est autem sententia generalis: & abusus temporis facit ad emphasim periculi proximè imminentis: quasi admota radicibus securi iamiam futurum sit vt funditus excidatur arbor. Quemadmodum ergo (inquit) infrugiferis solet arboribus fieri, vt ne solum frustra occupẽt, excidãtur & cõburantur: ita vos eiectos è terra quã frustra hactenus incoluistis, tam ingrati Deo, ignis iræ Dei absumet. Huc facit parabola de ficu, Luc.13.b.7, Si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autem & hanc similitudinem, Arborem fici habebat quidam plantatã in vinea sua:

& venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. succide ergo illam: vtquid etiam terram occupat?

11 |Ego quidem ᵃbaptizo vos aqua ad pœnitentiá: Har.1.14.
at ille qui post me ᵇventurus est, ᶜfortior me est:cu- Marc.1.b.8.
ius non sum idoneus ᵈvt calceamenta portem:ipse luc.3.c.16.
vos ᵉbaptizabit Spiritu sancto & igni. iohā.1.d.26. act.1.a.5.& 2.a.1.& 11.c.16. & 19.a.4.
12 |ᶠCuius ventilabrũ in manu ipsius, & repurga- Luc.3.d.18.
bit aream suam, & congregabit triticum suum in
horreum,paleā autem exuret igni inextinguibili.

Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiá: qui autem post me vẽturus est, fortior me est:cuius nõ sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.

Cuius vẽtilabrũ in manu sua, & permũdabit areã suá: & congregabit triticum in horreũ suum, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili.

A N N O T.

11 Baptizo vos aqua ad pœnit.] Ad vniuersum populum,non ad Pharisæos & Sadducæos tantum dicta fuisse ista,apparet ex Luca,3.c.15,dicente, Existimãte autem populo,& cogitantibus omnibus,&c.dixit omnibus, Ego quidẽ aqua baptizo in pœnitẽtiam. Hoc est,Quosuis voco ad resipiscentiam:& resipiscentiam professos,baptismi signaculo obsigno,quo certi sint peccata sibi esse remissa, si credant in eum qui post me venturus est, hoc est in Christum,qui solus remittit peccata,& dat Spiritum sanctum,fidem remissorum peccatorum cordibus nostris imprimẽtem, simul & carnis nostræ affectus mortificãtem.Hinc ait Lucas,cap.3.a.3,Venit Iohãnes in omnem regionem Iordanis, prædicãs baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.Et Paulus Act.19.a.4, Iohãnes baptizauit baptismo pœnitentiæ populũ,dicens, in eum qui venturus esset post ipsum,vt crederẽt, hoc est in Iesum.Ex quo Pauli loco videtur Lucæ locus sic complendus,Prædicans baptismum pœnitentiæ,& vt crederẽt in Iesum in remissionem peccatorum. Baptismus autem Iohannis à Christi & Apostolorum baptismate nihil differt : personæ tantùm differunt. Baptizat Iohannes aqua in eum qui venturus erat : Apostoli autem,omnésque ministri Ecclesiæ,etiam aqua in eum qui iam se exhibuit.Christus solus baptizat Spiritu,id est, dat efficaciā baptismo, nec sinit institutionem suā esse inutilem, sed verè in ipso baptismo dat remissionem peccatorũ,nósque regenerat,simul etiā per ipsum signum nobis loquitur, se nos purgare & abluere,delictorum memoriam abolere,mortis suæ participes facere,Satanæ regnum adimere, & concupiscentiæ nostræ vires eneruare.hæc autẽ tam verè certóque animæ nostræ intus facere, quàm certò videmus corpus nostrũ extra ablui & submergi.Neque hic Iohannes baptismum à baptismo distinguere voluit : sed personā suam cum Christi persona contulit: se ministrum esse aquæ, illum,Spiritus sancti datorem.

Venturus est] Vel,venit, præsenti tempore.Vox Græca anceps est,vt intelligas vel ætate iuniorem Christum, vel successurũ in munus prædicandi. Iohan.1.d.30,Post me venit vir, qui ante me factus est,quia prior me erat. Fortior me est:] Dictio Græca ad vires refertur, non ad animi magnitudinem: valentior, plus potens quàm ego, potentia sanè diuina. Vt calceamenta portem,] Dixerat Christum robustiorẽ se esse:quod vt amplificet, dicit se non esse dignũ qui ferat eius calceamẽta. Formæ loquẽdi sunt vulgares, quibus redigit se in nihilũ,vt Christus magnifiat.Illũ oportet crescere,me autem minui:Iohan.3.d.30. Baptiz.vos Spiritu s.& igni.] Id est,effundet in vos Spiritum sanctũ, omnes cælestes thesauros, omnia Dei excellentia ac salutaria dona: sicut transfudit in Apostolos,Actor.2.a.4.Baptizabit item vos igni , hoc est, purgabit vos, conferet vobis remissionem peccatorum,& amorem Dei & inter vos mutuum. Ignis,symbolum est purgationis & amoris.Vel vt alii, Baptizabit Spiritu sancto & igni,id est conferet Spiritum sanctum,qui in regeneratione,ignis officiũ naturámve habet:corda vestra regenerabit, innouabit & mundabit, in adoptionémque filiorum Dei consecrabit. Iohan.3.a.5, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto.i.Spiritu qui officium mundãdi habet.Baptizari Spiritu sancto,Indui virtute ex alto,Accipere Spiritũ sanctũ, aut Virtutẽ superuenientis Spiritus in se, idem significant.Luc.24.g.49,Act.1.b.8,& 11.b.15.16.Cyprianus pro baptizare,vtitur Latino verbo tingere.

12 Cuius ventilabrum in manu ipsius,] Hebraismus, altero relatiuo redundante:pro,In cuius manu.Ezech.9.1, Et vniuscuiusque instrumentum mallei sui in manu sua.Similitudine arborum prius, hic verò similitudine agricolæ triticum suum purgantis,iudicium Dei,quod Israeli imminebat,ob oculos ponit,dicens, Cuius ventilabrum,&c. Per aream intelligit populum Israelis,vel potius ecclesiam.Horreum:est regnum Dei. Ventilabrum:sermo regni,si-

b.i.

ue prædicatio Euangelii. Triticum: electi ac veri Israelitæ. Paleæ: reprobi & increduli. Ignis qui extingui nequit: suppliciũ impiorum & incredulorum. Vt ventilabro discernuntur paleæ à tritico, & leuitas ac inanitas illarũ manifestatur: sic per Euãgeliũ prædicationem prodebantur falsi Israelitæ, qui ex Deo non erant, & veri manifestabantur. Iohan. 8. f. 47, Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. Ante prædicatum in Iudæa Euangelium, non solùm coniuncti erant reprobi electis, sed & legalium ceremoniarum splendore tecti, pro veris Israelitis habebantur. Ast vbi accessit Euangelicæ prædicationis ventilabrum, facta est separatio, pariter & manifestatio vtrorumque: detecta sunt occulta cordium. Idem & nostris temporibus vsu venire videmus. Hæc non complẽtur modò, sed Christus incipit eiicere paleas: multæ autem remanẽt in diem vltimum, tunc plenè repurgabitur ecclesia: ideò subiungit, Comburet igni inextinguibili.

Mar. 1. b. 9. luc. 3. d. 21.

¶ 'Tunc accedit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad 13
Ioannem, vt baptizaretur ab illo.

Tũc venit Iesus à Galilæa in Iordanẽ, ad Iohãnem: vt baptizaretur ab eo.

At Ioannes 'prohibebat illũ, dicens, 'Mihi o- 14
D pus est vt abs te baptizer, & tu venis ad me?

Iohãnes autẽ prohibebat eũ, dicẽs, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

Respondens autẽ Iesus dixit ad illum, 'Omitte 15
nunc: sic enim decet nos vt compleamus 'omnem
iustitiam. Tunc 'omittit illum.

Respondẽs autem Iesus dixit ei, Sine modo: sic enĩ decet nos implere omnem iustitiã. Tunc dimisit eum.

Et baptizatus Iesus ascendit 'protinus ab aqua, 16

Baptizatus autem Iesus, cõfestim ascẽdit de aqua, &

ANNOT.

13 Tunc] Marcus dicit, In diebus illis: quum scilicet Iohannes aliquandiu prædicasset ac baptizasset, totúsque populus magna frequentia accurreret vt baptizaretur: tunc opportunũ erat vt reuelaretur Christus cordibus mortalium prædicatione pœnitentiæ compunctis, & gratiam Christi desiderantibus.

14 Prohib. illum] Negabat ministeriũ suũ Christo, ex consideratione primùm maiestatis illius, deinde propriæ tenuitatis & egestatis. Ita & suprà dixerat, Cuius non sum dignus soluere corrigiã calceamenti. Mihi opus est] His verbis significat se quoque, perinde atque alios, opus habere gratia & beneficio Christi, hoc est baptizari Spiritu. Admonitus à Spiritu sancto Iohannes cognouit Iesum esse Christum, antequam descenderet Spiritus ipse sanctus super ipsum Christũ: ipsa descensio, fuit cõfirmatio. sic Deus addit sigillũ suis quo eos cõfirmet. Quod autem Iohan. 1. e. 33, dicitur, Et ego nesciebam eum: in id tempus referendum est quod aduentum eius ad Iordanem antecesserat. nam Christus non erat ei cognitus, quod ad consuetudinem hominum spectat.

15 Omitte nunc] Videtur Iohannes iniecta manu conatus vetare Iesum. Non negat verum esse quod Iohannes dixerat, Mihi opus est vt abs te baptizer: sed tacitè verbis Iohannis vt veris assentitur: propositum verò reluctandi, quod ex illis erat natum, infringit, dicens, Omitte, &c. Omnem iustitiam.] Iustitia in Scripturis pro impletione legis & ceremoniarum sæpe accipitur. Quare & baptizari, quum ita Dominus instituisset, portio aliqua iustitiæ fuit: quam Christus (tametsi illi non necessariam) implere voluit, & in hoc Patri obedientiam præstitit. Hæc generalis est ratio quare baptizari voluerit. Particularis autem, quòd baptismum consecrare voluit in corpore suo. si enim non fuisset baptizatus, non haberemus baptismum communem cum Christo. Quicquid spectabat ad homines, Christus implere voluit. Circuncisus, vt legem abrogaret: Baptizatus, vt institueret & consecraret baptismum. Voluit etiam testari, nos effici membra ipsius, & quasi coalescere cum illo per baptismum. Dicit igitur, Sic decet nos implere omnem institiam, id est, quicquid præcepit Pater, cui oportet me obedire. Baptisma tuum à Patre est institutum. Igitur etiamsi maior te sim, tamen ita Deo patri visum est vt à te baptisma recipiam, & illud in meo corpore consecrem, vt qui me recipiunt, & in me baptizantur, agnoscãt me fratrem & consortem, quum idem symbolũ cum illis gestem. Omittit illum.] Id est, omittit illam contentionem, & baptizat Christum, quemadmodum Petrus (Iohan. 13. a. 8.) Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, &c. Dicit ei Petrus, Domine non tantum pedes, &c.

16 Protinus] Hoc aduerbiũ ad apertionem cælorum videtur referendũ esse: tametsi verbo Descendit, coniungatur. Nã statim à baptismo Spiritus descendit super Christũ, vt demõ-

ſtraretur coniunctio gratiæ regenerationis externó ſigno : vt Spiritus non ſeparetur à ſigno viſibili. Lucas tradit, Chriſtum poſt baptiſmum oraſſe. Vide Harmoniam Euangelicam.

ecce aperti ſunt ei cæli: & vi dit Spiritum Dei deſcen- dentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum.
Et ecce vox de cælis, di- cẽs, Hic eſt filius meus dile

& ecce aperti ſunt illi cæli, & vidit Spiritũ Dei de
ſcendẽtẽ tanquã columbã, & venientẽ ſuper ipſũ.
17 Et ecce vox de cælis, dicẽs, Hic eſt filius me9 di 2.Pet.1.d.17. Coloſ.1.c.13.

ANNOT.

Aperti ſunt illi cæli] Ambiguũ tam ex Matthæo, quàm ex Marco, vtri, Iohanni an Chriſto aperti fuerint cæli. Potius videntur Iohanni aperti fuiſſe quàm Chriſto : licet etiam ipſi Chriſto, vel ſuper ipſum Chriſtum: nam Pater voluit illuſtrare filium hoc modo, & conſecrare, vt ſignificaret hunc eſſe qui de cælis veniſſet, cæleſtia docturus, Iohan.3.d.32. Quíque per incarnationem ſuam humana cæleſtibus conciliaturus eſſet, Epheſ.1.b.10. Coloſſ.1.c.20. Et cæli ianuas reſeraturus : quod ipſi Iacob præmonſtratum fuerat in viſione cæli aperti, & ſcalæ deſuper ad terram vſque demiſſæ: Gene.28.c.12. Apertos autem, ſiue vt Marcus ait, diffiſſos fuiſſe cælos ipſi Iohanni, ſiue Chriſto, eſt irradiaſſe illis mirabilem quãdam lucem, & viſum eis apertius diuinum ſplendorem, atque inde prodiiſſe Spiritum ſanctum. Sic nato Chriſto, angelis natiuitatem nuntiantibus, claritatem Dei circunfulſiſſe illos legimus. Luc.2.a.9. Sed & in trãſfiguratione Domini viderunt Apoſtoli non ſpiritualibus, ſed & carnalibus oculis vultum Chriſti ſplẽdere ſolis inſtar, & lucidam nubem obumbrare locũ in quo erant. Viſio certè fuit aperientis ſe & coram exhibentis maieſtatis diuinæ. Sicut & Ezechiel ſibi apertos fuiſſe cælos cõmemorat, quum vidit viſiones Dei. Ita Stephanus Act.7.g.56, Ecce video cælos apertos, & filium Dei ſtantem à dextris Dei. Quod quid aliud fuit, quàm apertior aliqua diuinæ maieſtatis reuelatio, & manifeſtior Chriſti apparitio? Vt enim cæli, cunctis creaturis corporalibus modis omnibus præſtant, ita cœperunt ſpiritalia per cælos ſignificari.

Vidit] Sub. Iohannes. Iohan.1.e.33, Super quem videris Spiritũ deſcendentem, &c. Non ob eam autem cauſam ſuper Chriſtum viſibiliter deſcendit Spiritus ſanctus, quòd hactenus illo caruiſſet, quum ab eo nunquã, ſicuti nec à Patre, ſeparatus ſit: ſed vt mundo Chriſtus innoteſceret. Deſcendentem] Deſcendit, quia voluit illic agnoſci ſuam præſentiam. Quũ adeſt nobis, dicitur deſcendere: quũ tamen quoad naturam, non minus ſit hîc quàm in cælo. quanuis non debeamus hîc tam quærere, quàm in cælis: vult enim vt oculos tollamus in cælum, & reuocemus mentem à terrenis. Deſcenſus igitur iſte Spiritus ſancti ad hoc eſt viſibili ſpecie ſuper Chriſtum factus, vt ea, quam diuinitus habebat, authoritas in terris declararetur. Tale quid & Apoſtolis contigit, quum eſſent in vniuerſum orbem euangelizandi gratia mittendi. Et quum in opus euangelicæ prædicationis electis manus ab Apoſtolis imponerẽtur, dabatur illis viſibili ſigno virtus Spiritus ſancti (quam iam antea per fidem acceperãt) vt conſuleretur rudi adhuc eccleſiæ, & vt ſingulari & viſibili dono Spiritus in opus miniſterii deſignarentur, inſtruerentur, & confirmarẽtur. Tanquam columbam] Analogia eſt inter ſignum & rem quæ figuratur. De Chriſto dictum eſt (Matth.12.b.19) Non contendet, nec clamabit, &c. & linum fumigans non extinguet. Manſuetudo ergo Chriſti figuranda erat per ſpeciem columbæ. Simul oſtẽdebatur quid in cordibus Chriſto credentium operaturus eſſet Chriſtus, nempe hoc ipſum quod ipſe dicit infra cap.10.b.16, Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Significatum eſt hac apparitione qualis futurus eſſet cæleſtis hic rex, quàm mitis ac benignus: deinde quos mores, quæ ingenia habituri eſſent per Spiritus ſancti baptiſmum in Chriſto regenerati. Ipſum.] Scilicet Chriſtũ. Sic etiã legũt vetuſtiſſ. Latina exemplaria. Act.2.a.3. Act.6.b.6.

17 Hic eſt filius] Hoc vult Pater notum eſſe mortalibus, Chriſtum eſſe Filium ſuum: nã in eo ſita eſt illorum ſalus, vt ait Iohannes cap.3.d.37, Qui credit in filium, habet vitam: qui non credit, iam iudicatus eſt. Hac voce cælitus demiſſa dilectionem ſuam erga homines cõmendauit. q.d. Quem hîc vobis miſi, & in carnem veſtram venire feci, filius meus eſt quem vnicè diligo: in quo videtis quàm genus humanum diligam, ſalutémque illius ſitiam. proinde videte vt huic adhæreatis. Miſi hactenus ſeruos meos Prophetas, ſed illos reprobaſtis & occidiſtis: ob quam cauſam vos poteram in vniuerſum perdere, & quæ pollicitus eram, incredulis & rebellibus denegare. Verùm vt oſtendam quàm cupiam vos rebelles ſaluare, ecce hîc mitto ipſum filiũ meũ, quem ſi contempſeritis, ne vllam poſthac gratiã expectetis. Sed & hac voce confirmatus fuit à Patre Chriſtus homo, ad ſuſtinendos varios labores. Vnigenitus eſt filius: hic honor eſt illi proprius & peculiaris. Dilectus] Vox Græca plus quiddam ſonat quàm dilectus: acſi dicas chariſſimũ. Dilectus Chriſtus, vt participes ſimus huius dilectionis.

lectus, in quo mihi ' bene complacitum est. | ctus, in quo mihi cōplacui.

CAP. IIII

Har.1.17. Mar.1.b.12. luc.4.a.1. T'Vnc Iesus' subductus fuit' in desertum' à Spiritu, 'vt tentaretur' à diabolo. 1

Tunc Iesus ductus est in desertū à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

ANNOT.

Bene complacitum est.] Verbum Græcum, intimè propensum animum in aliquem exprimit, bonam voluntatem & affectionem propensissimam, ab omni ira & affectu sinistro remotissimam. quasi dicas, In quo bonam de meipso habeo opinionem, & (vt ita loquar) ipse mihi placeo: siue, in quo mihi complacitum est. Eadem voce vsus est Lucas cap.2.b.14, Hominibus bona voluntas. Vel vt Chrysostomus, Reconciliatio. Ex Esaia desumptum testimoniū cap.42.a.1, Electus meus [in quo] complacitum est animæ meæ .i. qui est mihi charissimus. Vel vt alii, In quo placata est anima mea. hoc est affectus meus. Hanc sententiam velut exponens Paulus, ait Col.1.c.19, In ipso [Christo] cōplacuit [Patri] omnem plenitudinē diuinitatis inhabitare, & per eū reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cælis. Apostolus Petrus fidei ac doctrinæ Christi certitudinem ex hoc Patris testimonio (quod in monte ad apparitionem Mosis & Eliæ repetitum fuisse, infrà cap.17 legimus) in posteriore sua epistola, cap.1.d.17, desumit.

IN CAPVT IIII.

1 Tunc] Statim scilicet à baptismo, vt ait Marcus. Subductus] Siue sublatus, velut è medio vulgi abductus, & à pristinæ vitæ conuersatione, ab iis quæ hactenus parētibus subditus exercuerat. In desertum] Solitudo fuit, nullis habitata hominibus. nam Marcus dicit illum egisse cum bestiis. A Spiritu] Sancto scilicet, quo iam erat declaratus Dei filius saluator. Significatur autem, totū hoc factum fuisse prouidentia Dei, & nō fortuito: neque temere, sed consilio Spiritus fuisse gubernatum. Non quasi hactenus caruerit ductu Spiritus: sed quod iam ab apparitione ipsius Spiritus, manifestiore illius impulsu, & ad sublimiora agi cœperit. Marcus habet, expulit: Lucas, actus est. vt intelligamus, ab hoc iam tempore, præcipuo quodam modo, & ad maiora, regni videlicet Dei, negotia, actu Spiritus sancti esse progressum. Hoc exemplo videmus, eos quos Spiritus sancti virtus ad gloriā diuini nominis selectos peculiariter imbuit, in alios viros mutari. Sic Moses, quum esset in ministerium Dei ad educendum ex AEgypto Israelem selectus, planè reddebatur alius: & pristina vitæ conuersatione deserta, ad ea rapiebatur quæ negotio imposito conueniebāt. Sic Dauid, quum esset vnctus à Samuele, & in regem consecratus, statim apparebat alius: & relictis paternis ouibus, ad sublimiora surripiebatur. Ad eum modum & Apostoli, accepta Spiritus sancti consecratione, virtutéque Dei ex alto induti, longè alii apparebant. Vt tentaretur] Venerat Christus in hunc mundum, tanquam fortissimus athleta, regnum satanæ infensissimi hostis destructurus: propterea magna illum confidentia prouocaturus, in solitudinem egressus est: vt audaciam ac temeritatem illius, primo congressu victor elideret & vinceret. Deinde, vt in quo tentatus esset, posset & illis qui tentantur, auxiliari, infirmitatum nostrarū sensu tactus, & per omnia tentatus absque peccato. Heb.2.d.18. Tertio, vt in ipso duce nostro daretur omnibus exemplum pugnandi contra tentationes satanæ, quibus aggreditur statim eos quos videt regno suo renūtiasse, & ad regnum Dei aspirare. Aduersarius vester (ait Petrus, 1.Pet.5.c.8) diabolus, sicut leo rugiens, circuit, quærens quē deuoret. Vt postremò esset nobis spes victoriæ in victore Christo: Iohan.16.g.33, In mundo pressuram habebitis: sed cōfidite, ego vici mundum. A diabolo.] Quē hîc Euāgelista diabolū, mox satanā vocat: vt idē videatur esse Græcè diabolus, qui Hebraicè satan. In Apoc.12.b.9, iunguntur hæc duo, Serpens antiquus qui vocatur diabolus & satanas. Psal.99.6, vbi Hebraicè satan legitur, LXX verterūt diabolū. Sic & Iob 1.b.6, & sequentibus versibus. Item Zach.3.a.2. Propriè tamen diabolus significare videtur delatorem, aut calumniatorem, infames reddentem & traducentem alios. Ad quam vocabuli etymologiam videtur allusum esse Apoc.12.c.10, Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Satan verò significat inimicum, aduersarium, osorem. 2.Samu.19.d.22, Quid mihi & vobis filii Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in satan? Suadebāt enim occidere Semei, atque ita funestum reddere diem reditus Dauid. Ita reuocanti à cruce Petro, Christus dicebat, Infrà 16.d.23, Vade post me satana. Aduersabatur enim illi, & à mandato Patris reuocare quærebat.

Et quũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

2 Et quum ieiunasset dies quadraginta ac noctes
quadraginta, tandem esuriit.

Et accedens tẽtator, dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti, panes fiant.

3 Et quũ accessisset ad eum ille qui tentat, dixit,
Si filius es Dei, iube vt lapides hi, panes fiant.

Qui respondẽs dixit, Scriptũ est, Nõ in solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

4 At ille respondẽs dixit, Scriptũ est, Non solo Deut.8.a.3.
pane victurus est homo, sed omni verbo quod e-
greditur per os Dei.

ANNOT.

2 Qunm ieiun. dies quad.] Vt tentaretur Christus, actus est in desertum à Spiritu, non vt ieiunaret. Ieiunauit autem non humano modo (quod fit dum ex solito victu tum es quantitate, tum ex qualitate aliquid detrahitur) sed præter humanum morem, quia penitus cibo & potu mirabiliter abstinuit, non indulgendo sibi. cum bestiis agebat, vbi nulla rerum necessariarum parabilis copia. Opus erat ergo vt diuina virtute, veri hominis corpus seruaretur, vt non solùm sine cibo viueret, sed & ne esuriret quidem, tantisper dum tempus tentationi destinatum appeteret. Postea esuriit: non esuriebat tunc. Antea sic ieiunauerat Moses, qnum legem accepturus esset in monte Sina, Exod. 24. d. 18, & 34. d. 20. Qnum ob eam causam à conuictu hominnm vocatus esset in montem, certè illi & hoc datũ diuinitus, vt quandiu ibi manendum esset, sine cibo & potu viuere posset. Idem de Elia legimus, 1. Reg. 19. b. 18, quòd non ieiunandi gratia vocatus sit ad montem Dei Horeb, sed vt mandatum illic à Deo de duobus Syriæ & Israel regibus & propheta Elisæo vngendis acciperet. In hoc itinere dies quadraginta sine cibo perdurauit.

3 Ille qui tentat,] Sic Paulus, 1. Thess. 3. b. 5, Ne quo modo tentasset vos ille qui tentat. i. qui solitus est tentare. Prius diabolum vocauit: cuius vt ingenium & cõsuetam malitiam notaret, qua pios ad lapsum tentãdo impellere solet, vocauit tentatorem. Hoc est illius ingeniũ, quod vt caueamus, admonet Apostolus, 1. Cor. 7. a. 5, Ne tentet vos satanas. Tentat autem vt abducat à fide, & pertrahat ad exitiũ perpetuũ. Aliter Deus tentat, nempe vt experiatur fidẽ & patientiã nostrã, & purget nos ab omni hypocrisi. Tentamur extra & intus. Titillamur aliquando prauis desideriis, aliquando acquiescimus. Extra tentamnr, quum diabolus studet nos ad malum impellere. In hoc genere nullũ est vitium, quum diabolus nullum ex membris nostris mouet, sicut nec quum intus pungimur, nec tamẽ acquiescimus. Extra fuit tentatus Christus: qui etsi habuit tentationes internas, tamen fuerunt puræ ab omni vitio, quoniam affectus illius nõ erãt nostris similes. Si filius Dei es,] Acsi diceret, Putas te esse filium Dei, fortasse voce illa, qnam post Iohãnis baptismum audisti, Hic est filius meus &c. persuasus. sed vehementer deciperis. Quis enim Deum passurnm credat vt filius eius agat in solitudine cũ bestiis, & omni humano subsidio destituatur? Age, si filius Dei es, quid opus est vt esuriem feras, quum queas ex lapidibus istis parare tibi panis copiam? Iube itaque vt, &c. Primo hoc congressu tentat Dominum diffidentia, perfidia, & incredulitate, cupiens efficere vt de bona erga se patris voluntate ac prouidẽtia addubitet, & ne paternæ voci credat, Hic est filius meus, &c. Totus in eo est vt de mendacio Patrem reddat suspectũ. Hicque ipse idem agit quod in paradiso primùm Euam tentando, egerat. Dixerat Deus, Morte moriemini, &c. Tentator contrà, Nequaquam morte moriemini, sed, &c. Ita scilicet verbum Dei, mendacii conatur arguere, idque efficere vt non Deo, sed sibi credatur. Iube] Græcè, dic. Dicere autem pro iubere, Hebraico more sæpe legitur.

4 Pane] Per panem intelligit omnem illum victnm quo quotidie corpora nostra aluntur. vide infra, cap. 6, versu 51. Sed omni verbo] Hebraico more dictio Verbũ, hoc loco vsurpata primũ à Græcis interpretibus, deinde & à Christo, pro re quauis quæ à Deo ad hoc destinatur vt homini sit alimenti loco. In Hebræo nanque nõ habetur D S B B E R verbũ, sed tantũ legitur, Quòd non solo pane viuit homo, sed omni egrediẽte ex ore Dom. Quem locũ Euangelista (sequutus vulgatam Græcorum editionem) explicatius posuit, Omni verbo quod egreditur de ore Do. Est autem & Egrediens, & Verbũ, virtus & potentia Dei qua sustentamur æquè sine solito cibo, atque per cibum: siue in locum cibi substituat aliud quidpiã, vt veteribus Man ministrauit: siue nihil, vt Mosem, Eliam, ac Christum sine vllo cibo tot dies seruauit. Responsio ergo Christi, tanquã fortiter verbo Patris nitentis est, Etsi esuriam, est De-

us qui de me dixit, Hic est filius meus, &c. qui potentia & prouidentia sua, vt hactenus tanto tēpore fecit, seruare me potest, etiam absque omni cibo. LXX exponentes quid ex ore egrederetur, addiderunt Verbum, quod Hebræis DIBBER dicitur: quæ vox sæpenumero non pro verbo, sed re aliqua aut facto sumitur: vt Luc.2.b.15, Et videamus verbū quod factū est. Verbū videri non potest, nisi facto aliquo exprimatur, & conspicuum reddatur. Egreditur autem verbū ex ore Domini, vt eo alamur, quando diuina prouidentia decernit aliquid quo viuamus. Generaliter decreuit panē vt cor hominis confirmet, Psal.104.b.15: sed non ita vt in solo pane sit vita hominis. quòd panis pascit, non habet aliunde quàm ex prouidentia Dei, quæ tantæ est virtutis, vt si mortis cibum destinet homini ad vitam, jam nō sit mortis, sed vitæ cibus.

Discamus autem exemplo Christi, pugnandum esse contra tentationes satanæ, verbo Spiritus, verbo Dei scilicet, id est fide verbi Dei, qua nos etiam Apostolus armatos esse vult: Ephes.6.e.17.

Tunc assumit illum diabolus in Sanctam ciuita 5
tem, & statuit eum super pinnaculum templi:
Dicítque illi, Si filius es Dei, præcipita te deor- 6
Psal.91.c.11. sum. nā scriptū est, Angelis suis mādaturus est de
te, ac manibus tollent te, nequando impingas in
lapidem pedem tuum.

Tūc assumpsit eū diabolus in Sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi,
Et dicit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. scriptū est enim, Quia angelis suis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offēdas ad lapidē pedem tuū.

ANNOT.

5 Assumit] Id est, comitem abducit. Quomodo eum sustulerit, vtne coactum, an voluntariè sequentem, an per aera deportatum, consultum non est piis de hac re inquirere. Nec est verisimile Christum continuò pòst fuisse tentatum: licet non contendendū: tantùm notandum, non semel fuisse tentatum, ne frangamur animis, sed sequamur Christū in hac militia, comparemúsque nos ad varias tentationes. Videntur tamen per visionem hæc facta esse, quū Lucas dicat in pūcto temporis istud factū fuisse. Quod etiā probatur per id quod est in tertia tentatione, delatum fuisse supra montem, vnde conspicua erāt omnia regna mundi. quod quō fieret, nisi per visionem? Vtut sit, oportuit Christum apprehendere pinnaculum. nam si non sensisset periculū ex præcipitatione, non fuisset locus tentationi. In Sanctam ciuit.] Lucas vocat Ierusolymam: quā, tametsi esset omnium corruptissima, sanctam vocat, nō propriæ iustitiæ, sed Dei gratia, quòd habitationem nominis sui in illa esse voluerit. Dicta est autem Ierusalem, ciuitas sancta, ex imitatione Prophetarum, quorum non postremus Daniel ipsam cap.9.f.24, sic appellauit, partim propter promissiones, partim propter res sanctissimas quas in ipsa operatus est Dominus. Pinnac. temp.] Id est, summū fastigium templi. à pinna, seu penna. Vox autem Græca alam, siue paruā alam significat. nam pinnaculis olim pinna addi consueuerat (lamina latior, siue vexilla ex lamina hodie infiguntur, aut galli gallinacei forma ærea tenuis admodum) quæ facili motu, ventorum indicaret flatum.

6 Si fil. es Dei] Iterū obiicit illud, Si filius, &c. Quoniā ita pendes à prouidētia Patris, vt ne esuriens quidem in summa rerū penuria dubites te ab illo etiā sine pane sustentari posse: bene est, fac hoc testatum omnibus, vt nemo nō videat te esse filium illum Dei in Prophetis promissum: præcipita te deorsum: nihil enim tibi periculi futurum est. Mandaturus est] Vetusti Latini codices etiam in futuro legunt, mandabit. Locus ex Psal.91.11, desumptus: qui totus in eo est vt fœlicitatem ac securitatem eorum qui sub protectione diuinæ prouidentiæ commorantur, describat: ad quod argumentum & hæc verba pertinent, Angelis suis, &c. Sunt enim angeli Dei, ministri electorum constituti, infrà 18.b.10. Præcipuè autem totus ille Psalmus respicit ad Christum: qui est caput ecclesiæ. Ideo enim nobis adsunt angeli, quòd Christo adhæreamus, vt videre est in scala Iacob, cui præerat Dominus. Versutus satan senserat ex responso Christi, animum à virtute diuinæ prouidentiæ cum fiducia pendentem: ideo illum nō ausus amplius impugnare, ex ipsa aliud argumentū tentationis venatur, dicēs, Scriptū est, &c. hoc autē Psalmistæ loco omisit diabolus, Vt custodiāt te in omnibus viis tuis, i. in his mediis quæ Deus proposuit tibi. Qua omissione sententia fit mutila. Ambulante homine in viis suis, hoc est, non abiiciente media quæ donantur à Deo, custoditur ab angelis. Non debemus temere proiicere vitam nostram in periculum, vbi media habemus à Deo, quibus seruari possimus. Volebat diabolus Christum experiri suam potentiam, præcipitādo se, quum gradibus posset descendere ex pinnaculo, quibus nos vti vult Dominus, potius quàm præcipitio.

Ait illi Ieſus, Rurſum ſcriptũ eſt, Nõ tentabis Dominum Deum tuum.

7 Dixit illi Ieſus, 'Rurſum ſcriptũ eſt, ‖ 'Non tenta- Deut.6.c.16.
bis Dominum Deum tuum. B

Iterũ aſſumpſit eum diabolus in mõtem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mũdi, & gloriã eorũ.

8 'Rurſum aſſumit illũ diabolus in montẽ excel-
ſum valde, & cõmonſtrat ei omnia regna mundi,
& gloriam illorum:

Et dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.

9 Et dicit illi, Hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus
adoraueris me.

Tunc dicit ei Ieſus, Vade ſatana: ſcriptũ eſt enim: Dominũ Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

10 Tunc dicit illi Ieſus, 'Abi ſatana: ſcriptum eſt e-
nim, ‖ 'Dominum Deum tuum adorabis, & illum Deu.6.c.13 & 10.d.20
ſolum coles.

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

11 Tunc omittit illum diabolus: & ecce angeli ac-
cedebant, ac miniſtrabant ei.

ANNOT.

7 Rurſum] Vox Græca ita eſt poſita vt vtrouis referri poſſit: Dixit rurſum: aut, Rurſum ſcriptum eſt. Deinde nonnunquam ſonat iterationem, aliquando contrarietatem. Si ad [dixit] referatur, iterationem ſignificat: nam ſemel antè reſponderat: ſi ad ſequens verbum, contrarietatem. q.d. E diuerſo ſcriptum eſt: vt opponat Scripturã, illius Scripturæ. Non tentabis] Locus hic habetur Deut.6, vbi Moſes Iſraelitas monet ne tentent Dominum, vt in loco cui ex euentu Maſſa, id eſt tentatio, nomen inditum fuit, tentauerant: Exod.17.a.1.7. ibi enim quum ſiti laborarent, experimẽto ſcire volebãt, ac reipſa experiri an eſſet inter ipſos Dominus. An eſt (dicebant) inter nos Dominus, an ſecus? Scitè igitur hoc dicto Chriſtus contra ſatanam vſus eſt: quaſi diceret, Credo me angelorum manibus geſtari, necubi impingam: hoc eſt, noui ex iſto Pſalmo, certiſſimam angelorum cuſtodiam (quæ metaphoricè, per geſtationem in manibus angelorum ſignificatur) mihi adeſſe: ſed ex fide, quæ mihi omni experientia pluris eſt. Nolo maioribus meis in hoc ſimilis fieri, qui Patris promiſſioni parum fidẽtes, reipſa volebant experiri an in medio ipſorum eſſet: Proinde inſiſtam meis viis, homo ſum, humanis vtar rebus: non eſt via hominis dare ſe hinc præcipitem. Hinc ergo videmus, tentare Dominum quicunque præteritis viis ſuis, hoc eſt viuendi generibus, inſtitutis, atque operibus nobis in Scriptura ordinatis, præſumunt ipſum ſibi affuturum: quicunque item non contenti promiſſionibus illius, ſignum petunt, quo de prouidentia illius erga ſe, certi reddantur. Sic Chriſtum Iudæi tentabant, dicentes, Quod ſignum facis, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres noſtri manducauerũt manna, &c. Iohan.6.d.30. Et Luc.11.b.16, quidam illum tentantes, ſignum de cælo quærebãt. In Deuter. legitur pluraliter, Ne tẽtetis Dominũ Deum veſtrum, ſicut tẽtaſtis, &c. At Chriſtus tantũ decerpſit quantum erat cõmodum. reliquit enim quod ſequitur, Sicut tentaſtis, &c. quòd ea pars competeret in populum Iſrael.

8 Rurſum aſſ. illum.] Hæc eſt tertia tentatio, quæ contigit Chriſto: quæ tamen ſecundo loco ponitur à Luca: vnde videmus Euangeliſtas voluiſſe tãtùm complecti ſummam rerum, & non ordinem. Certe hæc fuit viſio. neque hoc Chriſto indignum, tametſi eſſet Deus, nec quicquam illi arcanũ. oportebat enim diuinitatem eius aliquandiu occultari, vt pateret tentationibus. Potuit igitur ſatan perſtringere illi oculos. Permiſſione autem factum eſt, non ex imbecillitate naturæ: nã fuit illi voluntaria diſpenſatio: quúmque naturã noſtram aſſumpſit, ſubiecit ſe infirmitatibus noſtris inquantum opus erat pro ſalute noſtra. Finis huius tentationis fuit, vt Chriſtus acciperet certã poſſeſſionẽ aliunde quàm à patre: deinde vt illectus pompa mundi, ſe ſubiiceret ſatanæ. quibus tentationibus impetimur quotidie.

10 Abi ſatana.] Bona pars Græcorum codicum legit, Abi poſt me ſatana. quod ſane conuenit in eum qui tantum reiiciendus eſt, non etiam ad morem gerendũ inuitandus. Vetuſtiora etiam Latina ſcriptá exemplaria non pauca legunt, Abi retro me ſatana. De ſatan, vide ſuprà, verſu primo. His ſane verbis, quandam animi, eámque haud leuem indignationem exprimit, qua ſolemus eos reiicere & auerſari, quos aliquandiu cum moleſtia toleratos, tandem inſigni improbitate victi, ſemel in vniuerſum abiicimus. Ita & Chriſtus hoc loco, poſt vnam & alteram tentationẽ, impudentiſſime tentatus, commoto animo impoſtorem reiicit. Dom. Deum t. adorabis, &c.] Locus ex Deut.cap.6, vbi ſic legitur, Dominũ Deum timebis, & il-

lum coles. Aduersus tentationem, mutatum est verbum timendi, in verbum adorandi. quanquam sensus idem est·nam adorare Deum,& timere Deum,eiusdem ita sunt pietatis,vt recte alterum pro altero vsurpetur. Deinde particula solùm,in Hebræo quidem nõ est, habetur tamen apud L X X,& merito. loquitur enim ibi Moses non simpliciter de eo, quòd timendus & colendus sit Deus(quod nemo forsan negat)sed de eo,quòd solus sit timẽdus & colendus, propterea quòd præter hunc non sit alius Deus.Vnde & mox subiicitur,Non ibitis post Deos alienos cunctarum gentium.

Har.1.26
Marc.1.b.14. luc 4.c.14. Iohã.4.f.43.

|Quum audisset autẽ Iesus quòd Ioannes'tradi- 12
tus esset,|secessit in Galilæam.

Har.1.27
Har.1.28

|Et'relicta Nazareth,profectus habitauit in Ca 13
pernaum,'quæ est *ciuitas* maritima,in finibus Zabulon & Nephthalim:
'Vt impleretur quod dictum fuerat per Hesaiã 14
prophetam,dicentem,

Esa.9.a.1.

|Terra Zabulon & terra Nephthalim *iuxta* viã 15
C maris,vltra Iordanem,Galilæa Gentium:
Populus'qui sedebat in tenebris, vidit lucẽ ma- 16

Quum autẽ audisset Iesus quòd Iohãnes traditus esset,secessit in Galilæam.
Et relicta Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptbali:
Vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetam,
Terra Zabulon & terra Nephthali, via maris trans Iordanẽ Galilææ Gentiũ:
Populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem ma

ANNOT.

12 Traditus esset] Sub.commentariensi.De hoc vide infrà,14.a.3.Vide Harmoniam lib.1.cap.26.

13 Relicta Nazar.] Neque etiam scripta Latina exemplaria legunt ciuitate.Vide Harmoniam lib.1.cap.28. Quæ est ciui.mar.] Græcè,quæ ad mare.pro,maritima.

14 Vt impleretur] Quid sit impleri Scripturam,Vide suprà cap.2,versu 15.

15 Iuxta viam] Iuxta,non legitur Græcè, sed neque in Latinis scriptis exempl.tãtum viam,casu accusandi.Id est,vergens ad mare. Locus petitus ex Esaia,& aptatus rei præsenti per collationem. Nam loquitur Esaias de bellis per Assyrios primùm decem tribubus illatis, deinde regno Iuda.Et prima quidẽ incursione,inquit,rex Assyrius Teglath-phalasar leuius afflixerat gentem. nã duas modò tribus cũ parte Manasseorũ eduxit captiuas,vt videre est 2.Reg.15.f.29. Postea verò grauius egit Salmanassar, qui omnes tribus residuas excidit, & in captiuitatem abduxit. Venit postremo & sæuissimus Assyriorum tyrannus Sennacherib, qui duabus tribubus crudele minabatur exitium: ipsam quoque vrbem Ierosolymorum grauissime obsidebat; vnde populus Iudæorum merito in vmbra mortis dicitur sedisse, vtpote qui quum omni humano auxilio destitutus esset, nõ potuit aliud quàm mortem præsentissimam expectare. Per tenebras enim & vmbram mortis, extrema intelligit pericula,adeóque ipsam mortem nunc irruentem. At liberauit à sæuissimi tyrãni manibus populum suum Dominus, cæso Assyrii regis exercitu: vnde ciuibus Ierosolymitanis ingens lux,solatium,gaudiũ atque lætitia oborta est.nã lux metaphorice in præsenti vsurpatur.Iam verò Matthæus hunc locum rei præsenti aptat per collationem.q.d.Quemadmodum olim rex Assyrius Galilæam Gentium primò deprædatus est, & captiuam abduxit, ita Dominus Iesus primùm eam Galilææ partem diabolo abstulit, ac suo subdidit dominio. Et sicut olim sedentibus in vmbra mortis, ac interitum iamiam expectantibus,lætus illuxit Deus: ita nunc ob peccata commissa,desperatis & damnatis,per illustrem lætámque Euangelii prædicationem illucescit. Diserte autem exprimitur Galilæa Gẽtium: (quæ sic dicta fuit quòd plures ex Gentibus post captiuitatem Babylonicam illic habitarẽt,quàm ex Iudæis: vel quòd Hiram regi Tyriorum oblata sit à Solomone,1.Reg.9.11)vt significaretur Euangelicam lucẽ etiã ad Gentiles deferendam. Iesus Paulum sic alloquitur,Act.26.d.17,Eripiens te de populis & Gentibus in quas nunc ego mitto te aperire oculos eorum,vt conuertantur à tenebris ad lucem,& de potestate satanæ ad Deum,vt accipiant remissionem peccatorũ, & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me.

16 Qui sedebat in ten.] Quid sit sedere in tenebris & vmbra mortis,aperte declarat Paulus ad Ephes.2.c.11,Memores estote quòd vos eratis Gentes in carne,&c.Densæ tenebræ obtinent,vbicunque non fulget lux gratiæ Christi.Primùm tenebræ cordis sunt,quando nõ habetur cognitio Dei.Deinde tenebræ illæ etiam ipsam vitam obscurãt. generant enim omnis generis flagitia,quæ Apostolus opera tenebrarum vocat,Ephes.4.d.18.& 5.c.11.

gnā: & sedētibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis.

Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere, Pœnitentiā agite: appropinquauit enim regnum cælorum.

Ambulans autē Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonē, qui vocatur Petrus, & Andream fratrē eius, mittētes rete in mare. erāt enim piscatores.

gnam: & qui sedebant 'in regione & vmbra mortis, 'lux orta est eis.
17 ¶'Ex eo tēpore cœpit Iesus prædicare, & dicere, Mar.1.b.15.
'Resipiscite: instat enim regnum cælorum.
18 ¶Ambulans autē Iesus iuxta mare Galilææ, vi- Mar.1.b.16.
dit duos fratres, Simonē qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes 'rete in mare. nā erant 'piscatores.

ANNOT.

Regione & vmb.m.] Sic & Latina exemp. vetera. Regionē & vmbrā mortis vocat Hebraico more, regionem in qua densæ caligines, quales in inferno. Vmbra mortis, præsentē mortis obuersationem, ipsos terrores mortis, atque adeò perpetuam conscientiarum irrequietudinē significat. Lux orta est eis.] Videre lucem, & Lucē oriri super aliquē, idem est. Christus seipsum vocat lucē mundi. Lucis opus est pellere tenebras, & quæ in tenebris sunt, illustrare. Ephes.5.b.8. Sic Christus reuera lux mundi est, quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum: hoc est, tenebras mentium disiicit, & occulta cordium nostrorum arguit: & quam non habemus cognitionem Dei, mentibus nostris Spiritu suo largitur.

17 Ex eo temp.] Hoc est, Postquā traditus est Iohannes, cœpit Iesus prædicare. Ante Iohannē nō prædicauit Christus, vt quæ dicturus erat, prius Iohannes diceret (qui tāti nominis & authoritatis apud Iudæos erat, vt Christus esse putaretur) & prædicatione sua de Christo primum testaretur, āte quam ille prodiret in publicū. Nec prædicauit cum Iohanne, ne populus in partes scinderetur, sed præcursori illum reliquit vsque ad destinatū tempus. Idcirco & Iohannes signum nullum fecit, sed ea gloria Christo seruabatur. Iam tandem ad exordia prædicationis Christi, contextus historiæ peruenit. Resipisc. inst. e. regn. cæl.] Iisdem verbis vsus est & Iohānes baptista initio suæ prædicationis. Marcus habet, cap.1.b.14.15, Venit Iesus in Galilæam prædicans euangelium regni Dei, & dicens, Impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite euangelio. Eadem vt prædicent, præcipit Christus ipse Apostolis, Infrà 10.a.7, Prædicate, dicentes, Appropinquauit regnū cælorum. Marc. 6.b.12, Exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerēt. Luc.9.a.2, Misit illos prædicare regnū Dei. Et cap.10.b.9, Dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei. Apud eundem, cap.24. g.47, dicit Christus, Oportebat prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Act.2.f.38, Petrus autem ad illos, Pœnitentiam agite: & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum. Et 3.c.19, Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Paulus Act.20.d.21, Testificans Iudæis & Gentibus in Deum pœnitētiam, & fidem in Dominum Iesum.

18 Rete] Vox Græca significat retis genus, quemadmodum & sagena: hinc dictum quòd vndique complectatur. Piscatores.] Vox Græca non piscatorem significat à piscibus: sed à mari, quasi tu dicas iuxta Gallorum nostrorum linguam, marinatores: quòd in mari venentur. Quales vocauerit Dominus ad ministerium verbi sui, hinc videre est. Propterea ait Paulus, 1.Cor.1.d.26, Videte vocationem vestram fratres, quòd nō multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mūdi & cōtemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt nō glorietur omnis caro in conspectu eius. Act.4.b.13, Videntes verò Petri in dicendo libertatem, compertóque quòd homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur, & agnoscebant eos quòd cum Iesu fuissent: hominem autem videntes stantem cum eis, nihil poterant contradicere. Ecce aduersarii Christi, docti, sapientes, ac potentes obstupescunt & confunduntur. Obseruandum autē quòd Christus rudes elegit, non vt perpetuò essent rudes: aut quòd ignorantia ei grata esset, aut par sit discipulos Christi esse indoctos: neque etiam propterea arcet à ministerio liberalibus disciplinis institutos: ad quod elegit Paulum, elegit & Cyprianum Rhetorem. Paulus vult episcopum esse idoneum ad docendum, 1.Timoth.3.a.3, & Tit.1.c.9. Elegit rudes vt postea expoliret, vt sequenti versu annotatur.

Et dicit illis,'Sequamini me,'& faciã vos piſca- 19
tores hominum.
At illi 'relictis ilico retibus,ſequuti ſunt illum. 20
Et progreſſus illinc,vidit alios duos fratres,Iaco 21
bũ *filiũ* Zebedæi,& Ioãnẽ fratrẽ eius in naui cũ Ze
bedæo patre ſuo,ſarciẽtes retia ſua:& vocauit eos.
At illi protinus relicta naui & patre ſuo,ſequuti 22
ſunt eum.
Et circumibat totã Galilæã Ieſus, docẽs in'ſyna 23
gogis illorum, ac prædicãs'euãgelium regni,& ſa-
nans'omnẽ morbũ & omnẽ languorẽ in populo.
Et dimanauit'fama illius in totam Syriam : & 24
adduxerunt ad illum omnes male affectos, variis
morbis ac'torminibus cõſtrictos,&'dæmoniacos,
& lunaticos:& paralyticos,ſanauítque illos.
Et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ à Galilæa ac 25
Decapoli & Hieroſolymis & Iudæa,'& *à regioni-*
bus trans Iordanem *ſitis*.

Et ait illis, Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum.

Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohannẽ fratrẽ eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua: & vocauit eos.

Illi autẽ ſtatim relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eũ.

Et circũibat Ieſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & ſanãs omnẽ languorem, & omnẽ infirmitatem in populo.

Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habẽtes, varijs lãguoribus & tormentis cõprehẽſos, & qui dæmonia habebãt, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.

Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

ANNOT.

19 Sequamini me] Ad verbũ,Venite poſt me. Idiotiſmus eſt Hebraicus, pro eo quod infrà 9.a.9,dicitur,Sequere me.Oſee 11.c.10,Poſt Dominum ambulabũt.Iere.3.f.19,Patrem vocabis me,de poſt me non deflectes. Et faciam vos piſc.ho.] Non vocantur vt mox prædicent, ſed vt cum Domino circumeuntes, omnium ipſius dictorum & factorum ſpectatores ſint & auditores. Erant enim, vtpote diuinarum rerum rudes,primùm inſtituendi & fingendi.Et hoc eſt quod dicit, Sequamini me,& faciam vos piſcatores hominum,q.d.Eſtote diſcipuli mei, & continui aſſectatores,& inſtituam vos, & ad hoc inſtructos reddam vt ſeruiatis mihi in piſcandis hominibus.Hæc eſt prouidẽtia Chriſti,qua ſtatim prædicationis ſuæ initio formandos eligit,& vocat,qui poſtea noſtræ ſaluti ſeruiant.

20 Relictis ilico retibus] Hic apparet energia verbi Chriſti: ſola vox non habet tantum efficaciæ. oportuit Chriſtum fuiſſe illorum corda alloquutum per Spiritum ſuum. Alloquitur nos Chriſtus per miniſtros verbi ſui:quod prodeſſe nõ poteſt,niſi ipſe tãgat corda noſtra.

23 Synagogis] Synagoga Græcè,Latinè conuentus & concio populi eſt:quo nomine etiam loci conuentuum eccleſiaſticorum vocati ſunt. In his docuit Chriſtus,ne videretur declinare publicum,velut malæ ſibi doctrinæ conſcius.Deinde ne putaretur conueniendi conſuetudinem damnare, quam populus ille ad inſtitutionẽ pietatis, & lectionem legis diuinitus acceperat.Act.15.d.21, Moſes à tẽporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in ſynagogis,vbi per omne ſabbathum legitur. Euang.regni.] Euangelium,ab effectu vocatur Euangeliũ regni: nam per illud Deus regnat in nobis,& nos per idem in omnes Euangelii hoſtes,in peccatũ, mortem,&c. Vel,Euangelium regni,fauſta annũtiatio,quòd Deus velit regnare in ſuis in terris:poſt hãc autem vitam transferre illos ad ſe in regnum æternum. Prædicatur Euangelium regni quum admonemur noſtræ miſeriæ,& offertur nobis Chriſtus qui liberet nos à regno ſatanæ, & ſanctificet nos in obedientiam Dei. Omnem morbum] Fortaſſe melius,quemuis morbum.non enim ſanauit omnes ægrotos,ſed quemuis morbum, & omne genus morbi.Vſitatus loquẽdi modus in Scriptura.Enumerat hic morborum ſpecies præcipuas.

24 Fama] Sic etiã ſcripti aliquot codices Latini.Ad verbũ,abiit auditus,more Hebraico. Tormin.] A morbis ſeparauit tormina,quorũ violẽtia corpus omne cõtrahitur. Dæmoniac.] Eſſe dæmoniacũ nõ eſt tantũ morbus naturalis, ſed & quædã arcana vltio diuina.

25 Et à regi.trãs Iord.ſ.] Ad verbũ,Et trãs Iordanẽ. Reperiuntur huiuſmodi ſic poſita vt motũ à loco ſignificẽt.vt,Salutem publicã trans mare petendã. Periphraſi vſus eſt interpres,

CAP. V.

Vidés autem Iesus turbas, ascendit in montem: & quũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius:

Et aperiens os suũ, docebat eos, dicens:

Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorũ est regnũ cælorum.

Beati mites: quoniã ipsi

CAP. V.

1 Qu'Vum vidisset autem turbas, ascendit in mõ Har.1.29
tem: & quum consedisset, accesserũt ad illũ
discipuli eius:
2 Et'postquam aperuisset os suum, docebat illos,
dicens,
3 |Beati'pauperes spiritu, quoniam'illorũ est re- Luc.6.c.20
gnum cælorum.
4 |Beati qui'lugent, quoniam ipsi Luc.6.c.21 esa.61.a.2.c

ANNOT.

1 Quũ vid.a.turbas.] Vetera Latina exemplaria non legunt hîc Iesus, vt nec Græca. Non eadem videtur hæc quæ à Matthæo scribitur, concio, cum ea quam Lucas scribit. Vide Harmoniam Euang. Fortasse hac doctrina prius discipulos suos Christus instruxit, postea populo eadem sæpius inculcauit. De iis non contendendum. Certum est eum non disseruisse perpetuo contextu orationis: sed potius occasione sumpta, disseruit de variis rebus, & quidem per interualla, vt à populo interrogabatur. Postquam ap.os s.] Aperire os suum, pro loqui, Hebraico more dictum. Ista autem periphrasi Euangelista mentes nostras attentas ad futurã doctrinã facit. Præterea hunc habet Scriptura morem, vt viros eximios, vbi quid præcipui dicturi sunt, os aperire dicat, vt animum auditoris excitet. Nam ora talium nonnisi sapientiam, ac siqua sunt salubria, meditãtur. Os iusti (inquit Propheta Psal.37.d.30, & 49.a.4,) meditatur sapientiã, & lingua eius loquitur quod iustum est. Sic Iob 3.a.1, Post hæc aperuit Iob os suũ, & maledixit, &c. Psal.78.2, Aperiam in parabolis os meum. Prouer.31.a.8, Aperi os tuum muto, &c. aperi os tuum, decerne quod, &c. Ierem.44.f.25, Locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis. Hic Christus corrigit peruersam opinionem mundi de beatitudine, qui metitur fœlicitatem hominum ex præsenti rerum statu: neque vulgus tantum hoc sentit, sed & sapientes. Commendat igitur credentium fœlicitatem, & illos ad expressionem veræ iustitiæ hortatur: simúlque veram legis iustitiam, id est mentem & spiritum legis exponit.

2 Pauperes spi.] Sunt verè humiles qui corda contrita & humiliata habẽt ex cognitione peccatorum perterrefacta. Item qui iudicio Dei territi, abiiciũt omnem fiduciam suarum virium, suæ sapientiæ, suæ iustitiæ, &c. Exemplũ habes in Dauide à Nathan obiurgato, 2. Sam.12.c.13. Item quum sic alloquitur Sadoc sacerdotem, 15.c.26, Si inuenero gratiã in oculis Domini, reducet me, &c. Si autem dixerit mihi, Non places: præsto sum, faciat mihi quod bonũ est coram se. Et 16.b.10, de Semei, Dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Alii, Pauperes, multis afflictionibus pressos intelligunt. quod rectum videtur ex antithesi Luc.6.d.24, Væ vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Vnde apparet Christum de miseris & afflictis loqui, qui nullam hîc consolationem habẽt, sed mala in hac vita recipiunt. Quia verò multi sæpe affliguntur, qui tamen elato sunt animo, ideo additur spiritu. De iis igitur loquitur qui eruditi afflictionibus, Deo se subiiciunt, & ad illum nudi confugiunt, animo contrito & humiliato, non insolescente, nec ferociente. Illorum est reg.cæl.] Hoc est, quia talibus peculiariter prædicandum est euangelium regni: non quòd regnum cælorum accipiant quotquot pauperes sunt, sed quòd illis potissimum euangelii cõsolatio & annuntiatio afferantur.

Lugent] Lugentes vocat eos, qui verè & ex animo dolent & deplorant apud semetipsos peccata commissa, errores, studium nimium terrenarum & neglectum diuinarum rerum. Id, est secundum Deum tristari: quod pœnitentiã in salutem stabilem operatur, vt ait Paulus 2. Cor.7.11. Aliis potius videtur, Christũ hîc loqui non de quibusvis lugentibus, sed de discipulis ac fidelibus suis, quorũ hæc est in hac vita conditio, vt in mundo pressuram patiantur, (vt ait ipse Christus Iohan.16.g.33) lugeant & contristentur. Vnde in Luca legimus, cap.6.c.21, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Non sunt Christiani homines lapidei, omni sensu humano destituti: dolent etiam, lugent, contristãtur ac plorant: verùm non sine modo, non sine Dei inuocatione, non sine spe rerum meliorum. Lugebat absque dubio Ecclesia credentium, quum per Herodem in vincula coniectus esset Petrus, Act.12.a.5. Lugebant quando contra

Deum enormiter peccabatur: quem luctum Apoſtolus exigebat à Corinthiis in cauſa ſcortatoris, 1.Cor.5.a.2. Idem exigit vt fleamus cũ flentibus, Rom.12.c.15. Et Chriſtus prædicit ſuis futurum vt ſe ſponſo ablato, ſint luctum habituri, ac ieiunaturi: Infrà, 9.b.15. Quod confirmat in Iohanne, cap.16.c.20, Plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit. Lugentes ridentibus opponit Lucas, 6.d.25, Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.

'conſolationem accipient. — poſſidebunt terram.

Pſal.37.11 |Beati 'mites: quoniam ipſi hæreditatem accipi 5 — Beati qui lugent: quoniã ipſi conſolabuntur.
ent 'terræ.

Beati qui 'eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniã 6 — Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.
ipſi ſaturabuntur.

ANNOT.

Conſol.accip.] Ad lugentium conſolationem miſſus Chriſtus, Eſa.61.a.2, Vt conſolarer omnes lugentes, miſit me. Iohan.16.c.20, Vos contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Rom.5.a.3, Sed & gloriamur in tribulationibus. Act.5.g.41, Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu cõcilii, in quo & probra & verbera pro Chriſto paſſi fuerant. 2.Corinth.1.a.4, Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, &c. Eſt & conſolatio æterna, de qua Paulus 2.Theſſ.2.d.16, Et dedit conſolationem æternam. Hanc intelligebat Abraham, ad diuitem dicens, Recordare quòd recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolationem accipit, tu verò cruciaris. Luc.16.f.25.

5 Mites:] Sunt manſueti & comes, qui non facilè prouocantur iniuriis, qui nouerũt multa ferre, & condonare infirmis, placidóque animo cedunt improbitatibus, neque reſiſtũt malo, ſed (vt ait Paulus Rom.12.d.21,) vincunt in bono malum. Exemplum huius abſolutiſſimũ habemus in Chriſto, qui dicit (infrà cap.11.d.29) Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Terræ.] Ex Pſal.37.11, deſumpta videtur hæc Chriſti ſententia, Manſueti autem hæreditabunt terram. Non impletur hæc promiſſio in mundo, ita vt cernamus oculis: nec etiam opus eſt: duntaxat inchoatur inter fideles, qui expelluntur ab impiis, ſed Dominus dat illis nidum aliquem vbi reſpirent, & ſint quieti. Impii contrà non habent, ſemper inquieti ſunt, & à ſeipſis turbantur: omnia poſſidendo, nihil poſſident. Pii verò, etſi nihil poſſident, terra tamen fruuntur tanquam ſua hæreditate, & ſibi propria: in domo habitant quam ſciunt ſibi à Deo conceſſam. Dominus brachium iuſti eſt, ipſorũ res Dominus propugnat, tuetur, protegit, ac ſic benedicit, vt impiorum violentia & iniuſtitia non poſſit nocere, vt Pſal.105.14, Nõ permiſit hominem nocere eis, & corripuit propter eos reges, Ne attingatis Chriſtos meos, &c. Hoc ſcilicet præſidium facit vt mites ſint hæredes terræ. Ioſeph mãſuetus & lenis, in AEgypto ſic emerſit vt fratres eum tanquam ſuum dominum venerarentur: quod non accidiſſet, ſi acerbũ ſe fratribus oſtendiſſet. Quamuis autem per Chriſtum, huius corporalis vitæ promiſſiones proponantur, vt Marc.10.d.30, Accipiet etiam nunc in hoc tempore, &c. tamen promiſſiones eius magis ſunt vitæ æternæ: de qua Pſal.27.13, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et 142.6, Portio mea Domine tu es in terra viuentium.

6 Eſur.& ſit.iuſt.] Eſuriendi & ſitiendi vocabulis ſignificatur ingẽtiſſimum deſiderium. Iuſtitia autem, alia fidei, qua Chriſti merito, quod per fidem nobiſcum communicatur, iuſtificamur. i. remiſſionem peccatorum conſequimur, hæredéſque efficimur vitæ æternæ. Alia quæ ex fide enaſcitur. nam iuſtus ex fide viuit. Porro iuſtus operatur iuſtitiam, 1.Iohan.3.b.7. atque hæc iuſtitia, omnis generis virtutes complectitur. Hanc bipartitam iuſtitiam qui eſuriũt & ſitiunt, ſaturantur à Deo: nam ipſis confertur plena peccatorum remiſſio. augentur & virtutes in præſenti ſeculo, & recipiuntur tandem in ſedes beatas ad Deum, in quo exaturantur omnes filii Dei: dicente Propheta, Pſal.16.11, Satietas lætitiarum eſt cũ vultu tuo. Item 22.27, Comedent humiles, & ſaturabuntur. Quibuſdam hîc Chriſtus beatos pronuntiare videtur, qui quum omnia maleficiis plena eſſe vident, triſtãtur, amantes iuſtitiam, & inquieto ſunt animo: vident eſſe tempus militiæ. quibus aliquando dabitur frui conſolatione. Gemunt interea tanquã eſurientes & ſitiẽtes. Hoc autẽ voluntarium tormentũ, eſt eis præparatio ad beatitudinẽ, vtcunque rideat mũdus. Interea tamen æquo animo ferre debent quod corrigere nõ poſſunt. Petendúmque tunc à Deo remedium, neque ſe extrema triſtitia afficiendum: aliquando erit tempus quum ipſis ſatiſfiet. Alii ſic ſcribũt, In Luca legitur tantum, Beati qui eſuritis nũc, quia, &c. Et in antitheſi, Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Videntur iſta propè ad locũ

Eſaiæ,65.b.13 reſpicere,Ecce ſerui mei comedent,vos autē eſurietis:ecce ſerui mei bibent,vos autē ſitietis. Exemplū huius in diuite & Lazaro delineatū eſt. Et hoc ſenſu videtur Dominus futuram ſuorū eſuriem voluiſſe ſolari, & infidelium ſaturitatem condemnare. Quid acciderit diſcipulis ipſius Chriſti, ſatis innuit Apoſtolus, quum ait,1.Cor.4.c.11,Vſque in hanc horam & eſurimus,& ſitimus,& nudi ſumus, & algemus. Idē 2.Cor.11.f.27, In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti,& ieiuniis multis.In hoc verò legitur,Qui eſuriunt iuſtitiā. Videtur autem,ſi Lucam & hunc noſtrum coniungamus, de illis eſſe magis intelligendus hic locus, qui iniuria preſſi, non poſſunt in hoc ſeculo quod iuſtum eſt obtinere, propterea quòd Chriſtiani ſunt,qui videlicet pro fide Chriſti,malorum calumniis obnoxii redduntur,ſpoliātur,& enecantur, dum non eſt qui innocentes tueatur,& malorum libidini eripiat.Ita iuſtitiam eſurierunt ac ſitierūt ante Chriſtum Prophetæ ab impiis occiſi. Chriſtus ipſe, & vniuerſa martyrum cum illorum,tum noſtrorū quoque temporum multitudo: qui omnes innocenter oppreſſi animas ſuas iuſto iudici commendarunt.Illi ſaturabūtur,eo videlicet die quo omnia occulta manifeſtabuntur, & omnia in iudicium trahētur. Hic prodibit quaſi lumen,iuſtitia eorum,& iudicium eorum tanquam meridies: Pſal.37.6.

Beati miſericordes:quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

7 Beati 'miſericordes:quoniā ipſi 'miſericordiam conſequentur.

Beati mūdo corde:quoniam ipſi Deum videbunt.

8 Beati 'mundo corde: quoniam ipſi 'Deum videbunt. Pſal.24.4.

ANNOT.

7 Miſericordes:] Superioribus quatuor ſententiis docuit Chriſtus quid patiendū & credendum ſit:his iam tribus docet quid nobis agendum,quibus officiis incumbendum.Primū verò officium, miſericordia, quæ eſt benignitas & beneficentia. Miſericordes igitur ſunt qui poſt agnitam Dei erga ſe miſericordiam;eandem erga proximū præſtant, ignoſcendo,iuuando,erudiendo,corrigendo,monendo,conſolando, &c.qui non tantum ærumnas proprias patienter ferūt,ſed etiā ſuſcipiūt alienas,& nunquā vlciſcuntur iniurias. Chriſtus Phariſæos immiſericordes erga ſuos apoſtolos eſurientes,corripiens,dicit,Si ſciretis quid ſit,Miſericordiā volo,& non ſacrificium : nunquam condemnaſſetis innocentes. Infrà,12.a.7, eoſdem, quòd ægreferrent ipſum manducare cū peccatoribus & publicanis(quos contemnebant & damnabant)ſimilibus verbis arguit,Eūtes diſcite quid ſit,Miſericordiā volo,& non ſacrificiū.Infrà, 9.b.13.Præter hæc, Samaritani parabola,quæ à Luca,10.c.30,ſcribitur,apertè indicat quid ſit miſericordiam præſtare. Miſericord.conſeq.] Hilarius longiore,ſed dilucidiore circuitione eſt vſus,Quia ipſis (inquiens) miſericordiā præſtabit Deus. Et Auguſtinus,Quoniam ipſorum miſerebitur Deus.Pſal.41.2,Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem:in die mala liberabit eum Dominus: &c.Et Pſal.112.5,Vir beatus miſeretur & commodat: in æternum non commouebitur.

8 Mundo corde,] Vel,puri corde.Mundi corde ſunt, qui non delectantur aſtutia,ſed purè & ſyncerè verſantur cum hominibus: qui aliud corde non volutant, & aliud verbis externáque ſpecie præ ſe ferunt. Duplex corde, & mundus corde,opponuntur. Pſal.15.2,Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c.Qui ambulat perfectè(ſiue innocēter,)& operatur iuſtitiam. Et Pſal.24 3,Quis aſcendet in montem Domini? &c. Mundus manibus, & mundus corde. Hæc cordis puritas & ſynceritas non prouenit ex natura hominis.nā prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, Iere.17.b.9.Et cogitatio cordis hominis mala eſt ab adoleſcentia ſua, Gene.8.d.21. Præterea quis dicet,Mundaui cor meum,purificatus ſum à peccato meo ? Prouerb.20.b.9.Verùm cōfertur cælitus ab ipſo Deo puritas cordis.Propterea dicit Dauid,Pſal. 51.12,Cor mundū crea in me Deus. Et paratur à nobis fide in Chriſtum.Act.15.c.9,Fide purificans corda. Idcóque mundo corde præditi ſunt quotquot credunt in Dominum Ieſum, qui factus eſt nobis à Deo iuſtitia,ſanctificatio,& redemptio: quotquot item ex vera illa fide ſtudiū innocentiæ ſectantur. Tametſi enim innocentia noſtra nūquā omni ex parte perfecta ſit,mūdi tamē dicimur,quòd Chriſti perfectiſſimā mūditiā imputet nobis Dominus,& propter fidē ceu mūdos nos reputet & recipiat. Quibuſdā videtur Dominus Phariſæorū hypocriſim taxare,quorum corda vt profunda erāt ac ſubdola, ita & de veritatis doctrina ſiniſtrè ac peruerſè ſentiebant ac iudicabant.Beati(inquit)mundo corde.i.qui ſimplici,ſyncero,candido,& diuinæ voluntatis cognoſcendæ cupido animo ſeſe mihi coniungunt,& veritatis doctrinā abſque vlla malitioſi cordis verſutia amplectuntur. Tales fuerunt diſcipuli Chriſti,qui

tur in filios: deinde, consepulta vitiorum nostrorum memoria, quæ ex nobis prodeunt, fauore prosequitur. Quis enim alioqui tanquam debitam mercedem audeat exigere, quum serui inutiles simus, etiamsi quod debebamus facere, fecerimus? Luc.17.c.10.

est in cælis. sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerũt ante vos.
Vos estis sal terræ. quòd si sal euanuerit, i quo salietur? ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.
Vos estis lux mundi.

ta est in cælis. sic enim persecuti fuerunt Prophe-
tas qui fuerunt ante vos.
13 Vos estis sal terræ. quòd si sal infatuatus fuerit, Mar.9.g.50
quo salietur? ad nihil valet vltrà, nisi vt proiicia- Luc.14.g.34
tur foras, & conculcetur ab hominibus.
14 Vos estis lux mundi.

ANNOT.

In cælis.] Spem requirit, quæ non præsentia, sed futura prospiciat. Huc pertinẽt quæ Apostolus (2.Cor.4.d.17) scribit, Nam momẽtanea leuitas afflictionis nostræ, mirè supra modũ æternum gloriæ pódus operatur nobis, dum non spectamus ea quæ videntur, sed quæ non vidẽtur. nam quæ videntur, temporaria sunt: quæ non videntur, æterna. Sic e.perseq.fu. Proph.] Prophetarum exemplum proponit, qui idem erant experti ante eos. non enim facilè dimouemur, quum sentimus nos esse socios Prophetarum.

13 Sal terræ.] Terrã pro habitatoribus terræ accipit. Versu sequenti, pro terra, posuit mũdum. Sermo autem hic est allegoricus, occultam habens collationem cum natura salis. significat enim genus mortalium opus habere vt cõdiatur, ne corrumpatur ac pereat. nam est planè insipidum, deinde & perditioni obnoxiũ, nisi cælesti sale condiatur ac seruetur. Doctrina Euangelii, sal est quo condiri debet genus humanum, vt cælestis vitæ saporem acquirat. Quòd enim Apostolos vocat salem terræ, factum est propter iniunctum euangelizandi munus. Hæc doctrina, propter suam acrimoniam inuisa est putrescenti mundo. exigit enim carnis mortificationem, fidem, ac pœnitentiam ab operibus mortuis, & quæ alia sunt huiusmodi, carni nõ admodum iucunda. Prædica (inquit Paulus, 2.Timoth.4.a.2) verbũ: insta opportunè, importunè: argue, increpa, exhortare, cum omni lenitate. Si sal infat.fu.] Vt sale infatuato, nec quod saliendum est, nec sal ipsum aliquo condimento quacunque ratione composito condiri siue saliri potest: ita si ii quorũ est alios per Euangelicam doctrinam ad studium condire pietatis, desipuerint: duo hæc damna sequentur: Vnum, quòd humani generis insipientis & corruptio non potest alia quapiam doctrina emendari: nihil hic valẽt siue splendor ceremoniarum, siue traditiones ac præceptiones humanæ: vana est hic philosophorum, vana quæcunque carnis sanctimonia. Alterum, Ministri ecclesiarum si desipuerint, & infatuati fuerint, non possunt aliqua cuiuscũque disciplinæ cõditura emẽdari ac restitui. Agnouit hoc alicubi & Chrysostomus, & ipsa non præteritorũ tantùm, sed & præsentis seculi experientia satis conspicuũ facit, corruptionẽ ecclesiasticorũ ministrorũ esse inemendabilem. Quo salie.] Sub. ipse sal. i. in quo ipse sal condietur? Sic intelligendũ esse docet Marcus, cap.9.g.50, vbi sic legitur, Quòd si sal insulsum fuerit, in quo ipsum condietis? Nisi vt proiic.f.] Admonet hac sententia Christus, non esse retinendos inutiles episcopos, doctores, & ministros, sed procul abiiciendos. Vnde & Cyprianus lib.1.epist.4, disertis verbis sic scripsit, Propter quod plebs obsequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere: quum ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Hæc ille. Minatur ergo Dominus fatuis episcopis siue ministris Euangelii, summũ in orbe contemptum: idem facit & apud Malachiã, cap.2.b.9, Irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus. Propter quod & ego dedi vos cõtemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas.

14 Lux mundi.] Hoc loco apertè significat Christus, hunc mũdum extra doctrinã regni Dei, cuius discipuli erãt futuri ministri, caligine errorum ac peccatorum esse pressum. Deinde videmus ministros Christi debere esse loco lucis, mundi huius tenebras illuminãtis, propter doctrinam veritatis quam toti orbi annuntiant. Nam hoc est iudicium (ait Dominus Iohan.3.c.19) quòd lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Est autem doctrina Euangelii, lux, primùm impietatem, & ignorantiam Dei ac veræ pietatis prodens, detegens, & arguens: (& hoc nomine plurimum est mundo isti inuisa: nam qui malè agit, odit lucem: nec venit ad lucem, ne manifestentur opera eius, Iohan.3.c.20) deinde, pulsis ignorãtiæ tenebris, cognitionem Dei ac veræ pietatis, mortalium cordibus offerens. Apo-

ſtoli hîc dicuntur lux mundi: quum tamen de ſe Chriſtus dicat Iohan.8.a.5, Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Verùm ipſe eſt vera lux, quæ nõ eſt aliunde accenſa, ſed ex ſeipſa vim habet illuminandi: Apoſtoli non ita: ſed propterea lux dicuntur, quòd de luce vera teſtantur, & ſplendorem diuinæ cognitionis ab illa luce acceperunt, quæ dicit, Ego elegi vos, & poſui vos. Iohã.15.c.16. Et, Sine me nihil poteſtis facere, Ibidem, a.5. Synceritas etiã vitæ, morúmque integritas, quæ in illis eſſe debebat, per lucem ſignificatur: vt verbis paulo pòſt ſequentibus apparet, verſu 11, Sic luceat lux veſtra, vt videant opera veſtra bona, &c. Hinc Paulus Philipp.2.b.14, Omnia autem facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Sic Epheſ.5.b.8. & 1.Theſſ.5.a.5.

'non poteſt oppidũ abſcondi ſupra montem ſitũ.
Mar.4.c.21. Luc.8.b.16. & 11.c.31. ‖'Neque accendunt lucernam, & ponunt illam 15
ſubter modium, ſed ſuper candelabrum, '& lucet
omnibus qui ſunt in domo.
1.Pet.2.c.12. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ‖'vt vi- 16
deant veſtra bona opera, glorificéntque patrem
veſtrum qui eſt in cælis.
Ne exiſtimetis quòd venerim 'ad deſtruendam 17
C Legem aut Prophetas: *imò* non veni vt deſtruã,

non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.
Neque accẽdunt lucernã, & ponunt eã ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.
Sic luceat lux veſtra corã hominibus vt videãt opera veſtra bona, & glorificẽt patrem veſtrũ qui in cælis eſt.
Nolite putare quoniã veni ſoluere Legẽ aut Prophetas: nõ veni ſoluere, ſed ad-

ANNOT.

Non poteſt oppi.] Collationem hanc, intelligẽtiæ auditorum reliquit Dominus abſoluendam, nempe ſic, Quemadmodum oppidum in monte ſitum abſcondi non poteſt, ita certe latere non poteritis, nec debetis: ſed tanquam in edito monte vrbs poſita, conſpicui eritis toti mundo. date igitur operã vt in vobis homines videãt quæ illis cum ſalute libeat imitari.

15 Neque accendunt] Hanc collationem ſiue ſimilitudinem abſoluit, quum ei quod dixerat, Vos eſtis lux mundi, & huic, Neque accendunt lucernam: adiicit, Sic ergo luceat lux veſtra, &c. Et lucet] Sic & quædã Latina vetuſta exemplaria. Oſtẽdit enim quid conſequatur, non quid affectandum ſit.

16 Vt videant, &c.] Admonemur hîc, ſtudendum eſſe bonis operibus, ídque ita luculenter, vt ex ipſis operibus, quæ pietas inſit cordibus noſtris, ab illis quibuſcum viuimus, deprehendi & certò cognoſci poſſit. Et glorif. pa.] Reſpectus bonorum operũ debet eſſe gloria Patris noſtri qui in cælis eſt. Sic Petrus quoque dicit 1.Pet.2.c.12, Conuerſationem veſtrã inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis, tãquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

17 Ad deſtru. Legem] Scribæ & Phariſæi tametſi nec Legem ſeruarent, illámque ſuis traditionibus ita eneruaſſent, vt luxatus eſſet plane verus illius ſenſus, ac debilitatus genuinus vigor: atque interea omnem iuſtitiam cũ ſuis ac patrum traditionibus, tum legalibus ceremoniis adſcriberent: vt ſua tuerentur, Chriſtum apud populum velut legis inimicum ac deſtructorem, ſuſpectum reddebant, & tanquam inimicum Dei omníſque veræ iuſtitiæ, exoſum faciebant: Primùm, quòd non doceret ſicut Scribæ, Infrà 7.d.29. Præterea, quòd contemneret humanas traditiones, Infrà 15.b.9. Poſtremò, quòd nec ſabbatha cuſtodiret, nec ſacrificia, nec legales illas purificationes admodum magnifacere videretur, Iohan.9.c.16. Paulus etiã hanc inuidiam ſuſtinuit, quòd doceret defectionẽ à Lege Moſis, Act.21.d.21. Hoc pacto Chriſti doctrinæ detrahebant, interea decipiebãtur ſimplices, Euangeliúmque reddebatur apud multos odioſum. Quum hæc ſciret Chriſtus, quem nihil latebat, quoniam rectum Legis vſum declaraturus erat, voluit primùm ſiniſtram iſtam ſuſpicionem à ſe abiicere, deinde aduerſariorum ſuorum improbitatem detegere. Lex quæ Hebraicè dicitur THORA, à verbo IARA, quod eſt docuit, erudiuit, formauit: pro doctrina & vitæ inſtitutione ad voluntatem Dei ordinata accipitur. Quare Dominus ſubinde Prophetas Legi adiicit, vt ita apertius declaret quid per Legem intelligat, nimirum doctrinã inſtitutionémque vitæ, qualem & Prophetæ prodidere. Certum ergo eſt, quæcunque in Lege ſcripta ſunt, huc ſpectare, vt mens hominis ad veram ac ſolidam iuſtitiam reuocetur, integer fiat homo Dei, ad omne opus bonũ inſtructus: 2.Timoth.3.d.17. Quod vtique & Dominus innuit, quum poſt adhortationem, ad lucem bonorũ

operum, necessitatem implendæ Legis, seque ideo vt eam perficeret, aduenisse subiicit. Per Legem itaque & Prophetas, intelligimus Dei doctrinam, Scripturis sacris comprehensam, qua ad piè salubritérque viuendum homines instituuntur: quæ sita est in hoc, vt Deo fidamus, ipsum ex animo timeamus & amemus: cui adiectæ fuerũt veteribus Leges sacrificiorum, aliarúmque ceremoniarũ tabernaculi. Deinde vt proximũ perinde atque nosipsos diligamus: ad quod adiectæ fuerunt Leges ciuiles. Postremò, vt continenter iis quæ corporis necessitas requirit, & cum decoro vtamur, æque in rebus carni aduersis atque secundis. ad quod pertinet quicquid præceptũ est de munditie decentiáque corporum: quibus adiectæ sunt purificationes illæ externæ. Præscripta autem ceremoniarũ, religionum, formulæ iuris, aliíque ritus, per se, nequaquam ipsa Lex & Prophetæ vnquã fuerunt habita. nam de iis non præcepit ipse Dominus, (vt ipse testatur Iere. 7. d. 21, Holocausta vestra consumite cum victimis vestris, & comedite carnem. Quoniam non sum locutus patribus vestris, neque præcepi eis in die quo eduxi illos de terra AEgypti, de negotio holocausti & sacrificii. Sed id demum est quod præcepi eis, dicens, Audite vocem meã, & viuetis: Vobis ero in Deum, &c.) sed ad tempus eas dũtaxat veris præceptis adiecit, dum populum illum in sola terra Chanaan haberet, ac eum etiã externè gubernaret suis scriptis Legibus. quin in eadem Lege & Prophetis tempus statuit & prædixit venturum vt non esset illorum vsus. Ceremoniis igitur illis externis liberati sumus: deinde & pædagogia illius nihil in nos habet iuris qui sub Christo sumus, ita vt illius maledictiones ad nos haudquaquã pertineant, quum simus sub gratia. Verùm à mente & scopo Legis, dilectione videlicet Dei & proximi, liberati non sumus: de qua ne apiculus quidem tolletur in perpetuum, donec conformes reddamur imagini filii Dei. quod omnino futurum est. Est enim necesse vt impleatur etiam in nobis lex Dei æterna illa & perfecta. Destruitur siue soluitur Lex, quum per falsas expositiones, aut traditiones humanas irrita redditur & inanis. Aut quũ vel carnis imbecillitate, vel quũ impio & contẽptore animo præcepta illius violant & transgrediuntur homines. Soluere & transgredi Legem, idem. Iohã. 7. c. 23, Si circuncisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluatur Lex Moysi: mihi, &c.

implere. — 'sed vt compleam.

18 'Amen quippe dico vobis, 'donec prætereat cæ- Luc. 16. d. 17
lum & terra, 'iota vnum, aut vnus apex non præ-
terierit ex Lege, quoad omnia facta fuerint.
19 Quisquis igitur 'soluerit vnũ ex mandatis hisce Iaco. 2. b. 10

Amen quippe dico vobis, donec trãseat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à Lege donec omnia fiant.
Qui ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & do

ANNOT.

Sed vt compl.] Legem Dei & Prophetas compleuit Christus per aduentũ suum in carnem, quũ quæ in Lege & Prophetis de regno ipsius & humani generis redẽptione olim promissa fuerant, adimpleret. de qua adimpletione meminit Lucas, cap. vltimo. f. 44. Deinde per Spiritum suum, quo cordibus credẽtium per fidem repurgatis, Legem Dei inscribit: dátque per eundem, secundum illam viuere. De qua re vide Iere. 31. b. 33, Dabo legem meam, &c. Iohan. 7. f. 39, Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes. Rom. 10. a. 4, Perfectio Legis Christus, ad iustificationem omni credenti. Et cap. 8. a. 3, Nam quod impossibile erat Legi, in quo infirmabatur, &c. Vt iustificatio Legis impleretur in nobis qui non secundũ carnem ambulamus, sed secundum Spiritum. Capite item 3. d. 31, Legem ergo destruimus per fidem? Absit: imo magis Legem stabilimus.

18 Amen] Vox est Hebræa, quæ verè, aut veritatẽ significat. Particula, siue formula confirmantis, & contestantis veritatem. Donec præt. cæl. & terra] Hoc est, ad finem vsque mũdi firma futura sunt quæ in Lege habentur, neque quicquam ex ea deperibit. Per collationem rerum maxime firmarum & immotarum, significauit perpetuã Legis constantiam. Simul & ad verba allusit Prophetarum. Iere. 33. d. 20, Si irritum fieri potest pactum meum cum die & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo: & pactum meum irritum esse poterit cum Dauid. Et paulo pòst, 25, Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cæli & terræ nõ posui: equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proiiciam. Iota v. aut ap. v.] Iota inter elementa minimum est: Apices, minutissimæ partes cuiusque scripturæ. Per quæ significauit, etiam ea quæ in Lege videntur omnium minutissima, esse complenda. Hinc comprobat Legem & Prophetas, & quæ in his scripta sunt, omnia esse vera.

19 Soluerit vnũ ex mandatis hisce minimis] Soluere, & Facere siue Adimplere mandata,

opponuntur.Soluit Legem qui etiamsi non committat adulterium, concupiscit tamen vxorē
alterius : éstque in ea opinione vt credat Legis impletionem posse condonari propter imbe-
cillitatem nostram, aut propter Legis impletionem Deũ non ita strictim nobiscum expostu-
laturũ.Minima autem mandata vocat,quæ reuera magna erant(tametsi sint alia aliis momen-
ti maioris: neque quicquam paruum reputari debeat quod præcepit Deus,quódque non de-
beamus excipere magna reuerentia) verùm parua siue minima erant Scribarum & Pharisæo-
rum æstimatione. hi nanque potissima Legis negligebant, in minutissimis alioqui exactores
rigidissimi: vt vides Infrà 23.c.23,Qui decimatis,&c.Præterea,multa Legis omittebant,tan-
quã minutias,& pro iisdem suas opiniones prauas reponebant adorandas, vt exprobrat ipsis
Dominus, Infrà 15.a.3,Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem ve
stram?Vel simplicissimè dixit,Ex mandatis hisce minimis:nempe sequentibus,quæ ex secun-
da tabula interpretabor.Certũ est minima præcepta dici,respectu magnorum primæ tabulæ.

minimis, & 'docuerit sic homines, 'minimus vo-
cabitur in regno cælorum. quisquis autem fece-
rit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno
cælorum.

cuerit sic homines, minim[us]
vocabitur in regno cælorũ.
qui autem fecerit & docu-
erit, hic magnus vocabitur
in regno cælorum.

Dico enim vobis, ' nisi abundauerit vestra iu- 20
Luc.11.f.39. stitia plus quàm 'Scribarum & Pharisæorum, nõ

Dico igitur vobis,quia ni
si abũdauerit iustitia vestra
plusquam Scribarũ & Pha-

ANNOT.

Docuerit sic ho.] Non reiicit eum qui tantùm aliquod mandatũ transgressus sit,& per-
fectionem mandati contempserit:sed qui etiam alios ita docuerit, nempe tantam perfectionẽ
Legis nõ requiri:vt Pharisæi & Sadducæi qui externa tantùm opera requirentes,& Legis spi
ritum contemnentes,cõcupiscere mulierem non reputabant peccatum,& ita docebant.Hunc
esse sensum sequentia docent,Nisi abũdauerit,inquit, iustitia vestra,&c.Docent & præceden
tia,Non veni soluere Legem,sed adimplere. Minimus voc.in reg.cæl.] Regnum cælorũ
pro ecclesia & populo Dei. Minimum vocari in ea, est omnium deterrimum æstimari à piis:
& vt ait Chrysostomus,abiectum esse,& excludi ab ipsa ecclesia. Qui contrà,obseruauerit &
exhortatus fuerit homines ad obseruantiam mandatorum, quæ vulgus cum Scribis & Phari-
sæis,horúmque similes,censent minima,is censebitur magnus apud pios & fideles.Ad mini-
stros autem Euangelii hæc pertinent:nam vtraque parte addidit,Et docuerit.Admonet ergo
illos,quæ ab ipsis perfectio requiratur,nempe vt quod docent,vita exprimant. Quisquis fece-
rit,inquit,& docuerit.Sic Paulus(1.Cor.9.d.27)castigabat corpus suum, & in seruitutem re-
digebat:ne quum aliis prædicasset,ipse reprobus efficeretur.
20 Nisi abundauerit iust.vest.] Proprio quodã idiomate dixit, abundauerit, pro eo quod
est,integrior præstatiórque fuerit.Christus noluit hîc perfectionem addere ad Legem,neque
docere Euãgelium esse Lege perfectius,vt quidam peruersè docent:sed docere quo modo iu-
stitia nostra abundare debeat supra iustitiam Scribarum & Pharisæorum, quæ fictitia erat &
ementita.Moses enim proposuit vitam obseruantibus Legem: in qua perfectionem esse opor
tuit,alioqui falsum proposuisset.Eadem fuit bene viuendi regula ab initio, quæ hodie:eandẽ
perfectionem & integritatem ab Abraham exigebat Deus, quam hodie à suis exigit. scopus
enim Legis est,vt toto corde Deum colamus & amemus.quid nunc amplius?At Lex exigebat
quidem perfectionem,sed quam nõ præstabat: verùm Euangelio credentibus datur Spiritus
sanctus qui corda hominum purgat,vt Legem perficiant,séque totos in Christum conficiant,
qui Legis perfectioni satisfecit. Iustitiã hîc vocat, totius vitæ rectitudinem & integritatẽ :
aut certe plenam diuinæ Legis obseruantiam. Sic Paulus,1.Timoth.1.b.9,iusti dictione abso-
lutè vsus est,quum dixit, Iusto nõ est Lex posita. Scribarum & Phar.] De his suprà,cap.
3,versu 7.Hi erant inter Iudæos iustissimi & sanctissimi, externè Legem implentes,vt viderẽ
tur ab hominibus,(teste Christo,infrà 23.a.5)non mente & animo: vt neminem gladio occi
dere, neminem per vim & rapinã publicam spoliare, iustitiam reputabant, etiamsi adesset ra-
piendi animus:vt ipse Dominus docet Infrà 23.c.28,Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocri-
tæ,quia similes estis sepulchris dealbatis,quæ foris quidem apparent hominibus speciosa,in-
tus autem plena sunt ossibus mortuorum, omníque spurcitia.sic & vos foris quidem appare-
tis hominibus iusti,intus autem pleni estis fictione & iniquitate.Vide Luc.11.e.19,vsque ad fi-
nem capitis.Omnis igitur error circa veram iustitiam oriebatur ex sinistrè exposita & intel-

lecta Lege. Itaque vt vera iustitia seruaretur, genuinũ Legis sensum restituit Dominus, & repurgat ipsam ab additionibus Pharisæorum, indicans Lege Spiritum & fidem, charitatem, & ipsissimum charitatis affectũ requiri & exigi à Deo. quod exẽplis è Lege sumptis demonstrat.

risæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

possitis 'ingredi in regnum cælorum.

Audistis quia dictũ est antiquis, Nõ occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio.

21 Audistis quòd dictum sit veteribus, Non occi-
des: 'quisquis autem occiderit, 'obnoxius erit iu-
dicio.

Ego autẽ dico vobis, quia õnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: qui autem

22 'At ego dico vobis quòd quisquis 'irascitur 'fra Exo.20.c.13. deu.5.b.17
tri suo '*temere*, 'obnoxius erit iudicio. quicunque D

ANNOT.

Ingredi.in reg.cæl.] Hic regnum cælorũ, immortalitatem filiis Dei promissam significat, vitam æternã, ac fœlicitatem sempiternam. In hoc versu suos Christus præmonet quantum sibi à fermento Scribarum & Pharisæorum, hoc est, ab ipsorum vita & doctrina cauerẽt: id quod & infrà, 16.a.6, monet.

21 Audistis q.di.sit veteribus,] Præcepta ista Legis nõ ita adducit Christus vt in Lege habetur, sed vt erant à Scribis & Pharisæis deprauata, & populo rudi perperã inculcata: vt Pharisaicam illam doctrinam & iustitiam in lucem educat, & vitãdam moneat. Propterea non dicit, In Lege scriptum: sed, Dictum veteribus. nequis etiam recẽs tempore Christi inuentum putaret. Etiam quod dicit, Audistis quòd dictũ est: id perinde est acsi diceret, Non est obscurum quid Scribæ & Pharisæi de præcepto contra homicidium lato commenti sint: inualuit hactenus hoc commentum. Quisq.au.occ.] Hoc adiectum fuerat à Pharisæis, non ex puro Legis fonte petitum: qua adiectione rudis populus persuasus erat, iudicio se nõ fore obnoxium, hoc est, pœnam ex Lege homicidis infligendam effugisse, séque iustum & innocentem esse, nisi manu occidisset, vtvt interim animus arderet affectibus, ira, odio, & inuidia. quũ tamen Lex cor requireret, idémque postularet (vt paulo antè dictũ est) tempore Mosis & Prophetarum, quod hìc Christus exponendo ipsam, postulat. Pharisaicæ interpretationis exemplũ habes Iohan.18.f.31, Nobis non licet interficere quenquã. quum tamen ira & odio Christum Pilato tradiderint crucifigendũ. Obn.c.iudicio.] Id est, subiacebit supplicio & pœnæ quæ per iudicium sumitur de aliquo. Vel vt aliis placet, iudicium significat quo explorabatur, sciénsne aliquis, an insciens: data opera, an casu proximum occidisset.

22 At ego dico vobis,] Iterum graui asseueratione sentẽtiam suam inducit: imò authoritatem suam opinioni Pharisaicæ fortiter opponit. emphasim enim habet ego: q.d. Ego præceptor vester è cælis missus, vobis discipulis meis dico, Legem plus requirere quàm vt manum cohibeatis: animum enim requirit ab omni affectu iræ ac odii alienum. Irascitur] Primus gradus ad cædem, ira calens, & impatiens animi commotio. Iacob.1.c.21, Ira viri, iustitiã Dei non operatur. 1.Iohan.3.c.13, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Ira & odiũ tantum differt ab homicidio quantum differt radix à fructu: ita vt homicidium, iræ fructus, nulla alia ratione in lucem & opus non emergat, quàm quòd vel impotentia, vel metu pœnæ, cõceptũ maleuolentiæ æstũ effundere aut iratus non possit, aut non audeat. Nam ita cõparatus est animus ira percitus, vt cui irascitur, statim exitium inferre cupiat. Cain iratus, de occidendo fratre cogitat: & quia nemo erat qui prohiberet quod cogitabat, opere etiam adimpleuit. Gene.4.a.5.8. Esau iratus in fratrem, necẽ illi minatur: Gen.27.g.41.42. Sic Saul indignatus Dauidi, cogitat de nece illius, quam & manu propria tentat: 1.Samu.18.b.8.11. Quin & in electis nonnunquam hic affectus inualescit, vt de Dauide, 1.Samu.25.c.13, legimus, qui iratus stulto Nabal, statim in vltionẽ exardescit. Temerè,] Vel, frustra, & præter causam. Sic legitur in nonnullis Græcorum codicibus. Sic legere videtur & Chrysostomus hom.16.in Matthæum, distinguens iram opportunam ab intempestiua: & negans affectum eximi nobis, sed cohiberi dũtaxat, ac regi. Irascitur Christus aduersus Pharisæos in causa Patris. Irascitur Paulus aduersus Pseudoprophetas. Irascitur & Moses mitissimus, quum iniuriam Deo illata ferre non posset: Exod.32.c.20. Obnox.c.iudicio.] Coram Deo videlicet, cui voluntas cordis humani (iuxta Gallicũ prouerbiũ) operis loco est .i. Diuino subiacebit iudicio, pœnæ inquam ac morti: non minus coram Deo dãnabitur, quàm qui coram iudice cõuictus ac damnatus fuerit. Hinc Apostolus (Galat.5.c.20) iracundum excludit è regno Dei. in quo quid aliud significat, quàm damnabilem esse naturæ nostræ prauitatem? Notãdum autem, hic non

dici eum damnandũ esse iudicio, sed obnoxium esse iudicio, siue teneri iudicio : videlicet dignũ esse qui iudicetur à Deo, nisi misericordia ipsius Dei saluetur. quod ob id dicit, vt agnita morbi nostri pernicie, ad se medicum curramus.

verò dixerit fratri suo, 'rhaca, obnoxius erit 'concilio: quisquis autem dixerit, fatue, obnoxius erit 'gehennæ incendio.

dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

ANNOT.

Racha,] Augustinus dicit se à Iudæo quodam accepisse, Racha Hebræis interiectionis instar esse, eáque voce nihil certi, sed tantùm animi indignationẽ significari. Chrysostomus homilia 16, tradit Racha nõ esse vocẽ grauioris aut atrocioris cõuitii, sed ab impatientia, stomachóque loquentis proficisci: quomodo seruis nonnunquam stomachosius loquentes, dicimus, Abi tu, Dic illi tu. Quidam dicunt vocem esse Chaldaicam, quæ hominem nequam & nullius frugi significet. Verùm probabile hoc nõ videtur: nam expressum esset hoc conuitiũ, ac idem cum eo quod sequitur, Siquis dixerit Fatue. Simplicius autem est ac vero similius, vt dicamus esse animi cõmoti & intra se frementis interiectionem, qua veluti signo quodam, indignantis fremitus proditur. Grauius ergo erit dicere Racha, quàm simpliciter irasci : éstque medium aliquid inter irasci & conuitiari. Posset dici esse conuitium leuius. Intelligendũ hic est, damnari omnia qualiacunque iracundi & maleuoli animi signa, quouis illa modo prorũpant, siue murmurando, siue frendẽdo, siue expuendo, siue faciem indignanter auertendo, siue frontem rugando, siue nasum suspendendo. Nam huiusmodi signis, irascentis animi commotio plerunque proditur. Concilio.] Vox Græca consessum iudicum significat: quod indicauit & Chrysostomus. In huiusmodi consessibus, velut Athenis in curia Martis, grauiores causæ agitari solebant, & de supplicii modo deliberare. Consessus igitur mentione, Christus ad res & consuetudines hominum alludens, significat supplicium de iis grauius fore sumendum qui iræ fræna laxant. q.d. talis dignus esset de quo concilium aut consessus celebraretur, si Deo satisfaciendum esset.

Gehennæ incend.] Gehẽnom, vallis in sorte tribus Beniamin, de qua Iosue 18.c.16, sed ab impiis possessa, in qua filios exustos igni deuouebant & immolabant dæmonio Moloch. Ea vocabatur & Thopheth: de qua sic 2.Reg.23.c.10, Cõtaminauit quoque Thopheth qui est in conualle filii Hinnom, vt nemo cõsecraret filium suum aut filiam per ignẽ, Moloch. 2.Paral.28.a.3, Qui adoleuit incẽsum in Valle-ben-Hinnom, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritũ Gentium quas interfecit Dominus. De Achaz, Iere.7.g.32, Et non dicetur amplius Thopheth, & Vallis filii Hinnom: sed Vallis interfectionis: & sepelient in Thopheth, eo quòd nõ sit locus. Vide eadem & cap.19.b.6, & c.11. Putant verò dictam Thopheth, à ritu sacrificantiũ Moloch, quem verisimile est Saturnum fuisse Iudæis: cui quum adolebantur infantes, pulsabantur tympana, ne audiretur eiulatus illorum dum exurerentur. THOPH enim tympanum dicitur. Porrò quia hoc loco exurebantur infantes, vel quòd Thopheth hæc in valle erat quæ dicebatur Gehẽnom, erátque locus summæ abominationis, in quẽ cadauera & quæque abominanda eiiciebantur è Ierusalem : locus in quo supplicium de impiis sumitur, hoc nomine vocari cœpit: quem sic describit Esaias, cap.30.g.33, Præparata est enim ab heri Thopheth, etiam ipsi regi præparata, profundam fecit & dilatauit: in pyra eius ignis & ligna multa erũt, flatus Domini sicut torrens sulphuris ardẽtis in ea. Locus hic supplicii, tenebræ illæ sunt exteriores in quas abiiciuntur reprobi, Infrà 8.b.12. Dominus itaque qui vulgari tum lingua vsus est, Gehennam pro futuro animarum tormento vsurpauit. Quòd verò subinde vocat Gehennam ignis, facit vt exaggeret incredibilem vim cruciatuum qui impios manent: quos eosdem cruciatus Esaias 66.g.24, ignem vocauit inextinguibilem. Et ignis (inquit) eorum non extinguetur. Quod ipsum & Dominus Mar.9.g.48, adduxit, vbi de gehenna loquitur, eóque quodammodo, quid per gehennam significet, ipse exposuit. ita enim bis ait, Bonum est tibi vt claudus, luscus introeas in regnum Dei, potius quàm duos pedes vel oculos habens, mittaris in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis illorum non moritur, & ignis nõ extinguitur. In hoc versu, & infrà 18.b.9, dicitur gehenna ignis, quam præcedenti versu appellauit ignem æternũ. Et siquãdo sine additione ignis ponitur: accipitur nihilominus pro hac omnium maxima dirissimáque afflictione, cruciatúque qui est ab æterno isto vermi atque igni inextinguibili. Hebraicè autẽ magis, quàm Græcè aut Latinè, dicitur Gehenna ignis, pro gehennæ incendio, siue gehenna ardente.

Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te:

23 'Itaque si obtuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris quòd frater tuus 'habet aliquid aduersum te:

Relinque ibi munus tuũ ãte altare, & vade, prius recõciliare fratri tuo: & tunc veniẽs offeres munus tuũ.

24 'Relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius 'reconcilieris fratri tuo, & 'tum veniens offer munus tuum.

Esto cõsentiẽs aduersario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.

25 'Habeto beneuolentiã cum aduersario tuo citò, 'dum es in via cum illo: nequãdo te tradat aduersarius iudici, & iudex te tradat 'ministro, & in carcerem coniiciaris. Luc. 12. g. 58.

ANNOT.

23 Itaque] Indicat hæc particula, quæ dicuntur hoc loco, inferri ex præmissa Legis expositione: quasi diceret Dominus, Quũ itaque ista sit diuinæ legis mẽs, & iustitiæ illius perfectio, nemo putet se Deo placere posse si iniurius fuerit fratri, & fraternæ charitatis violator & contemptor. Introducit autem offerentis alicuius personã, exempli vice. nam lex oblationum & sacrificiorum tum vigebat. Hoc verò exemplo hîc docemur, Deũ cum primis exigere à nobis vt inter nos concordes simus, & sine hac concordia, illum etiam quæ sibi offeruntur, & ad ipsius vidẽtur pertinere cultum, non acceptare. Non intelligebãt hoc Iudæi, neqne istam Legis expositionem à Scribis ac Pharisæis acceperãt, qui quæstum sectabantur in cultu Dei: ideóque muneribus Deo oblatis, quæ in ipsorum vsum cedebant, neglecta fide & charitate, omnem pietatem tribuebant. Vnde verisimile est, Christum hac doctrina non admodum gratificatum fuisse sacerdotibus Iudæorum, qua errorem & falsissimam eorum persuasionem notat, quam de oblationibus legalibus conceperant, in quas solas cultum Dei referebant. Quæ autẽ de oblationibus hîc dicuntur, de omnibus externis dicta intelligas, vt de precatione, & aliis. Habet al. adu. te] Hoc est, quòd peccaris qua in re erga fratrem: quasi diceret, quanuis minutulum, modò fecerit ad dissidium, modò scias inde illum esse offensum.

24 Relinque i. m. t.] Non dicit, tolle: non enim vult vt desperemus de gratia Dei recuperanda: nec vult vt colendi Dei propositũ prorsus abiiciamus. q. d. Quod constituisti Deo offerre munus iuxta Legis præscriptum, bonum est, modò quod primum est non negligas.

Recõcilieris] In Latinis scriptis codicibus legitur imperãdi modo, reconciliare, vt Græce. Reconciliari, est omni odio & dissidio abiecto, pristinã restituere concordiam, amicitiã, necessitatẽ, & familiaritatẽ. Tum ve. offer] Non iubet legali more offerre, neque tamen prohibet. nondum enim erat tempus quo debebant ista cessare. Verum cautè agit ne offendat Iudæos: qua cautione etiam infrà 23. c. 23, vsus est, dicẽs, Hæc oportebat facere, & illa non omittere. Simul hac particula significat omnem illatæ iniuriæ culpam coram Deo esse remissam, si per recõciliationem restituta fuerit fraterna cõcordia. tum (inquit) offer munus tuum. q. d. tum demum erit gratum & acceptum munus in conspectu Dei.

25 Habeto ben.] Exhortatio est ad eum qui læsit, cui suprà præceperat vt relicto ad altare munere, abiret, &c. Aduersarium vocat cum quo est lis, aut iuris actio: & actorem qui reum facit, & in ius trahit. Auocat autem & absterret suos Christus à litibus & controuersiis, à periculo argumentum sumens. Sæpe qui ius optimum habet, causa cadit, sæpe vincit qui pœna est dignus. Transige igitur cum aduersario dum contendis in iudicio, ne experiaris ius summum. Quidam allegoriam esse volunt, Quemadmodum homines nihil esse melius ducunt quàm transigere ante quàm ad summum ius veniatur: ita res habet cum Deo. Estote solicíti de recuperãda cum fratre concordia, vt nisi velitis dissidio non ablato, iudici Deo sisti, & de illata iniuria debitorum rei fieri quæ nequeatis persoluere, quamprimum curetis quibus poteritis conditionibus læsam cum fratre restaurare concordiam. Ita quidam: verùm appendix est superioris doctrinæ. q. d. Siquid controuersiæ inciderit, statim componite: nolite contendere pertinaciter de iure vestro, sed cedite potius. Dum es in via] Id est, dum res adhuc pẽdet. Aut, In præsenti tẽpore, dum adhuc viuis. Dum adhuc in hac vita sumus, possumus cum fratribus & cũ Deo redire in gratiã, post hanc vitam nihil aliud expectandũ quàm iudicium.

Ministro,] Vetus interpres dictionem Græcã aliquando carnificem transtulit, aliàs exactorem. est autem is qui exequitur iudicis sententiam.

Amen dico tibi,non exibis illinc,donec per- 26
ſolueris extremum'quadrantem.

Amẽ dico tibi, non exies inde donec red as nouiſſimum quadrantem.

Har.1.31 Audiſtis quòd dictũ fuerit antiquis,‖'Non cõ- 27
Exo.20.c.14 mittes adulterium.

Audiſtis quia dictũ eſt antiquis,Non mœchaberis.

At ego dico vobis quòd quicunque aſpexerit 28
vxorem *alterius* ad concupiſcendũ eam,iam adul
E terium cum ea commiſit in corde ſuo.

Ego autẽ dico vobis quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eã, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo.

Infrà 18.a.8 ‖Quòd'ſi oculus tuus dexter'obſtaculo tibi fue 29
marc.9.g.47 rit,erue illũ,& abiice abs te.expedit enim tibi vt
pereat vnum mẽbrorum tuorum, ac non totum
corpus tuum conriciatur in gehennam.

Quòd ſi oculus tuus dexter ſcãdalizat te,erue eum, & proiice abs te.expedit enim tibi vt pereat vnũ mẽbrorum tuorum,quàm totũ corpus tuum mittatur in gehennam ignis.

ANNOT.

26 Quadrantem.] Quadrans,quarta pars aſſis.eum nummum vulgo ceu minutũ, contemptui fuiſſe,prouerbio quoque teſtatum eſt.Budæo eſt quadrans qui Ciceroni dicitur teruntius .Lucas cap.12 .g .59, habet, extremum minutum.

27 Non commit. adul.] Docebant & hic Scribæ & Phariſæi, violatæ legis reum non eſſe niſi qui corpore ipſo vxorem alterius attigiſſet: interea cordis immunditiam,qua coram Deo delinquitur, non reputabant peccatum. Cui errori ſuam expoſitionem opponit Chriſtus,omnem etiam cogitationem adulterii damnans. Vide autem & hoc loco Chriſtum non agere cum Publicanis & peccatoribus,ſed cum hypocritis & iuſtitiariis, quorum hypocriſis ſemper doctrinæ gratiæ reſtitit.Concupiſcentiam iſtam & lex ipſa damnat,dicẽs,Non concupiſces vxorẽ proximi tui.Sciebant hoc Iudæi:verùm adulterii loco haberi corã Deo cordis concupiſcentiam,non animaduertebant.

29 Si oculus t.dex.&c.] Hyperbolica locutione neceſſitas vitandi offendiculi proponitur: vt renuntiemus omnibus quæ nos remorãtur à cultu & obediẽtia Dei, quantumuis ſint nobis chara. Simili hyperbolica locutione vſus eſt Apoſtolus, ſignificãs quàm charus fuiſſet Galatis initio aduẽtus ſui,his verbis,cap.4.b.15,Teſtimonium reddo vobis,quòd ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros effoſſos dediſſetis mihi. Quibus verbis quid aliud voluit Apoſtolus, quàm adeò ſe Galatis fuiſſe charum & acceptum,vt nullis rebus quantumcunque neceſſariis parſuri fuerint,ſi eas deſideraſſet? Eſt autem occupatio ad obiectionem, Quid nobis fiet ſi ita ſit,quũ adeò procliues ſimus ad malas cogitationes,vt nõ poſſimus arcere oculos,quin ex improuiſo ſolicitemur ad malum?Etiam atque etiam(inquit)videndum eſt vobis,vt infirmitatis veſtræ rationem habentes, omnem occaſionem offendiculi aut incitamenti ſtudioſe declinetis·nec quicquam vſqueadeo charũ vobis eſſe ſinatis,cuius gratia,ſi cedat ad ruinam, ſempiterno vos permittatis obnoxios fieri exitio.Nihil eſt tam vobis affine, nihil adeò coniunctũ,nihil etiam agnatum,& ita intimum,quod non ſit amputandũ, ſi cauſam præſtet contra Deum delinquendi,etiam ſi membrum ſit aliquod corporis veſtri, imò præcipuũ & neceſſarium membrum, qualia ſunt oculus dexter, & manus dextera. Quidã volunt tranſitum fieri à corpore ad animum, collatione tacita,hoc modo, Quemadmodum vbi totus homo periclitatur de capite,præſtabilius eſt,vnius membri iactura,reliqui corporis iacturã redimere,quàm eo mẽbro ſeruato, totum corpus in diſcrimen conìicere : ita cõducibilius, reſecare affectũ aliquem, & voluptatem aſpernari, quàm hac momentanea ſemel & iterũ frui, interea autem obnoxiũ fieri æternæ dãnationi.Vt corpus mẽbris mouetur & operatur:ita animus hominis ducitur affectibus, affectúſque voluptatibus ſeſe oblectãt.ergo affectus,ſunt animi membra:qui quoties ad immunditiam inuitãt, eiiciendi ſunt ex animo. Obſtandum eſt principiis. Paulus hoc ipſum docens, Coloſſ.3.a.5,ait, Mortificate ergo mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Deinde membra illa ſignificantius exprimẽs,mox dicit, Fornicationem, immunditiam, libidinem,concupiſcentiam malã,&c. Obſtacul ti.fu.] Vel,offendiculo tibi fuerit. Græce eſt ſcandalizauerit.Scandalizare autem, ſiue Latine,obſtaculo aut offendiculo eſſe alicui, eſt remorari,aut cadere facere aliquem in via Domini,hoc eſt vita Deo digna,nẽpe in fide & dilectione,obſtare quominus pergat in obedientia Dei. Quidam hæc, Si oculus dexter, & Si manus dextera obſtaculo, &c. ſic exponunt,Si quod oculo vides,aut manu tua agis,eſt tibi cauſa ruinæ,&c.

Et si dextera man⁹ tua scá dalizat te, abscinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum mébrorum tuorũ, quàm totum corpus tuũ eat in gehennã.

30 Et si dextera tua manus obstiterit tibi, amputa
eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat
vnum membrorum tuorum, ac non totum cor-
pus tuum coniiciatur in gehennam.

Dictũ est autẽ, Quicũque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii.

31 'Dictum est autem, ‖'Quicunque repudiauerit Infrà 19.a.7. deut.24.a.1.
vxorem suam, det illi libellum diuortii. marc.10.a.4. luc.16.d.18.

Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorẽ suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

32 At ego dico vobis quòd quisquis repudiauerit 1.cor.7.b.10
vxorem suam, nisi causâ stupri, 'efficit vt illa sit a-
dultera: & quicunque repudiatam duxerit, adul-
terium committit.

Iterũ audistis quia dictum est antiquis, Nõ periurabis, reddes autẽ Domino iura-

33 Rursum audistis quòd dictum fuerit antiquis, Leuit.19.c.12
‖Non peierabis, 'sed persolues Domino ea quæ exod.20 a.7. deut.5.b.11.

ANNOT.

31 Dictum est] Sub. à Mose, Deut. 24.a.1. Iudæos reprehendit qui lege libelli repudii abutebantur, vxores quauis de causa abiicientes, mentem legis ignorantes, aut dissimulantes.

Quicũq. repud.] Moses cõsiderata Iudaicæ nationis malitia, & duritia, necessitate adigebatur vt hac lege, quod per se bonum non erat, sed reprehensibile, maioris mali vitãdi gratia decerneret: vt sic infirmo sexui succurreret, & obstinatam maritorum duritiam hactenus cohiberet, ne ad oppressionem coniugum inualesceret. Notat hoc Christus infrà, 19.a.5, quum dicit, Moses propter duritiã cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras: cæterum ab initio non fuit sic. Repudii libelli ratio erat, vt dimissæ coniugi liberum esset, alteri se viro coniungere, útque priori marito nihil amplius in illam iuris relinqueretur. Vir confitebatur suam turpitudinem, quũ dabat libellum repudii. Huius libelli repudii formam talẽ fuisse ex Hebræorum Iurisprudẽtia depromptam, quidam scribũt, DIE TERTIA hebdomadis, vicesima nona Octobris, Anno quinquies millesimo decimo octauo ab orbe cõdito, quẽadmodum numeramus hic Parisiis, vrbe quæ sita est ad flumina Seina & Bibera: Ego N. cognominatus N. filius N. sacerdotis, qui consisto hodie Parisiis, vrbe quæ sita est ad flumina Seina & Bibera, deliberaui in cogitatione animæ meæ, nemine me cogẽte, & dimisi, & liberaui, & repudiaui te tibi, te vxorẽ meam N. cognominatã N. filiam N. sacerdotis, quæ fuisti vxor mea antehac. Et nunc liberaui, & dimisi, & repudiaui te tibi, vt sis tui iuris, & domina animæ tuæ ad abeundũ, vt ducaris abs quolibet viro quem volueris: nec vir quisquam prohibeat in manu tua ex hoc die & inæternũ. Et ecce permissa es vnicuique viro. Et hic esto tibi à me libellus repudii, & epistola dimissoria, & instrumentum libertatis, iuxta legem Mosis & Israelis. Hactenus libellus repudii, qui Græcè vno verbo dicitur Apostasion, quasi dicas diuortionale, hoc est libellus diuortii.

32 Efficit vt i.s.adul.] Subaudi, si alteri nubat. nam manet vinculum, neque repudiũ tale potest violare sanctionem Dei.

33 Sed pers.Do.] Tantùm legitur in Mose, Leuit.19.c.12, Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui. Hæc autẽ verba, Sed persolues, &c. adiecta sunt à secundariis doctoribus Pharisæis: significãtibus Domino iam deberi quod quis facturũ se per nomen Domini iurasset: & ita aperiebant fenestram & fallendi proximum, & iurandi temere, si modò nomẽ Domini non adhiberetur, quasi dicerent, Prohibet lex ne nomẽ Dei in vanum sumatur, falsò per illud iurãdo: at si deieraueris per res alias, vt sunt cælum, terra, Ierosolyma, templum, &c. periurii reus non eris, nec transgressor legis huius, etiam si quod deierasti non præstiteris. Talem enim Pharisæorum fuisse doctrinam subindicare videtur quod adiecerũt, Sed persolues, &c. & quod Christus subiicit, vetans & alia iuramenta quæ non fiebant in nomine Domini. Præterea quod infrà 23.b.16, exprobrat ipse Christus Pharisæis, Væ vobis duces cæci, quia dicitis, Quicunque iurauerit per tẽplum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. & reliqua. Quo loco satis indicat Christus, eum etiam iurare per Deum, qui per cælum thronum Dei iurat. Persoluere autem Domino iuramenta, est satisfacere promissionibus nostris in quibus Deo obstringimur. Ita qui peierat, non tãtùm fallit fidem datam hominibus, sed etiam Deo, quia Deum testem adhibuit.

iuraueris.

F At ego dico vobis, ne iuretis 'omnino, 'neque 34
per cælum, quia thronus Dei est:

'Neque per terram, quia subsellium est pedum 35
illius: 'neque per Hierosolyma, quoniam ciuitas
est Magni regis:

'Neque per caput tuum iurabis, propterea quòd 36
nô potes vnum pilum, album aut nigrum facere.

Iacob.5.c.12 ‖Sed erit sermo vester, 'Est est, non non. porrò 37

menta tua.

Ego autem dico vobis nô iurare omnino, neque per cælû, quia thronus Dei est:

Neque per terrã, quia scabellum est pedû eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis.

Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnû capillum, album facere aut nigrum.

Sit autem sermo vester, est est, non non. quod autẽ his

ANNOT.

34 Omnino.] Hæc particula ex mox additis intelligenda est, id est, neque assumendo ipsius nomen, neque ea quæ ad ipsum pertinent, vt cælum, terra, Ierosolyma, caput nostrû altare, & huiusmodi: quibus comprehenditur & nomen Dei, quòd Dominus eorû sit conditor & cõseruator, non homo: vt etiam ipse Christus exponit Infrà 23.b.16. Omnino igitur, id est neque directè, neque indirectè. Loquitur autem Christus de negotiis & cõmerciis, quotidianisque colloquiis, vbi non est necessarium iuramentû. In necessariis causis non tantum permittitur iuramẽtum, sed & à Deo præcipitur, Deut.6.b.13, & 10.d.20: in veritate, iudicio, & iustitia, vt ait Ieremias, cap.4.a.2. Iuramẽtum enim, est sacrosancta inuocatio. Iurat Christus, Iurat Paulus: iurat per semetipsum Deus, Heb.6.c.13, & d. 16. Neque per cæl.] Græce, neque in cælo. sic & Ĩfrà, 23.b.16. quã præpositionẽ iuxta proprietatẽ Hebræi sermonis, Apostoli subinde vsurpant pro per: vt, In digito Dei: & In nomine tuo prophetauimus. Cælû vocatur thronus, siue sedes Dei, Esa.66.a.1, Cælum sedes mea: terra autẽ scabellum pedû meorum. Non quòd illic sit inclusus: sed respectu hominum: vt erigamus mentes nostras sursum, & nihil abiectum & humile de eo cogitemus. Sciebãt hunc locû Esaiæ & Iudæi, verùm tantæ pietatis erga Deum non erant, vt maiestatẽ illius in cælis relucẽtem reueriti, ab hoc deierandi genere abstinerent.

35 Neque per terram,] Locutiones istæ de regia aliqua maiestate sumptæ sunt, vt diuinam nobis vtcunque repræsentent. Magnus est regii throni splendor, nec scabella pedum regum suo honore carent. quis temere delinquet coram subselliis regalibus? Nemo itaque putet terram hanc in qua viuimus, expertem esse diuinæ gloriæ, maiestatis, & potentiæ. Vocatur autẽ terra, scabellû pedum Dei, vt sciamus eum per omnia diffundi. Neque per Ierosol.] Tametsi Domini sit omnis terra, & plenitudo eius, ideóque diuinæ maiestatis gratia reuerenter inhabitanda: meritò tamen exigitur vt ea loca in quibus diuina bonitas luculentius exoritur, aliis sint venerabiliora. Talis erat ciuitas ista propter templum, sacerdotium, cultum & verbum Dei. Psal.2.6, Ego constitui regem meum super Sion montem sanctum meum. Danie.9.d 16, Auertatur obsecro ira tua & furor tuus à ciuitate Ierusalem, & à mõte sancto tuo. Suprà cap.4.a.5, Assumit illum diabolus in Sanctam ciuitatem. Et Infrà, 27.f.53, Venerût in Sanctã ciuitatẽ. Ciuitas igitur Regis magni dicitur, quòd illic plenius exerceret virtutẽ suã, & signa suæ præsentiæ: nô autem quòd esset illic inclusus. Nûc Ierusalem occupat totû mundû, vt dictum est per Prophetas. vbique enim vult inuocari & manifestari. Non est autẽ frustra quòd Deum vocat magnum regem: cœperat vrbs illa plus reuerentiæ exhibere vel Herodi regi, vel Romanæ potestati, quàm Deo suo.

36 Neque per caput, &c.] Quû iuramus per caput nostrû, vsurpamus potestatẽ quæ Deo est peculiaris. Capita enim nostra adeò non sunt in nostra potestate, vt quod in capite minutissimum est, pilus, possimus vel albû facere vel nigrum. Deus dominatur capiti nostro: ergo per Deum iuramus quum per illud iuramus. Admonemur hic, nihil in creaturis Dei tam esse minutû, in quo non sit diuina maiestas, per quã est conditum, ob oculos habenda, etiamsi maxime nostri iuris esse videamur. Vult ergo vt in creaturis Dei versemur cû timore ipsius.

37 Est est, nô non,] Pro est est, Græcis est aduerbiû affirmãdi, næ næ: sed quod vsurpetur & à Latinis. Vetus interpres aliquoties vertit Etiam: quod vulgo parû eruditi dicunt Ita. Docet autẽ quomodo debeamus cõtrahere: simus simplices, & interea constantes in eo quod semel asseuerauimus aut negauimus: si sermo noster affirmet, verè affirmet: si neget, verè neget.

Simili loquẽdi modo vſus eſt & Paulus,2.Corin. 1.d.17,18,Quũ ergo hoc voluiſſem,nũquid leuitate vſus ſum? aut quæ cogito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me eſt & non?fidelis Deus quòd ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo,eſt,& nõ,ſed eſt in illo, eſt,&c.Homines rarò verè affirmant aut negant quod habent in animo, ſed mendaciis delectãtur:ideo in contractibus, to topus eſt licitationibus & ſtipulationibus.

abundantius eſt, à malo eſt.

quod vltra hæc *adiungitur*, ex malo proficiſcitur.

Audiſtis quia dictum eſt, Oculũ pro oculo, & dentem pro dente.

38 Audiſtis quòd dictũ fuerit, Oculum pro ocu- Exo.21.e.24
lo,& dentem pro dente. leui.24.c.18 deut.19.a.21

Ego autem dico vobis nõ reſiſtere malo: ſed ſiquis te percuſſerit in dexteram maxillam tuã,præbe illi & alteram:

39 At ego dico vobis, Ne reſiſtatis malo:ſed quiſ- Ro.12.d.17
quis impegerit alapam in dexteram tuam maxil- Luc.6.d.19
lam,obuerte illi & alteram: 1.cor.6.b.7

Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicã

40 Et ei qui te velit in ius trahere,ac tunicã tuam

ANNOT.

Ex malo prof.] Id eſt,vt quidã volunt, vitioſa res eſt. Alii,ex malo, exponunt à diabolo: vt Infrà 13.c.19,Venit malus,& rapit quod ſeminatum eſt in corde eius,Pro quo Marcus habet,venit ſatanas:Lucas verò,diabolus.

38 Oculum pro oc.] Pœnam hanc talionis(quæ valuit non ſolum apud Iudæos, ſed & apud multas gentes, quam appellabant, Par pari referre) permiſerat Deus iudicibus tantùm, non priuatis hominibus.Priuatis enim cõtrà præcipitur Leuit. 19.d.18,Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum: acceptæ iniuriæ memoriam non retinebis. Scribæ verò & Phariſæi legem hanc ita expoſuerant, vt licitum dicerent coram Deo quibuſuis læſis,acceptam iniuriam, magiſtratu pro ſumenda vltione interpellato, perſequi: modò lex iſta talionis nõ excederetur. Cui expoſitioni ſuam doctrinã opponit Chriſtus,dicẽs,Ne reſiſtatis malo. In hac etiã parte oportuit iuſtitiam fideliũ magis abundare, quam iuſtitiã Scribarum.

39 Ne reſiſtatis malo:] His verbis vult Chriſtus,contra Phariſæorum doctrinam,vt animis ſimus manſuetis, malorúmque tolerantibus, vt tam abſimus ab vlciſcendi noſipſos libidine, vt malimus maiorem etiam ferre iniuriam, quàm qualencunque illatam vlciſci, quocunque illud modo, vel vi, vel iure fieri poſſit. Malo autem, vel ad rem referri poteſt, vel ad hominem: præterea poteſt ablatiuus eſſe inſtrumenti, Nolite reſiſtere cuiquam malo, hoc eſt iniuria,ſiue verſutia. Hic ſenſus placuit Chryſoſtomo,quũ ait reſiſtendũ eſſe homini,nõ malo,ſed patiẽtia:nõ enim ignẽ igni extingui,ſed aqua. Mirũ eſt autẽ hic additus Græcis articulus quã vim habeat, quaſi certum malũ ſignificet. Niſi forte voci appoſitiuæ adiunctus eſt,quaſi dicas,ei qui malus eſt. Certè reſiſtere malo,videtur id eſſe quod Paulus prohibet Romanis,cap.12.d.17.21, Nulli malũ pro malo reddere, ſed vincere in bono malum. Loquitur de eo malo quod vel corporibus noſtris,vel facultatibus,vel exiſtimationi ad tempus nocere videtur. Quod ex ipſis verbis patet,quum dicit, Quiſquis te percuſſerit,&c. Et, Qui vult tecũ in iudicio contendere,&c. Impeg.alapã] Exempli gratia,iſta & quæ ſequũtur ſubiicit,quibus declarat & quæ malorum genera tolerari velit à nobis,& quanta cum patientia. Eſt autem hyperbole,quæ docet ſummam patientiam,animiſque moderationem. Non iubet vt incitemus improbos ad inferẽdas iniurias, ſed hortatur ſuos vt perſeuerent in patientia,parati non tantum abſtinere à vindicta,ſed quũ iniuriã vnam perpeſſi fuerint,parati ſint ad ſecundam ferendam, & ne defatigentur perſeuerando. facile eſt perferre vnam iniuriam: difficillimum perſeuerare. Alapa ſolet per contemptum vel mulieribus,vel pueris, aut alioqui effœminatis & imbecillibus impingi. Contẽptus iſte intolerabilis putatur iis,qui viri videri volunt. caro ſiquidem inflata nihil minus ferre poteſt, quàm iniuriam cum ignominia coniunctam. At Chriſtianus ignominiam hanc ſumma cum animi manſuetudine & ſubmiſſione,inſtar oniculæ tolerabit. Talẽ ſe exhibuit Michæas propheta,1.Reg.22.d.24. Talem ſe Chriſtus, Iohan. 18.d.22.23. Talẽ & Paulus, Act.23.a.2.3. Si percutiamur cũ ignominia verbi Dei,vt Michæas: veritas illius eſt aſſerenda. Si innocentia noſtra petatur: declarãda eſt illa, & aſſerenda, ſed cum mãſuetudine ſpiritus,exemplo Chriſti:ne qui vim infert,arbitretur ſe non delinquere. De Chriſti tolerantia ſic Petrus, (1.Pet.2.d.23,) Quum malediceretur, non maledicebat:quum pateretur, non comminabatur:tradebat autem iudicanti ſe iniuſte.

40 In ius trahere,] Aliud genus iniuriarum,quũ non per vim, ſed iuris prætextu dam-



num infertur innocenti. Hunc locum videtur Paulus (1. Cor. 6. b. 7) exponere, his verbis, Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Lucas habet cap 6. d. 30, Ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

tollere, permitte illi & 'pallium:

tuã tollere, dimitte ei & pallium:

Et qui te adegerit ad miliariũ vnum, abito cum 41
illo duo.

Et quicũque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.

G

Deut. 15. b. 8, '‖Petenti abs te dato, & cupiẽtem 'mutuum ac- 42
cipere abs te, ne auerseris.

Qui autem petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

Leuit. 19. d. 18 Audistis quòd dictum sit, ‖Diliges 'proximum 43
tuum, & 'odio habebis inimicum tuum.

Audistis quia dictũ est, Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Luc. 6. 27. At ego dico vobis, ‖Diligite inimicos vestros, 44
bene precemini deuouentibus vos: benefacite iis
Luc. 23. e. 34. act. 7. g. 60. 1. cor. 4. c. 13. qui vos odio prosequũtur, ‖& orate pro iis qui læ-
dunt & insectantur vos:

Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos:

Luc. 6. e. 32. ‖'Vt sitis filii Patris vestri qui est in cælis: quia 45
solem suum 'exoriri finit super malos ac bonos,
& pluuiam mittit super iustos & iniustos.

Vt sitis filii Patris vestri, qui in cælis est: qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quod 46
præmiũ habetis? nónne & 'Publicani idẽ faciunt?

Si enĩ diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habetis? nónne & Publicani hoc faciunt.

ANNOT.

Pallium.] Vox Græca significat vestem exteriorem, quæ Romanis toga est, Græcis pallium. Tamen ipsa vox Græca interdum pro quouis vestimẽti genere ponitur. Vnde rectè monet Augustinus, hunc esse sensum, Siquis tollat vnam aliquam vestem, concede illi potius si quid aliud habes vestiũ, quàm contẽdas. Alioqui præposterus esset sermo: palliũ enim, quæ summa vestis est, primùm detrahitur, deinde tunica. Lucas cap. 6. d. 29, habet recto ordine, eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere.

42 Petẽti abs te, dato.] Lucas habet, Omni petẽti abs te tribue. hoc est cuilibet, vt vnumquenque petentem Dominus citra tuum delectum, obtulerit. Hortatur suos Dominus ad liberalitatem in pauperes: vt quum semel dederint, ne defatigẽtur. Cæterũ non voluit vt cuilibet quauis ratione petẽti à nobis, demus: alioqui petaces scurræ omnia auferrẽt: neque certe Paulus scripsisset, 2. Corin. 8. c. 13, Nõ enim vt aliis relaxatio sit, vobis autẽ angustia: sed vt ex æquabilitate, in præsenti tẽpore, vestra copia, illorum succurrat inopiæ, &c. Absit igitur dolus, & adsit animus paratus facere aliis vt optarit sibi fieri: vt mox post hæc in Luca subiicitur. Mutuũ accip.] Lucas habet, cap. 6. e. 35, Benefacite, & mutuũ date, nihil inde sperantes. Versu præcedenti dixerat, Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nã & peccatores peccatoribus mutuũ dant, vt recipiãt æqualia. Lex hac de re præcipit, Deut. 15. b. 7, Si vnus de fratribus tuis, &c. ad paupertatẽ deuenerit, non obdurabis cor tuũ, nec cõtrahes manũ. sed aperies eã pauperi, & dabis mutuũ quo eũ indigere pspexeris.

43 Proximum] Vox Græca significat familiarem, & quocum habemus arctã ac domesticam consuetudinem, non solùm cognatũ. Quos voce proximi intelligere debeamus, habes in parabola Samaritani, Luc. 10. e. 29. Proximitas ex Deo est, qui omnium hominũ creator est. Odio hab. ini. t.] Addita fuerant hæc ad Legẽ à Scribis & Pharisæis: qui censebãt amicos tantũ esse diligendos iuxta Legẽ: odio habẽdos igitur inimicos: atque ita docebant.

45 Vt sitis filii, &c.] Nõ est ita intelligendũ, quòd velit nos ista faciendo, demum fieri filios Dei: sed quòd his argumentis declarare debeamus, nos esse veros Dei filios. q. d. vt ista faciendo, ingenium paternũ referatis, declaretísque vos verè esse filios Dei. Exoriri sinit] Vertendũ, exoriri facit, aut, expromit. & ita vertit ipse Erasmus in suis annotationibus. vnde mendum typographi hìc esse existimo. Imperfectius autem est, oriri sinit: neque enim satisfacit Diuinæ prouidentiæ & isti bonitati quam nobis hìc Christus proponit.

46 Publicani] Per Publicanos Euangelica historia ferè intelligit homines improbos,

infames,& rebus prauis addictiores. Reuera Publicani dicebantur priscis qui publico fruebãtur,id est qui certo constituto pretio,Romani populi reditus & vectigalia redimebant (vnde & redemptores dicebantur)deinde verò non sine fœnore & vsura à plebe exigebant.quod satis indicat Iohannes Baptista,quum sic eos accedentes ad baptismum suum,& ipsum quid facerent interrogãtes,alloquitur, Nihil amplius quàm quod constitutũ est vobis,exigatis.Ideò enim malè audiebant in publico,neque numerabãtur à sapientibus inter honestos ciues:quin potius calamitates publicæ,populi blattæ ac tineæ, prædones & excoriatores appellabantur.

47 Et si complexi fueritis fratres vestros tantũ, quid
eximium facitis?nónne & Publicani sic faciunt?

Et si salutaueritis fratres vestros tantùm,quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt?

48 Eritis igitur vos perfecti,quemadmodum Pa-
ter vester qui est in cælis,perfectus est.

Estote ergo vos perfecti sicut & Pater vester qui ĩ cælis est,perfectus est.

CAP. VI.

1 ATtẽdite ne eleemosynam vestram præste- Har.1.32.
tis corã hominibus,quò spectemini ab illis:
alioqui præmium non habetis apud Patrem ve-
strum qui est in cælis.

CAP. VI.

ATtendite ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus,vt videamini ab eis: alioquin mercedem nõ habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.

2 Itaque quum præstas eleemosynã,ne tubis ca- Rom.12.b.8
natur ãte te,quemadmodũ hypocritæ faciunt in
cõciliabulis, & in vicis,vt glorificentur ab homi-

Quum ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab homini-

ANNOT.

47 Complexi fu.] Græca vox proprie significat osculo & complexu salutare:quod olim ex more fiebat inter amicos,non solùm apud Iudæos, verumetiã apud Græcos & Romanos.

Fratres v.] Omnes nostri scripti codices Græci legunt,Amicos vestros. Quid eximiũ] Vel,quid supra cæteros. Publicani sic] Quædã Græca exemplaria legunt,Ethnici idem faciunt?Sic legit & Chrysostomus.

48 Perfecti] Hic de dilectione proximi agitur : huius perfectio præcipitur. Exemplũ illius in Deo patre cælesti proponitur:ídque nõ ita vt tantum quantum ille,diligamus: sed vt, sicut ille non amicos tantùm & gratos, sed inimicos etiam & reprobos diligit, ita & nos non vnam tantùm dilectionis partem quæ amicos respicit , sed & alteram quæ ad inimicos pertinet,adimpleamus.Perfectionem de dilectione proximi intelligendam esse satis aperte declarat Lucas, quum ait(cap.6.e.36)Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Igitur perfectos dilectione & misericordia esse vult,vt pater.

IN CAPVT VI.

1 Eleemos.] In vetere quodam Græco codice legitur iustitiam , vt legit vetus interpres. Eleemosyna,proprie misericordia est: ita tamen obtinuit vsus,vt eleemosyna vocetur munus quod egenti cõfertur ex commiseratione,seu misericordia. Christus post castigatam Scribarum & Pharisæorũ doctrinam,declaratámque Legem, vitam illorum reprehendit,omnia sua opera facientiũ vt viderẽtur ab hominibus,sicut ait ipse infrà cap.23.a.5:quò suos admoneat, in regno Dei non esse locum hypocrisi:nec quicquam valere bona opera,nisi ex animo syncero & charitate prædito fiant.Vide autem vt nõ manifesta in illis scelera notet, sed magis ea quæ pietatis speciem præ se ferebãt,vtpote eleemosynas, orationes & ieiunia. Coram ho. quò spe.] Non prohibet benefacere in conspectu hominum : sed ne in hunc finem vt laudemur ab hominibus. Præmium nõ ha.ap.pa.v.] His verbis docet eleemosynam nostrã Deo non placere,si inanis sit gloriæ studio contaminata.

2. Hypocritæ] Hypocrita,Latinè simulatorem siue histrionem significat, hoc est qui ficta persona fabulam agit apud populũ, quẽ eundem actorẽ vocamus. Vnde quisquis quouis modo simulat ac fingit, hypocrita vocari potest. Histrionicæ autem gesticulationi bellè quadrat quod modò dixerat,Vt spectentur.quod actorum est. Conciliab.] Hic quibusdam synagogæ significant conuenticula quæ solent fieri in plateis ac foro, seu triuiis.Aliis magis placet significare conuentũ ecclesiasticum,quò conueniebat populus ad audiendũ verbum Dei.

Et in vicis] Infrà,versu 5,dicit,angulis platearum:vt hìc intelligas vicos in quos diuiditur vrbs,non eos qui non sunt oppida.

nibus. amē dico vobis, 'habent mercedem suam.
Cæterum tu quū præstabis eleemosynam, 'ne- 3
sciat sinistra tua quod facit dextera tua:
Vt sit tua eleemosyna 'in occulto:& Pater tuus 4
qui'videt in occulto, ipse reddet tibi 'in propatulo.
Et quū oraueris, non eris quēadmodū hypocri- 5
tæ. nam illi solent in conciliabulis & in angulis
platearū stantes orare, quò cōspicui sint homini-
bus. amē dico vobis quòd habent mercedē suā.
Tu verò quum oras, 'introito in cōclaue tuum, 6
& occluso ostio tuo, ora Patrem tuum 'qui est in
occulto:& Pater tuus qui videt in occulto, persol-
uet tibi in propatulo.
Verùm orantes 'ne sitis multiloqui, sicut 7

bus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
3 Te autem faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:
4 Vt sit eleemosyna tua in abscōdito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.
5 Et quum oratis, nō eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
6 Tu autē quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuū in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.
7 Orantes autē nolite mul

ANNOT.

Habent mercedem suam.] Suam dicit, quasi dicat, inanem rumusculum quem ostētationibus suis venantur, auræ instar euanescentem. Habent, siue tulerunt. nam Græca vox sonat quod alicunde sit acceptum.

3 Nesciat sin.t.quod fa.dex.] Hyperbolico loquēdi more vtitur, vt admoneat, summo studio fugiendum inanis gloriæ studium. Nō dicit, Nesciant vicini tui: sed, Nesciat sinistra, &c. q.d. vsqueadeo non quæras vulgi conscientiam & applausum, quando eleemosynam facis, vt nec sinistra tua, quáuis coniunctissima & cooperatrix boni operis, siquid intellectus haberet, quid, cui, quantum, quoties, & quando des, cognoscat. Figurā hanc annotauit Chrysostomus, & hūc secutus Theophylactus. Iubet igitur nos simpliciter coram Deo benefacere, ita vt cōtenti simus bona conscientia coram Deo, siue vt Deus sit testis boni operis nostri.

4 In occulto] Hac particula exponit quid intelligat per id quod dixit, Nesciat sinistra, &c. In occulto præstatur eleemosyna, quum eo tantùm animo fit vt probemur Deo, & illum solum spectamus, non autem facimus vt videamur ab hominibus: etiamsi fiat coram hominibus eleemosyna. Videt in occulto,] Id est, testis est arcanus, synceritatem affectus nostri, & animum in dando simplicem respicit. Homo videt ea quæ apparent: Dominus autē intuetur cor, ait Samuel, 1.Samu.16.b.7. Solus nouit corda filiorum hominum Deus, 1.Reg.8.e.39. Ego Dominus scrutans corda, Iere.17.b.10. Psal.7.10. In propatulo.] Scripta quædam Latina vetustissima exemplaria legūt hic, In palam, pro In propatulo, siue in aperto, hoc est In resurrectione iustorum, vt ait Lucas, cap.14.c.14. Et 16.c.9, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

6 Introito in concl.] Vox Græca significat & penu siue cellam vbi reconduntur quæ ad vsum domesticum pertinent: & conclaue, siue cubiculum. Annotauit & hoc loco tropum sermonis Chrysostomus. Neque enim hoc sensit Christus, non esse Christianis precandum nisi in penuario domus, sed non magis affectandum vt homines laudent precantem, quàm si abditi in retrusissima ædium parte soli precentur. Voluit Dominus suos modis omnibus fugere ostentationem: hanc si ex animo auersatus fueris, & orando sat tibi fuerit vni Deo patri placere, recte in occulto cōclaui orasti, etiamsi in maxima hominum frequentia oraueris. Neque etiam damnat hîc publicas orationes, sacrósque piorum conuentus: illic non iubet claudi fores. corrigit igitur deprauatum affectum in hominibus, qui testimonio Dei nō habent satis. Veterum mos erat in conuētu ecclesiæ precari: vt probāt exempla Dauidis, Salomonis, & aliorum: Pauli item institutio, quam 1.Corinth.14, commendat, & 1.Timoth.2.b.8, Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Qui est in occulto,] Id est, in cælis, vbi oculis humanis non conspicitur. videt autem quæ in abscondito & in cordibus aguntur. Quædā exemplaria Græca non legunt, qui est: vt nec vetus interpres, Ora patrem tuum in occulto: ita respondet superioribus, Vt sit eleemosyna tua in occulto.

7 Ne sitis multiloqui.] Græcè, Ne battologizetis. Ferunt Battum quendam fuisse ineptū

poetã, qui multis & vanis ad nauseã vsque repetitis verbis poemata sua cõscripserit, ad hoc vnum intẽtus, vt multus esset in verbis: vnde sumptũ sit verbũ Battologizare, pro inaniter esse multiloquũ. Vtitur Euangelista hoc verbo vt ostẽdat multiloquiũ in oratione iã esse absurdũ corã Deo, quàm est battologia in auribus mortaliũ. Vtũtur autẽ in oratione, inani hac loquacitate & multiplicandorum verborũ vanitate diffidẽtes & qui sunt frigido animo, nec admodum serio curant quid loquantur. quo vitio hypocritas notauit Esaias, 29.d.13, Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Non reprehendit autem hic assiduitatem orationis, aut vehementiam affectuum in orando: sed tantum prauam illam opinionem corrigit. Dicitur enim apud Lucã, cap.18.a.1, Dicebat autem & parabolam ad illos, quòd oportet semper orare, & non defatigari. Et Paulus, 1. Thess.5.c.17, Sine intermissione orate.

iũ loqui sicut Ethnici faciũt: putãt enim quòd in multiloquio suo exaudiantur.

'Ethnici. putant enim fore vt ob 'multiloquium B
suum exaudiantur.

Nolite ergo assimilari eis: scit enĩ Pater vester quid opus sit vobis ante quàm petatis eum.

8 Ne igitur efficiamini similes istorũ. nouit enim
Pater vester quibus rebus 'opus sit vobis, priusquam petatis ab illo.

Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.

9 'Ad hunc ergo modum orate vos, 'Pater no- Luc.11.a.2.
ster qui es in cælis, 'sanctificetur nomen tuum.

ANNOT.

Ethnici.] Male audiebant apud Iudæos Ethnici, quòd essent athei, & veræ pietatis expertes. Contemptus autem iste Ethnicorum hæsit quidem apud Iudæos, verùm solidum pietatis studium, vnde videri volebãt Ethnicorum, tanquam impiorum, contemptores, iam olim desierat. Interea tamẽ Christus hoc exemplo Ethnicorum vtitur, vt illorum moueat animos. Sic & Apostolus Gentium exemplo Christianos ad rectam vitæ conuersationem vocat, & à turpitudine vitæ dehortatur. Ephes.2.c.11, Memores estote quòd vos aliquando eratis Gentes in carne, &c. Et cap.4.d.17, Vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui, &c.1. Thess.4.b.5, Nõ in passione desiderii, sicut & Gentes quæ ignorant Deum. Multiloquiũ] Hic nõ dicit battologia, sed proprio vsus est verbo, polylogia, hoc est multiloquiũ: velut exponens quod dixerat, Ne battologizetis.

8 Opus sit vobis.] Admonet de ea se oratione loqui, qua quæ necessaria sunt petuntur: vt locum hic non habeant quicunque nulla necessitate pressi, orare se magis simulant, quàm reuera orent. Simul & necessitatẽ nostram Deo Patri loqui antequam ad illum quicquam de ea referamus.

9 Ad hũc e.mo.] Nõ dicit, Hãc ergo orationẽ, vel hæc verba proferte, aut ista petite: sed, ad hũc modum: quibus verbis admonemur, subiectã orationẽ formulas habere orandi quãpaucissimas: simul in his formulis præscriptũ nobis esse, quæ debeamus potissimũ orare. Pater] Nomine patris vtitur, vt oraturi affectum & fiduciã filiorum erga patrẽ induamus. Infrà 7.b.6, Si vos, quũ sitis mali, nostis bona dona dare filiis vestris: quãto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Ex quo item patrẽ vocamus Deũ, nomẽ certe Christi prætendimus, in cuius solius nomine omnes orationes Deo offerri debent, neque alio nomine illi commendantur. Qua enim fiducia Deum patrem nominaremus, nisi in Christo, in quo adoptati sumus in filios gratiæ? Sanctif no.t.] Hæc precandi formula sex habet partes: quarum tres priores solam Dei gloriam, non habita nostri ratione, tanquam proprium suum finẽ, respiciunt: reliquæ ad nos vtilitatẽmque nostrã spectãt. Sanctificari, est sanctũ, hoc est celebre, selectũ, amplum & honorificũ haberi, & prædicari: cui blasphemari, polliu, & inhonorari siue dehonestari opponũtur. Nomen Dei nihil aliud est quàm quod de eo prædicatur, nimirum quòd sit omnipotẽs, sapiens, iustus, misericors, verax, &c. quæ omnia Sacræ scripturæ de eo prædicant, eo quòd nomen eius est secundum opera eius: & secundum nomen eius, laus eius, Psal.48.11. Sanctificatur igitur nomen Dei, nõ in Deo ipso, cui apud se nihil accedere aut decedere potest, verùm quũ ab omnibus sanctificatur, siue sanctus habetur, hoc est verè agnoscitur, præcellenti honore celebratur, ita vt vbique sancta & maiestate illius digna de eo credantur ac prædicentur. Quod vt fiat in omnibus gentibus, hortatur suos Christus ad opera bona, Spiritu suo sancto mentibus illorum illucens: Sic luceat (inquit suprà, 5.b.16) lux vestra

coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrū qui in cælis est. Nam malis operibus blasphematur. Ezech.52.b.5, Dominatores eius inique agunt, & nomen meum iugiter tota die blasphematur. Et 36.e.23, Et sanctificabo nomē meum magnum quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum. Et 39.b.6, Et immittam ignem in Magog, &c. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & scient Gētes quòd ego Dominus. Rom.2.d.23, Qui in Lege gloriaris, per prævaricationem Legis Deū inhonoras? Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes. In hac autem petitione & gratiarum actio continetur. Nam dum nomen Dei vbique cupimus sanctificari, omnium illi bonorum laudem tribuimus, ac omnia illi accepta ferēdo, quibus sanctus habeatur, beneficia eius erga nos agnoscimus.

'Veniat regnum tuum: 'Fiat volūtas tua, quem- 10
admodum in cælo, sic etiam in terra.
'Panem nostrū 'quotidianum da nobis hodie. 11
Et remitte nobis 'debita nostra, 12

Adueniat regnum tuum. Fiat volūtas tua, sicut in cælo & in terra.
Panem nostrū supersubstantialē da nobis hodie.
Et dimitte nobis debita

ANNOT.

10 Veniat reg.t.] Venit regnum eius, quū venit ad nos, & regnat per doctrinā suā & Spiritum suum sanctum: quum homines amplectuntur verbum eius, & sinūt se gubernari ab ipso Spiritu. Regnat etiā ex parte in reprobis, quum eos suo verbo redarguit, perdit ac deiicit. Regnabit in solidū, quum prostrauerit inimicos, & erit omnia in ōnibus electis. Fiat voluntas t.] Sensus huius petitionis est, vt in eius obsequiū subigantur creaturæ omnes, pēdeántque ita ex eius nutu, nequid nisi ipsius arbitrio fiat. Neque optamus tātùm vt quod decreuit apud se, eueniat, sed etiā vt domita subiugatáque omni contumacia, omnes omnium voluntates suæ subiiciat, & in suam obedientiam componat. Neque hoc tantùm, sed etiam vt nouas in nobis mentes, nouáque corda formet, nequid velimus ipsi à nobis, sed Spiritus potius eius votis nostris præsit, vt plenam habeant cum Deo consensionem.

11 Panem] Panis nomine, omne ciborum genus intelligunt Hebræi. Ita 2.Reg.6.d.22, in verbis Elisæi legimus, Pone panem & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & reuertātur ad dominum suum. Vbi subiungitur, Et apposita est eis magna ciborum copia. In vniuersum, quicquid ad tuendam præsentem vitam facit, non alendo tantùm, aut vestiendo, sed præbendis quoque aliis omnibus adminiculis, quibus sustinentur externæ vitæ necessitates, quo panem nostrum, quatenus expedire Dominus nouit, trāquilli comedamus. Nostrum dicit, quòd Dei benignitate fiat noster, vtcunque nobis minime debeatur. Quotidianū] Vox Græca varie vertitur. Quidam supersubstantialem, vel superessentialem. Alii, substantialem, id est quo alimur. Nonnulli eximium, aut peculiarem: alii crastinum reddunt. Rectius verò, quotidianum: quod satis indicat dictio hodie: quibus ambabus particulis ad moderationem instituimur ac continentiam, ne modum necessitatis vota nostra excedāt. Quum autem dicat hodie: nō potest exponi de pane spirituali, qui æternus est. Petimus igitur vt pascat nos in diem. neque enim bona animæ tātùm dat nobis, sed & corporis: ita in solidum nobis pater est. Da, inquit, nobis: quū tamē interea laboremus, & videatur victus esse merces laboris nostri: donatio verò sit gratuita. Verùm vtcunque promittat mercedem laboris, tamē ita nobis dat vt agnoscamus gratuitum beneficium, & benedictionem gratuitam nobis infundere: alioqui frustra laboraremus. Quum igitur dari nobis petimus, fatemur omnē vitæ nostræ sustētationem nonnisi à Deo esse, quòd is sit qui solus omnia pascat. Donum præterea Dei esse gratuitum, ita vt nisi ille det, nihil possit quantuscūque noster labor, & nihil efficiat nostra industria. Notandū, pro hodie, apud Lucam, 11.a.3, legi quotidie. quo vult nos Christus tam diuites quàm pauperes non aliter animatos esse, quàm quibus sit per singulos dies omnis vitæ nostræ sustentatio à Patre nostro cælesti petenda & accipienda: hoc cogitantes, omnē substantiam nihil esse, nisi quatenus effusa sua benedictione Dominus eam prosperat & fœcundat: quæ etiam in manu nostra est, ne eam quidem nostram esse, nisi quatenus in singulas horas portiunculam nobis largitur, vsúmque permittit, & sua gratia efficit vt vsus ipse fructuosus sit & efficax.

12 Debita nostra] Lucas cap.11.a.4, pro debitis posuit peccata. Et mox Matthæus versu 14, errata. Debita nō sunt peccata, sed reddūt nos debitores diuinæ iustitiæ. Debita verò sunt, quæ propter delicta nostra ad satisfaciendum iustitiæ Dei vel facienda sunt, vel patienda, nisi per gratiam Dei remittantur. Qui in Leges peccauit vel ciuiles, vel regias, debitor est magistratui: debet autem non transgressionem, sed propter transgressionem pœnas & satisfactio-

nem. Deprecamur itaque hac orandi formula indignationem patris nostri cælestis, & meritas ac debitas peccatis nostris pœnas: & reconciliationem ac placationem ambimus.

nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen.

ʼsicut & nos remittimus debitoribus nostris.
13 ʼEt ne inducas nos in tentationem: sed libera
nos à ‖malo, Quia tuum est regnum, & potētia, & L.13.c.19.
gloria in secula. Amen.

ANNOT.

Sicut & nos, &c.] Hæc conditio est apposita, vt nemo audeat accedere coram Deo, nisi purus & vacuus omni odio: nam tunc sciamus non patere nobis accessum. Dein voluit obsignare fidelibus suis fiduciam remissionis peccatorum quam petunt: non quòd remissio quā facimus, causa sit vt Deus remittat nobis: sed potius est effectus. Sequitur ergo, remissionem quam facimus, esse motum Spiritus, quòd Deus imperat affectibus nostris.

13 Et ne inducas] Prauæ omnes animi conceptiones in Legis transgressionem nos prouocantes, quas vel concupiscentia nostra suggerit, vel diabolus excitat, tentationes sunt. Vnusquisque propria concupiscentia tentatur, abstractus & illectus. Et quæ suapte natura mala nō sunt, diaboli tamen arte tentationes fiunt, quum sic oculis nostris ingeruntur vt eorum obiectu à Deo abstrahamur, aut declinemus. Et hæ quidem tentationes sunt vel à dextris, vel à sinistris. A dextris, vt diuitiæ, potentia, honores: quæ plærunque suo fulgore & boni specie sic homines abducunt, vt Deū suum obliuiscantur. A sinistris: vt paupertas, probra, contemptus, afflictiones, & cætera id genus: quorum acerbitate difficultatéque offensi, animos despondeant, fiduciam ac spem abiiciant, demum à Deo prorsus alienētur. His tentationibus, quæ vel concupiscentia nostra in nobis accensæ, vel satanæ vafricia nobis propositæ, nobiscū pugnāt, ne cedere nos permittat, à Deo patre nostro precamur. Nisi enim ab ipso potestate accepta, nobis nocere non potest satan: vt ipse Christus testatur, dicens Petro, Luc.22.c.31, Simon ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū: ego autem oraui pro te ne deficiat fides tua. Propterea autē hîc petimus à Deo ne permittat satanæ vt nos vincat, quòd sicut fideles protectione sua tuetur Deus, ne aut fraudibus opprimantur satanæ, aut à peccato superentur: ita quos vult punire, nō modò destituit sua gratia, sed etiā satanæ tyrannidi tradit, cæcitate percutit, & coniicit in reprobā mentem, vt prorsus sint peccato mancipati, & expositi ad omnes tentationū insultus. Sed lib. nos à malo.] Nonnisi vna est petitio: posterius enim istud membrū, prioris est explicatio: quæ vtraque summatim continent, ne ruere nos aut labi in peccatum Dominus sinat: ne diabolo nos, carnísque nostræ cupiditatibus, quæ assiduum nobiscum bellum gerunt, vincēdos permittat: quin potius sua nos ad resistendum virtute instruat, sustineat nos manu sua, præsidio suo muniat ac tegat, vt ita sub fide tutelâque eius in tuto habitemus. Quod fit, quum eius Spiritu gubernati, tali iustitiæ amore desiderióque imbuimur, quo peccatum, carnem & satanam superemus: tali rursus odio peccati, quod nos à mundo segregatos, in pura sanctitate contineat. In Spiritus enim virtute victoria nostra consistit. A malo.] Potest & ad rem referri: quasi dicas, à malitia. Verùm articulus Græcè additus suadet vt magis referatur ad diabolū. nam huius est tentare: húncque opponit Patri, vnde cœpit precatio. Ita docet Chrysostomus hunc edisserens locum. Quia tuum est reg.] Hæc clausula in omnibus vetustissimis codicibus Græcis legitur, quibus vsi sumus in excudendo Nouo Testamento Græco, præterquam in vno: sed & in quibusdam Latinis scriptis codicibus habetur. Ea autem, orātis animus in cogitationem diuinæ magnîtudinis atque laudem exardescēs, sibiipsi quodammodo impetrandi fiduciam adauget. q. d. Ideo præcedentia precati sumus à te, quòd tuum sit regnum: quicquid hîc Malus in nos imperii habet, nihil nisi violenta & iniquissima tyrannis est: vindica ergo nos, vt tu rex noster, sicut par est, à nobis verè agnoscaris & colaris. Quòd tua sit potētia: facile igitur tibi erit, quicquid aduersariæ potestatis nobis ad tuam volūtatem enitentibus, negotium exhibuerit, deiicere. Id autem ad tuam gloriam faciet, quæ tandem omnem terram replere debet. Admonemur igitur hîc Dei magis potentia & bonitate suffultas esse preces nostras, quàm vlla nostri fiducia. Præterea Dei laudibus preces omnes nostras claudere docemur. Amen ad finem additur: quod veritatem significat: quo ardor desiderii exprimitur obtinendi quæ à Deo petita sunt: & spes nostra confirmatur, huiusmodi omnia iam impetrata esse, & certò nobis cōcessum iri, quando à Deo promissa sunt, qui fallere non potest.

Mar.11.c.25 eccl.28.a
Proinde si remiseritis hominibus errata sua, re- 14
mittet & vobis Pater vester cælestis.
Quòd si non remiseritis hominibus errata sua, 15
nec Pater vester remittet errata vestra.
Har.1 33. Porrò quum ʼieiunaueritis, ne sitis veluti hypo- 16
critæ ʼtetrici: ʼobscurant enim facies suas, quò per-
spicuum sit hominibus ipsos ieiunare. amen dico
vobis, habent mercedem suam.
Tu verò quum ieiunas, ʼvnge caput tuũ, & fa- 17
ciem tuam laua:
Ne conspicuum sit hominibus te ieiunare, sed 18
C Patri tuo, qui est in occulto: & Pater tuus qui videt
in abdito, reddet tibi in propatulo.
ʼNe reponatis vobis thesauros in terra, vbi æru 19
go & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt ac
furantur.
Luc.12.d.33 1.tim.6.d.19
|Sed recondite vobis thesauros ʼin cælo, vbi ne- 20
que ærugo neque tinea corrũpit, & vbi fures nõ
perfodiunt neque furantur.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.
Si autẽ nõ dimiseritis hominib⁹, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.
Quũ autẽ ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. amen dico vobis quia receperunt mercedem suam.
Tu autẽ quũ ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua:
Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondo: & Pater tu⁹ qui videt in abscondo, reddet tibi.
Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.
Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.

ANNOT.

16 Ieiunaueritis] Vt de eleemosyna suprà, sic nunc de ieiunio, in quo reprehendit ostentationẽ. Tetrici:] Siue tristes: hoc est, qui vultu sunt inamœno ac seuero. Obscurant] Vox Græca obscurare significat, & velut è medio tollere: velut qui fucis vtũtur, cælant suam faciem, ac ceu persona tegũt: ita qui ficta macie, tristique pallore sanctimoniam simulant. nam & pietas suam habet tenuitatem, suum pallorem, sed in quo Christi reluceat alacritas. Hieronymus vertendum putat, demoliuntur. Hilarius, conficiunt. Quidam, deformant. His opponit Christus, Vnge caput tuum.

17 Vnge c.t.&.fa.t.l.] Iuxta morem regionis ac populi huius loquitur Christus, vbi qui lætitiæ ac splendidis conuiuiis vacabant, capita pretioso quodã vnguento vngebant, à qua vnctione abstinebãt qui in luctu erant: vt habes 2.Samu.12.t.20, de Dauide qui se vngebat ac lauabat quũ à luctu surrexisset. Item cap.14.a.2, de muliere Thecuitide, quam, vt videretur lugere mortuum, iubet Ioab luctum simulare, atque adeò se non vngere. Ruth 3.a.3, Noemi dicit ad Ruth, Lauabis te, ac inunges. Vide Iudith 10.a, & 16.b. Luc.7.g.46, Christus dicit, Vnguẽto caput meum non vnxisti. Vide & Matth.26.a.7. Hac igitur periphrasi nihil aliud dicit Christus, quàm, Nullis externis rebus aut gestibus ostenderis te ieiunare vnde, tuum ieiuniũ possit hominibus notũ fieri, more hypocritarum. Non præcipit igitur Christus suis quid agere debeant, sed cauendam esse ostentationem.

19 Ne reponatis] Vel collegeritis, aut coaceruetis. id enim significat vox Græca thesaurizare. Vitia summopere ministro verbi fugienda hic producit Christus. Primũ autẽ auaritiam, omniũ malorũ radicem, vt ait Paulus 1.Timoth.6.b.10. vbi præcedẽti versu dicit, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & laqueũ diaboli. Qua in re clanculũ etiam Pharisæos carpit, qui auari erãt, Luc.16.d.14. contra quorũ offendiculũ suos præmunit. Thesauros] Thesauri proprie sunt diuitiæ sepositæ, & in longũ tempus recõditæ: quã Persæ gazam appellãt.

20 In cælo,] Recõdere thesauros in cælo, est omnes vitæ nostræ actiones cõferre in Deũ. Opponit terræ cælũ, quò suos velut cæli filios à terrenis ad verã patriam destinat, vbi debeãt perpetuo manere. Hæc Christi verba velut exponẽs Paulus ait, (1.Timoth.6.d.17) Diuitibus huius seculi præcipe ne elato sint animo, neque spem ponant in diuitiis incertis, sed in Deo viuente, &c, vsque ad 20 versum. Coloss.3.a.1, Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexterã Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Vbi enĩ est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

21 Nã vbi fuerit thesaurus vester, illic erit & cor vestrũ.

Lucerna corporis est oculus. Si igitur oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit.

22 Lucerna corporis est oculus. Si igitur oculus Luc.11.e.34
tuus simplex fuerit, totũ corpus tuum lucidũ erit.

Si autẽ oculus tuus fuerit nequã: totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quãtæ erunt?

23 Quòd si oculus tuus malus fuerit, totum corpus
tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in
te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?

Nemo potest duob' dominis seruire: aut enim vnũ odio habebit, & alterum diliget: aut vnũ sustinebit, & alterũ contẽnet. nõ potestis Deo seruire & mammonæ.

24 Nemo potest duobus dominis seruire: aut enĩ Luc.16.c.13
hunc habebit odio, & alterum diliget: aut huic
adhærebit, & alterum negliget. nó potestis Deo
seruire & mammonæ.

Ideo dico vobis, ne soli-

25 Propterea dico vobis, ne sitis soliciti Luc.12.c.22 1.pet.5.c.7 psal.55.d.23 philip.4.a.6 1.timo.6.b.8

ANNOT.

21 Vbi fuerit thesaurus vester, &c.] Pronerbialis sententia, simul & intellectio: non enim totum quod intelligi voluit, explicauit verbis. explicatur autẽ hoc modo, Patrem in cælis inuocatis, à quo ad cælestia bona vocati estis: in illis igitur esse & versari debet cor vestrum, totos vos illò rapi oportet: iam si in terra thesaurizatis, illic cor & curæ vestræ omnes erũt. Vera enim est sententia quæ vulgo prouerbii vice iactatur, Vbi thesaurus, &c. Cor, pro affectibus cordis. Cot igitur alicubi esse, nihil aliud est quàm curam, cogitationem, gaudium, fiduciam, spem, amorem, metum, totum videlicet animum alicubi esse.

22 Lucerna corp. est oc.] Neque vetera Latina scripta exempl. legunt tui, post corporis: & sententia plusculum habet dignitatis, si omittatur, vt sit absoluta. Prouerbialibus figuris vtitur, neque est perpetua concio, sed cõcisæ sentẽtiæ. Matthæus refert duntaxat singula capita. Fignratè autem est dictum: quasi diceret, Corpus vtitur oculo pto lucerna. quum tu ambulas, neque manus, neqne pedes, neque venter regunt vias: sed oculns est tibi dux. Qnemadmodum igitur corporis lumen, est oculus: ita omnis vitæ & omniũ actionum fons est & lux, mẽs, cor, animus. Vtique oculo existente simplici, hoc est integro, puro, ac mundo, totum corpus lucidum est, hoc est lucem habet vnde dirigatur, ne quo pacto offẽdat, sed omnia rite peragat: ita corde existente simplici, puro, ac mundo, nullis depranato cupiditatibus, maxime habendi, omnes quoque vitæ actiones puræ sunt ac mundæ, ac rite peraguntur. Rursus, quemadmodũ oculo existente malo, hoc est lusco, tenebricoso, aut aliquo pacto vitioso, totum corpns in tenebris est: ita & corde existẽte impuro, excæcatóque, nihil erit omnis vita, omnis affectus, nisi meræ tenebræ. Atque hoc sensu Christus significat corda per auaritiam excæcari: quibus excæcatis, nihil esse reliquam vitæ actionem, reliquos omnes affectus, nisi meras tenebras. Aut certe excæcationem cordis, esse radicẽ auaritiæ & omnis malitiæ: de quo habes Ephes.4.d.17, Vt iã non ãbuletis sicut & gentes ambulãt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiã quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorũ: qui desperãtes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.

23 Malus,] Vel pernersus. Græca enim vox magis sonat versutũ ac malitiosum: vt opponatur simplici. Simplex oculus, est nulla re vitiatus, puta lemis, aut pituita, aut morbo. Nequã verò oculus, emendate loquẽtibus magis sonat libidinosum, quàm vitiatũ. Ipsæ] Quòd addidit ipsæ, recte explicuit vim articuli Græci.

24 Nemo potest] Et hæc prouerbialis sententia est, commodum sanè prioribus subiecta. Postquam hortatus fuit ad dandam operã vt mens bonis cælestibus simpliciter esset intenta, non studium illorum simularet, verè autem terrena quæreret, cogitare discipuli ista poterant, Quid si simul cælestia & terrena curaremus? Huiusmodi cogitationi apposite respondet, Scitis vulgo celebratũ prouerbium, Neminem posse duobus dominis seruire. Seruire autẽ intelligitur, animo sese, cui seruias, prorsus addicere. Rom.6.c.16, An nescitis quòd cui exhibetis vos seruos ad obediendũ, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam? Nõ pot. Deo ser.] Explicatio est præcedentis sententiæ, Nemo potest, &c.
Mammonæ,] Vox Chaldæa significans opes & diuitias.

25 Propterea dico v.] Vt scilicet cauere possitis auaritiam, collectionem thesaurorum, &

seruitutem mãmonæ, ne à seruitio Dei auellamini. Quòd autem hic contra solicitudinem victus, tanquam auaritiæ radicem, his argumẽtis differat, patet ex Luca, cap.12.c.22, vbi hæc eadem habemus parabolæ subiecta, de diuite qui dicebat, (versu 19) Anima mea comede. Vbi quum dixisset initio, versu 15, Cauete ab omni auaritia: & in fine, versu 21, Sic est qui sibi colligit, & nõ est in Deum diues: subdit, Ideo dico vobis, Nolite soliciti esse, &c. Primum igitur, externum illud, quod nemini non videtur vitium, nempe auaritiam, taxat: deinde ad ipsius radicem pergit consequenter extirpandam, solicitudinem nempe victus immodicam. Interea reuocat nos ad prouidentiã Dei in qua acquiescamus, ostendens Patrem cælestem habere curam nostri. Simul autẽ occurrit obiectioni: diceret enim quispiam, Otiosi & ignaui erimus? Dicit ergo, Ne sitis soliciti, acsi diceret, Non prohibeo prouidentiã & curam rerũ: sed nolo vt anxia cura distorqueamini, & nimio rerum studio teneamini, ignari prouidentiæ Patris vestri. Vox enim Græca, vehementius quiddam sonat quàm solicitũ esse: nam significat anxie & solicite de aliqua re cogitare. Vnicuique generi animantium tantum dedit industriæ, vt sciat vbi & quomodo cibum sibi competentem quærat, quem & suo tempore ac loco quærit orto die. Vt igitur animantia omnia suo tempore per industriam cibum quærunt, non expectantia vt ex aere afferatur, non quæsitus: ita tu quoque tua vtere industria, seminandi, plãtandi, & laborandi, quam diuinitus accepisti, omni interim cura in Dominum coniecta. Vide Psalmum 104.

animæ vestræ quid esuri sitis, aut bibituri: neque
corpori vestro, quibus indumentis vsuri. Nónne
anima pluris est quàm cibus, & corpus pluris
quàm indumentum?

citi sitis animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini. Nõne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum?

D Vertite oculos ad volatilia cæli: quia non serũt 26
neque metunt, neque cõuehunt in horrea: & Pater vester cælestis alit illa. nónne vos longe præcellitis illa?

Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neq; metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. nónne vos magis pluris estis illis?

Quis autem ex vobis solicite cogitando potest 27
addere ad staturam suam cubitum vnum?

Quis autem vestrûm cogitãs, potest adiicere ad staturam suã cubitum vnum?

Ac de induměto quid soliciti estis? cognoscite 28
lilia agri quomodo crescant: non laborant neque nent.

Et de vestimẽto quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: nõ laborant neque nent.

Attamen dico vobis, ne Solomonem quidem 29
in vniuersa gloria sua sic amictum fuisse vt vnum ex his.

Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.

ANNOT.

Animæ] Anima pro vita, more Hebræorũ: aut pro subsidiis vitæ. Aliquãdo & pro vẽtre vsurpatur. Iesa.5.d.14, Propterea dilatauit infernus animam suam, & distendit ventrem suum absque modo. Et 29.c.8, Et sicut somniat esuriens, & comedit: quũ autẽ fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Nónne anima, &c.] Intellectio est: intelligi autem voluit, Si Deus nobis vltrò & immerentibus vitam & corpus largitus est, nequaquam negaturum cibum & vestimenta, quæ multo minoris sunt. Mox exemplum subiicit, Considerate, &c. q.d. Si vita vestra est curæ Deo, & pluris est quàm esca, quid adeò estis anxii? quũ experiamini curam Dei in alendo corpore vestro, quid adeò torquemini animis?

26 Volatilia cæli,] Ad differentiam eorũ quæ domi aluntur, dicit volatilia cæli: quæ scilicet nec sua ipsorũ, nec humana cura aluntur, sed prorsus diuina. Lucas nominatim meminit coruorum, respiciens ad Psalmum 147.9, Qui dat iumento escam suã, filiis coruorum quum clamauerint. Vult autem vt magis inspiciamus prouidentiã Dei in auibus, quàm ipsas aues.

28 Cognoscite lilia agri] Id est fide apprehẽdite. Nam aliàs talia exẽpla in creaturis proposita nõ mouent. Nec otiose addidit agri: quòd hortensia lilia nonnihil debere videri poterant curæ humanæ: vt ante dixerat, volucres cæli, vt distingueret ab altilibus.

Si autem fœnũ agri quod hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit: quãto magis vos, modicæ fidei?

Nolite ergo soliciti esse, dicentes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigeatis.

Quærite ergo primùm regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.

Nolite ergo soliciti esse in crastinũ: crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. sufficit diei malitia sua.

30 ʹQuòd si gramen agri, quodʹhodie quũ sit, cras
in clibanum mittitur, Deus sic vestit: ʹannô multo
magis vobis *id faciet ô* parum fidentes?

31 ʹNe sitis igitur soliciti, dicentes, Quid edemus,
aut quid bibemus, aut quibus operiemur?

32 Nam omnia ista ʹGẽtes exquirunt. ʹnouit enim
Pater vester cælestis quòd opus habeatis his omnibus.

33 Quin potius ʹquærite primùm ʹregnum Dei &
iustitiam eius, & hæc omnia ʹadiicientur vobis.

34 Ne sitis igitur solicitiʹin crastinum: nam crastinus
dies curam habebit suiipsius. sufficit sua diei
ʹafflictio.

ANNOT.

30 Quòd si gramen, &c.] Collectio ex præmissis ad arguendã fidei nostræ imbecillitatem cõparata. Hodie q. sit, cras &c.] .i. Quæ hodie nitet in agris, & cras demessa & arefacta, in cli. mit. Annon multo magis, &c.] Cõclusio argumenti per interrogationis vehementiam. q. d. Iudicate vos ipsi, potestisne negare? O parum fidentes.] Obserua exclamationẽ amicè obiurgatoriam, qua ostẽdit simul per exprobrationem, vnde sit illa solicitudo de victu & amictu: nimirum ex fiduciæ infirmitate, quam ex præmissis iam explicuit, & ante oculos posuit. Notandum autem hic, etiam in Apostolis eam tum fuisse fidei imbecillitatem, vt harum rerum cura afficerentur. Vide infrà cap. 8.c.26. & 16.a.8, vbi eos iisdẽ verbis corripit.

31 Ne sitis igitur] Conclusio dehortationis huius, in qua epilogi vice refricat quid egerit in præcedentibus, dum dicit, Igitur, &c.

32 Gentes exq.] Vt turpitudinem huius diffidentiæ magis exprimat, Gentium meminit: id quod subinde & Paulus facit. Notandum autem Exquirunt: id est, toto sunt huc studio deditι, nihil aliud nisi hoc solum anxiè curantes: existimantes omnia suo labore & industria parari. Nouit e. Pater] Occupatio est qua cogitantibus occurrit, ac dicentibus, His opus habemus. Opus habetis, scio: neque hoc Pater ignorat: quod ipsum debebat vos ab hac solicitudine liberare, scientes Patrem non negaturum quæ cognoscat vobis esse necessaria.

33 Quærite primùm] Non ita intelligendum quasi post quæsitum regnum Dei, liceat ista quærere: sed quòd regnum Dei primò sit quærẽdum, tanquam quod primarium est, à quo reliqua omnia pendeant: quo quæsito, nihil sit opus minuta hæc quærere. Regnum D. & iustitiã e.] Per regnum Dei intelligitur quicquid pertinet ad Dei gloriam, cognitio eius, & Euãgelii ipsius, qua peruenitur ad regnum cælorum. q.d. operam detis vt bonitatẽ ipsius quam plurimi vere vobiscum agnoscãt, sanctéque adorẽt, fide in Deum & dilectione erga proximos, solidam iustitiam sectãtes, non Pharisaicam, sed eam quam Deus approbat, quum nos gubernat Spiritu suo. nam non agitur hic de iustitia fidei: verùm de nouitate vitæ, quum regenerat nos Spiritu. Prius dixerat, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum. Adiicientur,] Necessitates vitæ præsentis, sunt accessiones: propterea Adiicientur dicit, vt ostendat ista non esse primaria, ne secũdo quidem loco quærenda, sed esse appendentia, quæ quæsitum regnum Dei vltrò sequuntur. Qui bona cõscientia Deo inseruiet, non destituetur vllo bono: etsi aliquando esuriturus sit, frigora & nuditatem experturus, vt Paulus, 2.Cor.11.f.27.

34 In crastinum.] Id est, in posterũ. sic enim dictione Cras, vtuntur Hebræi. Afflictio.] Ad verbum, Malitia: pro afflictione. q.d. Si miseri esse vultis curando quæ ad victum & vestitum pertinent, quid curatis quæ crastini sunt diei, quum satis malorum afferat ipsum tempus præsens, vt nõ affligatis vosmetipsos solicitudine futurorũ malorum? Sufficiat afflictio & labor quem Dominus cuilibet tempore immittit suo.

Har.1.34 CAP. VII.

Loc.6.c.17 rom.2.a.1 1.cor.4.a.3 NOlite 'iudicare, ne iudicemini. 1
'Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur 2
Mar.4.c.25 luc.6.f.38 de vobis: & |qua mensura metimini, ea 'metientur
vobis *alii.*
'Cur autem vides festucã *quæ est* in oculo fratris 3
tui, trabem autem *quæ est* in oculo tuo non animaduertis?
Luc.6.f.41 |Aut quomodo dices fratri tuo, 'Sine eximã festucam ex oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo? 4
Hypocrita, eiice prius trabem ex oculo tuo, & 5
tũ perspicies vt eximas festucã ex oculo fratris tui.
'Ne detis quod 'sanctum est canibus: ne proie- 6

CAP. VII.

NOlite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condẽnabimini.
In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mẽsi fueritis, remetietur vobis.
Quid autem vides festucã in oculo fratris tui & trabẽ in oculo tuo non vides?
Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucã de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo?
Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tũc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.
Nolite dare sanctum ca-

ANNOT.

1 Iudicare] Optime verteretur, Nolite condemnare, ne condemnemini. nam hîc iudicare accipitur pro condemnare. Quod satis apparet ex Luca, 6.e.37, vbi, tanquam exponens quid per iudicare intelligi vellet, subiungit, Nolite cõdemnare, &c. Quæ verba, nẽpe, Nolite condemnare, &c. hoc loco neque in vetustioribus Latinis codicibus legũtur, neque Græcis, præterquã in vno, fortasse è spatio marginali translata in contextũ: vbi interpretatus erat aliquis, iudicare accipi pro damnare: sicut apud Paulum subinde iudicium pro condemnatione. Iudicare igitur hoc loco, est aliena dicta vel facta explorare vel censere, siue mala sint reuera, siue in speciẽ duntaxat, non vt emendes, sed vt notes, tibíque vel probitatis opinionem, si cũ illis conferaris, vel praui animi oblectationẽ concilies. Oritur verò ex praua quadam curiositate: & habet ferè comites, inuidentiam, atque animi peruersitatem, ex alienis peccatis voluptatem percipientis. contra hoc iudicãdi genus Christus hîc suis disserit. id quod ex sequẽtibus patet, vbi ait, Hypocrita, eiice primum trabem, &c. Hoc vitio laborant partim inuidi, vt dictum est: partim hypocritæ, partim amantes sui. Iudicare ergo est modũ in iudicando excedere. Neque enim quũ ex ore Dei iudicamus, dicimur iudicare: tantùm eius sententiæ quæ est vera, acquiescimus: vt quum damnamus adulteriũ, non iudicamus, sed acquiescimus Domino, qui eiusmodi damnauit. Quicquid igitur damnatur Lege Domini, rectè possumus dãnare. Excedimus autem modum, tum quum de his quæ in cognitionem nostram non veniunt, pronuntiamus: tum etiam quum seueriores sumus impendio. In operibus verò mediis, cuiusmodi de cibo & potu, non est sumendũ Dei ius aut potestas: stat Domino suo seruus, aut cadit (Rom.14.a.4) non sumus domini. Seueriores inquam sumus aliquando, quum maximum esse iudicamus scelus, quod tamen est leue delictũ: hoc pacto sumus iudices iniqui. Quum item ferimus sententiã, & aduersus personas prorumpimus, tanquã misericordia adulteris nõ pateat, latronibus, & eiusmodi: quorũ vt misereatur Dominus, petere debemus, nõ deploratos eos habere.

2 Quo e. iudicio, &c. & Qua mensura] Hæ sentẽtiæ è vulgi sermone mutuatæ: quæ perinde valent acsi dicat Christus, Ita à Deo comparatũ est, vt qualem se quisque erga alios præstat, tales vicissim experiatur & alios erga se. Non quòd res plane ita habeat, vt qui neminem prorsus iudicauerit, à nemine etiam prorsus iudicetur: quum videamus nõ raro diuersum, vt mala reddantur etiam benemerentibus: & ipse Christus passus sit suos iudices, & malum pro malo tulerit. sed quòd plærunque iudicio Dei ita fiat, vt qui iudicat iudicetur, qui maledicit maledicatur. Has sententias Chrysostomus & Augustinus ita exponunt, vt is qui proximũ iudicat vel lædit, aliâs in futuro Dei iudicio sit eandem recepturus mensurã, eo quòd idem faciat in quo alios iudicat: de qua re Paulus Rom.2.a.t.2. Metientur vobis alii.] Ad verbũ, si Latinè dici posset impersonaliter, remetietur vobis. aut à Deo, aut ab hominibus. Vetustiores Latini codices legunt, mensurabitur.

3 Cur autem vides, &c.] Declarant hæc de cuiusmodi iudicio Dominus hîc loquatur.

4 Sine exi.] Neque in scriptis Latinis codicibus ante hæc verba legitur Frater.

6 Ne detis q. sanctum est canibus,] Non est perpetua concio, sed concisæ sententiæ: non

enim omnia ita ab Euangelistis sunt scripta,vt à Christo ordine dicta sunt: sed quæ meminisse potuerunt,ea memoriæ tradiderunt. Quoniam tamẽ de correptione fraterna contra hypocritas differuerat,non adeò absurdum videtur si ista hoc ordine subiecta accipiantur,vt doceat iam quatenus regni Dei secreta errantibus & delinquentibus communicanda sint. Sanctũ autem intelligit quod Deus dedicauit in vsum piorũ: vt est doctrina salutis: sicut olim quæ in Lege sanctificata erant, non quibusvis communicari solebant. Canes vocat prophanos qui indigni sunt rebus spiritualibus, quæ destinatæ sunt electis & fidelibus. Prophanatio est sacrorum,vbi prostituitur verbum impiis.

nibus: neque mittatis margaritas vestras ãte porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis,& conuersi dirũpant vos.
Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.
Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.
Aut quis est ex vobis homo, quẽ si petierit filius su' panem, nunquid lapidem porriget ei?
Aut si piscẽ petierit, nũquid serpẽtem porriget ei?

ceritis 'margaritas vestras ante porcos: 'nequãdo
hi conculcent eas pedibus suis, & *illi* versi in vos
lacerent vos. B
7 |'Petite,& dabitur vobis: quærite, & inuenietis: Infrà 21.b.22 mar.11.c.24
pulsate,& aperietur vobis. luc.11.b.9
8 'Quisquis enim petit,accipit: & quicũque quæ- iohã.14.b.13. & 16.c.24
rit,inuenit: & pulsanti aperietur. iacob.1.a.6
9 'An quisquam est vestrũ homo,qui,si filius eius
petierit panem,lapidem daturus sit illi?
10 Aut si piscẽ petierit,num serpentẽ porriget illi?

ANNOT.

Margaritas v.ante porcos:] A pretiositate inæstimabili & nobilitate verbum Dei dicitur Margarita: qua inuenta, omnia diuendenda, vt ematur: vt habes infrà,13.f.46. Porcos intelligit qui se totos obscœnis immerserunt voluptatibus. Vestras addit: tanquam peculiares & proprias fidelibus. Purus vsus doctrinæ Dei est, vt fideles pascantur verbo Dei,tanquã suo cibo: deinde vt impii iudicio Dei perterreãtur. quod si neglexerint,ne prostituatur sanctũ canibus,neque margaritæ porcis. Nequãdo hi cõ.eas] Rationes duas huius præcepti assignat: quarum altera est,Ne sancta Dei,cælestis regni mysteria ludibrio exponantur,modisque indignis tractẽtur. Altera,Ne versi illi dilacerẽt vos.Bene notat hic Chrysostomus quod dicit,Nequando versi,vel immutati,&c.Modestiam enim primùm simulant,vt secreta religionis condiscant: quum verò didicerint,repente immutati irrident & insultant,mordentes & discerpẽtes verbi ministros,& quosvis veritatis affectatores. Sic Alexander ærarius,2.Timo. 4.c.14: & Hymenæus,1.Timoth.1.d.20.

7 Petite] Exhortatio ad preces, adiunctis promissionibus, quæ sunt optimus stimulus. Neque ista quomodo præcedentibus cohæreant, admodum apparet. Videtur tamen Christus hic tacite occurrere discipulorum cogitationibus, quas forte ex hac & aliis concionibus accipere poterant: nempe ista de quibus differentem Christum iam audierant, esse & cognitu & factu impossibilia. Ne itaque despondeant animos, medetur & huic imbecillitati, hortans ad precandũ Patrem, cui nihil sit impossibile, qui nihil sit illis negaturus,sed petẽtibus daturus. Agnoscamus igitur nostrã nuditatem & imbecillitatem, neque desperemus: sed ex animo petamus,& constanter: nam dicit,Petite,quærite,pulsate.Prouerb.8.b.17,Ego diligentes me,diligo: & qui mane vigilauerint ad me,inuenient me.

8 Quisquis enim,&c.] Ex huius seculi vsu & experientia sumptã rationẽ subdere videtur.q.d.Vt in hoc etiã seculo videtis ita esse comparatũ,vt nõ quibusvis sint obuia & exposita bona terrena,sed oporteat eos qui non habent, & ea desiderauerint,petere, quærere,& pulsare: & qui pertinaciter petunt,quærunt,& pulsant, auferũt: ita plane habet & in cælestibus, Deus esurientibus & petẽtibus thesauri sui bona communicat,non fastidiosis & saturis. Aut hæc non sunt è vulgi sermonibus mutuata: sed eãdem rem per subiectam rationem sine asseuerationẽ repetit,dicẽs, Quisquis enim,&c. quæ saue celebris & verissima Dei promissio est, omnes homines excitans ad preces, quando tanta constantia & fide pollicetur Dominus sese exauditurum preces nostras.

9 An quis.est ve.] Confirmat superiorẽ doctrinam comparatione,quæ multùm valet ad amplificandum,exemplo à minori,imò ferè contrario,ad orandum cum spe exorandi,exhortans. Demõstrat autẽ à natura paternæ bonitatis, quæ nobis est omniũ notissima, cælestẽ il-

lam Patris nostri beneuolentiam: vt in ista nobis illam considerandã proponens, ad petendi fiduciam animatos reddat. Apud Lucã, cap.11.b.11, eadem legimus, nisi quòd tertium ille adiecit, Aut si petierit ouum, num porriget illi scorpinm?

Si vos igitur quum sitis mali, nostis dona bona 11
dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui est
in cælis, dabit ᶜbona, si postuletis ab ipso?

Si ergo vos quũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quâto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?

Luc.6.c.31 tob.4.c ‖ᵈOmnia igitur quæcũque volueritis vt faciant 12
vobis homines, sic & vos facite illis. ᵉhæc enim est
Lex & Prophetæ.

Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. hæc est enim Lex & Prophetæ.

Luc.13.c.24 ‖ᶠIntroite per ᵍarctam portam: quoniam lata est 13
porta & spatiosa via quæ abducit in exitiũ, multíque sunt qui ingrediuntur per illam.

Intrate per angustã portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

ANNOT.

11 Bona] Lucas habet, Spiritũ bonũ: velut explicans quid per bona intelligat Matthæus. Quæ enim bona sunt nobis precibus petenda, nisi vita Deo digna, hoc est, vt sanctificetur in nobis nomẽ Dei, adueniat regnum Dei, &c. ista verò accipimus vbi Spiritu Dei sancto donamur, qui ad quærendã in omnibus gloriam Dei, sanctéque viuendũ, nos innouat & instaurat.

12 Omnia igitur.] Hæc referenda sunt ad ea quæ quinto capite dicta sunt, vbi secundæ tabulæ præcepta exposuit Christus: acsi dicat, Vt igitur summatim comprehendam quæ suprà de dilectione proximi tradidi, Omnia quæ vultis, &c. Idem prorsus nũc dicit Christus quod suprà, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quicquid enim Lex & Prophetæ scribunt, eò tendit vt proximũ diligamus. Rom.13.c.8, Qui diligit proximũ, Legẽ impleuit. 1.Tim.1.a.5, Finis præcepti charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide non simulata. Occasionẽ autem huius epilogi de charitate, dedit Christo Pharisæorum opinio, qua præferebant obseruationem ceremoniarum & humanarum adinuentionum operibus charitatis: vnde & Prophetæ sæpissime coacti sunt reuocare Israelem à ceremoniis & humanis traditionibus ad charitatis opera: Iesa.1.c.11, & 58.a.1.2. Amos 5.f.22. Præterea Pharisæos & hypocritas alienissimos fuisse à charitatis affectu, satis indicat Matthæus cap.9.b.13, vbi Pharisæi indignantur Christo quòd ederet ac biberet cum Publicanis & peccatoribus. quo loco Christus misericordiam in proximum omnibus sacrificiis præponit, his verbis, Misericordiam volo, & nõ sacrificiũ.

Hæc enim est Lex & Proph.] Id est, Hæc docent Prophetæ & Lex: vel, In his charitatis operibus cõsistit executio Legis & Prophetarum. iuxta illud Rom.13.c.8, Qui diligit proximum, Legem impleuit.

13 Introite, &c.] Rectè post præceptam dilectionem, & officia erga proximos tam modis omnibus absoluta, arctæ portæ & strictæ viæ vitam tam perfectæ proximorum dilectioni deditam similem facit: nam exigit ea omnimodã nostri ipsorum abnegationem, & solidam fiduciam in prouidentiam Dei: vt prorsus iã nihil nostrũ, sed tantũ quæ saluti sint proximis, & Deo gloriæ, quæramus. Hoc quàm sit rarum inter homines, ac carni plane impossibile, quilibet apud semetipsum plus satis experitur. Verùm quũ hæc vna ad vitã porta & via sit, quãlibet arcta & stricta, contendendum est tamen vt illam ingrediamur, sicut apud Lucam Dominus ait, (cap.13.e.24) hoc est, cõtra cupiditatem est fortiter pugnandum, & ad synceram adeò dilectionem continuò enitendum. Si enim statim nostra natura non complectitur quod præcipit Christus, vim nobisipsis faciamus, neque desinamus, donec iugum illius amplexi fuerimus. si non adeò simus dociles ad suscipiendam doctrinam, non mox resilire debemus, nec animum despondere: non enim sine molestia possumus Deo nos in obsequium subiicere: sed vtcunque labor sit arduus, non statim propterea deiiciendi animi. Quòd arcta sit via, ex naturæ nostræ corruptione fit & nostra peruicacia: qui iugo vitam nostrã indomitam subiicere non possumus. Non est ergo quòd queramur, sed prauo nostro ingenio illud adscribẽdũ. Simul hic Christus nos admonet, non sequendã esse multitudinẽ, quæ solet esse scandalo: quoniam scandalũ illud quod est à multitudine secus credentiũ & viuentium, & tamen vitæ sibi viam promittentiũ, discipulis & omnibus fidelibus cũ magna persuadẽdi vi erat occursurũ. Notæ sunt verò metaphoræ illæ, portæ ac viæ. Per viã intelligit Scriptura vitã hominis, quòd illa, vt via quædam, ad exitum aliquem tendat, vitæ scilicet aut mortis. Notandum postremò,

duos hominis fines hîc à Christo poni, ad quorum alterutrum tandem decurrendum sit, vitã scilicet & perditionem.

Quàm angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

14 Quoniam angusta est porta, & stricta via quæ
abducit ad vitã, & pauci sunt qui inueniunt illam.

Attendite à falsis prophetis, qui veniũt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sũt lupi rapaces.

15 Cauete verò vobis à pseudoprophetis, qui ve- Har.1.35.
niunt ad vos in vestitu ouiũ, sed intrinsecus sunt C
lupi rapaces.

A fructibus eorũ cognoscetis eos. nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?

16 A fructibus ipsorum agnoscetis eos. nunquid Luc.5.f.g.43.
colligunt de spinis vuam, aut de tribulis ficus? 44.

Sic õnis arbor bona fructus bonos facit: mala autẽ arbor malos fructus facit.

17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: pu-
tris autem arbor fructus malos facit.

ANNOT.

14 Quoniã] Sic & Latina plura exemplaria. In quibusdã Græcis legitur Quàm angusta

15 Cauete] Vtilissima admonitio, quòd facilius sit decipi, quàm sanis cõsiliis obedire. nã sponte inclinamus ad imposturam: etiamsi aliunde non veniat impostor, ipsi nos seducimus. Sciebat Christus, quãto potentius vigeret in ecclesia sua doctrina vitæ, tãto crebriores & nocentiores satanam missurum aduersarios pseudoprophetas, qui salutaria se docturos pollicerẽtur, prophetæ personam & ouillam vestem præ se ferentes: quorũ tamen falsæ doctrinæ scopus vnus esset, à fiducia in bonitatem Dei, ad inania creaturarum auxilia, animos hominũ deducere: & ab vtilibus proximo, id est dilectionis operibus, ad inutilia & cupiditatis opera, quibus quæ sua sunt, homines quæterẽt, detorquere. Pseudoproph.] Vox Græca magis sonat falsò prophetas, quàm falsos. Propheta pro doctore accipitur, purum Dei verbum nuntiante: cui Pseudopropheta opponitur: qui prætexens nomen Dei, speciem habet prophetæ. Infrà, 24.b.24, Surgẽt enim pseudochristi & pseudoprophetæ multi, &c. Veniũt] .i. qui se vobis coniungunt, & vestræ partis se esse simulant, nec vocati, nec missi. Id quod etiam de pseudoprophetis Veteris testamenti legimus Dominum conqueri, Ierem.23.d.21, Non mittebam prophetas, & ipsi currebant. In vest. ouium,] Id est, Ouem simulantes, quum nihil minus sint. Sũt lupi rap.] Hos sic depingit & Paulus, Act.20.f.29, Ego scio quòd intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobisipsis exurgent viri loquentes distorta (siue, non syncera) vt abducãt discipulos post se. Et Rom.16.c.17, Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula contrà doctrinam quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. Huiusmodi enim, Christo Iesu domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocẽtium. Vide & 2.Corin.11.c.13, de pseudapostolis, & 2.Pet.2.a.r, de magistris mendacibus.

16 A fructib. ip. agn.] Quales sint illi fructus ex quibus cognoscuntur pseudoprophetæ, apparet ex contrariis operibus quæ in veris Prophetis, episcopis, presbyteris, & veris ministris requirit Paulus, 1.Timoth.3.a.2, & Tit.1.b.5: & in bono pastore Ezechiel, cap.34.a.2. etiam ipse Christus, Iohan.10.a.1, & 25.c.15. Ex fructibus autẽ agnoscere nemini datum, nisi qui è Spiritu renatus fuerit: qui enim Spiritũ non habet, neque cognoscere potest. Colligunt] Sub. homines. Vt probet quod dicit, adducit similitudinem bonarum & malarum arborum, ex quarũ fructibus quibuslibet liqueat cuiusvis vel bonitas, vel malignitas. Vt exempli vice, quis tã est insanus (inquit) qui ex spinis velit colligere vuã, aut ex tribulis ficus? Quare? Quia vnaquæque arbor non potest alium ferre fructum, quàm qui naturæ suæ siue bonæ, siue malæ conueniat. Quælibet arbor suæ speciei & generis fructus profert: ita quilibet doctor talem profert doctrinam, qualem concepit spiritum. Ex doctrina æstimãdus doctor, num spectet solius Dei gloriam, Christi iustificationẽ & meritum, dilectionem erga proximos integram & syncerã: num etiam vita & cõuersatio eius vera sit & simplex, quæ non nisi à Spiritu Dei proficiscatur, facta carnis in ipso mortificãte, & impellẽte ipsum ad docendũ purum Dei verbũ.

17 Arbor bona f.bon.] Notandum hîc, homines nõ posse bene agere, nisi prius boni sint. Infrà 12.e.34, Progenies viperarũ quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? ex abũdãtia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Idem Lucas cap.6.f.15. Fide autẽ purificãtur corda,

Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Omnis ergo qui audit,

22 Multi dicẽt mihi in illo die, Domine Domine,
nonne per nomen tuum prophetauimus, & per
nomen tuũ dæmonia eiecimus, & per nomen tu-
um multas virtutes præstitimus? D
23 Ac tum confitebor illis, Nunquam noui vos: Luc.13.e.26.27.
discedite à me qui operamini iniquitatem. Psal.6.9.
24 Omnis igitur qui audit ex me sermones hos Luc.6.g.47

ANNOT.

22 In illo die] Diem iudicii intelligit, in quo separabuntur boni à malis, & omniũ secreta reuelabuntur. Per nomen t.] Græce, nomine tuo, sine præpositione in, quæ tamen sæpius apponitur. In nomine autẽ Christi prophetare, est docere sub authoritate Christi: vt Infrà 21.a.9, dicitur, Benedictus qui venit in nomine Domini. Vel vt alii, In nomine tuo, hoc est virtute & potentia tua. Omnino enim locutiones istæ, Per nomẽ tuum, siue In nomine tuo, Hebræis, à quibus veniunt, nihil plus significant quàm si dicas, per te. Ita quũ Christus dicit Patri, Iohan.17.a.6. Manifestaui nomen tuũ hominibus, perinde est acsi dixisset, Manifestaui te. Ita quum idẽtidem in Scripturis dicitur, Libera nos propter nomen tuum: idem est acsi diceretur, Libera nos propter temetipsum. Similes sunt locutiones illæ nostræ nuperæ, Oro tuam maiestatem, tuam reuerentiam, Placeat maiestati tuæ, &c. quibus nihil plus dicitur, quàm si diceretur, Oro te, &, Tibi placeat. Virtutes] Id est, miracula: quòd illis potẽter factis Deus virtutẽ suã declaret. Hinc videmus, in malos quoque ministros subinde virtutem suam Deum contulisse, vt videmus factũ in Balaam, Nume.24.c.17. Item in Saule, 1. Samu.19.d.23. Vnde & prouerbiũ est, Num & Saul inter Prophetas? In Iuda etiã proditore, qui & ipse potestatẽ accepit à Christo eiiciẽdi dæmones, sanãdi infirmos, aliásque virtutes faciendi, non minus quàm reliqui Apostoli Infrà 10.a.1. Idem & de LXX discipulis legimus, Luc. 10.c.17: quorum tamẽ, (vt est Iohã.6.g.66,) multi à Christo defecerunt. Quales & multos adhæsisse Paulo legimus, (vt Demas, de quo 2. Timo.4.b.9) qui tamen postea ab illo relapsi sunt, vt ipse subinde queritur, Omnes quærere quæ sua sunt, nõ quæ sunt Iesu Christi: Philipp.2.c.21: quos nihil dubitemus pro tẽporis illius ratione miracula patrasse, prophetasse, dæmonia eiecisse, &c. Nõ est igitur putandũ, mox beatos fuisse, & ad Christũ vere pertinuisse, quotquot miracula per nomen Christi faciebant. nã Luc.10 c.17, legimus, Christũ LXX reuersis, & de miraculorũ potentia gloriantibus respõdisse, Nolite in hoc gaudere quòd dæmonia vobis subiiciantur: sed in hoc gaudete, quòd nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Et Paulus insolentiã Corinthiorum, quã ex miraculis cõceperant, repressurus (1. Cor.13. a.1.) omnibus spretis miraculis, vnã exigit charitatẽ. Notã sũ præterea, vt Paulus docet 2. Cor.11.d.14, satanã pro sua astutia, se in angelũ lucis trãsformãtem per suos apostolos miracula edidisse, quibus veritatẽ Euangelii corrũperet: quod ex permissione fit diuina, propterea quòd dilectionem veritatis non admittant homines. de qua re habes 2. Thes.2.c.9, Et destruet illustratione aduẽtus sui eũ cuius est aduẽtus secundum operationẽ satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, cum omni iniqua deceptionẽ. Quemadmodũ & accidit Iudæis in veteri testamento. Postremo videmus ex hoc loco prophetiam, eiectionem dæmonum, & reliquas virtutes, operúmque mirabilium patrationẽ nihil conferre illis qui ista habent: neque ideo putandũ eos esse sanctos, Deo charos, ad regnúmque Dei pertinere: quum hic audiamus, Christum dicturũ in illa die multis ex illis, Nũquam noui vos. Non igitur quiduis credendũ est protinus atque miracula adfuerint.

23 Confit. il.] Id est, palàm illis faciam, & aperte dicam, siue declarabo. Hebraismus est.

Nũquam noui vos:] His verbis exprimit omnimodam abnegationem & reiectionem. vbi etiam obseruandum, quàm nihil ad Christum attinuerint, etiam dum miracula faciebant.

Discedite] &c. Hoc desumptũ putãt ex Psalmo 6. versu 9. quo loco Hebraice nõ legitur omnes, neque item Græce, neque in vetustis Latinis codicibus. Eos etiã qui miracula ediderũt, hic vocat operatores iniquitatis: quòd tales bonũ quidẽ facerẽt, sed animo malo, subdolo, & hypocritico. tales erãt Scribæ & Pharisæi in suis ieiuniis, orationibus, & eleemosynis. de quibus suprà cap.6, & Infrà 23. neque enim putandũ est Christum hic loqui de adulteris, homicidis, &c. sed de iis qui sanctimoniæ speciẽ exhibituri erant, & primi omniũ habendi, tanquã ad regnũ Dei pertinentes. Sic Paulus pseudapostolos vocat operarios subdolos, 2. Co 11.c.13.

24 Omnis igitur] Conclusio est superioris sentẽtiæ, Qui fecerit voluntatem Patris mei:

vt manifestum est ex Luc.6.g 46.47, dicente, Quid vocatis me, Domine Domine: & non facitis quæ dico? Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis fit, &c. Audire autem sumitur pro intelligere.

'& facit eos, adsimilabo illum viro prudenti, 'qui
ædificauit domum suam super petram:
'Et descendit imber, & venerunt flumina, & fla- 25
uerunt venti, & irruerunt in domum illam: & nõ
est prostrata. fundata enim fuerat super petram.
Et omnis qui audit à me sermones hos, & non 26
facit eos, adsimilabitur viro fatuo, qui ædificauit
domum suam super 'arenam:
Et descendit imber, & venerunt flumina, & fla 27
uerunt venti, & impegerunt in domum illam: &
deiecta est, '& fuit ruina illius magna.
Mar.1.b.22. luc.4.c.32. Et factum est vt quum finisset Iesus sermones 28
hos, 'obstupuerint turbæ super doctrina illius:
Docebat enim eos velut habens auctoritatem, 29
& non sicuti 'Scribæ.

verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domũ suam super petram:
Et descēdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domũ illam: & nõ cecidit. fundata enim erat super petram.
Et ois qui audit verba mea hæc, & non facit ea: similis erit viro stulto qui ædificauit domũ suam super arenã.
Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domũ illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.
Et factum est quũ consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius.
Erat enim docēs eos sicut potestatē habens, & non sicut Scribæ eorũ & Pharisæi.

ANNOT.

Et facit eos.] Sic Luc.11.d.28, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. Et Paulus Rom.2.b.13, Non auditores Legis iusti sunt apud Deum, sed factores Legis iustificabũtur. Iacob.1.d.23, Siquis auditor est verbi, & non factor, &c. Qui ædificauit.] AEdificare, est inniti alicui rei, ac operari siue extruere spirituale ædificium. Eadem allegoria vsus est Petrus (1.Pet.2.a.5) Ad quem accedentes lapidem viuum, &c. & ipsi tanquam lapides viui, superædificamini, domus spiritualis. Petra, Christus. AEdificauit igitur domum suam, id est seipsum, habitationem Dei.

25 Et descen.imber.] Tribulationes per imbres, flumina, & vẽtos significatæ, quàm solidè ædificati simus super Petram Christum, siue super fidem in Christum, aut promissiones de Christo, quas apprehendit fides, ostendunt. tum demum enim verè doctrinam Christi recepimus, quum possumus resistere omnibus satanæ insultibus. Tale quid & Paulus habet, 1.Cor. 3.c.11.12.

26 Arenam.] Arena, fucus est hypocriticus, ficta sanctimonia, & quæ ex hac nascuntur, fiducia in creaturas, & alia quæcunque sine fide in Christum facta, quibus nituntur homines. Contrarium huius parabolæ membrum adiungit Dominus, quo omnia sint viuidiora, magisque commoueant auditores. Sensus eius petendus est ex superiore parte, repetitis singulis partibus, & per antithesim oppositis.

27 Et fuit ruina.] Horribile iudicium in hypocritas.

28 Obstupuerint.] Nouum quiddam, diuinum & inauditum referebat in auribus populi doctrina Christi: vnde subinde dicebant, Quidnã est hoc? Quæ est doctrina hæc noua, quòd in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Mar.1.c.27. Et Infrà.13.g.54, Marc.6.a.2, Multi audientes, stupentes admirabantur, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, quòd virtutes tales per manus eius efficiuntur? Obstupebant igitur turbæ, quòd doctrina Christi coniuncta esset cũ maiestate: Christus enim erat minister Spiritus: in prædicatione eius inclusa erat efficacia Spiritus Dei, nedum eloquentia.

29 Auctoritatem.] Vox Græca significat potestatẽ & ius aliquid faciẽdi. Hic significat authoritatem & potestatem Spiritus corda penetrantis, vt dictum est: quæ cõmunis est Christo & veris ministris, tametsi non æquali mensura: nam vnicuique distribuitur pro mensura.

Scribæ.] Quæ sequũtur in veteri interprete, Et Pharisæi: neque in Græcis, neque etiam in vetustioribus Latinis codicibus leguntur.

CAP. VIII.

1 QVum autẽ deſcẽdiſſet de mõte, ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ:

2 Et ecce leproſus veniens adorabat eũ, dicens, Domine, ſi vis, potes me mũdare.

3 Et extendẽs Ieſus manum, tetigit eũ, dicens, Volo: mũdare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

4 Et ait illi Ieſus, Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtẽde te ſacerdoti, & offer munus tuũ quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

5 Quum autẽ introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum,

CAP. VIII.

1 QVum deſcendiſſet autem de mõte, ſequutæ Har.1.36.
ſunt eum turbæ multæ:

2 |Et ecce 'leproſus accedẽs 'adorauit eũ, Mar.1.d.40. luc.5.c.12.
dicens, Domine, 'ſi velis, potes me mundare.

3 Protẽſáque manu tetigit illũ Ieſus, dicens, Volo:
mundus eſto. ac protinus mũdata fuit illius lepra.

4 Et dicit illi Ieſus, Vide 'ne cui dixeris: ſed abi, 'o-
ſtende teipſum ſacerdoti, & offer 'munus |quod Leui.14.a.3.
iuſſit *offerri* Moſes, 'in teſtimonium ipſis.

5 |Porrò quũ ingreſſus fuiſſet Ieſus Capernaum, Luc.7.a.1.
'adiit eum Centurio, obſecrans eum,

ANNOT.

2 Leproſus.] Narrantur nunc miracula & facta Chriſti quæ ſequũtur doctrinam: vt nouo & inaudito dogmati fidem apud auditores pariant. Marc.16.d.20, Profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. Iohan.10.g.38, Si mihi non creditis, operibus credite: vt cognoſcatis & credatis quòd Pater in me eſt, & ego in eo. Hoc miraculum non eſſe idem quod Marcus & Lucas narrant (licet eiſdem ipſum verbis & circunſtantiis deſcribant, adeo vt idem narrari ab his tribus dubiũ non videatur) ex Harmonia & Elencho ipſius cognoſcetur. Adorauit.] Quid hîc ſignificet adorare, exponit Marcus, cap.1.d.40, vbi pro adorauit, de eodem leproſo, aut miraculo admodũ ſimili loquens, habet, Genu flexo dixit. Et Lucas, 5.c.12, Et procidens in faciem ſuam, rogauit eum dicẽs, &c. Atque hinc liquet quis cultus ſimulachrorũ ſit prohibitus lege diuina per verbum illud Hebraicum SCAHA, quod LXX ferè ſemper eadem dictione Græca reddiderũt qua hîc vſus eſt Matthæus: quam Marcus per genu flectere, Lucas per procidere in faciem, expoſuerunt. Claréque videmus idololatriam eos cõmittere qui ſimulachra genuum flexione & ſimili modo venerantur, procumbendo ante ea. Alia eſt ratio coram homine, vt maioribus iuniores facere ſolent: vt Iacob incuruabat ſe aliquoties ante faciem Eſau fratris ſui, Gene.33.a.3. Si velis, potes.] Verba veræ fidei reiicientis ſe in Chriſtum, pulchrè coniungẽtis velle & poſſe. Omnia voluntati Chriſti adſcribit, quam ita facit potentem, vt planè quod velit poſſit.

4 Ne cui dixeris:] Prohibet id Chriſtus vel ne videatur propriam gloriam quærere: vel quòd publicari nollet ante glorificationẽ. nolebat obrui miraculum, ſed taceri ad tempus, donec opportunũ eſſet vulgari. Oſtende te ſacerdoti,] Hic leproſus erat miniſterio ſacerdotum à populo ſegregatus iuxta legem, Leuit.13.a.3. Dein habebatur in lege, vt qui mundati eſſent, probarentur & agnoſcerẽtur à ſacerdotibus ritu Legis, probatíque offerrent pro emundatione ſui quæ Lex præcipiebat, Leui.14.a.3.4. Voluit itaque Chriſtus vt hic leproſus abiret ad ſacerdotes, ſéque oſtenderet, id eſt probandũ daret eſſétne verè mũdatus an ſecus: vt dum illorũ iudicio approbatus, munus obtuliſſet, teſtimoniũ cõtra ſe haberent, impiè ſe facere qui Chriſto reluctarentur. Munus] Sacrificiũ erat pro gratiarũ actione. In teſti. ipſis.] Loquitur de toto ordine ſacerdotali: vt tolleretur illis omnis excuſatio, vbi audiſſent miraculum. Alii, In teſtimonium illis, accipiendum putant acſi dixiſſet, In legem illis. ſiquidem Legem, teſtimonium vocari, vel ex 119 Pſalmo abunde liquet. Vnde verborũ Domini ſenſus hic eſt, Etſi verè mundus ſis, neque opus ſit vt te homo mundum approbet, volo tamen vt tu quæ Moſes iuſſu Dei, illis, nimirum ſacerdotibus & toti populo, in teſtimonium, hoc eſt legem ſtatuit, ſancta habeas: ideo abi, oſtende te ſacerdoti, vt te mundũ iudicet: & ſtatutum munus offer, vnde partem illi ſuam habeant: ita neque authoritatis neque commodi iacturam ex meo beneficio facturi. Hinc videmus quàm ſtudioſe Chriſtus ſemper legẽ obſeruauerit: ſicut nihil vnquam prætermiſit quod Moſes præcepiſſet.

5 Adiit eum Centurio,] Hunc non fuiſſe eundem quem Lucas deſcribit cap.7.a.1, ſed diuerſum, docet Harmonia euang. lib.1. cap.36. Alii eundem eſſe dicũt: & Lucã ſingulas partes perſequi, Matthæũ verò ſummam tãtum complecti. Gentilem verò fuiſſe Romanum apparet ex eo quòd Lucas narrat Iudæos dixiſſe, Diligit gentem noſtram.

Et dicens,Domine,'famulus meus decũbit do- 6
mi paralyticus,ac grauiter discruciatur.
Et dicit illi Iesus,Ego quũ venero,medebor illi. 7
Et respondens Centurio dixit, Domine, non 8
sum idoneus vt tectũ meum subeas,imo 'tantùm
dic verbum,& sanabitur famulus meus.
Nam & ego sum homo, '*alterius* potestati sub- 9
B ditus, *&* habeo sub me milites, & dico huic, Va-
de,& vadit:& alteri,Veni,& venit:& seruo meo,
Fac hoc,& facit.
Hæc autem quum audisset Iesus,'admiratus est, 10
& ait sequẽtibus *se*,Amen dico vobis,'ne in Israel
quidem tantum fidei reperi.
Dico autem vobis quòd 'multi ab Oriente & 11
Occidẽte venturi sunt,& 'accumbent cum Abra-
ham & Isaac & Iacob in regno cælorum:
'Filii verò regni eiicientur 12

6 Et dicens, Domine, puer
meus iacet in domo paraly
ticus,& malè torquetur.
7 Et ait illi Iesus,Ego veni-
am,& curabo eum.
8 Et respondens Centurio
ait, Domine, nõ sum dign'
vt intres sub tectum meum:
sed tantum dic verbo,& sa-
nabitur puer meus.
9 Nã & ego homo sum sub
potestate cõstitutus, habẽs
sub me milites:& dico huic
Vade,& vadit:& alii, Veni,
& venit: & seruo meo,Fac
hoc,& facit.
10 Audiens autem hæc Iesus
miratus est: & sequẽtibus se
dixit, Amẽ dico vobis, non
inueni tãtam fidẽ in Israel.
11 Dico autem vobis quòd
multi ab Oriẽte & Occidẽ-
te venient. & recũbent cum
Abraham & Isaac & Iacob
in regno cælorum:
12 Filii autẽ regni eiicientur

ANNOT.

6 Famulus.] Græca dictio & puerum & filium & ministrũ significat: tametsi Lucas dou-lon,id est seruum appellat voce non ambigua.

8 Tantùm dic verbum,] Vide quantũ verbo Christi tribuat. nam hoc proprium est Dei, vt dicat verbum,& statim sequatur effectus: nec hoc in hominem cadere potest.

9 Alterius potest.sub.] Græce legitur,sub potestate.sic & Latina exẽplaria legunt,in quibus non additur constitutus,vt quædam habent. Confirmat suo exemplo confessionem fidei suæ de potentia verbi Christi,ducto argumento à minori ad maius. q.d.quanto plus poteris?

10 Admiratus est,] Admiratur Christus,quatenus fuit verus homo· nã diuina sua potentia qualis prius fuisset cẽturio,satis nouerat. Ne in Israel quidem] Hinc etiã intelligimus Centurionem non fuisse Israelitam. Hoc autem dixit Christus vt Iudæis exprobraret suam impietatẽ. Excelluit huius Centurionis fides duplici nomine: primo, quòd tanta fuerit, quũ tamen præcessisset illi exigua doctrina: secundò quòd quum Iudæi,vt erant hebetes, semper quæreretent aliquod signũ præsentiæ Dei: Centurio contentus fuerit solo verbo Dei, nec desyderauerit corporalem præsentiã Christi. Dictionẽ Græcã,pro qua fides redditur, persuasionẽ significare docent quotquot Græcè bene docti sunt. Fides verò Latinis,dictorum conuentorúmque constantiam & veritatem significat : ita dicta,quia fiat quod dictum est. Ergo fidei vocabulo,nõ vt Latinis illa significat,vtemur,sed pro persuasione, qua per Spiritum sanctum, animi electorum de diuinis rebus persuadentur & certi fiunt.

11 Multi ab Oriente & Occid.] Denuntiat vocationem Gẽtium, quod valde durum erat in auribus Iudæorum, qui testimoniũ habebant suæ adoptionis, nec vllam expectabant mutationem. Hoc autẽ dicendi genere ostendit latitudinem regni sui,quod erat propagandum vsque ad fines terræ. Psal.72.8, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Et versu 11, Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes Gentes seruient ei. Accumbent cũ Abraham] Id est, Gratia & beneuolentia Deus populũ Gentium prosequetur,qua complexus est olim ipsum Abraham, &c.consortes promissionum patribus factarum erunt,filii Dei, cohæredes Christi,amici ac socii sanctorum facti. His verbis simul docet non esse aliam fidem qua in se creditur,quàm fidem Abrahæ:ne putetur inducere aliam fidem,aut aliud prædicare regnũ,quàm in quo sunt & veteres sancti patriarchæ. Vel vt alii,accumbent eum,&c. id est,pari gloria & gaudio participabunt cum patribus in regno meo: vt Luc.22.c.30, Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Eadem mensa accumbere videtur dici pro eo quod est,eadem sorte,iisdémque bonis perfrui.

12 Filii regni] Iudæos intelligit ad quos proprie pertinebant promissiones regni Christi

& testamenta. Erant filii regni, modo fide accepissent fœdus illud. Omnibus Iudæis oblata erat gratia, sed multi repudiarunt sua incredulitate.

in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentiũ.

in tenebras extremas: illic erit ploratus & stridor dentium. Infra 22.b.13.

Et dixit Iesus Centurioni, Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

13 Et dixit Iesus Centurioni, Abi, & quemadmo-
dum credis, ita fiat tibi. Et sanatus est famulus eius
in hora illa.

Et quum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitãtem:

Et tetigit manum eius, & dimisit eã febris, & surrexit, & ministrabat eis.

14 Et quum venisset Iesus in domum Petri, vidit Mar.1.c.29. Luc.4.f.38.
socrũ illius in lecto decũbentem, & febricitãtem:
15 Tetigitque manum illius, & reliquit illam fe-
bris: & surrexit, ac ministrauit illis.

ANNOT.

Tenebras extre.] Hic ad potentiũ supplicia allusisse videtur, qui ingratos & perfidos ministros deiiciunt è summo dignitatis fastigio in profundum aliquem squalentémque carcerem, in quo frigore & inedia extinguuntur. Regnum autem Dei, regnum lucis: regnum satanæ, regnum tenebrarum, quæ afferunt mœrorem. His figuris nobis insinuatur quod nobis non potest satis exprimi quandiu hic viuimus. Tenebræ extremæ, damnatorum statum significant propter horrorem: vt status electorum comparatur luci propter gaudii æterni amœnitatem.

Plora. & strid. den.] Metaphora qua comparat infœlicem illam damnatorum conditionem & statum, captiuis in loco tenebricoso & horroris pleno sedentibus, quos conscientia mali & horror futuri iudicii miserè cruciat, & ad fletum stridorémque dentium adigit.

13 Abi] q.d. Sis animo bono & pacato. Hoc enim significat hoc loco Abi, vel Vade. neque enim simplex est iussio eundi ad sua, quæ nihil aliud in se habeat quàm simplicem abitionem: sed includit in se assensum super eo quod petierat. Sic Dauid petitioni mulieris Thecuitidis consentiens, dicebat, (2. Samu. 14.b, 8) Vade in domũ tuã, & ego iubebo pro te. Sic Christus aliquoties legitur afflictos à se impetrata consolatione dimisisse: Mar. 5.d.34, Vade in pace, & esto sana à plaga tua. Iohã. 4.g, 50, Vade filius tuus viuit. Quemadm. credis] Credidit Centurio Dominum posse & velle sanare famulum suum decumbentẽ: Dominus ergo sanauit ipsum. itáque fides suum habuit effectum. Fiat] Id non solũ exprimit bonitatem Christi, sed & omnipotentiam, eam scilicet qua in sua voluntate & potestate habens & vitam & mortem, sanitatem & morbos, solo assensu seruum hunc iamiam moriturum, vitæ ac sanitati restituebat. In illa hora.] Post hæc in nonnullis exemplaribus Græcis legitur, Et reuersus Centurio in domum suam, in illa hora offendit famulum suum sanum. Interpres sequi maluit quæ cum nostris consentiunt. Nihil pollicetur Christus falsò: nam sanauit puerũ illa hora. Hoc autem non semper statim contingit nobis: nã non est nostrum præscribere Deo certam horam, sed expectanda eius voluntas, vt iubet.

14 In domũ Petri] Apostoli non ita omnia dereliquerunt, vt illis postea non sint vsi: dediderunt se & omnia sua, animas & vitã suã Domino, parati ista omnia pro eo deponere, imò relinquere & proiicere omnia propter eum, si occasio & necessitas ita postulasset. Interea verò præsentibus, quoad licuit, & quatenus per ministerium concedebatur, vsi sunt: non vtique parentes, vxores, ac liberos, familiámque temere negligentes, sed curantes quanta poterant fide & diligẽtia: quod præsens historia satis probat, quæ testatur Petro iam olim vocato à Domino ad verbi ministerium, adhuc fuisse ædes, & eum quoque suorum curam gessisse. Sed & Christo mortuo, Iohã. 21.a.2, Petrus dicit Thomæ, Nathanaeli, filiis Zebedæi, & aliis duobus, Vado piscari. Dicũt ei, Imus & nos tecum, &c. Sic sanè omnibus sua derelinquenda, vt vocationi Domini & voluntati totos se tradant, in primis quidẽ quæ ad illam pertinent, curantes: sic tamen vt & suis potius, quàm alienis rebus vtantur: suósque, quantũ Domini vocatio permiserit, non negligant. Petrus & Andreas ex ciuitate Bethsaida, hîc dicuntur in Capernaum habuisse domum, vel quòd in Bethsaida nati, habitauerint in Capernaum, propter lacũ vicinum ad piscandum aptum: aut quòd à Bethsaida domum transtulerint Capernaum post vocationem suam, eo quòd illuc Christus à Nazareth eiectus diuertisset, Luc. 4.e.30.

15 Tetigitque] Verbis adiunxit contactum suũ, vt moneret, à verbo suo salutem, sed non nisi per sacrificium carnis suæ, expectandam. Ministr.] Id est, quæ ad cibum & reliquum

corporis ministeriũ attinebãt, curauit. Notatur hic familiæ Christi tenuitas, vt quibus opus fuerit ministrã ab æstu febris reuocare: adeò sũptuosior apparatus, & famulitiũ copiosum aberat.

Mar.1.c.32. Luc.4.g.40. ¶Quum autem appetisset vespera, adduxerunt 16
illi 'dæmoniacos multos: & eiecit spiritus 'verbo,
omnésque male habentes sanauit.

Vespere autem facto, obtulerũt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat spiritus verbo & õnes male habentes curauit.

C 'Vt impleretur quod dictum erat per Hesaiam 17
Esa.53.b.4. 1.Pet.2.d.24. 'prophetam, quũ ait, Hic infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit.

Vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetam, dicentẽ, Ipse infirmitates nostras accepi, & ægrotationes nostras portauit.

Luc.9.g.57. ¶Quum vidisset autẽ Iesus turbas multas circum 18
sese, 'iussit vt abirent in vlteriorem '*ripam*.

Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trãs fretum.

Et quum 'audisset vnus Scriba, dixit ei, 'Præce- 19
ptor, sequar te quocunque abieris.

Et accedens vnus Scriba, ait illi, Magister sequar te quocunque ieris.

Et dicit illi Iesus, Vulpes 'foueas habent, & vo- 20
lucres cæli 'nidos: at 'Filius hominis nõ habet vbi

Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Filius autẽ hominis non habet vbi caput

ANNOT.

16 Dæmoniacos.] Nõ omnes qui vexãtur à dæmone, vt Iob, sunt dæmoniaci: sed ii sunt in quibus satan regnat, quos regit pro sua libidine. Non dubium autẽ quin dæmoniaci multi fuerint inter Iudæos tempore Christi, & satanas magis insanierit, quòd præsensisset aduentum ipsius: quod non accidit nisi mira Dei prouidentia, vt haberet Christus ampliorem illustrandæ gloriæ suæ materiam. Verbo] Id est virtute, iussu, imperio, & potentia sua.

17 Vt impleretur] Non ita intelligendum, quasi Christus ideo curauerit ægrotos vt scriptura ista impleretur, alioqui non facturus: sed potius ideo scripturam hanc à Spiritu sancto esse positam, quòd istud per Christum futurum esset. Hic infirm.no.] Recte intuitus est Euangelista mentem Esaiæ prophetæ, pariter & Christi. Propheta prædixit Christum fore talem qui infirmitatibus nostris adeò cõpateretur per omnia, vt illas in se susciperet, hoc est, nostra miseria corde tangeretur, auxiliúmque ferret animo promptissimo, non secus quàm si res sua esset. Neque refert qua parte ægrotemus: non enim animæ infirmitatibus solum, sed & corporis mederi voluit, quæ propter peccata infligũtur, vt vides de infirmo iam à triginta & octo annis, Iohan.5.c.14, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi contingat.

18 Iussit] Neque post hoc verbum vetera Latina addunt discipulos. In vlt.ripam.] Græce, in vlterius: quod etiã ad montem, aut simile quidpiam referri poterat, nisi mox fieret mentio nauiculæ. significat enim vlteriorem stagni Genezareth ripam.

19 Audisset v.Scriba.] Quid hic Scriba quæsierit, ex ipsius verbis non potest colligi, verùm ex Christi responso apparet. Videtur post modicum doctrinæ gustum, statim agnouisse Euangeliũ esse doctrinã Dei, & impetu quodã affectúque cõmotus fuisse vt sequeretur Christum, non expensa ratione quid esset Christum sequi, quid ferendum esset Christi comitibus: defecisset statim in principio. Exempli gratia, Multi sunt hodie qui statim vbi aliquid de Euangelio audierunt, Christo dant nomen, & profitentur se in illum credere. Quòd si minima persecutio incidat, statim obliuiscũtur suæ professionis. Huiusmodi erat hic Scriba. Præceptor] Hæc vox, discipuli esse videtur. Deinde offert prõptam & continuam adhæsionem.

20 Vulpes foueas] Vel cauernas. Hac responsione plane aperit Christus quid intus in animo celauerit Scriba: non ad verba, sed ad animum eius respondet. Non dicit, Nolo vt me sequaris: nec, Veni: sed ita respondet vt postea non libuerit illi comitem itineris se præbere. q.d. Nihil est quod quicquam terrenæ potentiæ, cõmoditatis, aut opulẽtiæ apud me quæras. nam si ideo me sequi vis vt apud me vel gloria vel opibus crescas, longe falleris. tam enim in hoc seculo nihil huius habeo quod tu quæris, vt & vulpes & cæli volucres me sint ditiores: pauper sum, & rerum terrenarum contemptum doceo. Hæc sunt prima fidelium rudimenta, Christianorum vitã esse ærumnis plenã, crucem quotidie ferendã. Nidos:] Vox Græca magis sonat obũbracula. August. aduersus Faustũ lib.22.cap.48, diuersoria legit. Eodẽ modo refert Cyprianus lib.3, ad Quirinũ, Habent enim aues in tẽpestate præter nidos receptacula sua, velut cauos arborũ truncos, aut dẽsa dumeta, aut arborũ frõdes. Fil.hom.] Genus di

cendi Hebraicũ, quod vilitatem habet adiunctam, ita vt vulgi homines ita soleant appellari. Psal.8.5, Quid est homo, quòd memor es eius? ant filius hominis, quòd visitas eũ? Iob 25.a.6, Quanto minus homo putredo, & filius hominis, vermis? Christus igitur hîc & alibi se filiũ Adæ ant hominis vocat, vt ad infimã se sortem hominũ abiiciat, suámque humilitatẽ prædicet. Est autem omnino id quod Paulus ait, Philippen.2.a.7, Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominnm factus, & habitu inuentus vt homo.

suum reclinet.

'caput reclinet.

Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum.

21 Alius autem de numero discipulorum suorum
dixit ei, Domine, permitte mihi prius vt abeam,
& 'sepeliam patrem meum.

Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

22 At Iesus dixit illi, 'Sequere me, & 'sine vt mortui Mar.4.d.35. luc.8.d.22.
sepeliant mortuos suos.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius:

23 ‖Et quũ esset ingressus nauim, sequuti sunt eum
discipuli sui,

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.

24 Et ecce 'motus magn⁹ factus est in mari, adeò vt
nauis operiretur à fluctibus: ipse verò dormiebat.

Et accesserunt ad eum discipuli eius: & suscitauerũt eũ, dicentes, Domine, salua nos: perimus.

25 Et accedentes discipuli excitauerunt illum, di-
centes, Domine, serua nos: 'perimus.

ANNOT.

Caput recl.] Neque scripti codices Latini habent hîc suum: & absolntior est sermo, vt intelligas adeò non esse vbi totum corpus acquiescat, vt nec sit vbi vel caput reclinet.

21 Sepeliam pa.m.] Hoc est, permitte me manere apud patrem, & eius senectuti inseruire, donec moriatur. Præferebat Christo pietatem quã debebat patri. qua in re peccabat. Luc. 14.e.26, Siquis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorem, &c. non potest meus esse discipulns. Debuerat hic manere apud patrem, nisi Christus eum vocasset ad Euangelii munus. Scribam vltrò paratum, nulla voluntate, sed errore & falsa fiducia dnctum, non recipit Christus: istum verò quantum potest se subducentem, infirmitate aliqua detentum, & hæsitantem adhuc, sequi iubet. vtriusque sanè animos probè nouerat.

22 Sequere me,] Hîc sequi, non tantum est Christo per fidem adhærere, & eius amplecti doctrinam, sed omnia impedimenta relinquere, quæ potuissent eum distrahere quominus Euangelii minister constitueretur: quod ex Lnca, capite 9.g.60, apparet, vbi dicitur, Tu autem vade, annuntia regnum Dei. Hîc Christus hæsitãtem impellit, & pigritiam excutit: adigimur quia tardi sumus: trahit Dominns, ita vt non tantum voluntate, quantum impulsu insequamur. Quot desides mansissent in puluere, nisi eos impulisset Dominus? Sine vt mortui sepeliant mortu. suos.] Allegorica sententia. Priore loco vocat mortuos qui snnt alieni à vera vita, hoc est qui in eum non credunt, priuati gratia diuina: qui plns quæ mundi sunt, quàm quæ Dei, curant: qui Deo neglecto, dedunt se mundo: vt Paul. de vidua loquitur, 1. Tim.5.a.6, Quæ in deliciis est, viuẽs mortua est. Posteriore, mortuos appellat morte extinctos tẽporaria. Sine (inquit) vt infideles adsint infidelibus, infideles simul habitent, simúlqne moriantur: sine inquam, quatenus officium illud esset tibi impedimẽto quominus mihi inseruires. Non prohibet pietatem erga parentem, sed deserẽda esse docet omnia impedimẽta, etiam per se bona, quæ possunt abstrahere à ministerio Dei. Neque ita tamen sinẽdi mortui, quin reuocentur ad vitam ii de quibus spes sit nonnulla: nam de his in quibus spei nihil est, hîc loquitur.

24 Motus magnus.] Chrysostomus & alii putant tempestatem hãc nõ fuisse fortuito factã, sed discipulorum gratia à Domino excitatã, vt eos doceret quàm essẽt adhnc infirma fide. Proinde hoc erant edocendi. Obseruandum autem, etiã quum adest nobis Christus, nos multis periculis esse obnoxios, quibus ad vltimũ quoque discrimen vrgeamur: adest autẽ vt succurrat, nõ vt immunes à periculis reddat. Dormiebat.] Sine cõsultò, siue corporis necessitate, eò certe vsque dormiebat, donec periculum discipulorum ex tempestate ortum, ad summum venisset, vt eò penitius probaretur Apostolorum fides.

25 Perimus.] Præsentis est temporis Græcè.

Et dicit illis, Quid 'timidi estis, exigua præditi 26
fiducia? Tunc excitatus 'increpauit vẽtos & mare:
& facta est tranquillitas magna.

Homines verò 'admirabantur, dicentes, Qualis 27
est hic, quia 'venti quoque & mare obediunt illi?

Marc.5.a.1. luc.8.d.26. ‖Et quũ venisset ad vlteriorẽ ripã, in regionem 28
'Gergesenorum, occurrerũt ei duo 'dæmoniaci, è
monumentis egressi: erant autem 'sæui supra modum,
adeò vt nemo posset transire per viam illam.

Et ecce vociferabãtur, dicentes, 'Quid *rei* nobis 29
tecum est 'Iesu fili Dei? venisti huc ad cruciãdum
nos 'ante tempus?

Erat autẽ procul ab illis grex porcorum multo- 30
rum pascens.

Dæmones verò rogabant eum, dicentes, Si eii- 31
cis nos, 'permitte nobis vt demigremus

Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgẽs imperauit vẽtis & mari: & facta est tranquillitas magna.

Porro homines mirati sũt, dicẽtes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Et quũ venisset Iesus trãs fretũ in regionem Gerasenorũ, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeũtes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.

Et ecce clamauerũt, dicẽtes, Quid nobis & tibi Iesu fili dei? venisti huc ante tẽpus torquere nos?

Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens.

Dæmones autem rogabãt eum, dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos

ANNOT.

26 Timidi e.exi.præd.f.] Hinc videmus, timorẽ, quum de salute desperant homines, esse ex fidei defectu. quanta autem est fides, tanta est animi tranquillitas in fidelibus. Docemur etiam vt in vndis aduersitatum, de auxilio Dei minime desperemus: eum esse qui tempestatibus imperet. Increpauit.] Increpare Hebræis, pro iubere & imperare. q.d. imperio suo compescuit. Marcus habet, Tace, hoc est cõquiesce. Sic etiã vsurpãt Hebræi Tacere, siue silere pro quietum esse. Exod.14.c.14, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

27 Admirabantur,] Tunc miracula prosunt nobis quum admiramur potentiam Dei in Christo, & nos subdimus totos in eius obsequium. Venti quoque.] Addunt, quoque: q.d. non solum morbi, non solum sanitas illi obediunt: sed & venti & mare.

28 Gergesen.] Plerique tradunt regionem Gadarenorum & Gergesenorum fuisse eandem, ergo eandem esse historiam quæ hic à Matthæo refertur de duobus dæmoniacis, & quæ exponitur de vno, tanquam de magis noto, à Marco & Luca. Aliis videtur regiones istas fuisse diuersissimas, ideóque & historias ab Euangelistis contexi diuersas. De qua re vide annotationem in Harmonia Euangelica, siue in Elencho. Dæmoniaci.] Hoc miraculo Christus se dominum esse etiam satanæ ostendit. Sæui.] Vires & potentiam, regnúmque satanæ exercentis fortitudinem suam in dæmoniacis, & eius ingenium diligenter describit, vt postea magis cernatur potentia Christi. Horrendum spectaculum, hoc nemo non exhorret: debemus autem transferre hanc cogitationem ad nos omnes, quòd detineamur ab eius tyrannide, donec liberemur Christi gratia.

29 Quid rei nob.]. Græcè, Quid nobis & tibi, Hebraica locutio, 2.Samu.10.b.10, Quid mihi & vobis est, filii Saruiæ? 2.Re.9.d.18, Quid tibi & paci? 2.Par.35.d.21, Quid mihi & tibi est rex Iuda? Significat hæc locutio, Quid commune habes nobiscum? aut quid commercii inter nos est, vt, &c. erãt enim diuersi ingenii à Christo. Iesu fili Dei?] Dæmones Christum esse Iesum confitentur, vt & impii omnes, sed non credunt per hunc Iesum sibi posse contingere salutem, nec possunt: verùm contrà, venisse credunt vt eos torqueat. Ante tẽpus.] Sub. extremi iudicii, in quo reuelabitur iudicium aduersus satanam & omnia eius mẽbra. Sciebant se meritos esse tormẽta, ideo maluissent Christũ nondũ venisse. sic veniet & omnibus impiis, qui cõscientia sua teste nihil expectabũt aliud quàm tormentum in aduentu Christi, imò etiam in mortis articulo.

31 Permitte nobis,] Christo tribuunt potestatem & super se & super obsessos duos, & super porcos. Hanc infirmitatem satanæ Scriptura proponit nobis & in Iob, & in Apostolis, Luc.22.c.31., Ecce satanas expetiuit vos, &c. Hic videmus ingeniũ satanæ ad malefaciendum,

propensissimum, ita vt satiari nequeat perdendo opera Dei.

in gregem porcorum.

ʹin gregem porcorum.

Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierũt in porcos. Et ecce magno ĩpetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.

32 Et ait illis, ʹAbite. Illi verò egressi abierũt in gre
gem porcorum: & ecce ferebatur totus grex por-
corum per præceps in mare, & perierunt in aquis.

Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nuntiauerũt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerant.

33 Porrò qui pascebãt, aufugerũt, & digressi in ci-
uitatem, renuntiauerũt omnia, & quid accidisset
dæmoniacis.

Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu: & viso eo, rogabant eum vt transiret à finibus eorum.

34 Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum Iesu: &
quum vidissent illum, ʹrogabant vt decederet è fi-
nibus ipsorum.

CAP. IX.

CAP. IX.

ET ascendẽs Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

1 ET ingressus nauẽ, traiecit, ac venitʹin suam ci- Har.1.40
uitatem.

Et ecce, afferebant ei paralyticum iacentẽ in lecto. & vidẽs Iesus fidẽ illorum, dixit paralytico, Cõfide fili remittũtur tibi peccata tua.

2 ‖Et ecce adduxerũt illi paralyticum in lecto de- Har.1.41
cumbentẽ. quúmqueʹvidisset Iesus fidem illorum, Mar.2.a.1. Luc.5.d.18.
dixit paralytico, ʹBono animo esto fili, ʹremittun
tur tibi peccata tua.

ANNOT.

In gregem porc.] Astutia satanæ in his spiritibus mire apparet, quòd callidè conantur Christum inuisum facere populo regionis illius, propter damnum porcorum, tanquam cuius iussu hoc factum esset.

32 Abite.] Permittit hoc Christus, ad promouendã gloriã Dei, quò omnis ipsius scopus semper tẽdit (quemadmodum horũ spirituum intentio semper ad obscurandam illam dirigitur) & ad spargendum latius miraculũ. id quod & Euangelista commemorat Nisi enim hoc accidisset porcis, nemo prædicasset hoc miraculum in ea regione, nisi duo illi liberati. Iam verò currunt pastores, rem nuntiant vt facta erat. egreditur tota ciuitas, & vndique finitimi, ita vt quasi puncto temporis illucescat virtus Christi per omnem illam regionem.

34 Rogabant vt deced.] Non indignantur, sed metuunt eum, tanta erat facti claritas vt etiam improbare non auderent. Orant tamen vt discedat ab eis. quorum precibus annuit, & à se indignis discedit. Istos imitantur hodie, qui clarã & cognitã veritatis Euãgelicæ lucẽ admirãtur quidem: attamẽ quia periculũ afferre videtur & dispendiũ rei familiaris, à se abigũt.

IN CAPVT IX.

1 In suam ciuitatem.] Capernaum scilicet: quod apertè videtur in Marco, cap.2.a.1, Et iterum intrauit Capernaum post dies. Dicitur autẽ hîc ciuitas Christi, non quòd ibi esset vel natus, vel educatus: sed quòd frequentius illic commoraretur.

2 Vidisset Iesus fidẽ] Fides, inuisibilis cordis affectus, cognoscitur ex operibus. vide Lucã 5.d.19, quid fecerint baiuli isti, quòd talem ægrotũ incurabilem, quòd fracto tecto, quòd nihil dicentes demiserunt ante Iesum: quasi non dubitarent saluum eum fore, si tantum ad conspectum Christi venisset. Videmus hîc quid possit aliena fides. Bono ani. esto fili.] Magnæ consolationis vox conscientiis peccatorum, qua peccatores etiam hoc nomine dignatur vt sint filii. Præterea his verbis, Bono animo esto, fiduciam exigit etiã ab ipso ægroto, vel potius illi fiduciam dat, vt solent periti medici. Remittuntur ti. pec. t.] Incipit Christus sanare paralyticum ab anima: quæ vbi curata est, facile eam sequitur etiã corporis sanatio, vtpote effectus. ac si dicat, Ecce mi fili, quòd adeò ægrotus decumbis, pœna est peccatorum, ex peccatis tuis hoc habes, peccasti contra Deum: sed bono sis animo, remittuntur tibi peccata, cóque & morbum aufero. Hinc videmus, corporis morbos ex peccatis prouenire: vt Deut.28, ex transgressione legis vide quos morbos minitetur Moses. Et Iohã.5.c.14, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat. Et Paulus 1.Cor.11.g.30, satis apertè ostendit, ex abusu cœnæ factum esse vt Corinthii multi ægrotauerint, quidam etiam mortui sint. Notandum quòd non dicit, Satisfecisti, aut satisfac pro peccatis, sed Remittuntur tibi peccata.

3 Et ecce quidã è Scribis 'dicebant intra sese, Hic
blasphemat.
4 Et 'quum vidisset Iesus cogitationes illorum, di
xit, 'Quare vos cogitatis mala in cordibus vestris?
5 'Vtrũ enim est facilius, dicere, Remittuntur tibi
peccata: an dicere, Surge & ambula?
6 Vt autem sciatis quòd 'potestatem habeat 'Fi-
lius hominis 'in terra remittẽdi peccata: (tunc di-
cit paralytico,) Surge, tolle tuum lectum, & abi in
domum tuam.
7 Et ille surrexit, abiítque domum suam.
8 Turbæ verò quæ viderant, 'admiratæ sunt, &
'glorificauerũt Deum qui dedisset potestatem ta-
lem hominibus.

3 Et ecce quidã de Scribis
dixerunt intra se, Hic blas-
phemat.
4 Et quum vidisset Iesus co
gitationes eorum, dixit, Vt
quid cogitatis mala in cor-
dibus vestris?
5 Quid est facilius, dicere,
Dimittũtur tibi peccata tua:
an dicere, Surge & ambula?
6 Vt autẽ sciatis quia Filius
hominis habet potestatẽ in
terra dimittendi peccata:
(tũc ait paralytico) Surge,
tolle lectum tuum, & vade
in domum tuam.
7 Et surrexit: & abiit in do-
mum suam.
8 Videntes autẽ turbæ timue
runt, & glorificauerunt De
um, qui dedit potestatẽ ta-
lem hominibus.

ANNOT.

3 Dicebant intra sese] Sermo Græcus anceps est: potest enim accipi vt intelligamus illos intra se murmurasse. Sed satius est vt intelligamus, illos tacitos sic in animo fuisse loquutos, propter id quod sequitur, Iesus sciens cogitationes illorum. Dicere igitur intra sese, est cogitare, vel tacito intra se colloquio conferre: vt hinc vides. In Psalmis & aliis Scripturæ libris sæpius legitur pro eodem, Dicere in corde suo, vt Psal. 10. 6.

4 Quum vidisset cog. il.] Videre accipitur per metaphorã à corpore ad animũ, pro intelligere aut cognoscere. Ita legit Theophylactus: Chrysostomus verò, sciret. Quare vos c. mala] Non expectat Christus quoad proferãt quod habent in animo, sed præoccupat. vnde videre poterãt in Christo quod in solo Deo est, nosse videlicet corda. Mala autẽ vocat, quòd cogitarent Iesum sibiipsi vsurpare & rapere potestatem peccata remittendi, atque adeò hominem esse impium & scelestum.

5 Vtrũ enim est facil.] Impropria videtur cõparatio, quum difficilius putetur, peccata remittere, quàm curare morbũ. At non rem respicit, sed hominum iudicium, coram quibus mirabilius est paralyticum statim sanari. Pergit Christus defendere gloriam Patris sui, vt Scribas eò deducat quò cognoscant eum non blasphemare Deũ, sed habere potentiã, verbo remittẽdi peccata: quam probat hoc miraculo externo: hoc argumento, Ego potẽtia verbi possum sanare homines morbo corporis laborantes: ergo & eadẽ potentia verbi animam sanare possum, remittendo illi peccata. Argumentum valet ab æquali potentia vnius verbi, licet in diuersis operibus, ad quæ tamen æqualis vnius verbi potentia requiritur. Coniunctionem ENIM habent & vetustiora Latina exemplaria.

6 Potestatem] Vox Græca significat potestatem & ius. Christus iure diuino omnia faciebat, non iniusta aliqua virtute ac tyrannica. Christus hîc sibi vendicat quod nulli alii competit: loquitúrque de potestate sibi peculiari: neque tantum hîc est minister, sed dominus.

Filius hom.] Hæc periphrasis proprietatem rei explicat: vult enim indicare se per omnia (peccato excepto) hominem verum esse, & nobis similem. In terra] Hoc addidit propter manifestationem suam in terris: vt intelligerent eum in hunc mundum esse missum à Patre, instructum hac potestate & mandato.

8 Admiratæ sunt] Ita legunt Chrysostomus & Theophylactus. Hilarius verò, timuerunt.

Glorif. Deum] Hic est verorum miraculorũ fructus: simul exprimitur natura verbi, quod timorem primum incutit suis auditoribus & terrorem: postea cõsolatur eos, dum per fidẽ de gratia Dei certi, incipiunt glorificare Deum. Est verò hîc glorificare Deum, tribuere ei gloriam & gratiarũ actiones, propterea quòd dederit Christo suo, & omnibus piis potestatẽ remittendi peccata per verbũ, hominibus. Differt tamen potestas peccata remittẽdi quã Christus habet, ab ea quam sancti ab ipso accipiunt: quòd Christus suo nomine & virtute remittit, cuius officiũ est nos liberare à peccatis & morte: Sancti verò, siue ministri, nomine Christi & virtute peccata esse remissa pronuntiant, illísque Christus tanquam ministris vtitur.

Et quum trãsiret inde Iesus, vidit hominẽ sedentem in telonio, Matthæũ nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgẽs, secutus est eum.

9 |Et præteriens Iesus illinc, vidit hominem desi- Har.1.42.
dẽtem ad 'teloniũ, Matthæum nomine: dicítque Mar.2.b.14. luc.5.f.27.
ei, Sequere me. Atque is 'surgẽs sequutus est eum.

Et factũ est, discũbẽte eo in domo, ecce multi publicani & peccatores veniẽtes discumbebant cum Iesu & discipulis eius.

10 Et factum est vt ipse accũberet 'in illius ædibus,
& ecce multi publicani & peccatores, qui venerãt, B
simul accubuerunt cum Iesu & discipulis illius.

Et vidẽtes Pharisæi, dicebant discipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magister vester?

11 Quúmque *id* vidissent Pharisæi, dixerunt disci-
pulis eius, Cur cum publicanis & peccatoribus
sumit cibum præceptor vester?

At Iesus audiens, ait, Nõ est opus valentibus medicus, sed male habentibus.

12 At Iesus vbi audiuit, dixit illis, Non opus habẽt
hi 'qui validi sunt medico, sed qui male habent.

ANNOT.

9 Telonium,] Locus est in quo sedet telones, id est publicanus exigens tributum, quod Græcis telos dicitur. Publicani (vt dictum est supra, 5.g.46,) valde erãt exosi & infames apud Iudæos, quia putabant sibi atrocem fieri iniuriã, quòd vectigalia exoluerẽt exteris. Hic inæstimabilis Christi gratia describitur, si consideremus quãtum sit munus Apostolicum, & quomodo vocauerit Matthæum ex telonio: obedientiam etiam ipsius, qui non tantum sequitur vt audiat, sed vt relinquat õnia, lautitias spernens, vt persecutiones sustineat. Vocat Christus gratiæ præcones non Pharisæos & iustitiarios, sed homines peccatores: vt etiam ipsæ personæ nuntiorum exprimerent eam gratiam, quam verbis debebant prædicare. Surgens seq.] Hic operatur virtus Christi: quem illa vocat, hunc etiam hoc animo donat, & quasi cæcum facit, vt nihil perpendat eorum quæ sapientes mundi attendere solent.

10 [In illius ædi.] Matthæus statim comitatur Christum, relictis quidem rebus suis omnibus, at non abiectis: in præsens quod optimum erat, amplexus, non despõdens tamẽ in posterũ commodũ vsum eorũ quæ Dominus dederat, quum id sua ferret vocatio. Peccatores] Hæc duo sæpe coniungũtur, publicani & peccatores: vt hic, & Luc.7.e.34, Amicus publicanorum & peccatorũ. Et cap.15.a.1, Erãt appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores. Vnde apparet eos diuerso fuisse vitæ instituto. Quidã existimant peccatores fuisse eos qui à Iudæis excommunicati fuerant tanquã infames, ob aperta forsan scelera: aut eos qui dissolutiori vita præditi, cũ quibusvis cõmercium habebãt, gẽtibus & publicanis: id quod Pharisæis magni peccati loco erat. Credibile nanque est, regnantibus inter Iudæos Gentibus, multos Iudæos illis sese associasse, & ritus Legis & traditionũ paternarũ parum curasse, ideóque eos à reliquis peccatores cõmuni & publico probro fuisse appellatos. Videmus hic pares paribus gaudere, Matthæum reliquis publicanis & peccatoribus, & illos vicissim Matthæo. Reliquos peccatores ex eo animatos vt ad Christum sese reciperent, quòd in ædibus erat publicani, non cuiusdam Pharisæi. Exemplũ charitatis in Matthæo, quòd non contẽtus salute sua, alios similes ad Christum, velut ægrotos ad medicum, vocet. quòd item eos in quorum aliquando numero fuit, non contẽnat, ad gratiam Christi vocatus, sed eos in ædes suas magno cõuiuio excipiat. Hoc exẽplo monentur quibus gratia Dei cõtigit, vt è peccatorũ numero ad regnũ Christi vocati, non statim peccatores reliquos, cũ quibus aliquãdo vixerunt, contemnant & fastidiant.

11 Quúmque id vi. Pharisæi] Ingenium Pharisaicũ & hypocriticũ describitur: De Christo apud discipulos detrahũt, absenti obloquentes, quòd coràm monere miseri non auderent, conscii suæ maleuolentiæ. putabant discipulos rudiores, qui non essent parati ad respondendum: eos quærebant auertere. Attende autem, eos qui Legis sciẽtia & vitæ sanctimonia alios præcellebant, illos potissimum Christo aduersari.

12 Qui validi s. me.] Generali prouerbialique sentẽtia factum suũ tuetur Christus, quòd ad peccatores diuertit: ironicè per sanos & iustos, Scribas & Pharisæos & id hominum genus intelligens, qui ita se validos & iustos existimabãt, vt Christo medico illis non esset opus. De his sic Christus Luc.16.d.15, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. Et Iohan.9.g.41, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, videmus: peccatum vestrum manet. Ab officio itaque suo ostendit sibi hoc necessariò faciendum quod reprehendebãt. Medicus erat, vnde potius ad ægrotos, quàm ad sanos accedere debebat. Mirè verò consolari debet, quòd se medicum Christus, & quidẽ peccatorum profitetur.

Oſee 6.c.7. infrà 12.a.7.

‖Quin potius ʹite,& ʹdiſcite quid ſit *illud*, ʹMiſeri- 13
cordiam volo,& non ſacrificium. ʹnon enim veni
ad vocādū ʹiuſtos,ſed ‖peccatores ʹad pœnitētiam.

1.Tim.1.c.15.

Eũtes autẽ diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

Marc.2.c.18. luc.5.f.g.33.

‖ʹTunc adeunt eum diſcipuli Iohannis,dicētes, 14
Quam ob cauſam ʹnos & Phariſæi ieiunamus ple
runque,diſcipuli verò ʹtui non ieiunant?

Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohãnis,dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus freqnẽter: diſcipuli autem tui non ieiunant?

Et dixit illis Ieſus,Num poſſunt ʹfilii Sponſi lu 15
gere, quandiu cum illis eſt Sponſus? Venient au-

Et ait illis Ieſus, Nũquid poſſunt filii Sponſi lugere, quandiu cum illis eſt Spõ-

ANNOT.

13 Ite,] Eos à ſe reiicit,iubẽs vt eant,& diſcãt,quũ ab eo nollẽt diſcere. Diſcite] Hoc verbo,Scripturarum ignorantiam illis obiicit,quarũ habebantur peritiſſimi. Miſericord. volo,& non ſacrif.] Et non,pro potius quàm,eſſe accipiendũ, ſequens ipſius verſus pars docet,Et ſcientiam Dei potius quàm holocauſtũ. Senſus etiam hoc expoſcit. non enim damnat ſacrificia,licet poſtea abolenda:ſed miſericordiã præferri vult ſacrificiis,docétque ſe non morari externa opera,neque ſitam eſſe perfectã iuſtitiam in ſacrificiis, ſed in pietate & charitate. Nam quæcunque conſtituit Deus in eccleſia ſua, eò conſtituit vt magis exerceamur in cognitione ſui,& miſericordia. Homines autem vt plurimum inſtitutis ipſius abutuntur, quum illorum finem non reſpiciunt in quem ſunt inſtituta. Qui igitur non habet curam ſalutis proximorum,interea autem externorum rituum ſeuerus eſt exactor,ille ſuam prodit hypocriſim: vt iſti iuſtitiarii qui peccatores & publicanos abiiciebant & perire ſinebant,quos Chriſtus ad ſe vocabat & curabat,alioqui perituros. Nomine autem miſericordiæ,Chriſtus omnia charitatis officia cõprehendit, vt nomine ſacrificii omnes ceremonias & quicquid eſt externum.

Nõ enim veni voc.] Cõfirmat & exponit quod dixerat, Non opus habẽt qui validi ſunt. &c. Quòd dicit, veni, ſignificat hanc prouinciam ſibi à Patre eſſe demandatam: ideo oportuit eum peccatores agnoſcere. Iuſtos.] Quos prius ſanos & validos vocauit. Ad pœnit.] Id eſt, non vt maneant in peccatis,ſed vt conuertãtur ad Deum, renuntiando ſibi,& tradendo ſe totos in obſequium Dei,damnando peccata ſua & aſpirando ad iuſtitiam Dei.

14 Nos & Phariſæi,&c.] Vide vt ilico externa iſta religionis opera ſupercilĩũ adducant, Quum & Iohannis diſcipuli,eo quòd his ſtuderent,mox ad iudicandum condemnandúmque alios cum Phariſæis conſpirarint. Nam ita Marcus ſcribit, Et diſcipuli Iohãnis ac Phariſæorum ieiunabant: veniúntque,& dicunt illi. Quod autẽ diſcipuli Iohannis pro Iohanne magiſtro ſuo,zelo quodã ducti ſint in inuidiam erga Chriſtũ,ex Iohanne(Ioh.3.e.26) liquet, Orta (inquit) quæſtio eſt ex diſcipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et venerũt ad Iohannem,& dixerunt ei,Rabbi,qui erat tecũ trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Lucas hanc expoſtulationẽ Phariſæis tribuit,qui indubiè eius fuere authores, Quare diſcipuli Iohannis ieiunant frequenter,& obſecrationes faciunt,ſimiliter & Phariſæorum:tui autem edunt & bibunt? Obiiciebãt autem Iohannis diſcipulos,non ſe ſolos , quò cauſam Chriſti vel authoritate Iohannis grauarent. quaſi ita opprobrantes, Singularem præ te fers ſanctimoniam, & vitæ perfectioris doctrinam videris ſerere: quî fit igitur vt non tãtum vos peccatorum conuictu prophanetis,verumetiam à propriis religionis operibus,ieiuniis & precibus,quibus ſeduld nos incũbimus, adeò vobis temperetis?

Non ieiunant?] Lucas habet,edunt & bibunt.

15 Filii ſpõſi,] Græce Filii thalami nuptialis:id quod plus eſt quàm ſpõſi,hoc eſt filii ſpõſi, ſodales,& ſocii, ſiue domeſtici ac proximi. Idiotiſmus Hebraicus. Reſpondet ad id quod obiecerant, Diſcipuli tui non ieiunant, ſed edunt & bibunt. Quo reſponſo non negat diſcipulos ſuos non ieiunare:ſed tantum oſtendit illis,nõdum eſſe ieiunii tempus,ſed gaudii,mutuata reſponſionis occaſione ab ipſius Iohannis (cuius authoritate conabantur eum premere) teſtimonio. Is enim de Ieſu teſtificans apud eos qui ſuſpicabãtur ipſum eſſe Chriſtum (Iohan. 3.d.29) Qui habet,inquit, ſponſam,ſponſus eſt:amicus autẽ Sponſi,qui ſtat & audit eum,gaudio gaudet propter vocem ſpõſi:hoc ergo gaudium meum impletum eſt:illũ oportet creſcere, me autem minui. Quibus verbis Iohannes ſatis indicauerat Ieſum eſſe ſponſum,ſe autẽ tantum Sponſi amicum. Nunc igitur Iohãnis ſermonem Ieſus in memoriam illis reuocans,ſignificauit ſe ceu ſponſum, diſcipulos,ceu ſelectiores ſuos ſodales & amicos eſſe, qui ſecũ velut in nuptiis verſarẽtur,vt Marci verba habẽt: proinde decere vt in præſenti gauderẽt,nõ lugerẽt,

fus? Venient autē dies quū auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt.

tem dies 'quum tolletur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt.

Nemo autē immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentū vetus. tollit enim

16 Nullus autem immittit aſſumentum panni rudis in veſtē veterē: aufert enim ſupplementum il-

ANNOT.

Qum tol. ab eis ſponſus, & tunc ieiu.] Significat ſe ſponſum ab illis auferendum eſſe, hoc eſt, carnalē ſuam illis præſentiam ſubducendā: tum eos multa aduerſa experturos, indéque luctū & ieiunia cum precibus ſibiipſis in tēpore indicturos. Eſſe ergo omnino ab initio rudes illos mollitet tractādos, & grādioribus operibus teneros adhuc, nō grauādos. Vbi poſtea renouati plenè eſſent, ipſos nihil eorum quæ verè nouos ac ſanctos homines decerēt, omiſſuros. id quod ſtrenuè præſtiterūt, vt tum Acta Apoſtolorū, tū epiſtolæ ipſorū ſatis declarant.

16 Aſſumentum panni rudis] Ad verbum, immiſſuram. eſt fragmentum panni veteris aut noui: vulgus petiam vocat. Vox autem Græca pro qua rudis vertitur, ſignificat nondū à fullonibus apparatum: velut quum pannus à textore venit. quāquam fullones, veteres etiam veſtes aut ſordidatas renouāt ac repurgant. Et rude dicitur quod recens eſt. ſic enim vocat animos nondum humanis traditiunculis infectos. Lucas habet, Nemo immiſſurā à veſtimento nouo immittit, &c. Similitudo eſt ab arte ſartoria petita. nam Lucas habet, Dicebat ſimilitudinē ad illos. Alteram mutuatus eſt à re vinaria. Quidā hūc locū ſic exponunt: Veſtimentū vetus & vtres veteres: Phariſæorum & diſcipulorum Iohānis animi inueterati iam in traditionibus veterum. Pannus rudis, & Vinum nouum, doctrina noui teſtamenti & Chriſtianæ libertatis, ſolidioriſque iuſtitiæ: quæ licet noua non fuerit in ſe, noua tamē videbatur reſpectu illius quam imbiberāt Phariſæi & diſcipuli Iohānis. Ita intellexiſſe videtur ex veteribus Hieronymus & Hilarius. His igitur duabus ſimilitudinibus ſignificauit Dominus, nouos & expurgatos ab omni fæce erroris antiqui eſſe oportere animos qui capiant doctrinam Euangelicam. In quibus enim reperiuntur veteris erroris reliquiæ, ægre puram veritatem admittunt ſyncere. imò vt veteres vtres diſſiliunt ſi ipſis infundatur vinum nouum, vinúmque effunditur: ita doctrina veteri corruptáque imbuti homines, efferueſcunt & inſaniunt ad doctrinam Euāgelicam, & perit doctrina ſancta, quam indignis modis proſcindūt, exoriuntur item ſchiſmata & horribilia offendicula. Alii locū propius intuiti, ſimpliciter interpretantur, Dominum his parabolis ſignificare voluiſſe, non oportere mox ab initio rudibus adhuc diſcipulis grauiſſima quæque imponere, & ea minus neceſſaria, cuiuſmodi ſunt ieiuniū & precatio: quæ ſanè ſpiritualiora ſunt opera quàm vt mox ab initio ſuſceptæ religionis requiri queant, aut vnquā etiā extorqueri præceptis. Vltrò à Spiritu ſancto proueniāt oportet: vnde ne Chriſtus quidē vſpiā illa præcepit. Diuerſitas ingeniorum exigit moderationem aliquā, vt alii aliis ſeſe accommodent. Siquis ab ægroto magnum laborem exigat, ægrotus oneri ſuccūbet. ſiquis ad ieiunium adigat eos qui ferre nō poſſunt, res erit coacta: neque inde reddet eos meliores, imò arrogātiores tantū hypocritas efficiet, id eſt Phariſæis ſimiles. tū & doctrinæ, & ſanctorum, quæ præcipit, operum iacturam faciet. nam & doctrina hinc infamabitur, & non niſi adulterata fictáque opera referet: nec aptos poſtea ad audiendum habebit ſemel corruptos. Si illis ergo onerare ſuos, rudes etiamnum & parum ſpirituales Chriſtus voluiſſet, nihil aliud effeciſſet, quàm ex ipſis inſolentiores hypocritas, & hæc ipſa opera adulteraſſet. nam nihil niſi ſimulatum, illis præceptis ſuis extorſiſſet. Comparat ergo eos panno veteri, qui vſu detritus facile laceratur. huic ſi robuſtum pannum àſſuas, diſcerpet totam commiſſuram. Caducis deinde vtribus eos comparat, qui noui vini & adhuc bullientis violentiam ferre nequeunt. Ita ſignificat ſe diſcipulis ſuis tanquam rudibus tyrunculis indulgere: quòd eos vltrà infirmitatis captum vrgere nolit. Neque enim omnia omnibus conueniunt: & expendēdum eſt quid diſcipulus ferre poſſit. Ita etiam Chryſoſtomus interpretatur. Lucas cap.5.g.39, addit, Nemo bibens vetus, &c. Quibus verbis ſignificat Chriſtus, rationem quam tenet erga ſuos diſcipulos, non adeò minoris æſtimandā eſſe, quòd minus ſplendoris ac pompæ haberet. Eſt enim noua ſententia. Prius cauſatus fuerat infirmiores eſſe adhuc ſuos diſcipulos, quàm vt ieiuniis, ſimilibúſque exercitiis pares eſſent. Nunc autem oblique perſtringit Phariſæos, qui caput ſanctitatis in externis illis collocabant. nam vinum vetus non tam arridet palato, nec tantum vehementiæ habet in ſapore, quàm nouum: non minus tamen ſuaue eſt, nec alēdo corpori minus conuenit. Aufert e. ſuppl. à veſt.] Supplementū eſt quod prius aſſumentum, ſiue immiſſuram vocarat. Pro-

nomen illius,refert vestem: more Hebraico positũ,quod abesse poterat,quum sequatur, à vestimento. Marcus addit,supplementum eius nouum. Aufert autem,nempe pulchritudinē vestis.vnde Lucas, Et veteri non conuenit immissura ex nouo. Quidam,Plenitudinem legunt,in accusatiuo,sic,Alioqui nouũ tollit plenitudinem eius,Id est,fragmentũ illud panni noui & rudis tollit perfectionem,formam atque decorem veteris.

lius à vestimento, & peior ruptura fit.

Neque mittũt vinum nouum in vtres veteres: 17
alioqui rumpuntur vtres,& vinum effunditur, &
vtres pereunt. sed mittunt vinum nouum in vtres
C nouos,& vtraque *simul* seruantur.

Har.1.43. Marc.5.b.22. Luc.8.f.41.

[Hæc quum illis loqueretur, ecce primas quidam venit,& adorauit eum,dicẽs,Filia mea modò defuncta est: sed veni, & impone manũ tuam super illam:ac viuet. 18

Et surgens Iesus, sequutus est eum, ac discipuli illius. 19

(Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo,tetigit fimbriam vestimenti illius. 20

Dicebat enim intra sese, Si tantum tetigero ve 21
stimentum illius,ero salua.

plenitudinem eius à vestimento: & peior scissura fit.

17 Neque mittũt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpũtur vtres, & vinũ effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo conseruantur.

18 Hæc illo loquẽte ad eos, ecce prĩceps vnus accessit, & adorabat eum,dicẽs,Domine,filia mea modò defuncta est. sed veni,impone manum tuã super eam. & viuet.

19 Et surgens Iesus,sequebatur eum, & discipuli eius.

20 (Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

21 Dicebat enim intra se,Si tetigero tantum vestimentum eius,salua ero.

ANNOT.

Et peior ruptura fit.] Lucas habet,Et nouum(sub.supplementum)rumpit,nempe vestimentum.

17 In vtres veteres,] Solebat vetustas vina,sicut & oleum, in pellibus caprarũ hircorúmque(quemadmodum nos in doliis vinariis)condere. Qui igitur rei vinariæ docti sunt, nouum vinum nouis credunt vtribus,& antiquum veteribus. Nam qui nouum condunt veteribus,duplici damno afficiuntur: musto enim efferuescente dissiliunt vtres, & perit vinum.

18 Ecce primas] Quidam non sentiunt hanc historiam esse eandem quam Marcus & Lucas scribunt. Vide Harmoniã Euangelicã. Nos verò quod Dominus tũ dixerit,tum fecerit, potius quàm quando,& quo ordine,perpendamus. Quidã] Quædam Græca exẽplaria legũt,vnus. Adorauit] Vide suprà ca.8.a.2,vbi vox eadẽ Græca legitur,quæ hic:pro qua Marcus habet,prócidit ad pedes eius. Modo defuncta est.] Si eadẽ est historia quæ ab aliis Euãgelistis narratur,Marcus habet,in extremis est. Lucas verò,moriebatur. Agebat enim animam filia,venerátque ad extrema:id augebat affectũ patris, quòd filia & quòd puella esset vnicè amata:propterea dicebat, Modo defuncta est. Videmus vtilitatẽ afflictionũ in eo quòd primarius motituræ filiæ suæ necessitate adactus, ad Christũ se recipit,& opẽ eius implorat, alioqui forsan, vtut de eo senserit, nihil habiturus cũ illo comercii propter metũ Iudæorum.

Sed veni,& impone m.] Fidei de Christo imperfectæ exemplũ hic est.nã nõ necesse habebat vt Christus veniret in domũ ipsius,qui poterat tantũ verbo sanare,quod hic primas credere debebat vt Centurio. Licet fides non debeat à primis apprehensionibus iudicari. nam petendo panem quotidianum, non præscribimus Deo,sed ipsi permittimus vt agat quod nouerit expedire. Tãto autem illustrior fit Christi facilitas & benignitas,qui hanc imbecillitatẽ fidei huius nihil moratus, statim surrexerit, cúmque eo abierit. Imponere manum suam super aliquem,est orare super eum ad Deum:quod fiebat ab iis qui gradu honoris excellentiores cæteris,(vt sacerdotes & prophetæ,)minores Deo commendabant.

20 Et ecce mulier] Interrumpitur historia cœpta, inseritur quod in itinere accidit miraculum. Duodecim annos] Circũstantia temporis necessitatem seu morbum exaggerat, quo inde magis inclarescat potentia Christi. in his rebus desperatis videmus quid fecerit mulier,quid valeat fides,imò quid præstet virtus & beneuolentia Christi.

21 Si tantũ tetigero] Fides huius mulieris nobis notãda est,quæ tantã esse Christo virtu

tem persuasa fuit, vt vel tactu fimbriæ eius, sanitatem recepturam se non dubitarit. Nō quòd fimbriæ virtutem aliquam inesse, sed quòd Christum crederet adeò per omnia saluificum, vt vel ipsi appropinquasse tantum, salutem sibi allaturum certò confideret. Vnde & Christus fidei ipsius testimonium perhibuit.

At Iesus cōuersus & vidēs dixit, Cōfide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.)

22 At Iesus conuersus, vt vidit illam, dixit, 'Confide filia, 'fides tua saluam te fecit. Et salua facta fuit mulier à tempore illo.)

Et quū venisset Iesus ī domū prīcipis, & vidisset tibicines & turbā tumultuantē,

23 Et quū venisset Iesus in ædes primatis, 'vidissétque tibicines & turbam tumultuantem,

Dicebat, Recedite: nō est enī mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.

24 Dicit illis, Secedite: non enim mortua est adolescentula, sed 'dormit. Et 'deridebant illum.

Et quū eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manū eius, & dixit, Puella surge. Et surrexit puella.

25 Quum autem fuisset eiecta turba, introgressus 'tenuit manum illius: & surrexit adolescentula.

ANNOT.

22 Confide filia] Vel, Bono animo esto. Ambrosius enarrans Beati immac. serm. 3, legit, Constans esto. Viderat Dominus eam timentem ac trementem: vnde his verbis eam cōsolatur, tum quòd iubet esse securā, tum quòd vocat filiā, id est eam pro sua agnoscit. Fides tua saluam te fecit.] Id est, ea fiducia quam tibi de me concepisti, effecit vt sanitatem sis iam adepta: in ea facta es sana, in ea persiste. Non est hæc fides, opinio nuda, sed quæ apprehēdit virtutem Dei, non otiosam, sed in præsenti operantē. Voluit Dominus hanc mulieris istius fidem in medium propter exemplū producere, velut egregiam, vt pudore suffunderet tarditatē Pharisæorum & Scribarum, imò etiam eorum qui ex Iudæis docti in Lege, in ipsum etsi credebant, tamen non vt par erat, credebant. Ita producebat fidem mulieris Chananææ, Infrà 15. c.28. Ita dilectionē mulieris peccatricis in domo Simonis Leprosi, Luc. 7. g. 49. Ita fidē Centurionis, suprà 8. b. 10. Laudat fidem in muliere, quæ tamen non videtur caruisse superstitione: nā quorsum vestimenti tactus? num aliter potuit sanari? Certe mulier respexit in Christū, nec collocauit fiduciam in veste: interea tamen sperabat quòd propius accederet ad Christum, se maiorē cōsequuturam gratiam: propterea cogitabat dē tactu vestimenti. Infirmitas fidei non impedit quo minus laudetur fides. nam vbi perfecta fides?

23 Vidissétque tibicines,] Mos erat vulgaris; magnus erat eiulatus. Quàm absurda in luctu mortuorum passim Gentes admittere solitæ olim fuerint, videre est apud Lucianum de Luctu. Signum autem erat humanitatis. Seruandus est autem modus. Vbi vitæ æternæ spes est, illic & consolatio esse debet: vbi eiulatibus laxamus habenas, iam sumus spe vacui: simúlque Deo resistimus, & eius voluntati. Immoderatus igitur luctus, infidelitatis signū est. Fideles luctibus suis moderantur: infideles fremunt aduersus Deum, absorbentúrque à tristitia. Vide 1. Thess. 4. c. 13, vbi ab eo luctu mortuorum dehortatur Christianos, quo Gentes vtebantur spem non habentes: & tamen interea non omnem plane luctū illis interdicit, quū subiungit, Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

24 Dormit] Dormire, pro mori, in Sacris literis vsurpatur: neque tantùm de bonis, sed etiā de malis dicitur. Act. 7. g. 61, de Stephano, Et quū hoc dixisset, obdormiuit. Iohan. 11. b. 11, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno exuscitē eum. 1. Cor. 15. a. 6, Ex quibus multi manēt vsque adhuc, quidā autē dormierunt. De impio Ieroboam dicitur, 1. Reg. 14. c. 20, Et dormiuit Ieroboam cum patribus suis. Ibidē, g. 31, Dormiuit Roboam cum patribus suis. Vterque Domino dormierunt, & ab illo excitabuntur: verùm istud à piis solis creditur, qui sciunt Deum non esse mortuorum, sed viuētium, & omnes illi viuere. Hinc locum sepulchrorum, magna & præclara fide pulcherrimo vocabulo cœmeterion vocarunt Christiani, Latinè dormitorium. Hic autem Christus aliter accipit, Nō est mortua, vt maneat in morte, sed dormit ad tempus: somnus est, non mors. dicit non esse mortuam, quòd statim excitanda esset. Deridebant] Comprobatur certitudo miraculi, quū derident, scientes certò esse mortuā. tamen signum est infidelitatis. Temeritas humana metitur virtutē diuinā suo sensu.

25 Tenuit manum il.] Non erat opus vt manū apprehenderet: sed fecit eorum causa qui

c.iiii.

aderant. Symbola accedētia nihil habent efficaciæ, nisi quatenus vti vult Dominus. Omnia miracula pendent ex solo iussu Domini, non ex symbolo quod adiungitur hominum causa.

Et emanauit rumor hic in totam terram illam. 26

Et exiit fama hæc in vniuersam terram.

Et quũ discederet illinc Iesus, sequuti sunt illum 27
'duo cæci, clamantes, ac dicentes, 'Miserere nostri
fili Dauid.

Et transeunte inde Iesu, sequuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicētes, Miserere nostri fili Dauid.

D At quum venisset in ædes, 'adierũt illum cæci, 28
& dicit illis Iesus, 'Creditis me hoc 'posse facere?
Dicunt illi, Credimus Domine.

Quũ autē venisset domũ, accesserũt ad eũ cæci. Et dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possũ facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine.

Tunc 'tetigit oculos illorũ, dicens, Iuxta fidem 29
vestram fiat vobis.

Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestram fiat vobis.

Et aperti sunt illorũ oculi: & interminatus est 30
illis Iesus, dicens, Videte nequis sciat.

Et aperti sunt oculi eorũ, & cōminatus est illis Iesus, dicens, Videte nequis sciat.

At illi quum abiissent, diuulgarunt famã illius 31
in tota terra illa.

Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

ANNOT.

27 Duo cæci] Hi occasione præcedentis miraculi, & fama quæ spargebatur per vniuersam terram de beneficiis Christi erga ægrotos, sequuntur Christum. Declaratur autē hic quæ sit cum bonitas & potestas Christi, tum verò fidei virtus. quæ duo in omnibus Euangelicis historiis primaria sunt, & præcipue notanda. Nam huc omnia tendunt, vt & Christum probe agnoscamus saluatorē nobis de cælo missum: & simul discamus qua via illius participes euadamus. Miserere n.] Non exprimunt quid postulent: at satis est Deum commonefacere de nostra miseria. Præterea misericordiam rogantes, non otiosam requirunt, sed efficacem & veram: nēpe quæ non solum in affectu cordis cōsisteret, sed quæ reipsa miseriæ ipsorum succurreret, quæ erat, quòd luce carerēt: cui succurrere, erat visum præbere. Fili Dauid] Filium Dauidis vocant, quòd promissio facta Dauidi, trita esset apud omnes in populo Israelitico. Non igitur habebant eum pro quodam propheta, sed pro Christo filio Dei. Et verisimile est, ita Iesum tum vulgo habitũ fuisse pro Messia illo promisso in Lege & Prophetis. Obserua autem quàm fides de periculo parum cogitet. Erat decretum à maioribus Iudæorum, vt extra synagogam eiiceretur, qui fateretur hunc Iesum, esse Christum filium Dauidis, Iohan. 9. d. 22. attamen huius decreti nullo metu tenentur isti cæci. Simul obserua vocem, clamantes: quæ ostendit quàm fuerint fide firma ac solida.

28 Adierunt] Ideo in itinere non audit clamorem cæcorum, vt & fidem eorum probaret, & illam nobis spectatam redderet. Adeũt autem eum ingressum domũ, quod pertinacis spei exemplũ est, quæ propterea nō cessat, si prima opis imploratione nō est assequuta quod petit, sed pertinax perdurat donec assequatur. Creditis me hoc pos. fa. v.] Nō aliter possumus percipere vllum Dei beneficium in salutem, quàm fide. Neque præuenimus Deum nostra fide, sed fidem sua gratia præuenit, vt sit salutaris. Qum nascimur, afferimus infidelitatem ex vtero matris: ideo necesse est, vt Deus peruersitatem hanc corrigat. Propterea cæcos interrogat vt eos præparet. Simul omnes docet, tunc nobis gratiã esse expositam, quum vera fide ad Deum accedimus. Posse facere?] Nō satis est ad fidem, cognitio potentiæ Dei, sed etiam volũtatis. In primis autem de potentia loquitur: quia hoc vitio vt plurimũ laboramus vt de potentia Dei diffidamus. De volũtate non dubitabant: alioqui non fuissent ausi venire. supererat vt de potentia essent persuasi.

29 Tetigit oculos e.] Hic contactus Christo necessarius nō fuit, (solo enim verbo sanare poterat) sed cæcis, nempe ad hoc, vt fides ipsorumquæ exigebatur, in ipso opere iuuaretur. Ita quippe cōparati sumus, vt contactũ eorum quos sanctos ac diuinos arbitramur, plurimũ posse putemus. Igitur Christus perpensa imbecillitate humana, vt fidē cæcorum iuuaret, oculos ipsorum contigit: id quod absque dubio plurimum cæcis istis fiduciam ac spem recipiendæ lucis corroborabat. Hinc videmus bonitatem & ingenium Christi, vt imbecillitatem nostram in eo ipso quod fidem exigit, expendat & adiuuet.

Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominẽ mutum, dæmonium habẽtem.

32 ‖Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi Luc.11.b.14.
hominem 'mutum, dæmoniacum.

Et eiecto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sũt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel.

33 Et eiecto dæmonio, loquutus est mutus: & 'admiratæ sunt turbæ, dicentes, 'Nunquam apparuit
sic in Israel.

Pharisæi autem dicebãt, In principe dæmoniorũ eiicit dæmones.

34 At Pharisæi dicebant, ‖'Per principẽ dæmonio- I.12.b.24. marc.3.c.22.
rum eiicit dæmonia.

Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorũ, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnẽ infirmitatem.

35 ‖'Et circũibat Iesus ciuitates omnes ac vicos, do- Marc.6.a.6. luc.13.c.22.
cens in synagogis illorum, & 'prædicans Euange
lium regni, & sanans omnem morbũ & omnem
languorem in populo.

Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant ve-

36 ‖Quum vidisset autem turbas, 'affectu misericor Har.2.1. Marc.6.e.34.
diæ tactus est erga illos, quòd essent

ANNOT.

32 Mutum, dæmoniacũ.] Natura, aut impedimento aliquo non erat mutus: sed à dæmonio quo obsidebatur, sermonis vsus erat ademptus. Satan enim illo maxime tempore solitus erat gloriam Dei in donis videndi & loquẽdi obscurare, præsertim verò in vsu loquẽdi. Nam & in eo cuius hîc, & in eo cuius infrà, 12.b.22, itẽ in eo cuius fit mentio Marc.7.d.31, videmus vsum & vires sermonis satanam abstulisse, vel certe cohibuisse.

33 Admiratæ sunt t.] Miraculũ hoc omnino in se simplex & bonũ, & apertissimũ indiciũ regni Dei: sed hîc videmus quàm nõ eodẽ modo accipiatur: aliter factũ Christi accipiũt turbæ, aliter Scribæ & Pharisæi. Vulgus erat affectu simplici & minus vitiato: nullo tenebãtur inanis gloriæ, nullo inuidẽtiæ spiritu: proinde oculis puris factũ Christi contuebãtur, & simpliciter quod verum erat iudicabant: Scribæ & Pharisæi, contrà. Nunquã app. sic in Is.] Id est, Nullus vnquã exortus est in gente Israelitica qui tã multa prodigia patrarit. multa quidem olim facta sunt à Prophetis: at talia, & tanta, támque cumulatim nunquam sunt facta.

34 Per prin. dæm.] Non poterant negare hoc factũ esse diuinum: id quod maluissent, vt Iohan.9.c.13.24. calumniantur tamen Christũ. Vt nec hodie veritatis hostes negare possunt Euangelium prædicari, nihilominus obtrectant, maledicunt, persequũtur. Marcus & Lucas etiã nomen principis istius dæmoniorũ addunt, ídque non ignotũ, sed tale quod esset ob veterẽ idololatriã bene notũ, & pariter summopere exosum: nẽpe Beelzebub, quod magistrũ vel deũ muscarũ significat: de quo 2.Reg.1.a.2, vbi vocatur deus Accarõ, Beelzebub. Sciebãt enim populũ non modicã nauseã & abominationẽ concepisse tũ tẽporis erga idololatriã gentium.

35 Et circũibat] Iterũ dicit Matthæus quod iam capite quarto habuimus, versu 24. Christus vbique curabat morbos: Euãgelistæ autem clariora quædã miracula & cõciones tãtum describere voluerunt ex omnibus, quæ nobis essent saluti & doctrinæ. Animaduertendus est autẽ hîc feruor ille Christi, & incõparabile studiũ prosequendi muneris suscepti, hoc est docendi & sanandi. Cuius studii diligentia in eo consideranda est, quòd nõ impeditur calumnia illa pessima Pharisæorũ suprà dicta. Vnde admonentur ministri Christi, vt ad eius exẽplum nihil moti maleuolorũ calumniis, in prosequendo suo munere diligẽter & studiose pergant, nec populũ Dei deserant. Prædicans Euang. reg.] Non dicit loquens de euãgelio regni, sed prædicans: vt nouerimus quales animi, qui affectus, quis spiritus ad hoc exigatur, vt quis Euangeliũ regni Dei annuntiet. Exigit enim nõ simpliciter narrantẽ, aut loquentẽ, sed prædicantẽ. Vox verò Græca, quæ hîc ponitur, vt & prædicare Latinis, significat rem aliquã collaudare, celebrare, multísque & palã apud omnes commẽdare. Quòd ergo dicit Christũ circuisse & prædicasse Euangeliũ regni Dei, nihil aliud dicit quàm illum eam gratiã regni Dei, quæ tum offerebatur, recõciliationem humani generis, & restaurationẽ omniũ plenis buccis & magno spiritu apud omnes celebrasse, laudasse, & commẽdasse. Euangelium autem regni vocatur, quòd non aliter quàm per Euangelium, in nobis regnet Christus.

36 Affectu mis. tac. er. illos,] Verbum Græcum à voce quæ viscera significat, factum est. Hebræi autem vehementem ac pium affectum, viscera vocant. Vnde Luc.1.g.77, In remissio-

nem peccatorum eorum,per viscera misericordiæ Dei nostri. Subiicit hic Euangelista quomodo in isto circuitu statum & conditionem populi animaduerterit, & quàm sit illius ex animo misertus: ita vt nō tantùm facta Christi, sed & cor & animum illius erga populum exprimat.q.d.Interea verò quum (vt dixi) per oppida & vicos quosvis circuiret, diligenter obseruauit deserti ac neglecti populi miseriam,ita vt ex animo illi cōdoluerit, commotáque sint viscera eius super disiectione ac dissipatione miserrimi populi, cuius nulla habebatur ratio etiam ab illis quorum erat officium instituere ac pascere populum Dei. Christi exēplo certe misericordia nos tangi oportet, quū videamus loco pastorū grassari lupos in grege Domini,

'destituti ac 'dispersi velut oues nō habētes pastorē. | xati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.

Luc.10.a.2 Iohā. 4 a.36. Tunc dicit discipulis suis, Ipsa quidē 'messis copiosa, cæterum operarii pauci. 37 | Tūc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarii autem pauci.

'Rogate igitur dominum messis vt 'extrudat operarios in messem suam. 38 | Rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem suam.

ANNOT.

Destituti] Tanquam pastore carentes. Nec enim aliud animal magis destitutum, magísque pendens de præsidio pastoris, quàm oues. Quædā Græca exemplaria legunt vt vetus interpres, itémque Hieronymus, Hilarius, & Chrysostomus. In aliis dictio est quæ propriè dissolutos & dissipatos significat, quomodo sunt quæ vltra iustum ordinem diuulsa videtur, ita vt nulla pars alteri cohæreat. Dispersi] Vox Græca disiectos significat vel sparsos: id quod de illis rebus sumitur quæ negligēter & sine ordine sparsæ sunt ac proiectæ. Quibus sanè verbis satis ostendit populum Dei à Christo inuentum esse dissolutum,dissipatum,disiectúmque,hoc est palabundū,& planè eorum cura, à quibus debebat regi,destitutū ac neglectum.Id vt euidentius exprimat,subdit similitudinem ab ouibus sumptā,quas mali ac negligentes pastores in montibus sine omni custodia palabundas errare permittunt, in omne periculum exponentes. Tamen multi tunc erant qui superciliose iactabant hunc titulum pastoris:quod satis non est,nisi suis muniis fungantur.

37 Messis copiosa,] Messem copiosam per allegoriam dixit multā turbam ad audiendum verbum Dei pronam, multósque veritatis Euangelicæ sitientes. Operarios, qui verbo ceu falce,ex mundo homines demessos,in horreum,id est Dei ecclesiam,reconderent.Paucos dicit:quum tamen multi se ingererent, vt hoc tempore:at parum fideliter se in Dei negotio gerebant. erántque mali operarii, de quibus sæpe Paulus loquitur. passim enim suo seculo tales oberrabant operarii, quærentes quæ sua erant, non quæ erant Christi. Vide autem,quum operarios vocat,ministerium & dispensationē Euangelii non otio, sed labore adimpleri.Hinc est quòd Paulus perpetuò laboris meminit.Galat.4.b.11,Timeo ne frustra laborauerim in vobis.Philipp.4.a.3,Adiuua eos qui mecum laborauerunt in Euangelio.1.Timoth.5.c.17,Maxime qui laborant in verbo & doctrina.

38 Rogate igitur,&c.] His verbis satis indicat Christus supra humanam virtutem esse,huiusmodi messores in hanc messem ablegare: orandúmque esse Dominum messis, vtique Patrem, vt ipse operarios in messem suam extrudat. Vnde Paulus de hac re loquens,2.Cor.3.a.4,ait,Fiduciam autem huiusmodi habemus per Christū erga Deum,non quòd idonei simus ex nobisipsis cogitare quicquam tāquam ex nobisipsis,sed quicquid idonei sumus,id ex Deo est,qui & idoneos fecit nos ministros noui testamēti,&c.Loquitur autē de ministerio suo erga Corinthios,quos fecerat prædicatione sua,epistolā Christi,Spiritu in cordibus scriptam, hoc est verè Christianos.Operatur enim Deus omnia in omnibus suo Spiritu,1.Corin.12.a.6.Apparet igitur satis hæc necessitas ipsum orādi,vt suo Spiritu prædicatores,(sine quo nulli esse possunt) efficiat, & in orbē extrudat. Rectè itaque Rom.10.c.15,Paulus dicit, Quomodo prædicabunt,nisi mittantur? tanquam dicat,Non est possibile vt quisquam Euangelium annūtiet, nisi à Deo in hoc destinetur. Extrudat] Græce,eiiciat. Ita scriptum est etiam in peruetustis Latinis codicibus.Maluit nouus interpres, extrudat, vertere: vt intelligamus celeriter mittendos, ac vel inuitos ac cunctantes extrudendos in opus Dei. id quod notauit Hieronymus hunc citans locum. Hilarius legit eiiciat.

CAP. X.

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatẽ spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarẽt omnẽ languorem & omnẽ infirmitatem.

CAP. X.

1 ET accersitis duodecim 'discipulis suis, dedit eis 'potestatem aduersus spiritus immũdos, "vt eiicerent eos, & sanarẽt quemuis morbum & quemuis languorem. Har. 2 1. Marc. 3. b. 13. luc. 9. a. 1.

Duodecim autẽ discipulorũ nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Pe-

2 Porrò duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon, 'qui vocatur Petrus: & An-

ANNOT.

1 Et accersitis duodecim,] Cohæret hoc caput cum præcedentibus. Christus occasione sumpta ex præcedenti sua commiseratione super turbã, ex officio suo (nam verus est pastor) ipsis turbis incipit prospicere vt veros pastores habeãt. Quòd autẽ duodecim elegerit, nõ dubium quin respexerit ad numerum duodecim tribuum: quasi politiam bene antè institutam significare in animo haberet. Discipulis] Lucas cap. 6. b. 13, dicit Christũ postea vocasse Apostolos. Potestatem aduer. spir. imm.] In quibusdam Græcis codicibus legitur vt hic vertit: in aliis autem, vt legit vetus interpres, potestatem spirituum immundorum. Qua amphibologia offensus Hilarius legit, Potestatem eiiciendorum spirituum immũdorum, quanquam & hoc mox addidit Euãgelista. Vox Græca significat potestatẽ & ius aliquid faciendi: quæ nonnũquam inter homines quidem quum virtute & facultate exequendi iuris careat, effectu suo destituitur: in diuinis verò non item. Apud Deũ quippe coniuncta sunt potestas & facultas. Proinde quia discipuli à Christo vero Dei filio potestatem hic accipiũt, accipiũt simul & virtutem effectricem. Vnde & Luc. 9. a. 1, legimus illa duo coniuncta, potestatem & facultatem. Equidem primos Euangelii concionatores oportuit magna signorum potestate & virtute instructos esse. Nam doctrina quam afferebant, videbatur noua: ipsi verò doctores, quamuis iam diu instituti essent à Domino, apud imperitum tamen vulgus idiotæ erant ac piscatores, vnde nullam habebant authoritatem apud populum. Præterea quum legem promulgaret Moses, multis prodigiis ac miraculis ipsi authoritatẽ parabat Dominus: ergo idem nũc quoque Euangelii sui prædicatoribus fidem parat ex virtutibus. Certè citra doctoris authoritatem elumbis videtur omnis doctrina, quantumvis aliàs egregia sit ac illustris. Habent autem hæ Apostolorum virtutes vsum suum in Ecclesia etiam hodie. Ideo enim doctrinæ Apostolicæ credimus, quòd didicimus vel horũ signorum testimonio indicióque doctrinã illam ab authore Deo, ministrísque eius Apostolis esse profectã. Nam ad Mosem quoque olim dixerat Dominus, Exod. 19. b 9, Ego veniam ad te in densa nube, vt audiat me populus tecum loquentem, & credat tibi in perpetuum. Proinde Dominus his quoque signis Apostolis suis fidem apud nos parare voluit, quo ipsis quoque crederemus in perpetuũ. Vt igitur agnosceretur esse Dei doctrina, sigilla huiusmodi sunt apposita, quæ præpararent animos hominum ad recipiendum Dei Euangelium. Vt eiicerent eos,] Non accipiunt absolutã potestatem vt illis quiduis cum dæmonibus agere liceat pro arbitrio: nam hic additur, vt expellerẽt eos. Nõ ergo poterãt eos hominibus immittere, operáque illorũ ad humani generis perniciẽ abuti. Sic potestatẽ super quemuis morbũ acceperãt, vt ex ægrotis sanos facerent, nõ contrá.

2 Duodecim Apost. no.] Hic est Scripturæ mos, vt nomina eorum quorum opera Deus ad suum vsus est ministeriũ, nõ sinat in obliuione sepulta iacere: sed eos nominibus suis exprimat qui fuerint, partim vt sciamus Deo non esse neglectos qui illi seruiunt: partim etiã ipsorũ fidem memores imitemur. Multũ enim vtilitatis affert, ex nomine cognitos habere, quorum ministerio Deus ad nostrum profectum vti dignatur. Sic Exod. 35. d. 30, ponit Moses nomina eorum quorum industria factum fuerat tabernaculum. Et 1. Paral. 15. a. 4, commemorãtur eorum nomina qui arcam Dei in tabernaculũ à Dauide factum reduxerunt. Primus, Simon, &c.] Indicat Hieronymus non eodem ordine recenseri Apostolos ab aliis Euangelistis quo à Matthæo: nequis ob hoc omnium primũ faciat Petrũ, quòd hic primo loco ponitur. Nã cæteri in iugis Matthæum præponunt Thomæ, Matthæus ipse Thomã præfert, modestiæ causa. At in epistola ad Galatas, 2. b. 9, Paulus primo loco recẽset Iacobũ, inquiẽs, Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbãtur esse colũnæ. Proinde simpliciter intelligendi sunt Euangelistæ qui Petrum & Andream, aut Petrum & Iacobum & Iohannẽ priore loco nõ alia ratione ponunt, quàm quia isti priores sunt in vocatione. Et Petrus præterea reliquis aliquanto erat senior & maturior. Qui voc. Petrus,] Iohan. 1. f. 42, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur

Petrus. Et Mar.3.b.16, Cui imposuit nomẽ Petro. Et Lu.6.b.14, Quẽ Petrũ nominauit. Vnde intelligimus huic Apostolo peculiare nomen à Christo inditũ, vt admoneret opus fore constanti confessione & fide. quasi ad futurã negationẽ respiciẽs. Aut à Petra quã cõfitebatur, assequutus est nomẽ. Infrà 16.c.18, Tu es Petrus, & super hãc Petrã ædificabo ecclesiam meam.

dreas frater eius: Iacobus '*filius* Zebedæi, & Iohan-
nes frater eius.
Philippus, & Bartholomæus: Thomas, & Mat- 3
thæus, '*qui fuerat* 'publicanus : 'Iacobus *filius* Al-
phæi, & 'Lebbæus cognomento Thaddæus:
'Simõ Cananæ°, & Iudas 'Iscariotes, qui & pro- 4
didit illum.
Hos *numero* duodecim 'emisit Iesus, quibus præ- 5
ceperat, dicens, 'In viam Gentium ne abieritis, &
in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini.
Act.13.g.46. Sed ite potius ‖ 'ad oues perditas domus Israel. 6
Har. 2.2. Profecti autẽ prædicate, ‖ dicentes, 'Appropin- 7
Luc.9 a.2.

trus, & Andreas frater eius, Philipp° & Bartholomæus.
Iacobus Zebedæi, & Iohãnes frater eius : Thomas & Matthæus publicanus. & Iacobus Alphæi, & Thaddæus.
Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.
Hos duodecim misit Iesus præcipiẽs eis, dicẽs, In viam Gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis
Sed poti° ite ad oues quæ perierũt domus Israel.
Euntes autẽ prædicate, dicẽtes, Quia appropinqua-

ANNOT.

Filius Zebedæi.] Filius non additur Græce, verùm interpres articulum Græcũ vertit in id nomen quod in articulo subauditur, videlicet filius, quemadmodum & in sequentibus.

3 Qui f. publicanus.] Qui fuerat, addidit interpres, vt rem magis explicaret. Hac autẽ cõmemoratione & deiecit se, & gratum se ostendit erga ineffabilem Christi misericordiam, qui publicanum in gratiam accipere non est auersatus. Hinc discamus, gratiam Dei quæ nobis contigit, non obscurare, sed prædicare, etiamsi illud probro nostro fiat. Pertinebat enim ad gloriam Christi, quòd ex publicano factus esset Apostolus. Iacob. fi. Alphæi.] Ad differẽtiam Iacobi Zebedæi filii, dictus est hic Iacobus filius Alphæi, & paruus, siue minor iuniórque ab aliis cognominatus. Et Lebbæus.] Hic trinominis fuit: nam & Iudas Iacobi frater, & Thaddæus, & Lebbæus dictus est.

4 Simon Can.] A vico Cana Galilææ sic dictus est, vt sentit Hieronymus. Lucas Zeloten cognominatum fuisse dicit. Iscariotes.] Vel à vico vnde fuerat ortus: vel à tribu quæ dicitur Issachar, sic dictus est. Hinc videmus Ecclesiam ex bonis & malis vere credentibus & hypocritis constare. Præterea Euangelium habere suos hypocritas & proditores. quare vidẽdũ ne vnius mali gratia, reliqui boni eiiciantur, ne propter Iudã reiiciamus alios Apostolos.

5 Emisit.] Vox Græca proprie significat eum mandatis emittere. Nunc ostendit Euangelista ad quid fuerint vocati à Christo, & tanta potestate instructi. In viam Gent.] Hebraismus est, pro ad Gentes. Erat populo Israelitico Christus in Prophetis promissus, ex quo debebat & nasci. Huic igitur debebat primo omnium ista regni Dei, cuius in Prophetis habebat promissiones, annuntiatio mitti, & postea demum ad omnes Gentes: id quod ex fine colligimus. Sic & Paulus, Act.13.g.46, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei : sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, &c. Samaritani, iidem erant & Gentes, licet legem Mosis recepissent, quã integre tamen non seruabant. 2. Reg.17.c.27.

6 Ad oues perditas do. Is.] Perditarũ ouium gratia mittuntur Christi ministri, hoc est electorum. In fine præcedentis capitis dixerat populum Iudaicum esse vt oues errantes absque pastore. Oues perditas domus Israel vocauit electos ex Iudæis, Dei cognitione adhuc destitutos. Quòd adoptati erãt in populum peculiarẽ, oues vocauit: oues autem perditas, quòd dissipati erant & abducti à pura doctrina.

7 Appropinq. reg. cæl.] Vide suprà, 3.a.2. Prædicatio hæc similitudinẽ habet vocis præconis, cuius est aduentũ regis annuntiare: vt ad excipiendũ cum gaudio regem, regníque primordia animi populi excitentur, & quasi præparentur. Euangelium, regnum cælorũ vocatur, quòd per illud pateat nobis ingressus in cælos. Lucas cap.9.a.2, habet, Misit illos prædicare regnum Dei.

uit regnum cælorum.

Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date.

Nolite possidere aurũ, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris:

Non peram in via, neque duas tunicas, neque calcea

quauit regnum cælorum.

8 'Infirmos sanate, leprosos mũdate, mortuos suscitate, dæmones eiicite: 'gratuito accepistis, gratuito date.

9 ‖'Ne possideatis aurum, neque argentum, neque æs 'in crumenis vestris, Marc. 6 b. 8. luc. 9. a. 3. & 22. d. 35.

10 Neque peram ad iter, neque 'binas tunicas, ne-

ANNOT.

8 Infirmos san.] Prius dederat Christus Apostolis potestatem edendi miracula, instruxerat antea virtute: nunc verò mittit vt edant. Gratuito accep. grat. date.] Sciebat Christus istam legationem summopere ad quæstum facere posse. quid enim nõ daret ægrotus pro recuperanda sanitate? quid non darent parentes, pro suscitandis liberis? Ideo expressis verbis præcipit vt gratis diuinam illam liberalitatẽ in Prophetis olim prædictam administrent: quòd nõ ex seipsis, sed ab ipso acceperint, idque nullo pretio persoluto, neque commutatione vlla, sed gratis. Quàm hoc vitium non solum in vendentibus, sed & ementibus gratiam Dei, Deo displiceat, exempla sunt in Scripturis, vt 2. Reg. 5. g. 26, de Giezi pueto Elisæi. Et Act. 8. d. 20, de Simone mago.

9 Ne possideatis, &c.] Dictio Græca magis sonat parare, siue acquirere quod nõ habemus: quàm possidere præsentia: vt hæc tria simul referantur ad id quod sequitur, In crumenis. siquidẽ ex hisce tribus rebus solet cudi moneta: quæ primũ ærea fuit ac ferrea, (nam vtrũque significat chalcos) deinde argentea, postremo aurea. Lucas velut exponens istud parare, habet cap. 9. a. 3, Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, &c. Et Marcus, Et præcepit illis nequid tollerẽt in viã, &c. Rursus Luc. cap. 10. a. 4, habet, Nolite portare sacculum. Istis sane verbis nihil aliud prohibet nisi diffidentiam & præposteram solicitudinem rerum necessariarum, qua ostenditur quàm parũ principi Christo legatos mittenti fidatur. Vúltque eos absque omni cura & solicitudine rerum necessariarum liberrimos & expeditissimos in istam legationem abire, nihil dubitantes affatim affore siqua re opus fuerit. Notãdum autem, hæc data Apostolis mandata, temporaria fuisse: Volebat igitur Christus vti opera eorũ ad exiguum tempus, idque in sola Iudæa, vt præpararent eam ad recipiendum Euangelium, veluti præcones: qua peragrata redire debebant ad ipsum. Voluit interea suos semel experiri nihil defore ministris suis, si fideles fuerint: atque ideo omnibus istis destitutos ac nudos emisit, idque ad tempus. Nam postea de penula Pauli legimus, 2. Timoth. 4. c. 13, ad iter sumpta. Et in Petro reperitur gladius, Iohan. 18. b. 10. Atque ideo legimus quasi loci istius, imò mentis Christi expositionem, Luc. 22. d. 35, Quando misi vos (inquit Christus) sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculum, tollat, &c. Vbi primo videmus istam præceptionẽ, temporariam fuisse: deinde ad hoc institutam vt discipuli experirentur quod dictum est, nihil deesse fidelibus Christi ministris. Certe non potest melius sentẽtia Christi in his præceptis sumi quàm ex ipsa ratione, quam mox subiungit, dicens, Dignus est operarius cibo suo. q. d. Communis omniũ habet sentẽtia, dignum esse cibo eũ qui laborat. Proinde de cibo solicitũ esse, nihil attinet ad laborantem, sed ista prouincia incumbit ei cui laboratur. Curate potius vt fideliter laboretis, nihil soliciti de cibo. nam is vltrò aderit, subministratus ab illis ad quos diuertetis. Nam istud ita intelligẽdum esse, nempe Oportere laborantẽ cibũ sumere ab eo in cuius bonum laborat: ipse Christus Luc. 10. b. 7, clare docet, quum dicit, In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius cibo suo. Et in quãcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis. Ipse etiam Paulus 1. Cor. 9. a. 7, Quis militat suis stipẽdiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius nõ edit? &c. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnũ est si nos carnalia vestra metamus? Gal. 6. b. 6, Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

In crum. vestr.] Græce, In cingulis. Iuxta veterũ morẽ locutus est, iuxta quem milites siquid erat æris, id in zonis gestabãt. Vnde prouerbiũ illud apud Flaccum, Zonam perdidit: de eo cui nihil erat pecuniæ.

10 Neque binas tun.] Ad idem spectat: ne videlicet alteram induant, alteram in sarcina

gustiis, horroréque, & vmbris mortis. Iucunda similiter Euangelii prædicatio animis metu iræ & iudicii Dei, mortísque æternæ pressis. quid illis iucundius nuntiari potest, quàm gratia reconciliationis, remissio peccatorum, & regnum Dei? Hanc pacem Paulus Philip. 4.b.7, dicit omnem hominis sensum excedere. Iubet autem eos dicere, domui: vt intelligatur pacem istam & reconciliationem toti familiæ offerri.

Et si quidẽ fuerit domus illa digna, veniat pax vestra super eam: si autem nõ fuerit digna, pax vestra reuertatur ad vos.

13 Et 'si quidẽ fuerit domus digna, veniat pax ve-
stra super illã: 'sin minus fuerit digna, 'pax vestra
ad vos reuertatur.

Et quicũque nõ receperit vos, neq; audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedib⁹ vestris.

14 ‖Et quicũque non exceperit vos, neque audierit Marc. 6.b.11 luc. 9.a.5.8.
sermones vestros, exeuntes ex ædibus aut ciuitate
illa,‖ 'excutite puluerem pedum vestrorum. Act. 11.g.51, & 18.b.6.

Amen dico vobis, tolerabilius erit Terræ Sodomorũ & Gomorrhæorũ in die iudicii, quàm illi ciuitati.

15 'Amẽ dico vobis, 'tolerabilius erit terræ Sodo-
morũ & Gomorrhæorũ in die iudicii, quàm ciui-
tati illi.

ANNOT.

13 Si quidem f. domus di. veniat, &c.] Id est, si paterfamiliâs dignus fuerit, hoc est eã receperit. Nam Lucas pro hoc dicit, Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet, &c. Vt intelligas, Primum ita pacem hãc offerre Christũ digno patrifamiliâs, vt simul offerat omnibus illius domesticis ad illum pertinentibus, illáque requiescat super domum totam, si à patrefamiliâs accepta fuerit. Deinde domus dignitatem consistere in patrefamiliâs vides in eo quod dicit Lucas, Si ibi fuerit filius pacis. Atque ista est peculiaris illa Dei bonitas, quæ etiam in Veteri testamẽto locum habuit, quòd gratiã fœderis non in solo patrefamiliâs constituit, sed cum illo simul omnem eius domum assumit: id quod videre est in Noe, Abraham, Isaac, Iacob: & in Zacchæo, Lucæ 19.b.9, vbi Christus dicit, Hodie domui huic salus facta est, eo quòd sit filius Abrahæ. Vetera Latina exẽplaria etiã legunt veniat. Sin min. fue. digna,] Lucas habet, Si verò vos non receperit. Id est, si digna nõ fuerit, ídque vos non recipiẽdo declarauerit. Pax ve. ad vos reuertatur.] Hoc est, careat domus illa oblata benedictione pacis, quã vt indigna respuit. Ne pergatis Euãgelium & effectũ eius in trãquillandis conscientiis, prædicare illis qui Euangelium non curant, neque audiunt libenter: iuxta illud suprà 7.a.6, Ne proiiciatis margaritas vestras ante porcos. Nihil quidem peccastis quòd ipsis obtulistis salutem ac pacem: quãuis enim ipsi non receperint salutẽ, nihil tamen peribit vobis de salute vestra: imò vobis salutare erit quòd vos vestro functi estis officio, ac quãtum in vobis erat, voluistis communẽ ipsis communicare salutem. Similis ferè sententia in Ezechiele, 3.c.19, Si autem tu annuntiaueris impio, & ille nõ fuerit cõuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuã liberasti. Idem legitur & capite 33.b.9. Vetera Latina exemplaria etiam legunt, reuertatur.

14 Excu. pul. pe. vest.] Voluit consolari eos, ne frãgerentur animis propter contemptũ suæ doctrinæ: affirmat enim non fore impune contemptoribus. Excussio pulueris è pedibus, signum est anathematis, tanquam nolint contagionem contrahere è terra ab incolis corrupta. non quòd per se corrupta sit terra, sed ex sceleribus incolarum contagionem contrahit. Sanè ista pulueris excussio hoc volebat, vt testimonium esset incredulis ac contẽptoribus contemptæ ac repudiatæ gratiæ, ne videlicet in posterum esset excusationi locus, se non audisse regni Dei nuntium. nam Marcus cap. 6.b.11, addit, In testimonium illis. Lucas verò cap. 9.a.5, In testimonium aduersus illos. q.d. etiam puluis iste, quem nos legati in ciuitate vestra contraximus, testis erit in die illo, si negare volueritis, nos adfuisse, regnúmque Dei nuntiasse. Huius præcepti exemplum habemus Act. 13.g.51, Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos, venerũt Iconium. Et cap. 18. b.6, in eadẽ significatione, Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrũ, ex hoc ad Gentes vadam. Hinc admonemur quantopere displiceant Deo contemptores doctrinæ suæ.

15 Amẽ dico vobis.] Vt sequentia serio persuadeat, more suo dicit Amen: iuramento in re seria & certa vtens. Tolerabilius e. ter. Sod. & Gom. in die iudicii.] Per diẽ iudicii quidã

intelligũt tẽpus illud in quo per Romanos vltionẽ ſumpſit Deus de Iudæis. Verùm hic ſenſus non conuenit: nam tunc Sodomorum & Gomorrhæorum conditio, neque bona, neque mala erat. pœna fuit temporalis quando exuſti ſunt. Neceſſe igitur de extremo iudicio intelligere locum iſtum. Exuſtio illa, temporalis fuit, exemplar ignis æterni, vt eſt in epiſtola Iudæ, verſu 7. Singulari modo aduerſus Sodomam ſuccenſuit Dominus. Quòd ſi tunc tam abominabilis fuit coram Deo, certe atrociorem pœnam in die iudicii ſuſtinebit: licet admonita nõ fuerit, neque dignatus fuerit eam Dominus aliquo Propheta. Nunc verò dicit, verbi Dei cõtemptores grauius puniendos, admonitos toties ab Apoſtolis & aliis verbi Dei miniſtris.

Luc.10.a.3. ‖ᵃEcce ego emitto vos velut oues in medio lupo 16
rũ: ᵇeſtote igitur prudentes veluti ſerpẽtes, & ſim-
plices ſicut columbæ.
ᶜCauete autẽ ab illis hominibus: tradẽt enim vos 17
in ᵈconcilia, & in ᵉcõciliabulis ſuis, flagris cædẽt vos.

Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ: eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in cõciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

ANNOT.

16 Ecce ego mitto vos] Non admonet Apoſtolos de iis quæ inſtabant periculis, verùm de iis quæ in Apoſtolatu ſuo paſſuri erant poſt reſurrectionem. Hæc enim erat extraordinaria legatio, in qua nulla eos ſenſiſſe incommoda legimus. tyrocinium erat & præludium: ſed poſtea maior fuit prouincia. Oues vocat, quòd ſerui eſſent Domini, deſtituti omnibus humanis auxiliis: vt & ſe oues agnoſcentes, reſpicerent in paſtorem, facti vt oues mactationi deſtinatæ. Dicit igitur, Securos vos quidem omnino volo abire in meſſem Euangelicam: quare, hac prima legatione iubeo vos nullo viatorio inſtrumẽto munitos abire: vt experti hac vice Patris pro vobis curam, agatis in futurum tanto cõfidentius. nam ingentia pericula adibitis: quorum volo vos præmonere, vt magis animi veſtri confirmentur, quum cogitabitis Patrẽ, qui in hac prima legatione omnia pericula à vobis arcuerit, nequod incideret, eundem non defuturum quando alia ingruent. Eſtote ig. prudẽ. velut ſerp.] Hoc eſt, agite circunſpecte & caute omnia, poſtquam in medio luporum agitis, nequid peccetis, & incõmodi aliquid accipiatis: ſed ita tamen callidi & prudentes ſitis, vt citra iniuriam aliorum, citra aduerſum charitati ſtudium veſtri, omnem prudentiam veſtram ad hoc duntaxat adhibeatis, vt plurimis proſitis communicato Euangelio. Atque hoc eſt quod Paulus Epheſiis ſcripſit, (Epheſ. 5.d.15) Videte igitur quomodo caute ambuletis, non vt inſipientes, ſed vt ſapientes: redimentes occaſionem, quòd dies mali ſint: propterea ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Domini. Coloſſ.4.a.5. In ſapientia ambulate, ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes. His verbis apparet quæ illa ſerpentina Chriſtianis digna prudẽtia ſit, nimirũ qua ita à malis hominibus ſibi caueant, aliíſque ſatanæ inſidiis, nequo pacto præter voluntatem & gloriam Dei aliquid admittant, & vt regnum Dei nequicquam illis repugnantibus in ſalutem multorum promoueatur. Certe in genere reſpicit ad communem illam ſerpentis prudentiam, id eſt calliditatem qua magna cautione nemini fidit, ſed omnia aſtute agit, quo ſibi probe caueat. Neque eſt hic de natura ſerpentis philoſophandum: quum videamus quid Chriſtus hîc voluerit, nec longius progrediendũ. In colũbis nihil aſtutiæ eſt. qui ſynceriter & in vera ſimplicitate ambulãt, multa incõmoda & pericula effugiunt. Quidã putãt, Chriſtum præcepiſſe vt magna cautione, (quam per ſerpentinã prudentiam exprimit) lupos, in quorum medium erãt amandandi, fugerent, ſibíque cauerent: erga autem oues illas perditas domus Iſraelis, regno Chriſti acquirendas ſimpliciſſimi eſſent & integerrimi, abſque omni aſtu inſtar colũbarum.

17 Cauete au. ab illis homi.] Quo ſenſu dixiſſet ſuprà, Eſtote prud. &c. nunc exprimit. Non præcipit Apoſtolis vt quoſvis homines fugiant, aut ſibi abſque vllo diſcrimine à quibuſvis caueant: ſed ab iis quos ante vocauit lupos, qui ſatis noti erant diſcipulis, quales Scribæ, Phariſæi, Sacerdotes, Senioréſque populi, qui potiſſimum Chriſti doctrinæ aduerſabantur. Idcirco ab interprete additum eſt, illis: quod etiam indicabat articulus Græcus, vt idem annotat. Concilia.] Synedrion Græcè ſignificat conſeſſum ſenatorũ ac iudicum, primorúmque populi. Conciliab.] Vox Græca ſignificat tẽpla quò conuenit populus: ſignificat & conciones populares, vt hoc loco. Obſeruandũ certe, Chriſti aduerſarios, quamuis lupos & beſtias magis quàm homines referãt, totos in hoc fore, vt non vi, ſed iuſto iudicio videantur Chriſti miniſtros, tanquam ſchiſmaticos & ſeditioſos in conciliis condemnatos, in ſynagogis populi communi conſenſu caſtigatos, publicæ poteſtati puniendos offerre. licet hoc hominum genus nec populum curet, nec magiſtratum, ſed tantum magno ſtudio illis ad ſuos

affectus abutatur, vt videatur nihil ex odio & sinistro affectu, sed omnia insto iudicio metiri. Hoc pacto, quum Christum ipsum cepissent per suos satellites, potuissét utque per violentiam occidere, maluerunt illum primò seniorum concilio sistere, ibique condemnare, dein concilii authoritate condemnatum præsidi offerre puniendum, qui eum populi congregationi condẽnandum obtulit, supplicio à se afficiendum postea. Hinc (vt Marcus ait, cap. 15. a. 1, & Lucas 22.g.66.) seniores plebis, principes sacerdotũ & Scribæ in conciliũ coeunt, illicque innocentem cõdemnant: atque ita condemnatũ præsidi sistunt. Et Pilato innocentem pronũtianti respõdent (Ioh.18.f.30) Si non esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eum. Lucas verò 23.b.13, de synagoga, siue concione populari sic ait, Pilatus conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominẽ, &c. Eodem modo rapiuntur & Petrus & Iohãnes, Act.4 a.1. Et Apostoli omnes, Act.5.c.17. Et 12.a.4, Volens post Pascha producere eum populo. Et Stephanus, Act.6.d.12, & 7.a.1, & g.57.

Et ad præsides & ad reges ducemini propter me, i testimoniũ illis & Gẽtibus.

18 Quin & ad principes ac reges ducemini, 'propter me, "in testimonium ipsis ac Gentibus.

Quum autem tradẽt vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

19 ‖At quum tradiderint vos, 'ne sitis soliciti 'quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Mar.13.b.11 luc.12.b.11.

Non enim vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.

20 Non enim vos estis illi loquentes, sed 'Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parẽtes, & morte eos afficiẽt.

21 Tradet autem 'frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii aduersus parentes, & morte afficient eos.

ANNOT.

18 Propter me.] Sic suprà, 5.a.11. Marc.8.d.35. Luc.9.c.24. Idẽ valet, Propter nomen meũ. In testimonium &c.] Illis, scilicet Iudæis, quòd Dominus ipsis misit verbũ suum promissum de suo Messia, ac eos sanare voluit: ipsi verò renuerunt, ita vt sint inexcusabiles. Gentibus in testimonium, quòd idem Euangelii verbum ex gratia oblatum non receperint. Non perit igitur ministrorum verbi Dei opera: etiãsi respuãtur: nã cedet impiis in testimonium.

19 Ne soliciti s. quomodo.] Aut, anxii. Cogitare significat dictio Græca, sed anxiè & solicitè. Non cogitationem Dominus iubet abiicere, sed solicitudinem, siue solicitam, anxiam & trepidantem cogitationem. Magnum est, regum conspectum sustinere: verecundia etiam ipsa frangit animos: quid quũ reges ardẽt iracundia aduersum verbi ministros? Consolatur igitur, dicens, Non debetis viribus vestris constantiam metiri, quæ sane necessaria est in conspectu regum. Date ergo hanc gloriam Deo, vt non dubitetis vos perstaturos, etiamsi non suppetant vobis vires: imò confidite superiores vos fore omnibus difficultatibus. Hic non damnat quamuis solicitudinem, sed eã solum quæ nos impedit quominus faciamus nostrum officium. Possumus cogitare ita vt timeamus: interea autem trepidationi debemus spe resistere, quam Dominus suppeditat: qui in Luca cap.21.e.14, promittit, Ponite ergo in cordibus vestris nõ præmeditari quemadmodũ respondeatis. ego enim dabo vobis os & sapientiã, cui nõ poterũt resistere õnes aduersarii vestri. Quid per os & sapientiã intelligeret Christus, idem Lucas cap.12.b.11, clarius explicat, dicens, Nolite solliciti esse qualiter aut quid respõdeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Spiritum igitur sanctum pollicetur adfuturum, & veritati patrocinaturum inuictè. Quomodo aut quid] Duo sunt in oratione, res & ordo tradendi. q.d. quàm circunspectè debeatis componere sermones vestros, quàm apertá sitis reddituri rationẽ. nolo enim vos ad ea confugere præsidia quibus hominum vulgus solet vincere.

20 Spiritus Pat.v.] Hoc nobis debet sufficere, si adest Spiritus Dei: nam requiritur prudentia & fortitudo, quam ipse suppeditat. Hinc videmus nos huic difficultati impares esse: succurrit autem Dominus nostræ imbecillitati per Spiritum suum.

21 Frater fratrem,] Admonet quàm dura sit suorũ conditio, vt etiam ea quæ aliis solent esse præsidio, futura sint illis damno. Hinc etiam vehementissimum satanæ odium videmus aduersus Christi regnum: potentissimam deinde tyrannidem in filios huius seculi, qua etiam fratrem in fratrem, patrem in filium, filios in parentes armat.

Et eritis odio habiti 'ab omnibus 'propter no- 22
Luc.21.d.19. mẽ meum.‖verùm 'qui sustinuerit vsque ad finem,
hic saluus fiet.

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum. qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.

Quum autem persequuti vos fuerint in ciuita- 23
te hac, 'fugite in aliam. Amen enim dico vobis,
non 'perambulaueritis omnes ciuitates Israeliticas,
'quin iam venerit Filius hominis.

Quũ autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat Filius hominis.

Har. 2. 3. ‖'Non est discipulus 'supra præceptorem, neque 24
Luc.6.f.40. Ioh.13.b.16. & 15.c.20. seruus supra dominum suum.

Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.

Sufficit discipulo vt sit sicut præceptor ipsius: 25

Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius:

ANNOT.

22 Ab omnibus] Posthæc neque vetera Latina exemplaria legunt, hominibus. Prædicit Dominus suos à pluribus odio habendos, id est malis omnibus, quorum omnia plena sunt: nam pauci sunt electi. Propter nomen meum.] Hoc est, propter me, vt suprà cap.5.a.11.

Qui sustin.vs. in fi.] Hoc est quod Lucas dicit cap.21.d.19, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hæc consolatio est. qui sub principibus militant, dubii sunt de victoria: hic verò Christus certã victoriã promittit certantibus vsque ad finem. Ne dubitemus igitur certare pro gloria Dei, etiam cum periculo vitæ.

23 Fugite in aliam.] His verbis iussit Christus nõ tam fugere persecutionẽ in vrbe aliqua illos prementem, quàm primo quoque tempore se recipere in aliã, verbo Dei magis dignam. quod sequentia satis indicant, Nõ perãbulaueritis omnes, &c. quæ hoc sensu prioribus videntur subnecti, Siqui Euangeliũ pacis, quod offertis, noluerint suscipere, sed persecuti vos fuerint, cito illos deserite, thesauro vestro indignos: sed sic vt quamprimũ ad alios cõcedatis, vt plurimum fructus afferatis: semper enim erit quò prædicatũ abire licebit. Nam etiam paucas Israeliticas vrbes (ad quas impræsentiarum vos ablego) nõ poteritis prædicãdo omnes percurrere, regníque cælorum per Euangelium participes reddere (quod est eas perficere: nam id significat verbum Græcum) donec Filius hominis veniat: nedum vrbes Gentium, ad quas à resurrectione mea vos amandabo. Non igitur vult eos tantummodo eam ob causam fugere, vt seipsos seruent, sed vt Euangelium regni, si in vna non permittatur, in alia ciuitate spargant. Officio non vult cedere, cedere vult lupis: nam addit, In aliam ciuitatem. Non perambulaueritis] Græce, perfeceritis, vt paulò ante dictũ est. Quin iam venerit Filius ho.] Alii intelligunt hoc de progressu regni Dei: ita vt Christus loquatur hic de virtute illa regni sui, quæ à resurrectione, Spiritúsque sancti missione cœpit. nondum enim peragrauerant omnes ciuitates Israel, quum Christus resurrectione sua declarauit se venisse iuxta promissiones Prophetarum. Quo sensu videtur etiam dictum quod infrà cap.16.d.28, legitur, Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortẽ donec viderint Filium hominis venientẽ in regno suo. Alii exponunt de exitio vrbis Ierosolymitanæ, quum vltus est illorũ ingratitudinem & cõtemptum verbi sui. fuit ille manifestus Christi aduentus. Quibusdã videtur esse cõsolatio quæ ad solos discipulos proprie pertineat. nã ad nos venit Christus, quoties nobis adest, & nobis in rebus desperatis remediũ adfert. Voluit igitur Dominus suos confirmare, & omnẽ scrupulum è conscientia eximere. q.d. Non poteritis implere mandatum meum, quin ad vos veniam. Hæc videtur valde apposita expositio. Tametsi simplicius videatur quod quidam annotãt, Non finẽ feceritis prædicãdi in ciuitatibus Israel, quũ ego vos subsequar. Nã præmiserat eos in omnẽ locum quò erat ipse venturus, Luc.10.a.1: vt quod ipsi prædicauerãt, ipse facto præstaret. Et sequẽti cap.a.1, dicitur, Trãsiit inde vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorũ

24 Non est discip.] Vulgi prouerbiũ fuit, quo vsus est etiã Iohã.15.c.20, Nõ est seruus maior Domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequẽtur. Hinc videas, libenter Dominũ vulgaribus sermonibus vsum, agentẽ potissimũ hoc, vt pietatẽ rudibus animis persuaderet. Hac autẽ alia consolatione animos suorũ erigit. quis enim audeat sortem cõmunem cũ filio Dei & Domino suo recusare? Christus est Dominus: nos verò serui illius. Hæc cogitanda potius, quàm lõgiori sermone explicãda. Eodẽ prouerbio vsus est Christus & Ioh.13.b.16, exhortãs ad sui imitationem in officiis mutuæ charitatis & modestiæ. Supr.præcept.] Vel, superior aut potior præceptore.

& seruo, sicut domin' eius. si Patremfamiliâs Beelzebub vocauerũt, quanto magis domesticos eius?

& vt seruus sit sicut dominus ipsius. si ipsum 'Patremfamiliâs vocauerunt 'Beelzebul, quanto ma- Infrà 12.b.24
gis domesticos illius?

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod nõ reueletur: & occultum, quod non sciatur.

26 'Ne igitur metuatis eos. 'Nihil enim est tectũ, Mar.4.c.21. luc.8.c.17. & 12.a.2.
quod non 'sit retegẽdum: & nihil occultum, quin
futurum sit vt sciatur.

Quod dico vobis in tenebris, dicite ĩ lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

27 'Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: &
quod in aurem auditis, prædicate in tectis.

ANNOT.

25 Patrẽf.] Quũ se vocat patrẽfamiliâs, perinde est acsi dominũ Ecclesiæ diceret. Vide autem vt in applicationẽ prouerbii maluerit Christus ponere patremfamiliâs & domesticos, quàm dominum & seruos. qua in re satis declarat quantum velit suos sibi coniunctos esse: planè eo affectu quo & alibi dicit, Iã nõ dico vos seruos, sed amicos. Ioh.15.b.15. Beelzebul.] In Græcis codicibus omnibus, immutato vltimo elemento (vt ferè fit quum in aliam linguã nomina transferuntur) legitur Beelzebul. Cæterùm Hebraice dicitur Baal-zebub, quod magistrũ, siue dominum muscæ significat. Fuit autem idolum Accaron vrbis Philistinorum, 2. Reg.1.a.2: quod idololatræ patroni loco habebant. Baalim, minores erant dii, siue patroni. Videmus quo loco sit habitus Christus apud magnos, prudẽtes, & sanctos, vt externa specie sese venditabant, quum impii essent. Dominũ autẽ muscæ siue muscarũ dictum idolum putant quidam quòd frequentes illic essent muscæ, ob cadauera quæ illic sacrificabãtur: aut quòd Palæstina, præcipue autem Palæstinorum præcellens vrbs Accarõ, ipsum coluerit fortassis contra muscarum insectorúmque omnium diuexationes.

26 Ne igitur metuatis] Ex superiori æquitatis ratione colligit quod persuadere volebat, nẽpe aduersarios eos non esse metuẽdos qui traditurí erant in mortẽ. Igitur (inquit) quum tã maligne exceptus fuerit Dei filius qui longè præstabat, nõ debetis vos metu aliquo impediri quin cordate & strenue officio vestro incũbatis. Nihil est tectũ, &c.] Et hoc prouerbiũ est priscis (Tertulliano teste in Apologetico suo cõtra Gẽtes) decãtatissimũ: quod hoc sensu adduxit Christus: Vulgo dicitur, Nihil tectum esse quod non tandem retegatur: ita & mea doctrina quæ nunc occulta est, patefiet mundo, vtcunque videatur occlusa in tenebris: & quidem per vos, qui in luce & super tecta prædicare orbi debetis quæcunque in tenebris & in aurem à me dicta percepistis. Hunc esse verum huius loci sensum sequentia satis indicant. Tametsi alius huius prouerbii alius & quidem duplex videatur esse vsus. Vnus, qui facit ad consolationem eorum qui iniuriam ferunt: fore aliquando diem qui occultam ipsorum innocentiã in lucem producat: licet nũc magi, malefici, & seditiosi dicantur. huius exempla sunt, Ioseph, Dauid, Susanna. Alter vsus, ad deterrendũ à malefactis: quãdo futurũ sit vt Deus iustus iudex nõ patiatur malitiam impiorum in occulto latere: vt est 1. Corinth.4.a.5. Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. Sit retegendum:] In vetustioribus Latinis codicibus veteris interpretis, in futuro, vt & Græce, legitur, Quod non reuelabitur: & occultum, quod nõ scietur.

27 Quod d.vo.in teneb.] Opponit in hoc versu, tenebris lucem: item In aurem audire, &, In tectis prædicare. Significat autem, In tenebris dicere, secreto colloquio aliquid committere. Igitur in luce dicunt, qui palàm & diserte efferunt quod acceperunt. Ita In aurem audire vel dicere, est priuato congressu aliquid excipere vel committere. Translatum id videtur ab iis qui propius admoti, ad aurem insusurrant quæ nolint ab aliis exaudiri. Ergo in tectis prædicare, est palàm in vulgus spargere commissum, & quàm apertissimè latissiméque euulgare quod tibi est concreditum. More illius regionis dictum, in qua ita constructa sunt tecta vt in illis sint & consessus & stationes. Propterea Deut.22.a.8, ita legitur, Quum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & fias reus labente eo, & in præceps ruente. Et Iudicum 16.g.27, legitur, Ludente coram principibus Philistæorum Samsone, in tecto ac solario domus illius fuisse tria millia virorum ac mulierum, Samsonis ludum spectantium.

'Et ne metuatis vobis ab his qui occidunt cor- 28
pus,'animam autem nõ possunt occidere:sed'me-
tuite magis illum qui potest & animam & corpus
perdere in gehennam.
'Nónne duo passerculi minuto asse veneunt: 29
& vnus ex illis 'non cadet in terram, 'sine Patre
vestro?
1.Sam.14.g.45. ‖'Vestri verò etiam pili capitis omnes numerati 30
sunt.
Mar.8,d.38. luc.9.c.26, & 12.b.8 2.tim.2.b.12. 'Ne igitur metuatis:vos pluris estis quàm mul- 31
ti passerculi.
‖'Omnis igitur qui confitebitur me coram ho- 32

Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere:sed potius timete eũ qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

Nónne duo passeres asse væneunt:& vnus ex illis nõ cadet super terram sine Patre vestro?

Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.

Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

Omnis ergo qui confitebitur me corã hominibus,

ANNOT.

28 Et ne metuatis] Exhortatio ad contemptum mortis, ministris verbi apprime necessarium:qui hac constãtia non armati,officinm facere non possunt,tot periculis obiecti, quibus frangi possent. Anim.au.non pos.occi.] Argumentum ab impotentia tyrannorũ,qui in animã nihil habeant potestatis:simul diuinã prouidentiã ponit ob oculos. Metuite ma.il. qui potest,&c.] De tyrannis dixit simplieiter,Occidũt corpus.de Deo verò,Qui potest perdere & animã.Itẽ addit,In gehennam.q.d.Si reformidantes tyrãnos quibus eritia odio, mandatũ Patris contempseritis,videte ne cupientes vitam hanc carnis seruare, perdatis & æternã. nam iratus Pater potest animam simul & corpus coniicere in gehennã.Lucas habet, Postquã occiderit, potestatẽ habet coniiciendi in gehennã.Hæc Paulus sensit,1.Cor.9.c.16, Si euangelizauero,nõ est mihi gloria:necessitas enim mihi incũbit.Væ autẽ mihi est,si non euangelizẽ.

29 Nónne duo pass.minuto asse ven.] Diminutio illa, passerculi, & minuto asse, facit ad emphasim.Nã quod vetus interpres vertit,asse, diminutiuũ est Græce: quasi dicas,terũciolo. Quanquã Romanã vocẽ effinxit,siue Euangelista,siue qui vertit ex Hebræo. As enim siue assis, qui & libella dicitur,nũmulus erat, cuius vilitas etiã prouerbiis testata est.Catullus, Omnes vnius æstimemus assis.As à doctioribus æstimatur quatuor denariolis Gallicis.Christus autem ad prouidentiam Dei suos reuocat,vt sciant nihil potestatis in vitam ipsorum habere homines,nisi permittente Patre,qui ipsos in fidem suam recepit.Tuetur passerculos: quanto magis filios? Non cadet in terram] Hebraica periphrasis est pro peribit.Est autẽ ea ratione dictum, quòd soleant aues,siue vltro moriantur,siue sagittis percutiantur,in terram mortuæ cadere:quũ alioqui sublimia incolãt. Sine Patre ve.] Id est,sine voluntate Patris. Istud emphasim habet: q.d. Pater vester est,non passerculorum: quomodo poterit igitur minorem vobis,quàm passerculis curam impendere? Miram hic locus consolationem habet,si enim fide quis perpendat: õnia dispensari à Deo,sine cuius prouidentia,ne vel tantillũ quidẽ,vlla in re quamlibet minuta,accidere potest.De particulari autem Dei prouidetia hic loquitur, non solùm quòd gubernet totam hanc machinam,sed quòd curæ sit illi etiam passercula.

30 Vestri verò etiam pili] Miram hæc omnia habent emphasim.Vestri verò,respectu auiculatũ. Non dicit,capita aut membra vestra numerata sunt:sed pili, qui tamen corporis vilissima portio sunt.Iam qui pilorum rationem habet, multò magis de capite ipso solicitus est. Neque frustra dicit,Numerati sunt:vt singularem &præcipuam curam ostendat.nam quæ numerantur,ideo numerantur, nequid ex ipsis depereat.

31 Ne ig.metuatis] Conclusio argumenti à prouidentia Dei cum adhortatione:vt erigant animos discipuli.

32 Omnis ig.qui confit.me] Græce legitur, confitebitur in me. Sic mox,Confitebor in eo : pro Cõfitebitur me,& confitebor eum.sic autẽ dixit(vt suspicatur nouus interpres)iuxta idioma Hebræorũ, apud quos frequenter litera Beth, quæ officio præpositionis In fungitur, sæpissime vacat.Ostẽdit cur hortatus fuerit ad contemptũ mortis:ne scilicet timor mortis eos reuocaret ab officio . Simul hoc argumento vtitur ad excutiendum præposterũ timorem ex animis suorum:vt verbum suum magna fiducia, reiecto metu prædicent.Est autem ab ipsa

æquitate desumptum argumentum, quid enim æquius, quàm eum seruum à Domino tempore gloriæ suæ negari, qui herum suum tempore belli negauerit? Hìc Cõfiteri Christũ, est ingenue profiteri veritatem Euangelicam, hoc est, diserte & constanter fateri Christũ verum Deum & hominem, vnicam esse orbis salutem, per quem solũ iustificentur fideles. Hic videmus non esse satis homini Christiano, in Christũ corde credere, nisi illum & aperte coram hominibus confiteatur pro fidei mensura, pro officio & vocatione, & prout opportunitas tulerit. Pro fidei mensura corde creditur ad iustitiam: oris autem confessio fit ad salutem; Rom. 10. b. 10. Credidi: propter quod & locutus sum: 2. Cor. 4. c. 13, ex Psal. 116. 10. Est igitur mater confessionis fides. Pro vocatione: plus enim requiritur à pastore, quàm ab homine plebeio. nam pastor ita debet confiteri, vt silentio aut dissimulatione veritatem Dei non prodat. In opportunitate debemus videre quæ sit spes profectus. Non irrumpendũ est temere vbi nulla est audientia. Præterea vbi nullus est vsus, quorsum cõfitebimur? Postremo, aliquando vocabimur ad reddendam confessionem fidei nostræ coram tyrannis: tunc confiteri debemus tanquam ipse Deus requireret testimoniũ à nobis. verùm, quando, quomodo, quantum, quibus verbis, præscribi non potest: implorandus est spiritus prudentiæ, qui nos armet sancta audacia, qua instructi procedamus in publicum. Abnegatur autem quũ nec ipsum pro vero Deo & homine, nec pro nostro saluatore, iustitia, & redemptore, neque ipsius doctrinam pro veritatis doctrina agnoscimus, imò illius nos & piget & pudet, ídque vel ex malitia & cõtemptu, vel ex trepidatione aliqua & metu pudendo. Ex contẽptu & malitia abnegauit Christum impius rex Iulianus: ex metu, Petrus. Hodie ex malitia, Iudæi & Turcæ, non ignorantes Euãgeliũ mysteria. Ex pauore negant, qui metu mortis, tormentorum, exilii, & proscriptionis, interrogati à magistratu, negant se Euangelii studiosos esse. Alii verò ingenuè quidẽ & nihil coacti confitẽtur Christũ esse vnicum sacerdotem, vnicam & æternã fidelium hostiam, expiationẽ, purgationémque: interea tamen coeunt in vnum corpus cum illis qui putant suam salutem non solius Christi satisfactione, sed innumerabilium diuorũ intercessione parari: frequentant sacra in quibus sacrifici iactitãt se reale Domini corpus offerre pro expiatione peccatorũ, tam viuorum quàm mortuorum: horum sacris participant, genua flectũt imaginibus, adorántque ea quæ non ignorant lege Dei esse vetita. Præterea pro more exercent parentalia, quæ vocant anniuersaria: quasi his sacris è purgatorio igne animæ à corporibus separatæ, in isto igne fabuloso diuexatæ, liberentur. Quòd si non intersint, conscientia conuicti, vel vt videantur fidelibus recto pede pergere in verbo Euangelii: certe interfuisse videri volunt infidelibus, nequid illis de fama & bonis apud illos depereat. His factis Dominum negant, quem verbis satis magnificis alioqui fatentur, qui etiam tempore persequutionis fidem in corde retinere satis putant, ne propter oris confessionem periculis obiiciantur. At Dominus istos omnes ab erroribus ad verã perfectámque confessionem sui reuocat, disertam, simplicem, & apertam: qualẽ olim cõstat fuisse sanctorũ Christi martyrũ: quos quũ ministri ad incesta sacrificia pertraherent, moneréntque tanquam miseratione vtentes, vt in tanta turba sacrificantium saltem simularent se sacrificasse, dissimularéntque si ipsi ministri conclamarent, regum decreto hactenus factum esse satis: tamen adeò non permouerent syncera ipsorum pectora, vt alii exclamarent ingenti voce, Se non sacrificasse, sed esse Christianos, quibus nefas sit prophanis se immiscere sacris. alii maiori etiam fiducia, Neque immolasse se, neque vnquam immolaturos esse testabantur. Cuius quidem certaminis exempla sunt in Ecclesiastica historia Eusebii, lib. VIII, item in Tripartita historia, lib. VI. & apud Eutropium lib. rerũ Roman. cap. XI. Ne igitur vltrà quidam existiment confessionis huius vel etiam negationis nullum esse locũ, propterea quòd neque inter Iudæos neque Gentes infideles, Christóque aduersantes Christiani hodie viuimus: periculosiora sunt tempora, quo magis Christi hostes se verbo Euangelii, corrupto tamen illorum traditionibus & prauis expositionibus aduersus pios se tuentur.

confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.

minibus, ʻconfitebor & ego illum corã Patre meo qui est in cælis.

ANNOT.

Confit. & ego e co. Patre &c.] Id est, qui me pro suo domino & vnico saluatore agnoscet, doctrinam & sermones meos (vt habet Marcus & Lucas) coram hominibus non erubescet, sed ingenue confitebitur: illum & ego pro meo agnoscam, eúmque Patri commẽdabo. Nihil sane optabilius, quàm coram Patre cælesti agnosci, & commendari à Filio.

|Porrò quiſquis 'negauerit me corã hominibus, 33
negabo eum & ego coram Patre meo qui eſt in
cælis.

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corã Patre meo qui in cælis eſt.

Luc.12.f.51. ||'Ne arbitremini quòd venerim ad mittendũ 34
pacem in terram : non veni vt mitterem pacem,
ſed gladium.

Nolite arbitrari quia pacẽ venerim mittere in terram: nõ veni pacẽ mittere, ſed gladium.

'Nam veni vt diſſidere faciam hominem ad- 35
uerſus patrẽ ſuum, & filiam aduerſus matrẽ ſuam,
& 'ſponſam aduerſus ſocrum ſuam.

Veni enim ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuum, & filiã aduerſus matrẽ ſuã, & nurũ aduerſus ſocrũ ſuã.

Mich.7.b.6 ||Et 'inimici hominis *erunt ij qui ſunt* domeſti- 36
ci ipſius.

Et inimici hominis, domeſtici eius.

ANNOT.

33 Negauerit me,&c.] Præcedẽti verſu hæc exponũtur: pro quibus Marcus habet, cap.8.d.38, Qui me erubuerit & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, & filius hominis erubeſcet eũ, quũ venerit ĩ gloria Patris ſui cũ ãgelis ſanctis. Eadẽ fere & Lucas, cap.9.d.26.

34 Ne arbitr. q. vener. ad m. pacem.] Præoccupatio eſt. erat vulgaris opinio inter Iudæos, omnium mentes occupans, de pace copioſiſſima quæ futura erat ſub Meſſia rege: quam ex dictis Prophetarũ conceperãt: vt ex illo Eſa.9.b.7, Pacis eius non erit finis. Et 11.b.6, Habitabit lupus cum agno, &c. Paulóque pòſt, verſu 9, Non affligẽt, nec perdẽt in vniuerſo monte meo. Iſta opinio abſque dubio & Apoſtolorum pectoribus inſederat, atque ideo iſta Chriſti verba, quæ de perſequutione futura prædixit, parum forſan videbantur regno Meſſiæ congruere. Vt igitur eorum opinioni occurrat, dicit, Ne arbitremini, &c. quibus verbis admonet eos, hãc eſſe naturã Euangelii, vt diſſidia excitet inter homines, etſi nõ ex ſua natura, ſed quia Euangelii ea eſt doctrina quam odit diabolus, & is eſt Chriſtus cuius calcaneo inſidiatur ſerpens, Gen.3.c.15. quia item Euangeliũ aduerſatur mundo, damnat rationem humanã in negotio pietatis: mundus verò rationis iudicia in omnibus ſequi vult: hinc fit vt diſſidia, tumultus, & perſequutiones oriantur. Hac ratione Euangelium vocatur gladius, id eſt belli materia, per occaſionem. Lucas vocat ſeparationem, ſimilitudinem gladii reſpiciens, qui coniũcta ſeparat ac diuellit. Alioqui Chriſtus eſt princeps pacis, Eſa.9.b.6. Et regnũ Chriſti, pacis regnum eſt. Pacem enim ſuis dat, pacẽ ſuis relinquit: ſed pacem ſuam quã nequit dare mũdus, Iohan.14.d.27. imò quam odit & execratur mundus. nã Chriſti pax, eſt pax conſcientiarum, qua bene nobis cum Deo conuenit, quẽ credimus propter Chriſtum nobis eſſe placatũ: atque idcirco ambulamus in præceptis eius, fugimus & execramur mũdanas concupiſcentias, conuenimus cum bonis omnibus, diſſentimus à prauis atque peruerſis.

35 Nã veni vt diſſ.f.ho.] Vox Græca pro qua vetus interpres habet ſeparare, ſignificat in duo diducere quæ prius erant cõiuncta: quod ſubnotaſſe videtur & Chryſoſtomus, hı̃c diſſerens locũ. Præterea hoc loco Homo idiotiſmo Hebraico ponitur pro filio: dicit enim, Hominem contra patrem ſuum. Vt exprimat Chriſtus non fore vulgare diſſidium, ponit coniunctiſſimos naturæ gradus quos ſeparaturus erat gladius quem venerat mittere in terrã. Inter eas autem perſonas potiſſimum oriri ſolent nomine verbi diſſenſiones acerbiſſimæ: quæ tanto ſunt maiores & acerbiores, quanto perſonæ inter ſe ſunt coniunctiores. Parentũ etiam, liberorum, & domeſticorum appellatione intelligit coniunctiſſimos quoſque, qui etiam plus negotii faceſſunt fidelibus, vt eos abſtrahant à verbo. Quum Euangeliũ prædicatur, ídque à filio recipitur, repellitur autẽ à patre, oriũtur mutua protinus diſſidia, quæ reuera ex animorũ diſſimilitudine & non ex Euãgelio, aut ipſo Domino exiſtũt. Sponſam] Græca vox eſt anceps, nymphe, quæ ſi referatur ad maritum, ſponſam ſonat: ſi ad parentes ſpõſi, nurum.

36 Inimici ho.] Huc res Euangelii redit, vt qui olim fuerant domeſtici, hoc eſt amici intimi coniunctiſſimíque, poſtea ſiunt longe inimiciſſimi alieniſſimíque. Hîc verò magna opus erit prudẽtia & cautione piis inter illos verſantibus apud quos nihil erit tutũ: vt hîc maxime oporteat ad diuinũ confugere auxiliũ. Huc enim ſanctos periculoſiſſimis preſſos temporibus vocauit Michæas, cap.7.b.6, dicens, Nolite credere propinquo, neque cõfidatis fratri: ab ea quæ iacet in ſinu tuo claude oſtia oris tui. Quia filius inhonorat patrem, & filia cõſurgit ad-

uerſus matrē ſuam,atqne nurus aduerſus ſocrū ſuam:inimici viri,viri domus eius.Ego antem Domiuum expectabo,expectabo Deum ſalutis meæ:audiet me Deus meus. Ad ea Prophetæ verba fortaſſis alludens Dominus,anditores & lectores ſuos cōmonuit vt Scripturas conſulereut Propheticas, ex quibus ſe deinceps conſolarentur, potiſſimū verò in maximis illis turbis ob Euangelium exortis.

Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, nō eſt me dignus: & qui amat filium aut filiamſuper me,nuu eſt me dignus.

37 ‖'Qui amauerit patrem aut matrem ſupra me, Luc.14.e.26.
non eſt me dignus: & qui amauerit filium aut filiam 'ſupra me,non eſt me dignus.

Et qui nō accipit crucem ſuam, & ſequitur me,nō eſt me diguus.

38 ‖'Et qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur ſ.16.d.24. marc.8.d.34. luc.9.c.23,& 14.f.27.
me,non eſt me dignus.

Qui inuenit animā ſuam,

39 ‖'Qui inuenerit animā ſuam,perditurus eſt eam: Marc.8.d.35. luc.9.c.24, & 17.g.33. iohā.12.d.25 ſ.16.a.25.

ANNOT.

37 Qui amau.pat.aut mat.] Græce præſenti tēpore legitur,Qui amat,&c. Dixerat Dominus, Veni vt diſſidere faciam à patre filium, &c. Iam nequis pietatem obtenderet,ac reuerentiam pareutum præferret fidei ac obedientiæ Euangelicæ,in ſequentibns plénius inſtruit ſuos,quo animo in huiuſmodi diſſidiis,erga parentes, præſertim antem erga Deum eſſe oporteat affectos.Omnia ſemel(inquit)aſpernāda ſnnt propter me & veritatem Euangelicā, quæcunque in hoc mnndo chara, pretioſa, & magna eſſe videntur. Nam vinculum arctiſſimnm nominat Dominns, & in hoc comprehendit chariſſima qnæque,gloriam, honores, amicos, neceſſarios,parentes,liberos,vxores, opes, & qnicquid nobis conceſſit Deus. Hic videmns quàm non vulgariter amari ſe Chriſtus velit ab illis qui cupiant eius eſſe diſcipuli,ſed eo amore, qui totos nos in ipſnm rapiat, qui parentes, liberos, propriam quoque vitam vni ipſi poſtponat. Supra me,non eſt m.d.] Non prohibet Chriſtns qnominus parentes, liberos ac coninges amemus, quum non habnerit quo euidentius potuerit declarare excellentiam amoris, quo à nobis diligi debeat,qnàm per ipſū amorē parentnm, liberorum, ac coniugum:dum exigit vt ſe plus quàm iſtos amemus. Hic locus, Qui amat patrem aut matrē ſupra me:explicat locum Lucæ,Siquis venit ad me, uec odit patrē ſnum,ac matrem,vxorē & filios, &c.nā illud,odiſſe patrem,matrē,filios,etiam animā ſuam:ſignificat nou amare parentes,nec vitā ſuam plus quàm Chriſtū,vt hic exponitur. Non eſt me dignus.] Lucas velut explicans hunc locum,dicit,cap.14 f.26, Non poteſt meus eſſe diſcipulus. Siquis agnouerit quantus ſit honor annumerari inter diſcipulos Chriſti,facile exclndet,vel ſaltem ſuperabit omnes repngnantes affectus.

38 Et qni non acc.crucem.] Generaliter loquitur de abnegatione noſtri, quum ſponte nos obiicimns omnibus certaminibus, ita vt nihil refugiamus. Crucis nomine ſignificātur quæuis probra & aduerſa, quæ veritatis gratia infliguntur. Participamus cruci Chriſti,quū affligimur propter eum: ita habemus conſolationem ex nomine crucis: etſi afflictiónes debeantnr pro peccato.Verùm quia ſumns inſiti Chriſto,ideo benedicit afflictionibus noſtris. Suam dicit: id eſt,diuinitus deſtinatam. contra eos qui ſibiipſis cruces imponunt. Crux cuiuſque propria eſt,quicquid Euangelii cauſa vnicuique ferendnm Dominus diſpenſarit,non eæ moleſtiæ aut caſtigationes quas quis pro ſuo arbitrio deligit. Notandum item quomodo ſequēdus ſit Chriſtus,qni accepta ſua cruce nos præceſſit.Et ſequitur me, inquit.Aſpiciēdus eſt dux noſter Chriſtus. Sequamini,(inquit Petrus,prioris epiſt.cap.2.d.21,)veſtigia eius.Itē, Heb.12.a.2,Reſpiciētes ad fidei authorē & conſummatorem Ieſum,qui propoſito ſibi gaudio pertulit crucem. Lucas cap.9.c.23,abnegationis ſui meminit, addítque Quotidie:Siquis (inquit)vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuam quotidie, & ſequatur me. Vide & cap.14.f.27.

39 Qui inuen.anim.ſ.] Anima,pro vita, more Hebraico.Inuenire animam ſuam,& perdere, cōtraria.Qui inuenerit animā ſuam,hoc eſt,qui vitæ ſuæ rationē habuerit,noluerítque in periculū eam propter me adducere, is ſane perdet eam: quia à me manet alienus, qui ſolus ſeruare eā poſſum. Suprà,16.d.25,& Marc.8.d.35, & Luc.9.c.24,legitur, Qui enim voluerit animā ſuam ſaluā facere.Vt videas, Animā inuenire, ſignificare animā ſeruare, nec velle eam periculis obiicere.Nihil nobis charius aut pretioſius vita:illius cauſa omnia facimus & omittimus.amor ille eſt nobis ingenitus à natura, vt vitā noſtrā tueamur: quā niſi periculis propter Chriſtū forti animo obiiciamus,quis illius cuſtos erit, niſi diabolus,qui eſt homicida?

& qui perdiderit animam ſuam 'mea cauſa, 'inue
niet eam.

perdet illam: & qui perdiderit animã ſuam propter me inueniet eam.

Luc.10. c.16. Iohã.13.c.20.

|'Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, 40
recipit eum qui miſit me.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.

'Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, 41

Qui recipit Propheram in nomine Prophetæ, mer-

ANNOT.

Mea cauſa,] Hoc nominatim additum. nã multi per ambitinnem aut temeritatẽ vitam profundunt, aut ſeſe in periculum coniiciunt. Mareus addit, Et propter Euangelium. Inueniet eam.] Marcus & Lucas habent, Saluam faciet eam. Conſnlatio & hic eſt, Qui prò Chriſto perdit animam, is vt Chriſti manibus ipſam commẽdauerit, ita verè illam inueniet. id eſt ſolida cum fœlicitate poſſidebit.

40 Qui recipit vos, me rec.] Hæc rurſus conſolatio eſt aduerſus imminens excõmunicationis ac reiectionis (quã paſſuri erãt) malũ. de quo ſuprà, verſu 11 & 12. Nõ contẽtus enim dixiſſe quas pœnas daturi eſſent indigni illi, à quibus erat reiicieudi: etiã addere voluit quãto cõmodo eſſent à dignis recipiẽdi, nempe tanto, vt is qui eos reciperet, ipſum reciperet, ſimul & Patrem à quo miſſus erat: vt hinc diſcerent quàm chari eſſent & ipſi & Patri. Magna eſt tẽtatio, & ingens ſcandalum, maxime imbecillioribus, reiici ab omnibus & odio haberi: excõmunicari item à potioribus, ídque in populo Dei: imò ita ad mortẽ peti, vt putet ſe obſequium præſtitiſſe Deo qui quamatrociſſime occiderit. Atque hac ratione imbecillitati ſuorum conſulens, iſta ex altera parte inculcat: q.d. Bono ſitis animo: tam enim abeſt vt propterea à Deo ſitis reiiciendi, & apud ipſum excommunicandi, vt is qui vos receperit abiectos & excommunicatos, ipſum Patrem ſit recepturus. Certe qui vos recipit, me recipit: quia à me mittimini. in miſſo autem ſcitis recipi eum qui miſit. Hìc loquitur non tãtum de receptione doctrinæ, ſed etiam eorum qui verbum Dei prædicant: qui ſane recipiũtur quum & auditores præbent ſe dociles, & eos egenos & pauperes in hoſpitium recipiunt, & ad vitam temporalẽ neceſſaria ſubminiſtrant. Obſeruandum autem quibus hæc dicat, nempe Apoſtolis & diſcipulis: igitur officium ſuum facientibus loquitur, non ſeductoribus, qui verbum Chriſti non annuntiant, ſed ſua ſomnia: neque quicquam habent cum veris Apoſtolis commune, abutentes his Domini verbis, tanquam veri ſint miniſtri, quum ſint pſeudapoſtoli. In Iohanne ſignificantiſſime dicit Dominus, ca.13.c.20, Amen amẽ dico vobis, qui acceperit ſiquem miſero, me accipit. Currunt autem hi falſi apoſtoli, & non mittũtur, vt ait Ieremias, cap.23.d.21.

41 Qui recip. Prophetam in nomine Prop.] Vt præcedentia clarius acciperent, adiecit hæc de Prophetis, iuſtis, & diſcipulis. Illud, In nomine Prophetæ, iuſti, & diſcipuli, perinde eſt atque, Hac cauſa quòd quis Domini propheta, iuſtus, atque diſcipulus ſit. quod luculenter declarat Marcus cap.9 f.41, ſic efferens quod hìc poſtremo loco ponitur, Quiſquis enim potũ dederit vobis calicẽ aquæ in nomine meo, quòd Chriſti eſtis: amen dico, &c. Præterea, Mercedem Prophetæ accipere, ſignificat fructum & mercedem eius quod quis contulerit in Prophetas, iuſtos & diſcipulos. Merces Prophetæ illud ipſum eſt quod cõfert ſiue atteſtatur Propheta, & quod ab ipſo, ſiue ab eo potius cuius nomine ille venit, expectatur: gratia, peccatorum remiſſio, & vita æterna. Quicunque igitur concionatorem recipit, & eo quidẽ animo & ratione recipit, quia teſtis & miniſter eſt Chriſti, ideóque ab ipſo diſcere cupit myſteria regni Dei: is haud dubie intelliget negotium ſalutis: próque temporaria beneficentia, quam in miniſtrum Chriſti, propter Chriſtum confert, accipiet bona in cælis nunquam peritura. Potius tamen videtur ſimpliciter intelligẽdum eſſe, Mercedem prophetæ, id eſt mercedem tali perſona dignam: quòd Deus ipſe agnoſcet præſtitum ſeruis ſuis officium, & acceptum in ſuas rationes referet. ídque pro dignitate perſonæ, vt loquuntur. Sed quòd minimos etiam in ſuis numerat, teſtatur ne apud eos quidem male collocari beneficium. Quòd ad vocem mercedis attinet, gratuitam repenſionem, mercedis nomine intellexit. rependit Deus mercedem propter gratuitam imputationem per Filium, non autem quòd digni ſimus. Hæreditas regni cæleſtis eſt gratuita: ita remunerat gratuitò opera fidelium, etiam in hac vita. Mercedẽ inquam, Prophetæ, iuſti, & diſcipuli, recipiet qui tales ſuſceperit: propterea quòd tales recipiendo, ſe fidem in verbum Dei, quod illi afferunt, habere declarat, & fidem per dilectionem efficacem, quod beneficentia eius erga hos teſtatur: eoſdémque in ſuo ſtudio & munere adiuuat & promouet. hic audiet à Chriſto, Sitiui, & dediſti mihi potum, &c. veni, & accipe regnum paratũ

tibi ab exordio mundi.infrà 25.c.34.Nota autem qudd vult eos propterea suscipi, quòd Dei sint,quòd Prophetæ, quòd iusti, quòd discipuli : nou propter mercedem. Simul admoneare quanta cura Prophetarum esse debeat. vt enim coram Deo prophetia,res præclara est: ita etiam illius ministri pretiosi sunt apud eum.

cedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustũ
in nomine iusti,mercedem iusti accipiet.

Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

42 Et quicunque ad bibendum dederit vni ex pu Marc. 9.f.41.
sillis his poculum *aquæ* frigidæ tantùm nomine
discipuli, amen dico vobis, nõ perditurus est mer
cedem suam.

CAP. XI.

ET factum est, quum cõsummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, trãsiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

1 ET factum est quum finem fecisset Iesus mandádi duodecim discipulis suis : progressus est Har.2.4. Har. 2.6.
illinc vt doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum.

Iohannes autem quum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis,

2 Ioannes autem quum audisset in carcere facta Har. 2.7.
Christi, missis duobus ex discipulis suis, Luc.7.c.18.

ANNOT.

Qui recip.iustum] Quidam iustum intelligunt quencunque credentem verbo, & propter ipsum aliquid patientem. Alii eundem esse volunt,quem prius Prophetam vocarat. Inter quos est Hieronymus, qui putat hoc membrum ideo esse additum, quòd dixerat Dominus, Qui Propheram recipit: vt excluderet psendoprophetas: aesi diceret, Qui recipit iustũ & verum prophetã. tamen veluti gradibus hæc distinxisse videtur Christus: in quibus posteriore loco sunt pusilli.

42 Vni ex pusillis] Pusillos vocat discipulos, ex cõmuni hominũ opinione, quòd à multis reiiciendi essent. Aquæ frigidæ tantũ in no.] Græce nõ legitur aquæ, sed Poculũ frigidæ: & subaudiendũ est aquæ. Sic loquũtur & Latini, Frigida lauat. Porrò illud TANTVM quod proxime sequitur, vel ad superiora referri potest, vt sit sensus, sufficere siquis vel frigidã duntaxat aquam exhibeat: vel ad sequentia, vt intelligas satis esse quidvis, modd id fiat tanquã discipulo Christi. Amen d.vo.nõ perd.] Quoniã parum credibile videbatur, eo qudd nihil magni fecisse putatur qui potũ frigidæ dederit, iuramento vtitur, dicens, Amẽ dico, &c. Vbi notandũ quòd non dicit, Recipiet mercedẽ: sed, non est perditurus mercedẽ: vt occurrat cogitationi uostræ pusillanimitatis, qua putamus pro paruis beneficais nihil fore mercedis apud Deum.

IN CAPVT XI.

1 Mandandi duodecim,] Repetit hic quæ hactenus exposuit. q.d. Vbi mãdatis huiusmodi Iesus suos discipulos ad prædicationem Euangelicã instruxisset. In ciuitat.ill.] Id est, in quibus prius ipsi prædicauerãt, non in quibus habitabãt. Nã Luc.11.a.13, dicitur, Misit illos binos ante faciem suã, in omuem ciuitatem & locũ qud erat ipse venturus. Propterea habetur cap.præcedenti, c.23, Non perambulaueritis omnes ciuitates Israeliticas, quin iam veneric Filius hominis.

2 In carcere] Græca vox à vinculis dicitur: vnde vetus interpres In viuculis vertit. Missis duobus ex disc.] Iohannes non sui, sed discipulorũ gratia ad Christum mittit. illi nanque (vt videre est Iohã.3.c.25) pro magistro suo cõtra Christũ æmulabãtur, gloriã illius ferre non valentes, & à magistro ita pendentes, vt plura de eo quàm de Christo sentirẽt. Illorum saluti cõsulit hac legatione Iohannes, non suæ. Nõ credebant ei dicenti se non esse Christũ, Iohan. 3.d.28: & Christi verbis testimoniũ perhibenti: modestiæ nanque illius ista tribuebant. Propterea misit illos ad ipsum Christũ, vt coràm diuinã virtutem conspicati, inciperent maiora sentire de Christo. Atque ideo dicitur, eos tum fuisse missos, quando relatũ est Iohãni quàm magna & multa mirãda facinora designaret hic Iesus. Lucas ca.7.c.18, cõmemorat hunc rumorẽ de Christo per ipsos discipulos ad Iohãnẽ esse perlatũ. Hinc admonemur, õnes ad Christum esse ablegandos. Quotquot veritatẽ docent, ministros huius magistri vnici agnosci sese

volũt cum Paulo, t.Corin.4.a.1. Pseudapostolorum verò est, seipsos magistros facere, & post se discipulos abducere. Act.20.f.30, Ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Cõtrà veri pastores dirigunt discipulos ad Christũ, non sibi retinent, dantes authoritatem illi qui solus est magister.

Dixit illi, Tu es ille qui venturus est, an alterum 3
expectamus?

Ait illi, Tu es qui vẽturus es, an alium expectamus?

Et respondens Iesus dixit illis, Ite, & renuntia- 4
te Ioanni ea quæ auditis & videtis.

Et respondẽs Iesus ait illis, Euntes renũtiate Iohãni quæ audistis & vidistis.

Cæci visum recipiunt, & claudi ambulant, le- 5
prosi mũdantur, & surdi audiũt, mortui excitan-
tur, & pauperes lætũ accipiũt euangelii nũtium.

Cæci vidẽt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.

Et beat⁹ est quisquis nõ fuerit offensus per me. 6

Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

Euntibus autem illis, cœpit Iesus dicere turbis 7
de Iohanne, Quid existis in desertum vt videre-
tis? num arundinem quæ agitatur à vento?

Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohãne, Quid existis in desertum videre? arũdinem vento agitatam?

A N N O T.

3 Qui venturus est] Græce, veniens, siue vẽturus. est enim Græca vox ad vtrũlibet tempus anceps. Loquitur acsi dubius esset, quũ tamen non dubitaret: vt satis apparet ex Iohanne, cap.1.c.19. verùm intelligebat discipulos suos nõdũ bene cõfirmatos esse. Tentãda omnia vt confirmemus debiles, qui nondũ habent bene constitutam fidem. Tu es ille, sub. Messias, tanto tempore expectatus à patribus?

4 Ite, & renũt.] Lucas scribit Christũ in eadem hora multos curasse à morbis ac plagis, ac spiritibus malis, & cæcis multis donasse visum, ac tũ dixisse nuntiis Iohannis, Euntes renũtiate Iohãni quæ, &c. Maluit vt re ipsa loqueretur, quàm reddere de se testimoniũ, quod refelli poterat. ipsa opera obiicit, tanquã diuina testimonia: id quod & multis aliis locis facit, vt Iohã.5.f.36, & 15.d.24. Ista verò ita recẽset conceptis verbis, vt nõ obscure eos ad testimonia Prophetarũ remittat, maxime Esaiæ, 35.b.5. & 61.a.1, qui non tantũ de visibilibus signis loquitur: sed referẽda sunt ad suũ finem: beneficium impẽsum carni, reducendũ ad curationẽ spiritus: restituit visum cæcis, attulit & lumẽ iis qui in tenebris erãt: vt collati duo præcedẽtes Esaiæ loci aperte declarant.

5 Pauperes læ.acc.euang.n.] Græce, pauperes euãgelizantur. Id est, afflictis & mœstis cõsolatio & trãquillitas nuntiatur, remissio videlicet peccatorũ per me. De pauperibus loquitur qui nil aliud vidẽt nisi mortẽ & abyssum, mole peccatorũ pressi, qui remediũ quærunt, quod nisi in Christo nõ reperitur. Allusit autẽ ad verba Prophetæ Esa.61.a.1, Euãgelizare pauperibus misit me. Admonemur, nos nõ aliter posse cõplecti in salutẽ Euangeliũ, nisi simus pauperes, afficiamúrque ita nostra paupertate vt quæramus remedium. plures quidem pauperes, sed qui egestatem suam non sentiant.

6 Et beatus est q.non f.off.per me.] Hoc proprie ad discipulos Iohannis pertinet: quorum oculos sanctitas Iohannis sic præstrinxerat, vt Christũ Iohãne longe minorem existimarent. Offendebãtur enim humilitate conuersationis Domini, quòd non seorsim ab hominibus illa vitæ seueritate viueret, qua ipsorum magister: ad hæc nullo alio, præter illa miracula, vitæ splendore insigni esset. Hic verò discimus, seueritatem & vitæ sanctitatem non spectari debere, sed salutem per Christum. nã Iohannes se minorem Christo confitetur, quum tamen ille vitæ austeritate Christum antecelleret. Salutem & iustitiam seueritate vitæ & propriis operibus metiebantur, propterea Christum & discipulos eius contemnebãt. Vt hodie omnes ab externis iudicamus sanctitatẽ, & fallimur hypocrisi. Humana iustitia turgidi, offendebantur Christo, hoc est contemnebant Christum, neque tanti eum faciebant quanti debuerant. Humilitas sane Christi multos impediit ne sequerẽtur ipsum: non paucos etiã, quòd ab externa Legis obseruantia ad interna reuocaret: verùm eos dũtaxat quibus à Patre positus fuit in ruinã. Beatus igitur qui nõ fuerit offensus in me, hoc est qui in me nulla re absterretur, ac ceu repellitur, ne mihi vt seruatori fidem habeat, seséque mihi committat.

7 Euntibus autem illis,] Lucas habet, Quum autem abiissent nuntii Iohannis. Quia le-

gati Iohannis,magiſtri ſui nomine palàm & audiente cuncto populo quæſtionem ceu dubiã de Meſſiæ aduentu propoſuerant,potuit ſuſpicari populus Iohannem mutaſſe in carcere ſententiã de Chriſto,ac in dubiũ vocare prorſus eſſétne Ieſus ille Chriſtus Domini.Ideo Iohãni viciſſim Chriſtus teſtimoniũ perhibet,vt verbo Patris,quod ille prædicauerat, põdus adiiceret.conueniebat enim gloriæ regni Chriſti vt fides haberetur Iohãnis teſtimonio:ſimúlque turbas impœnitẽtiæ & ſocordiæ ſuæ admoneret. Et vt illud faciat, admonet turbas priſtini feruoris erga Iohannem,vt illas argumento ſumpto ex ipſorũ facto,in priſtiuam opinionẽ de Iohaune conceptã reducat. Quid exiſtis(inquit)in deſertũ, &c.q.d.ſi leuis & inconſtans erat Iohãnes, cur tã lõgis & laborioſis itineribus à Ieroſolymorũ vrbe,totáque Iudæa,in deſertũ in quo prædicabat Iohannes,cõtendiſtis? Accurſu ſane veſtro tã frequenti & crebro teſtati eſtis ipſi agnoſcere vos Iohannem pro viro diuino ac Propheta Dei cõſtantiſſimo. Per arũdinẽ ad quemlibet venti impulſum ſe nũc huc,nunc illuc inclinantẽ,ſignificatur leuiũ ac inconſtantiũ hominum ad quãlibet occaſionem vacillatio : rerum item quarũlibet reciprocatio & inconſtãtia: vt 1.Reg.14.d.15. Voluit autem Dominus populũ ex illis colligere,Iohãnem in doctrina ac teſtimoniis ſuis olim de Chriſto pronũtiatis , perpetuo ſui ſimilẽ eſſe,& ne nunc quidem in carcere quicquam ſuæ ſententiæ de Chriſto mutaſſe.

Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtitũ? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regũ ſunt.

8 Age quid exiſtis vt videretis ? ‖ 'num hominem
mollibus veſtibus amictum ? ecce 'qui mollia ge- B
ſtant,in domibus regum ſunt.

Sed quid exiſtis videre? Prophetam? etiam dico vobis,& pluſquã Prophetam.

9 At quid exiſtis videre? 'num Prophetam ? certe
dico vobis, & excellentiorem Propheta.

Hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt, Ecce,ego mitto an-

10 Hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt,‖ 'Ecce ego mitto Malach.3.a.1

ANNOT.

8 Nũ hom.mol.veſt.am.] Cõmendat hic Iohãnis conſtantiã ab auſteritate veſtitus & victus:de qua ſupra,3.a.4. q.d.Noſtis Iohannẽ vitæ fuiſſe continentiſſimæ,nec vllo vſum luxu vel in victu vel in veſtitu.Hæc ſancta, rẽperans & innocens vita euocauit vos in deſertũ. Iterũ ergo teſtari poteſtis Iohannẽ idoneũ & ſanctũ eſſe teſtem. Vidiſtis in ipſo ſeueritatẽ & grauitatem authoritate pleniſſimam,vt nemo veſtrum vel ſuſpicari poſſit virũ tam grauem,tam ſeuerũ quicquam in cuiuſquam hominis gratiã feciſſe, neque quicquam per ſimulationẽ aut aſſentationẽ(cui vitio alioqui molles & delicatuli homines obnoxii eſſe ſolent)egiſſe.Oportebat itaque tam incorrupto teſti de me teſtanti adhibere fidem. Qui mol.geſt.in] Sub. veſtimenta. Lucas habet,Qui in veſtitu ſplendido & in deliciis agunt.

9 Nũ Prophetam?] q.d.Quoniam non ſine cauſa tanta frequentia iu deſertũ egreſſi eſtis ad Iohannem,oportet vt magni ſpectaculi gratia exieritis. voluiſtis videre Prophetam? Nam oportet omnino ſingulare quiddam in Iohanne quæſieritis.Certe hic non eſtis fruſtrati: vidiſtis enim Prophetam,imò pluſquam Prophetam.Is enim eſt,&c.Commendat igitur hoc loco Iohaunem à diguitate prophetica,eáque non vulgari,ſed præcipua: quum eum dicit plus eſſe quàm Prophetam, eo quòd quũ reliqui Prophetæ de Chriſto quidẽ & ipſi, ſed è longinquo vaticinati ſint venturũ,iſte illũ iam veniſſe oſtenderit,idque facie ad faciem,& ipſo digito.Præterea & reliqui Prophetæ de Deo vaticinati ſunt: Iohannes verò de ſe habet vaticiniũ Dei apud Malachiam.

10 Ecce ego mitto,&c.] Hebraice,& apud LXX,paulo diuerſius legitur,eodem tamẽ ſenſu,Ecce mitto nuntiũ meum,& præparabit(vel repurgabit)viam ante faciem meam: Et continuo veuiet ad templũ ſuum Dominator,quem vos requiritis,&c.Ita legunt Matthæus & Lucas.vnde ſuſpicamur in vulgatis tũ Græcis exẽplaribus ita fuiſſe lectũ,quæ ipſi maluerũt imitari,quàm nouitate rudiores forſan offendẽre.In Hebræo verba ſunt Chriſti Dei de ſe loquẽtis:apud Euangeliſtas verò verba ſunt Patris de filio.Angelus hic ſiue nũtius Dei, Iohannes eſt Baptiſta. Via eadem Patris & Chriſti eſt,qua & ipſe ad nos,& nos ad ipſum imus,vera noſtri humiliatio & reſipiſcentia cũ ſolida fide. Præparauit Iohannes viam miſſus ante faciem Chriſti,quando prædicatione reſipiſcentiæ,& teſtimonio ſuo quod Chriſto tulit,quoſvis ad illũ miſit,tanquã ad ipſum Saluatorem. Quæ duo & nobis obſeruanda ſunt,reſipiſcentiæ ſcilicet prædicatio & fides in Chriſtum. nam in his ſita eſt ad vitam via. Talis & tantarum rerum nuntius fuit inquam Iohãnes,teſtante etiam eius patre Zacharia,his verbis, Et tu puer, propheta Altiſſimi vocaberis.Præibis enim ante faciem Domini,ad parandum vias eius: Ad

dandam ſcientiam ſalutis plebi eius,per remiſſionem peccatorum eius, Per viſcera, & c.Mox ab hac prædicatione Iohãnis venit in templũ ſuum,hoc eſt in populũ,verũ Dei templum.

nuntium meum ante faciem tuam, qui præpara-
turus eſt viam tuam ante te.

angelũ meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te,

Amen dico vobis,'non exortus fuit inter eos 11
qui naſcũtur è mulieribus, maior Iohanne Bapti
ſta. attamen is'qui minor eſt in regno cælorum,
maior illo eſt.

Amen dico vobis, nõ ſurrexit inter natos mulierum maior Iohãne Baptiſta. qui autẽ minor eſt in regno cælorum,maior eſt illo.

Luc. 16.d.16. ‖Porrò'àdiebus Iohãnis Baptiſtæ vſque ad hũc 12
diem, regnum cælorum vim patitur, & violenti
rapiunt illud.

A diebus autem Iohannis Baptiſtæ vſque nunc,regnũ cælorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.

'Nam omnes Prophetæ, & ipſa Lex vſque ad 13

Omnes enim Prophetæ & Lex ,vſque ad Iohannem

ANNOT.

11 Non exortus eſt,&c.maior Iohanne] Propterea quòd hîc ſimpliciter dicit,Non exortus eſt maior Iohãne:exponendũ è Luca,cap.7.d.28,Maior Propheta Iohãne nemo eſt.Nihil enim hîc in eo commẽdat aliud, quàm munus illud diuinitus Iohanni conceſſum: quo inexcuſatius Iudæorum obſtinatio argueretur,qui omniũ præcellentiſſimos Prophetas contempſiſſent. Qui minor eſt in reg.cælorũ,&c.] Regnũ cælorũ hoc loco,prædicatio eſt Euangelii. Male quidam exponunt de Chriſto ipſo, volentes illum ſe hoc loco vocare minimũ in regno cælorũ,minimũ nõ re ipſa,ſed opinione. Rectius intelligetur de iis qui in Nouo teſtamẽto miniſtri facti ſunt Chriſti.Si enim Iohãnes propterea maior fuit reliquis ante ſe Prophetis,quòd Chriſtum præceſſit mox aduẽturum,aut quòd præſentẽ oſtendit:quomodo non maior eſt Apoſtolus,aut alius minor quiſque Chriſti miniſter,qui non ſolùm adueniſſe Chriſtũ prædicat,ſed & regni illius myſteria annũtiat,& vniuerſo orbi proponit? Omnino enim Chriſtus ita vult laudare Iohannem, vt tamen interea omnis ea commendatio ad hoc faciat, vt diuina regni ſui & temporis iſtius gratia & agnoſcatur & acceptetur.

12 A dieb.Iohan.Bap.] His arguitur Iudæorum,maxime Scribarum & Phariſæorum impœnitentia ab aliorum exemplo.Lucas cap.7.d 29,hoc explicat de populo,publicanis & peccatoribus, qui audito Iohãne reſipuerũt. A diebus Iohãnis Baptiſtæ, Id eſt, Ex quo Iohãnes cœpit prædicare pœnitentiã.Regnũ cælorum,eſt noua Euangelii doctrina.Regnũ cælorum vim pati,eſt magno impetu ad oblatã ſibi gratiã,& diu adeò expectati Chriſti eccleſiam ſeſe cõuertere,ac ceu vi irrumpere.Violentos rapere regnũ cælorum:eſt regni Chriſti cupiditate adeò flagrare,vt vitam & omnia quis contemnat, modo particeps ſit Euangelii, & regni cælorum ciuis.Hic verſus duobus ſequentibus ſic coniungi debet,obſcurioribus alioqui: Nunc Iohannes ſic excitauit animos multorum ad Euangelicæ doctrinæ ſtudiũ,vt ab exordio prædicationis illius, vſque ad hunc diem, fidei violentia ad hanc perrumpant etiam peccatores, publicani,milites,meretrices,& ethnici,ac volentibus nolentibus nobis vi diripiant. Nolũt diutius excludi,nolunt diutius in vmbris & ænigmatibus vetuſtæ Legis detineri,ſentiẽtes adeſſe lucem Euangelicæ veritatis, iámque adeſſe rem in ſuperioribus libris adumbratam,nec aliam prophetiam expectandam de Meſſia venturo. 13 Siquidem omnes typi, quibus Lex deſignarat Meſſiam venturum, omnia vaticinia Prophetarũ quæ pronuntiabãt Meſſiam venturum, ſimul atque venit Iohãnes, deſierunt rem futuram promittere.ſtultè enim expectatur quod adeſt. nihil ſupereſt niſi vt quod iuxta vatum oracula nunc præſens offertur,ardentibus ſtudiis rapiatur. 14 Atque vt plane videatis, poſthac non eſſe vobis alium Prophetam qui Meſſiam vobis annuntiet affuturũ,Iohãnes eſt ille quem Malachias ſub Eliæ nomine(quẽ victus & veſtitus auſteritate, quem libertate in arguendis regibus retulit) venturum eſſe prædixit,antequam veniret Meſſias: hunc igitur ſi recipitis,credite iam adeſſe Meſſiam tot ſeculis expectatum. vidiſtis illius vitam, audiſtis teſtimonium, auditis quid & ipſe loquar vobis. Hanc connexionem loci huius oſtendit Chryſoſtomus homilia in Matthæum decimaoctaua. id quod ideo moneo quòd in hoc loco, vt difficili admodum,deſudatum ſit ab interpretibus,multúmque variatum.

13 Nam omnes Proph.] Ratio quare tanta vi irruat populus in eccleſiam Chriſti: quòd

quum Iohannes Baptista præcursor Messiæ accesserit, prophetiæ nullæ supersint de Messia futuro complendæ, nulli prophetæ alii mittendi : imò ne ipse quidem Elias mittendus, qui erat Iohannes Baptista: vnde nihil amplius cunctandũ. Hoc orationis genus nihil aliud significat quàm si tu dicas, Quod Iohannes prædicat, idipsum est de quo prædixerũt Lex & Prophetæ. nam quæ complenda dixerũt, illa ipse completa esse atque in dies compleri attestatur.

prophetauerunt.

Iohannem prophetauerunt.

Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.

14 'Et si vultis recipere, ǁipse est Helias ille qui vẽ Malach. 4.b.5
turus erat.

Qui habet aures audiendi, audiat.

15 Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Cui autem similẽ æstimabo generationem istã? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes, coæqualibus dicunt,

16 ǁ'Sed cui adsimilabo generationẽ hanc? Similis Har. 2.8.
est pueris, qui sedent in 'foris, & acclamant soda- luc. 7.e.31.
libus suis,

Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.

17 Ac dicunt, Tibia cecinimus vobis, & non salta- C
stis: lugubria cecinimus vobis, & non planxistis.

Venit enim Iohãnes neque manducans neque bibens: & dicũt, Dæmonium habet.

18 Venit enim Iohannes 'nec edens nec bibens, &
aiunt, Dæmonium habet.

Venit Filius hominis mãducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorũ amicus. Et iustificata est Sapiẽtia à filiis suis.

19 Venit Filius hominis 'edens ac bibens, & dicũt,
En hominem comedonem & vini potorem, pu-
blicanis amicũ ac peccatoribus. Et 'iustificata est
Sapientia à filiis suis.

ANNOT.

14 Et si vultis, &c.] Adhuc in eo est vt regnũ Dei adesse persuadeat, etiam vaticinio Malachiæ, quo ostendit adesse eum (nempe Iohannem Baptistam) qui in spiritu & virtute Eliæ venturus erat, præcessurus Messiam. Id quoniam ipsis videbatur nouum, præfatiuncula quadam, ceu dictum audax, sed verũ, præmollit: ac dicit, Et si vultis recipere. q.d. Scio vobis mirum ac nouum videri quod dicturus sum: sed si omnia probe expenderitis, ipsi concedetis Iohãnem hunc, Eliam esse, illum inquam quem Propheta dixit præcessurum aduentum Messiæ. Hoc si recipitis, recipite & illud, venisse Messiã ipsum, quando confitemini venisse illum qui proxime præcedit Messiæ aduentum: præsertim quum Elias iste Iohannes diserte testatus sit me esse Christum benedicti Dei filium.

15 Qui habet aures,] Hæc acclamatio vulgaris est admodũ apud Euangelistas, qua perpetuo Christus auditorũ animos ad attentionem diligentem excitat. q.d. Pluribus verbis nõ arbitror esse opus, quũ hactenus satis supérque veritas in hac causa omnis sit exposita : nihil ergo superest, nisi vt is veritatem admittat cui aures sunt, & sensu non omnino destituitur. si quis hic aures suas obthurarit, sibiipsi, non mihi imputet exitium.

16 Sed cui assimilabo] Siue, Similem esse dicam. Generationem hanc, Scribas & Pharisæos, senioresque intelligit (vt ex Luca 7.e.30, apparet) qui nulla potuerant ratione ad resipiscentiam flecti. quorum pertinacem malitiam declaraturus, imò detestaturus, vtitur similitudine, à vulgari puerorum cantione sumpta, tum omnibus nota: similes eos dicens illis morosis pueris quibus nulla cantilena placet, rebellibus & contumacibus quibus studia & instituta suorum sodalium nunquam probãtur, perpetuo ipsis aliud contendentibus, approbantibúsque. si illis placeat lætum aliquid agere, clamãt hi male se nunc lugubria: si contrà illi eligant lugubria, mox displicent his quæ placuerant modò, malúntque lætiora. Huiusmodi verò cerebrosis pueris solebant alii cantilenã hanc occinere, Tibia cecinimus, &c. Foris] Vox Græca significat forum rerum vænalium.

18 Nec edens nec bibens,] Edebat & bibebat Iohannes, sed non cibũ & potũ quo vulgo homines viuunt, non panẽ & vinũ, vt suprà cap. 3.a.4, vides. Hac autem hyperbole maximã designauit sobrietatẽ & temperantiam, & austeritatẽ Iohannis insignem, qua volebat Iudæorum animos ad fidem pertrahere: quòd libentius credamus iis quos vitæ sanctimonia nobis commendat. Et tamen quòd aliorum more non viueret, dicunt de eo, Dæmonium habet.

19 Edẽs ac bibens,] Id est, aliorũ more viuens, experturus an vel hac ratione tanquã humaniore & tolerabiliore, ad pœnitentiã possent & amorem regni Dei pellici. Iustificata

est Sap. à fil.s.] Quidam sic exponunt, Diuina sapientia absoluta est à filiis suis, Iudæis nẽpe, absoluta est inquam propriis ipsorum sententiis. quum damnantur, suis cõscientiis agnoscunt non iniquum esse, quum tot viis ducti & illecti, obtemperare noluerint. Fecit quod in se erat, quòd quouis modo prodesse poterat electis & reprobis: vnde nec electi nec reprobi habent quod querantur. Iustificata igitur, id est, ipsorum sententiis vicit in iudicio. Huius sententiæ est Chrysostomus, eáque præcedentibus magis cõuenire videtur, vt indicat coniunctio &. Alii verò hoc pacto, Vtcunque vos superciliosi Iudæi in perditionem vestram Euangeliũ & sapientiam Dei contemnatis: iustificata tamen est, hoc est, vt vera Dei sapientia suscepta & obseruata à filiis suis omnibus: vt quotquot illius participes sunt, à Patre electi existant. Neque enim legitur in Scripturis Iustificare aliter acceptũ, quàm pro eo quod est Censere pro iusto & laudare. Nonnulli pro iustificata, vertunt iudicata: vt Christus dicat se Sapientiam damnari à suis. Id priori interpretationi conuenit.

Luc.10.c.13. Tunc cœpit [a]exprobrare ciuitatibus, in quibus 20
æditæ fuerant plurimæ virtutes ipsius, quòd *sce-*
lerum eas non pœnituisset.
Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaidan: quoni- 21
am [a]si in *vrbe* Tyri aut Sidonis factæ fuissent vir-
tutes quæ factæ sunt in vobis, olim [a]in sacco & ci
nere *scelerum suorum* pœnitentiam egissent.
Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni [a]tolerabi 22
lius erit in die iudicii, quàm vobis.
[a]Et tu Capernaum quæ es vsque ad cælũ exal- 23
tata, [a]vsque ad inferos detraheris: quoniã si in So-

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.

Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essẽt virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.

Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii, quàm vobis.

Et tu Capharnaum, numquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernũ descendes: quia si in Sodomis

ANNOT.

20 Exprobrare ciuit.] Occasionem habuit Christus inuehendi in omnes vrbes Iudææ, in quibus ediderat plura miracula: nunc quasi omnibus peractis pronuntiat iudicium. accusauit & conuicit eos impietatis: nunc pronũtiat vltimum actum. Virtutes pro miraculis. Vox Græca vim & potentiam significat.

21 Si in vrbe Tyri, &c.] Expendendum est, Dominum vulgo vulgariter loquutũ: ideóque quum vellet istis oppidis insignem impœnitẽtiam opprobrare, ostendit eos magis obstinatos iis quos omnium habebant deploratissimos, quales vtique Tyrii & Sidonii illis erant, qui præterquàm quòd Gentes sine Deo, etiam ob maris commoditates, & commerciorum multorum contagionem, moribus erant supra cæteros corruptis. Iam Sodomorum flagitiis, vel ob horrendam illam vltionem, nihil habebatur detestabilius. His itaque quamlibet perditis deteriores pronuntiauit istos, quibus cum tantis iam miraculis frustra diu prædicauerat. Atque hoc solum voluit persuasum esse iis qui sanabiles inter eos adhuc erant, quò resipiscerẽt: aliis verò induratis, quò essent inexcusabiles. In sacco & cinere] Olim sacco vestiri & cinere conspergi solebant lugentes ac pœnitentes. Saccus & cinis, signa erant externa, quæ adhibebantur ad pœnitentiam solennem, quum populus deliquerat: quod fiebat vt magis sensu suorum scelerum homines afficerentur. Hanc pœnitentiam meditari debemus tota vita: nam singulis horis labimur, ideo quotidie debemus in pœnitentiam incumbere. Adminiculis opus habemus, quia blandimur nobis. Erant ergo signa quibus testabantur se dignos condemnatione. Nunc vsus sacci & cineris obsoleuit, ieiunium remansit. Non est autẽ accipiendum hoc signum, & res ipsa relinqueda: scindenda corda, non vestimenta. Tolerab. erit] Id est, Tyrus & Sidon mitius punientur, quàm Chorazin & Bethsaida. Seruus qui sciẽs voluntatem Domini, nõ se præparauit, neque fecit secundum voluntatẽ eius, vapulabit multis. Luc.12.f.47. Timeant hîc vrbes quibus præ aliis veritas Euangelica illuxit, nisi gratiam Domini bene collocent. Per diem iudicii intellige extremũ diem, non tẽpus illud quo Dominus puniuit terram Iudææ.

23 Et tu Capernaum] Apostrophe ad Capernaitas, mirã excitãs attentionẽ. Hyperbole est, Ad cælũ exaltata, pro laudatissima & quæ tibi supra modũ places, animósque attollis propter Christũ hospitẽ, & propter Euãgelii prædicationẽ illustrissimã, maximáque & stupẽda miracula. In duobus vetustis Græcis codicibus legitur & per interrogationẽ, vt legit vetus in-

terpres, Nunquid vſque in cælum exaltaberis? Vſque ad infer.detrah.] Id eſt, cadet fama tua, & vaſtaberis, exſcinderíſque funditus.

factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem.

domis æditæ fuiſſent virtutes quæ æditæ ſunt in te, manſiſſent vſque ad hodiernum diem. D

Veruntamen dico vobis, quia Terræ Sodomorũ remiſſius erit in die iudicii, quàm tibi.

24 Veruntamẽ dico vobis quòd Sodomis tolerabilius erit in die iudicii, quàm tibi.

In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Cõfitebor tibi pater domine cæli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis.

25 ¶In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Gratias ago tibi pater domine cæli & terræ, quòd abſcõderis hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaris ea paruulis. Luc.10.d.21

Ita pater, quoniam ſic fuit placitum ante te.

26 Certe pater, ſic fuit bona voluntas apud te.

ANNOT.

Manſiſſent vſque ad &c.] Humano more loquutus eſt Chriſtus, etiam paulo antè, quũ dixit, Olim in ſacco & cinere, &c. dicit tantum quod probabile eſt, & humano iudicio exiſtimari poteſt. q.d. Sidonii & Tyrii mercatores corruptiſſimi erant: Sodomitæ omnium impuriſſimi, & tamen ſecundũ humanũ ſenſum moueri potuiſſent tot & tãtis miraculis & exhortationibus. Hoc pacto non erit opus in illas de prædeſtinatione ſpinoſas quæſtiones ingredi.

25 In illo temp.] Hæc propter diſcipulos dixit (vt vides Luc.10.d.21) poſteaquã rediiſſent à prædicatione, in qua fœliciter omnia ceciderant: expulerãt enim dæmonia, & virtutes multas fecerãt, vnde & gloriabantur. Hæc autẽ per repetitionẽ dicta ſunt. Nã ſuprà increpitis Iudæis ſe ſaluatorem eſſe oſtenderat, quem non reciperent, ſuo iudicio ſe condemnantes: interim exempli vice Sodomam, Tyrum, & Sidonem ſubiiciens. Redit ergo iam ad id, vt oſtendat quãtus ſit, & quòd Deus hoc abſcõderit à ſapientibus huius mundi, paruulis verò & ſimplicibus hoc reuelarit: & quòd illi reiiciant ipſum, hi verò recipiant. Reſpondens] Hoc eſt, ſubiungens ſuperioribus. ſic enim voce ANA (quæ reſpõdere ſignificat) vtuntur Hebræi, etiamſi nullus alius loquutus fuerit. Latine diceretur, Dixit item, aut, Repetiit autẽ. Gratias ago] Græce ad verbum, Confiteor, præſenti tempore, vt & Latina exemplaria legunt: quod hîc pro gratias agere, laudare & prædicare accipiendum eſt, vt & in omnibus fere aliis Scripturæ locis. Nam Græci verbum Hebraicũ IADA (quod gratias agere, prædicare & laudare ſignificat) conſtanter per ſuũ Homologeo, quod ſignificat confiteor, reddiderunt. vnde aliquot Scripturæ locis nõnihil obſcuritatis rudioribus attulit. Quum haberet Chriſtus iam aliquod ſemen Eccleſiæ, & iam diſcipulos inſtitutos, (qui ferè omnes viri rudes ac idiotæ erant, & nullius pretii corã mundo) exultauit ſpiritu, & gratias egit: ad confirmationẽ fideliũ hodie & in perpetuũ: vt etiam nos excitaret ad miſericordiæ Dei agnitionem: quum nihil ſit in nobis quod potuerit eum prouocare ad nos vocandos. Hoc turbare poteſt infirmos, quum vident ſapientes huius mundi ridere Euangelium. Propterea hîc teſtatur Chriſtus, Euangeliũ non apprehẽdi humano acumine, ſed ſola Spiritus ſancti illuminatione. Quòd abſcond. hæc] Id eſt, quòd non reuelaueris hæc myſteria regni tui ſapientibus. Abſcondere, & Non reuelare aut indicare, idem. ſic 2.Reg.4.e.27, Et Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. 1.Samu.20.a.2, Non faciet pater meus rem magnam neque paruam, quam non reuelet auri meæ: cur autem abſconderet pater meus à me rem hanc? A ſapient. & pru.] Sapientes huius mundi, & ſecundũ carnem, intelligit ſapiẽtes ſapiẽtia huius mũdi, terrena & diabolica, contraria ſapientiæ quæ de ſurſum eſt: de quarum vtraque Iacobus cap.3.d.14. Prudẽtes item apud ſemetipſos, prudentia carnali, non ſpirituali: quales erant Scribæ & Phariſæi, ſapiẽtiæ mundanæ perſuaſione turgidi & elati, ſeipſos amantes, terrena curantes & ſectantes, Euangeliũ ridentes, quòd terrena deſpiciat. His opponit Paruulos malitia, humilia omnia de ſe ſentientes, & iuxta mũdi æſtimationem ſtultos: quales erãt Apoſtoli & diſcipuli. Hinc Paulus, 1.Cor.1.d.26, Videte vocationem veſtram fratres, quòd non multi ſapientes ſecundũ carnem: ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes.

26 Certe pater, ſic, &c.] Conciſa oratio, pro, Sic profecto factũ eſt pater, quia ſic placuit æterno tuo cõſilio. Hîc admonemur, non eſſe diſcutienda cõſilia Dei in operibus & iudiciis illius, ſed magis laudanda illa & prædicanda eſſe, tantum hac ratione, quòd Deo ſic placeat.

Hinc in Psalmis tãta sanctis voluptas, & gratiarũ actio ob vindictam impiorũ. quemadmodũ enim optant vt eos vincat Dei iustitia, ita victricẽ summo cũ gaudio excipiunt. Videtur antẽ Dominus ex tristitia atque animi perturbatione, quæ eum ex consideratione tam pertinacis impœnitentiæ suæ gentis & patriæ perculerat, venisse in considerationem iudiciorum Patris, quæ nunquam non iusta laudandáque sunt: indéque & in hanc tam lætam confessionem paternæ volũtatis atque iustitiæ erupisse, discusso interim dolore, quẽ immensa illa erga suos dilectio ex penitiore cõsideratione perditionis eorũ hauserat. Hæc nãque dilectio sicut nihil quàm salutẽ quærit iis quos amat, ita nõ potest nõ excruciari animaduertẽs eorũ perditionẽ. Notãda est vis particulæ affirmatiuæ Certe: vt nefas sit negare quod tãta asseueratione affirmatũ est. Illud autẽ, Sic fuit bona voluntas apud te, locutio est Hebraica, pro, sic tibi placuit. vide suprà cap.3.d.17.

Iohã.3.d.36. Iohã.6.e.46. ‖ 'Omnia mihi tradita sunt à patre meo: [& 'ne- 27 — *Omnia mihi tradita sunt à patre meo: & nemo nouit*
mo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis- — *Filium nisi Pater: neque Pa*
quàm nouit, nisi Filius, & cuicunque voluerit Fi- — *trẽ quis nouit, nisi Filius, &*
lius reuelare. — *cui voluerit Fili⁹ reuelare.*
'Venite ad me omnes qui 'laboratis & onerati 28 — *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis &*

ANNOT.

27 Omnia mihi tra.] Quia discipuli dixerãt, vt est apud Lucã, Etiã dæmonia nobis in nomine tuo subiiciũtur: & ipse respõderat, Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi, &c: iã quasi illud cõfirmat, & rationem adiicit: nempe, ista se accepisse à Patre, imò non ista solũ, sed omnia, id est omnem potestatem, vt & Matth.28.d.18, dicit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quod ideo certe dixit, vt discipulorũ, id est paruulorum illorũ quorum meminerat, cõfirmaret animos, quo maiore fiducia Euangelium annuntiarent. nam domini magnitudo addit animum iis qui alienum gerunt negotiũ. Oportuit illos hac cognitione instrui, quòd dominus illorum esset constitutus arbiter & iudex omnium. Non erant igitur illis metuẽdi homines, quum tam potentem haberent dominum. Omnia, dicit: hoc est omne ius, omnẽ potestatem, omne dominiũ cæli & terræ, Pater mihi tradidit. proinde nihil mirum quòd dæmonia vobis subiiciuntur in nomine meo, &c. quũ sim dominus omnium. Quòd tradita dicit à Patre, notatur humanitas eius: iuxta diuinitatem enim nihil accepit à Patre Deus. magnum igitur mysterium, carnẽ nostram regnare in cælis super omnia. Et nemo nouit Fi.] q.d. Quòd autem istud non ab omnibus passim agnoscatur, in causa est, quòd Filium nemo nouit, nisi Pater. Contemptui erat hominibus ob humilitatem personæ: hac humiliatione mundus abutebatur, & poterat illi hoc videri ridiculum. non vult igitur authoritatem suam æstimari humano iudicio, sed reuocat nos ad Patrem. Vtcũque contemnar, nouit me Pater. Filium nouit Pater, quia vnius est cum Filio essentiæ. nam nemo nouit qualis diuina essentia in seipsa sit, nisi is qui in ipsa est essentia. Incomparabilis est gloria qua Pater glorificauit me Filium: incognitam adhuc mundo maiestatem, quam apud eum habui prius quàm hic mundus fieret, (Iohan.17.a.5) nunc profert. Neque Pat.q.no.] Deum nemo vidit vnquam in sua essentia: Filius vidit, quia Patri consubstantialis est. inquit enim (Iohan.10.f.30) Ego & Pater vnum sumus. Filius non cognoscit sibi soli Patrem, sed in salutem nostrã. Officium illius est Patrẽ reuelare. hic enim, quia est viua Patris imago, ostẽdit nobis in seipso qualis sit Pater. Deus est nobis incognitus: & quia incõprehẽsibilis est, proponit se videndũ nobis in sua imagine. 2.Corin.4.a.5. Deũ nemo vidit vnquam: (inquit Iohannes, cap.1.c.18) vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Sed neque ipse Christus potest à nobis agnosci, nisi reuelatione Patris per Spiritum sanctum. Infrà 16.c.17, Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Cuicũque vol.] Donũ cognitionis diuinæ, in manu Christi est: reuelat, ídque quibus vult. gratiæ debentur omnia. Et tamen volũtas illa est nota, quibus libenter reuelet: nẽpe paruulis, laborantibus, oneratis, esurientibus & sitientibus iustitiã.

28 Venite ad me] Benigna Christi inuitatio, qua testatur se paratum esse ad omnes recipiendos. Recte autem ad se inuitat, postquam omnia à Patre tradita accepit, & cognitionem Patris solus donat. Qui labor.& oner.] Vocat nominatim laborantes & oneratos, qui iam peccata sua sentiunt, & pro trãquillanda cõscientia laborãt, pauperésque spiritu existũt: quòd nõ alii, quid Christus sit, agnoscere queãt. Satisfactio enim ipse est pro peccatis, mediator & intercessor eorum qui iratum Deum timent. Hæc prorsus ignorant deplorati illi qui

peccati sensum miserunt: ac etiam hypocritæ qui aliis medelis frustra fidunt, suis scilicet atque aliorũ operibus, ita nec Christũ cognoscere possunt, nec ad illum sese recipere. Igitur pœnitentia quæ nascitur ex sensu miseriæ, requiritur.

ego reficiam vos.

estis, & ego 'refocillabo vos.

Tollite iugum meum super vos, & discite à me: quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

29 Tollite 'iugum meũ super vos, & discite à me:
'quòd mitis sim, & humilis corde, ‖& 'inuenietis Ierem.6.d.16
requiem animabus vestris.

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

30 ‖'Iugum enim meum 'commodum est, & onus 1.Iohã.5.a.3.
meum leue est.

ANNOT.

Refocillabo] Vel recreabo. nec enim ad cibum est referendum, sed ad remedium lassitudinis. q.d. quiescere, aut interspirare vos faciã. Ego, inquit: ne ad quid aliud accedatis. Simulatque enim ille sui cognitione donauerit, vt nõ dubitemus per ipsum peccata nobis à Patre cõdonari, atque in filios & hæredes ab ipso nos assumptos: quid est quod præterea queat nos angere? quæ animi pax & trãquillitas maior referri potest? Multus sane est Paulus in hac pace prædicãda. Eadẽ autẽ hæc sententia quæ & versu sequẽti, Inuenietis requiẽ animab. vest.

29 Iugum meũ su.v.& discite à me:] Quid per iugũ & onus suũ intelligat, ipse satis declarat, quum subiicit, Discite à me. quæ enim docet, onus quoddam & iugum sunt carni: ac quum quis ipsi sese fide dediderit, sentit Spiritu (quem ab ipso percipit) nihil sibi esse commodius, nihil portatu facilius. Intelligit igitur per iugum suum, nihil aliud, quàm vt se disciplinæ magisterióque suo subdant & concredant, amplectantur se magistrum, dominum, ac præceptorem. q.d. Laboratis sub iugo Legis ac Mosis, Scribarum ac Pharisæorum, traditionúmque humanarum, sub quorum magisterio quæritis animarum vestrarum requiem, hoc est cõscientiarũ pacificationẽ, quũ Dei iudiciũ subit in mentẽ, & nihil inuenitis. Huc ad me: & ego refocillabo vos. Tollite iugum meũ super vos, & discite à me, hoc est, subdite vos mihi, estote mei discipuli, doctrinam meam accipite, sinite vt ego vos imbuam doctrina & Spiritu meo, & certo inuenietis requiem animarũ vestrarum. Quòd mitis sim,] Hoc ita legunt quidã vt sit hoc quod debeant discipuli Christi discere: nempe humilitatem & mansuetudinẽ. Verùm alia est istorum verborum Christi ratio & sententia, quæ magis conuenit isti generi hominum quos ad se vocat: nempe ista, Quia laborantes isti & afflicti, animis sunt remissis, afflictis, humilibus ac pusillis, vt facillime refugiunt accessum potentum, considerato illorum ingenio: addit de sua mãsuetudine & cordis humilitate, vt ad accessum & submissionem eos animet ac persuadeat. q.d. Tametsi omnia mihi tradita sunt à Patre, quamuis sim omnium dominus, tantũ abest vt propterea animo sim elato ac feroci, vt etiã meipsum propter vos humiliauerim (Philip.2.a.7) in omnibus vobis similis factus sim, & ipse afflictus & humilis corde, qui non spernã vos, sed maxime laboribus vestris cõdoleam, & vos iuuare cupiam, quorũ gratia hæc omnia facio. Inuenietis req.an.] Ne putetis requiẽ inueniri humano studio posse. Dicit quidẽ Inuenietis: sed antea dixit, Refocillabo: vt intelligas ipsius gratia & virtute fieri vt inuenias quod aliàs nunquã, nisi ipse daret quod quæris. acsi dicat, Quod quæritis multis aliis rationibus frustra, nempe requiẽ, vt solent laborantes & onerati: id in me inuenieris.

30 Iugum enim meum, &c.] Rationem reddit adhuc aliam, quæ bifariam exponitur. aut enim eò pertinet vt dicat quare sint requiem inuenturi ex iugo suo, nempe quòd commodum & leue sit. aut hoc argumento persuadet iis quos ad se vocat, ne detrectent iugum suum amplecti, iugi vocabulo deterriti: esse longe commodius iugum quod ipse impositurus sit, quàm quo hactenus essent pressi. Commodum,] Aut, facile, vel humanũ & blandum, hoc est, minime asperũ, miniméque seuerum. Vocat iugũ suum suaue: quũ tamen nihil difficilius sit eius doctrina, & cruce quam nobis imponit: neque quicquam sit vita Christianorũ miserius, si præsentem cõditionem spectes. Verùm si respicias multitudinem legaliũ & paternarum traditionũ, illísque doctrinã Christi conferas, dices esse suauem & leuẽ. Deinde si consideres mãsuetudinẽ & humilitatem ipsius Domini, qui dicit, Quia mitis sum & humilis corde. Postremo, si ipsam disciplinam in se cõsideres, carni quidem est acerba & molesta, spiritui verò suauis & facilis. id quod gratiæ Spiritus sancti debetur, quæ disciplinam hanc Christi & suauem reddit, & facilem. qui regenerati sunt, formantur ad obsequium diuinæ voluntatis: vbi autem semel gustauerunt qualis sit Christus, & quæ illi debeant, nihil durum.

CAP. XII.

Har.1.47 I'N illo tempore ibat Iesus'ſabbatis per ſegetes: 1
Mar.2.d.23. Luc.6.a.1. diſcipuli verò illius'eſuriebát,& cœperunt vel-
deut.23.d.25. lere ſpicas,& comedere.
At'Phariſæi quum vidiſſent, dixerũt illi, Ecce 2
diſcipuli tui faciunt'quod non licet facere in ſab-
bato.
1.Sam.21.b.6 ‖Ille verò dixit eis,'Nõ legiſtis quid'fecerit Da 3
uid,quum eſuriret ipſe & ii qui erant cum illo?
Quomodo ingreſſus ſit'in domum Dei,& pa 4
nes propoſitionis ederit,quos ipſi non licebat e-
Leuit 24.b.9 dere,neque iis qui cum illo erant,niſi ‖ſacerdoti-
bus ſolis.
Aut'non legiſtis in Lege, quòd ſabbatis ſacer- 5

CAP. XII.

1 IN illo tempore abiit Ie-
ſus per ſata, ſabbatho: di
ſcipuli autẽ eius eſurientes
cœperunt vellere ſpicas, &
manducare.
2 Phariſæi autem vidẽtes,
dixerunt ei, Ecce, diſcipuli
tui faciunt quod non licet
eis facere ſabbathis.
3 At ille dixit eis, Nõ legi-
ſtis quid fecerit Dauid quã
do eſuriit, & qui cum eo e-
rant?
4 Quomodo intrauit in
domum Dei, & panes pro-
poſitionis comedit, quos nõ
licebat ei edere, neque his
qui cum eo erant, niſi ſolis
ſacerdotibus.
5 Aut non legiſtis in Lege
quia ſabbathis ſacerdotes

IN CAPVT XII.

1 In illo temp.] Formula eſt connexionis hiſtoricæ. Hîc quædã de Chriſto narrantur, ex quibus ſententiam eius de ceremoniis Legis vniuerſis manifeſtiſſime queas diſcere, vtque externis vtendũ ſit quibuſvis, nimirũ pro arbitrio veræ dilectionis: tũ de obſtinatione reproborũ, & pro quibus rebus potiſſimũ ipſi pugnent. Sabbatis] Aut ſabbathis, pro ſabbatho quodam poſitũ, more Hebræorũ: vt Sepultus eſt in vrbibus Ghilhad, id eſt in vna ex vrbibus, Iudicũ 12.c.7. Aut ſabbathis pro ſabbatho ſecundoprimo accipiendũ, de quo apud Lucã cap. 6.a.1, dicetur. Non ſine Dei diſpẽſatione peculiari factũ, vt potiſſimum ſabbathis diſcipuli ita eſurirent, pérque ſegetes iter facerẽt, denique præſentibus Phariſæis. oportebat enim dari Domino occaſionẽ vt doceret quid de magnifica & ſancta ſabbathi religione ſentiret. Eſuriebant] Poterat Chriſtus ſuos abũdanter paſcere, qui etiã modico pane quinque millia hominũ pauit. verũ ita malebat ſuos inſtituere, vt ferendæ fami aſſueſcerent, diſcerẽntque modicis eſſe contenti. futurũ enim erat vt poſt diſceſſum ipſius, famẽ experturi eſſent. qua de re vide Apoſtolum, 2. Corin.11.f.27.

2 Phariſæi] Hi velut vehementer iuſti, Chriſtum comitabãtur inter reliquam turbã, non vt ab illo diſcerent, ſed vt obſeruarent illius dicta & facta, haberẽntque quod carperent, tanquam ſtudioſi diuinæ legis cuſtodes, quibus quaſi peculiariter hoc demandatum eſſet muneris vt ſingulorũ vitam & religionem obſeruarẽt & arguerent. Quod non l.fac.in ſabbato.] Magna ſuperſtitione tenebantur erga ſabbathi obſeruationem Iudæi, maxime Phariſæi, quæ Exod.20.b.8, & Deut.5.b.11, præcipitur: cui ſatiſfeciſſe exiſtimabant, ſi ab externo tantũ opere ceſſaſſent & abſtinuiſſent, neceſſitatem proximi nihil ſpectantes. Non reprehendũt diſcipulos quòd vellant ex alieno agro ſpicas, ſed quòd in ſabbatho: quaſi ita ordinatum eſſet à Deo, vt potius homines fame morerentur, quàm vt in ipſo ſpicas vellerent ad arcendam famem. Calumnioſe igitur accuſant.

3 Non legiſtis, &c.] Obiectã calũniam refutat exemplo Dauidis, quẽ excuſauerat neceſſitas: qui & ipſe famis neceſſitate adactus, fecerat quod non licebat. quod tamen factũ non damnat Deus: qui vt vetuerat edi panes ab alio quàm à ſacerdotibus, ita iuſſerat obſeruari ſabbathũ. Obſerua autem vt non ſimpliciter Dauidis exẽplũ profert, ſed dicit, Nõ legiſtis: ſatis ſalſe. q.d. ignoratis adhuc quod adeo notum & tritũ eſt in Scripturis? ſi legiſtis, quî fit vt Dauidem non incuſetis, diſcipulos verò meos in facto pari condemnetis?

4 In domũ Dei,] Hoc eſt, in atriũ. Hiſtoria quã obiicit, legitur 1.Sam.21.b.6. Et de panibus propoſitionis vides Leuit.24.b.9.

5 Non legiſtis in Lege, quòd Sabbathis ſacerdotes, &c.] Quia poterãt obiicere, factũ Dauidis non pertinere ad propoſitũ: diem enim Sabbathi nõ contẽpſiſſe: ideo de ſabbatho quoque, quomodo ſine crimine violetur, commemorat, ídque ex Lege. q.d. quod ad ſabbathũ attinet, nónne toties ſcriptum videtis in Lege (tametſi ipſa prohibeat Exod.35.a.5, ne ignẽ quidem in priuatis domibus accendi die ſabbathi) in ipſo ſacerdotes in templo ſacrificia parare,

pecudes mactare,ligna ſcindere,& reliqua quæ ſacrificiorũ apparatus exigit,facere?& tamen nemo veſtrum illos vt ſabbathi tranſgreſſores damnat. Vnde ſatis diſcere poteſtis,nõ quodlibet opus in ſabbathis vetitum fuiſſe.

in templo ſabbathum violant, & ſine crimine ſunt?

dotes in 'templo ſabbathum 'prophanant,& crimine vacant?

Dico autẽ vobis quia templo maior eſt hic.

6 Dico autem vobis quòd 'templo maior eſt hoc in loco.

Si autem ſciretis quid eſt, Miſericordiã volo,& nõ ſacrificium: nunquam condẽnaſſetis innocentes.

7 Quòd 'ſi ſciretis quid ſit,‖Miſericordiam volo, Oſeæ 6.c.7.
&non ſacrificium,nequaquam condẽnaſſetis inſontes.

Dominus enim eſt Filius hominis etiam ſabbathi.

8 Nam 'dominus eſt & ſabbathi Filius hominis.

Et quum inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorum

9 ‖At progreſſus illinc, 'venit in ſynagogã illorũ. Har.1.48

Et ecce homo manum habens aridam: & interroga-

10 Et ecce 'homo erat manum habens aridam: & Mar.3.a.1. luc.6.a.6.

ANNOT.

Templo,] Id eſt ea parte templi quæ Atrium appellatur. Prophanant,] Prophanare,ſiue violare vocat,eo die operari perinde atque profeſto. Crimine vacant,] Aptius, ſine crimine ſunt.i.nihil eis imputatur.

6 Tẽplo maior eſt in hoc loco.] Cogitabant fortaſſe, Quòd ſacerdotes in tẽplo die ſabbathi operantur,ad cultum Dei(qui per ſacrificia adimpletur)pertinet,& templo Dei excuſantur.facit enim templum Dei vt ſancta ſint ea opera ſacerdotum.His cogitationibus reſpõdet,Si templi ſanctitas non excuſat modo, ſed exigit opus à ſacerdotibus die ſabbathi: magis debet hos meos diſcipulos excuſare mea præſentia.maior enim tẽplo ſum:eòque illis mea cauſa plus quàm templi licebit. Quum itaque famelicos nunc libuerit circunducere eos,rectè fecerunt ſibi cibum parando,quò ſequãtur expeditius. Aduertẽdum autem in omnibus noſtris ſcriptis codicibus Græcis legi,maius,neutro genere,non maior:vt intelligas Chriſtũ nõ de ſua perſona loqui ad eos quibus erat ignotus:ſed aut de eo,quòd ſalus hominum quæ periclitatur fame,maioris apud Deum ſit æſtimationis,quàm templum illud externum cum ſuis ſacrificiis:aut de eo,quòd miniſterium Apoſtolicũ,(per quod Chriſti diſcipuli,regni Dei miniſtri erãt,) longe excellat miniſtros legis ac templi illius ſacerdotes:atque ideo longe verius excuſari diſcipulos ſuos à tranſgreſſione ſabbathi,quàm ſacerdotes in templo operantes. Accommodatius certe videtur intelligendũ eſſe de ſalute hominũ, quæ quum potior apud Deũ ſit quàm templũ & ſacrificia,multo melius excuſat factum Apoſtolorum,quàm ſacerdotum.

7 Si ſciretis,] Acerbũ hoc verbum auribus eorum qui ſibi clauem ſciẽtiæ vendicauerãt. Miſeric.volo,&c.] Vide hunc Oſeæ locũ ſuprà cap.9,verſu 13,explicatum.

8 Dominus eſt & ſabb.] Hæc ſententia bifariã poteſt exponi:aut de Chriſto,qui ſe hîc vocet dominum ſabbahi : imò non ſolùm ſabbathi,ſed cũ aliis,etiam ſabbathi: vt ſcilicet cõiungantur hæc verba verſui præcedenti, Tẽplo maior eſt hoc loco: nimirũ dominum eſſe ipſum vt omniũ rerum,ita & ſabbathi.Ita declarabit apertius quid ſibi datum ſit à Patre: & illi licere ſabbatho vti prout videtur. Aut de quouis homine intelligas:vt Marcus intellexiſſe videtur, quũ ait cap.2.d.27, Sabbathũ propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbathum . itaque dominus eſt filius hominis , etiam ſabbathi. Qui ſenſus videtur exigi etiam ex præmiſſo dicto Prophetæ, Miſericordiam volo, &c.quo declaratur,hominem potiorem eſſe coram Deo,quàm quoduis ſacrificium.certe vt omnibus legibus,hominis incolumitatẽ ſpectauit quæſiuítque Deus:ita hac quoque lege de ſabbatho lata,hominem ſeruare,non perdere voluit: vt ſatis oſtendunt verba Marci. Et quam Chriſtus in huiuſmodi rebus poteſtatem habet, eandem habent omnes quotquot ſunt eius membra : quia Dominus omnia ſua nobis per communionem ſpiritus communicat. Qui exiſtimant hoc loco abrogari obſeruationem ſabbathi,falluntur:agitur enim hîc de legitima ſabbathi obſeruatione.

9 Venit in ſynagogam] Hanc hiſtoriam Marcus & Lucas etiam ſcripſerunt:qui quia ab hoc diſcrepare paulũ videntur,vide Harmoniam,lib.1.cap.48.illic habes caput ex tribus contextum,quod oculis tibi ſubiiciet quid quiſque dicat.

10 Homo manum ha.ar.] Vbi verbis non ſatis de ſabbathi obſeruatione Iudæis perſua-

ſiſſet Chriſtus, adhibuit miraculum, ceu teſtimonium Patris, quo fidem illis faceret, recta ſe & pia docere. Notemus ſimul hinc, Deū omnia certis prouidentiæ legibus diſponere. Neque enim huic temere manus exaruerat, neque ad hoc tempus ſine peculiari Dei voluntate aderat.

interrogabāt illum, dicētes, Licétne ſabbathis curare? ʼvt accuſarent eum.

At ille dixit eis, Quis erit ex vobis homo, qui 11
habebit ouem vnam, ʼ& ſi ea inciderit ſabbathis
in foueam, nónne apprehendet eam & eriget?

Quāto igitur præſtantior eſt homo oue? ʼLicet 12
igitur ſabbathis beneficio afficere.

Tunc dicit homini, Extende manum tuam. Et 13
B is extendit: ac reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

Porrò Phariſæi egreſſi ʼceperunt cōſilium ad- 14
uerſus eum, quomodo illum perderent.

At Ieſus vbi nouiſſet, ʼſeceſſit illinc: ſecutæque 15
ſunt eum turbæ multæ: & ʼſanauit eos omnes.

ʼEt interminatʼ eſt illis ne ſe facerēt manifeſtū. 16

Vt ʼcōpleretur quod dictum erat per Heſaiam 17
prophetam, qui ait,

Eſa. 42. a. 1 ‖Ecce ʼſeruus meus 18

bant eum, dicentes, Si licet ſabbathis curare? vt accuſarent eum.

Ipſe autē dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouē vnam: & ſi ceciderit hæc ſabbathis in foueā, nónne tenebit & leuabit eā?

Quanto magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbathis bene facere.

Tūc ait homini, Extende manū tuā. Et extēdit: & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

Exeuntes autem Phariſæi conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum.

Ieſus autem ſciens, receſſit inde: & ſecuti ſunt eum multi, & curauit eos ōnes.

Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent.

Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem,

Ecce puer meus

ANNOT.

Vt accuſar. eum.] Animaduerte Phariſæos & Scribas fuiſſe omnium ſapientia atque ſanctimooia præſtantiſſimos, qui Dominum obſeruauerunt, captantes occaſiones quibus ipſum accuſarent & perderent.

11 Et ſi ea eeciderit, &c.] Taxat ipſorū auaritiam, qua maiorem rationem habebaot proprii commodi, quàm alieni. Simul vt illos magis condamnet iniquitatis, hæc interrogat.

12 Licet ſabbathis, &c.] Hic iterum interpretatur quæ ſit vera ſabbathi obſeruatio: docetque non tantum nos delinquere ſi præter officium faciamus, ſed etiam ſi negligamus. Nō vult nos Deus eſſe inutiles.

14 Ceperunt cooſ.] Noo audent, nec poſſunt culpare factum, quod tam apertam referebat Dei virtutem. quia verò vident hoc pacto creſcere gloriam Chriſti, ſuam verò minui, nō poſſunt quieſcere præ nimiis inuidiæ ſtimulis. Proinde ad praua conuertuotur cooſilia occidendi Chriſti.

15 Seceſſit illinc,] Fugit iterum Chriſtus, ſed præter vllius incōmodum: nam ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & ſanauit omnes. Ita autem fugit, vt paratus ſit mori quum tempus aduenerit. Saoauit e. omnes.] Quum omnes dicit, noo tam hoc agit vt oſtendat ægrotos aliquot à Chriſto fuiſſe ſanatos, quàm vt propenſam illam & nunquam ſatis æſtimatam Chriſti bonitatem, & benefaciendi facilitatem quibuſuis obuiam, exprimat: & doceat magis qualis ſit bonitas, quàm ſanandi virtus.

16 Et interm. eſt.] Noluit manifeſtari ante illud tempus quod ipſe nonerat opportunum: volebat propterea virtutē ſuam ignorari & veluti ſepeliri. Marcus peculiariter dictū hoc fuiſſe dæmonibus, capite 3. b. 12 ſcribit, quòd Dominus nollet famā ſuam celebrari à malis ſpiritibus, quorum teſtimonium erat ſuſpectum. nunquam enim ſine dolo agunt.

17 Vt compleretur] Adducit hunc locum Euangeliſta ad commendandā admirabilem illam Chriſti manſuetudinem & modeſtiam qua & aduerſariis ſuis ceſſit, quum perdere poſſet: & omnem gloriam & ſtrepitū mundi reiecit, per patientiam expectans donec eiiceret ad victoriam iudicium. Ad oſtēdendum etiā, illum ſeceſſurū ad Gentes, & eas per ſuos docturū.

18 Ecce ſeruus mens] Sic vertendam vocem Græcam ambiguā aperte indicant Hebræa in Eſaia, vbi A B D I legitur, quod ſeruum, nunquam filium ſignificat. Seruum vocat, non de

diuina illius natura & maiestate, sed de bumana dispensatione loquens, qua non domini, sed serui formam, (Paulo teste, Philip.2.a.7,) assumpturus erat, venturúsque nõ vt sibi ministraretur, sed vt miuistraret aliis. Infrà 20.d.27. Post hæc verba, legitur Hebraice, inuitar ei: vel, suscipiam eum, vt etiam apud L X X.

quem elegi: dilectus meus, in quo bene cõplacuit animæ meæ ponam Spiritum meũ super eum, & iudicium Gentibus nuntiabit.

'quem elegi: 'dilectus meus, in quo 'sibi bene cõplacuit anima mea: 'ponam Spiritum meũ super illum, & 'iudicium Gentibus annuntiabit:

Non cõtẽdet, neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

19 'Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem eius:

Arundinẽ quassatã non cõfringet, & linnm fumigans nõ extinguet: donec eiiciat

20 'Arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non extinguet:

ANNOT.

Quẽ elegi,] Non vt est filius Dei, dicitur electus, sed vt seruns iu hunc mnndum ad nostram redemptionem missus. Ideo Prophetæ Christum vocarũt Dei electum. sic & sacerdotes irridentes dicebant, Luc.23.e.35, Seruet seipsum, si quidẽ Cbristus est Dei electus. Et 1.Pet.2.a.4, vocatur lapis à Deo electus, Ad quẽ (inquit) accedentes, lapidẽ viuũ, ab bominibus qnidẽ reprobatũ, à Deo autẽ electum. Dilectus meus] Hoc Hebraice non legitur. Dilectio filii diffunditur in omnes electos Dei. Non qnatenus homines sumns, Deo exosi sumus, verùm in causa est peccatum cur nos reiiciat. Nulla firma dilectio nisi in Cbristo, etiãsi angelos spectes: in quibus non est tanta constantia vt per se possint esse stabiles: deficeréntqne nisi per Christũ starent, & illos ipse in illa vnitate coniungeret. Diligimur, quia adoptati sumns in filios. Sibi bene cõpl.an.m.] Idem siguificat quod suprà cap.3.d.17, In quo mibi bene complacitũ est. Hîc maioris affectus nomen additur, anima mea. Ponam Spir.m.s.il.] Instructus & consecratus fuit Cbristus gratia Spiritus sancti, quãtum ad naturam humanam, antequam exerceret officiũ suum ad quod missus erat. suprà cap.3.d.16, ipso baptizato, vidit Spiritum Dei descendentem, & manentem super ipsum. de qno præmonitus fuerat Iobannes Baptista, his verbis (Iohan.1.e.3,) Qui misit me baptizare aqua, ille dixit mibi, Super quẽ videris Spiritũ descendentẽ, & manentẽ super eum, bic est qui baptizat Spiritu sancto. Sic consecratus fuit Moses, Samuel, Dauid: sic Propbetæ, Elias & Elisæus. Iudicium Gentib.annũ.] Officium Christi ex virtute Dei acceptum, est Gentibus proferre indicium, id est regnum iustitiæ, siue Euaugelium, qnod damnat & iudicat omnem iustitiã, ostẽdit omnes esse peccatores qui non credunt in Christum, refellit iudicium nostrum in approbando satanæ regno, Iohan.16.b.11. Prædicitur hoc loco vocatio Gentium.

19 Non contendet, &c.] Hoc de Christi mansuetudine & modestia dictum est, quá erat in finem vsque seruaturus, omnésque in illa aduersarios snperaturus: nihil enim strepitus regii, nibil tumultus, qui formidabilem potentiam designaret, qua scilicet immorigeri essent ad officiũ compellendi, sed omnia placida & trãquilla apud Dominũ visa sunt, vt vel in præsenti loco apparuit, quum manifestari nollet. quare & locum bunc Enangelista huc adduxit. Tamen dum clamoribns fuit opus aduersus hypocrisim Pharisaicam & falsas Legis iuterpretationes, non tacuit Christus.

20 Arundinẽ cõmi.] His duabus locutionibus significat potius opitulaturum iufirmitati nostræ, quàm reiecturum quod debile fuerit. Clemeutiam admirandam per hæc significauit Propheta. afflictos enim, atqne ceu calamus quassatus sese babentes, nou prorsus cõminuit, sed erexit potius & corroboranit. Ita funiculum, siue ellychnion iam obscurum, quódque propè extinguebatur, nõ extinxit, sed excitauit magis vt clare arderet. Publicanos & peccatores nõ contẽpsit, sed magis seruare studuit. nihil tam debile fuit, tam cõfractũ, tam abiectũ, in quo vel tantilla spes esset salutis acceptãdæ, quod non curauerit ac seruauerit. Post bæc sequuntur in Propheta pancula à Matthæo omissa, In veritate proferet indicinm, non erit remissus, neque frãgetur. Quibns fidelis docendi ratio Domini nostri exponitur. Quãuis (inquit) infirmos subleuatnrus ac sustentaturus sit, tamen louge aberit à blanditiis quibus vitia aluntur: vitia corriget sine adnlatione, qua nihil magis aliennm ab hac mansuetudine esse potest: contemptores & peruicaces dure argnet, vt multis exemplis patuit aduersus Pharisæos, & similes. Mandatũ suum viriliter exeqnetur, non erit mollis aut effœminatus iu corrigẽdo, non declinabit ad dissolutam indulgentiam.

'donec eiiciat ad victoriam iudicium:
'Et in nomine illius Gentes sperabunt. 21
Har.2.10 ‖'Tũc adductus est ad eum qui dæmonio agi- 22
marc.3.c.20. tabatur, cæcus & mutus: & sanauit illũ, ita vt cæ-
luc.11.b.14. cus ac mutus & loqueretur & cerneret.
Et obstupuerunt omnes turbæ, dicebántque, 23
'Num hic est ille filius Dauid?
Suprà 9.d.3.4 At 'Pharisæi quũ audissent, dicebant, ‖Hic non 24
marc.3.c.22. eiicit dæmonia, nisi præsidio Beelzebul principis
dæmoniorum.
Iesus autẽ 'quum sciret cogitationes illorum, di- 25
xit illis, 'Omne regnum diuisum aduersus sese, de-
solatur: & omnis ciuitas aut domus diuisa aduer-
sus seipsam, non stabit.

ad victoriam iudicium:
21 Et in nomine eius Gẽtes sperabunt.
22 Tũc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur & videret.
23 Et stupebãt omnes turbæ, & dicebant, Nunquid hic est filius Dauid?
24 Pharisæi autem audientes dixerũt, Hic non eiicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.
25 Iesus autem sciẽs cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit.

ANNOT.

Donec eiic, ad vict. iudicium.] Hebraice, donec ponat in terra iudicium. Id est, donec prædicatione Euangelii victoriam obtineat in conscientiis. hoc est, prodire vel potius erumpere faciat quod alioqui mundi tenebris obruitur. Dicit Propheta Christũ adeò constantem fore vt vocationem suam ad extremum persequatur: eiúsque ministerium non fore infructuosum, sed tantæ efficaciæ vt eo homines reformentur. Cuius exemplo admonentur ministris verbi forti animo perseuerandum esse.

21 Et in nomine il. Gen. spe.] Hæc est interpretatio eius quod in Esaia legitur, Et legem eius insulæ expectabunt. q.d. Euangelium à Gentibus magna auiditate excipietur.

22 Tunc adductus est] Tunc scilicet, quum esset in domo, & conuenisset ad eum turba, vt habet Marcus. De fide adducentium cæcum ad Christum, nihil narratur: quòd tamẽ adduxerunt, signũ est eos multa bona sibi de Christo promisisse. Hæc historia videtur esse eadem quam Lucas narrat, cap.11.b.14, tametsi Harmonia Euangelica tanquã diuersam, diuersis scribat locis. Lucas igitur dæmonium præsens dicit fuisse mutum: per quod declaratur, vi mali dæmonis hũc miserum, & mutum & cæcum fuisse: quam vim vbi Christus depulit, ille loqui potuit & videre.

23 Num hic est ille fi. Da.] Scopus, vsus & fructus huius historiæ est vt cognoscatur Iesus esse Christus, rex ille & sacerdos in Lege & Prophetis promissus. Neque aliud ex diuino facto colligunt etiam turbæ, dicentes, Num hic est, &c. quod certe non dubitanter dictũ intelligi debet. Habet enim magnã asseuerationẽ oratio, veluti illa apud Iohannẽ, 7.c.31, eiusdẽ turbæ oratio, Christus quũ venerit, nũ signa plura edet iis quæ hic edidit? Ita enim hic quoque, Quis tã cæcus (inquit turba) & iudicii expers fuerit, qui nequeat ex tantis colligere miraculis, hunc, illũ Dauidis esse filium, quẽ in solio Patris regnaturũ prophetarunt sancti Prophetæ? Vnde & Christus illa (suprà 11.a.5,) discipulis Iohannis obiicit. Et Iohan.5.f.36, Ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.

24 Pharisæi quũ audiss.] Turbæ obstupescũt & admirantur verbũ & eius effectus: Scribæ verò & Pharisæi, homines iustitiarii, offendũtur, damnántque verbũ & eius effectus, Beelzebub principi dæmoniorum hos effectus tribuentes. Vide suprà cap.9.34.

25. Quum sciret cogitationes e.] Cogitationes vocat prauum & astutũ consilium, quo in proferenda ista blasphemia vtebantur. Vt Christus hoc responsum daret, magis motus fuit callida Pharisæorum malitia, quàm impudenti isto conuitio: magísque spectauit quid malitiose tenderent, quàm quid impudenter blasphemarent. Quæ dicebãt Pharisæi, magis probro erant Christo, quàm quæ cogitabãt. quæ verò cogitabãt, ad hoc erant instituta vt populũ rudem à fide Christi auellerent. quare magis mouetur Christus qui magis spectabat quid populo esset vtile, quàm quid sibi gloriosum. Omne r. &c.] Marcus cap.3.c.23, dicit hæc Dominũ per parabolas loquutũ, Cõuocatis eis, (inquit) in parabolis dicebat eis, Omne regnũ, &c. Parabolæ igitur sunt quæ vel experientia hominũ cõprobantur: quibus Dominus cũ vulgo

agens, ad suum institutum libẽter vsus est. Rationes verò quibus Dominus hîc demõstrauit falsum cogitare Pharisæos, huiusmodi sunt, Nullum regnum aut domus secum pugnans, consistere potest: si igitur ego virtute dæmoniorum dæmonia expellerem, dæmones secum pugnarent, atque ita nequiret regnum ipsorum consistere. atqui illud videtis nimis inuictum & potens perstare: non igitur ipsorum virtute expello.

Et si satanas satanã eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnũ ei'?

26 Et si satanas satanã eiicit, aduersus seipsum di-
uisus est: quomodo igitur stabit regnum illius?

Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones: filii vestri in quo eiiciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt.

27 Et si ego præsidio Beelzebul eiicio dæmonia,
'filii vestri cuius præsidio eiiciunt? propterea ipsi
'iudicabunt de vobis.

Si autẽ ego in Spiritu Dei eiicio dæmones: igitur peruenit in vos regnum Dei.

28 Quòd si Spiritu Dei ego eiicio dæmonia, ergo C
'peruenit ad vos regnum Dei.

Aut quomodo potest quisquam intrare in domũ fortis, & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

29 Alioqui 'quomodo potest aliquis intrare do-
mũ 'potentis, & 'vasa illius diripere, nisi prius vin
xerit potentem, & tunc domum illius diripiet?

Qui non est mecum, contra me est: & qui non cõgregat mecum, spargit.

30 'Qui non est mecũ, aduersum me est: & qui nõ
congregat mecum, spargit.

ANNOT.

27 Filii vestri cu. præs. eii.] Per filios aliqui intelligunt exorcistas, alii Apostolos, alii Prophetas. semper fuerunt exorcistæ in populo Iudaico. non refert qui fuerint. constat nunquam defuisse miracula inter Iudæos. Agnoscebant autem opus Dei in filiis suis: in persona verò Christi improperabant factum. Iudicabunt de vobis.] q.d. Non est quòd alios inter me & vos constituam iudices: filii vestri erunt iudices, & pronuntiabunt vos inique iudicare de meis operibus. nam in filiis probatis quæ in me calũniamini, quũ interim opera illorũ mea perficiantur virtute. testes erunt vestræ malitiæ, & peruersissimi erga me odii.

28 Peruenit ad vos reg. Dei.] Vel, præuenit. Id est, Messias vobis promissus à Deo, vobis nec opinantibus aduenit. Postquam duobus argumentis declarauit se non in Beelzebub, atque ideo sine dubio in Spiritu, id est virtute Dei, eiicere dæmonia: colligit id quod res erat, vel hoc signo apertissime conuinci, adesse regnum Dei, quòd regnum Satanæ debellari non possit nisi virtute regni Dei.

29 Quom. po. aliq.] Alia similitudine idẽ probat, se virtute propria, hoc est diuina, eiicere dæmonia. Videmus in humanis rebus sic natura esse comparatum, vt nemo alium vincere aut expellere possit, nisi sit illo fortior. Quum ergo videtis me dæmonia eiicere, cur non intelligitis me superiorem esse dæmone? Potentis] Vel, robusti & fortis. Obseruandum, hîc satanam vocari robustũ, ne simus ignaui & socordes, ne ruamus temere, sed vt bene præparati, descendamus in certamẽ, non confisi propriis viribus, sed postulantes arma & virtutem à Deo: alioqui facile vincemur. Ideo monemur precari, Libera nos à malo. Si cum illo cõferamur, imbelles sumus: ipse enim multũ habet virtutis. opus igitur est diuinũ, ipsum superare. Christo autẽ coniuncti id possumus. Vasa] Sic dicuntur instrumẽta, arma, supellex, more Hebraico. q.d. eodẽ modo ego satanam in manu mea habeo, quẽ capere & vincere possum, spolia diripere, hunc quẽ possederat, liberare, & ab eius violentia & tyrãnide asserere. Notandum, quum de diabolo fiunt verba, per vasa intelligi omnia quæ Deus illi permittit. id est omnes homines ante regenerationem. natura enim filii iræ sumus, Ephes. 2. a. 3. à qua eripimur quum sumus reconciliati. Tunc autem vasa diabolo eripiuntur, quum illi eripimur.

30 Qui non est mecum, &c.] Aliud argumentum est ex sensu & prouerbio vulgari sumptum, quo declarat ex diuersis studiis, suo nempe & satanæ, esse cõspicuum se hostem esse satanæ: Ipse colligit, satan spargit. Esse cum Christo, est cum illo congregare ad regnum Dei. Colligit Christus, & ipsius veri ministri, quũ sua doctrina demessos colligũt, & congregãt filios Dei in horreum Patris, in vitam æternã, suprà 3. c. 12. Iohã. 4. e. 36. Metaphora à messis tempore, vbi omnes currunt, & colligunt messem, tempestatem futurã metuentes. Satan, qui vere lupus est, rapit, & dispergit oues, ab ouili Christi segregat, Iohan. 10. c. 12, quum quod se-

minatum est Euangelii verbum iu corde earum per prædicationem, rapit, ne credẽtes saluentur. Luc. 8. b. 12. Medium non reliquit Christus: aut colligere oportet cum eo, aut dispergere cum satana. Igitur videtur simul his verbis hypocritas quosdam allocutus, qui eum esse Messiam dissimulabant. q. d. Multi sunt inter vos qui omnia dissimulant, neutri parti adhærentes. Sed si verè essetis discipuli mei, si verè crederetis mihi, adiũgeretis vos plebi, & confiteremini me virtute Dei eiecisse dæmoniũ, ageretísque pro tam immenso beneficio gratias Deo. Qum hoc nolitis, deberetis vos palàm adiungere alteri parti, quæ factũ meũ calumniatur, & dæmoni ascribit. At quia dissimulatis, certissimũ signum est vos meeũ non esse, nec meeũ colligere, sed dispergere potius: adhæretis calumniantibus me, vtcunque dissimuletis. Obseruẽt ista qui hodie neutri parti addicti sunt, nihílque religionẽ Christi & veritatẽ Euangelicã curant: quorũ magnus est numerus. Obseruẽt & episcopi qui hodie ad regnũ Dei nõ congregãt: cum Christo nõ sunt, atque ideo reuera aduersarii & sparsores ac dissipatores regni Dei.

Marc. 3. d. 28. luc. 12. b. 10. 1. iohã. 5. d. 13

¶ 'Propterea dico 'vobis, Omne 'peccatũ & con- 31
uitium remittetur hominibus: at 'conuitiũ in Spi-
ritum non remittetur hominibus.
Et quicũque dixerit verbum 'aduersus Filium 32

31 Ideo dico vobis, Omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemiæ non remittetur.
32 Et quicunque dixerit verbum cõtra Filium hominis,

ANNOT.

31 Propterea] Id est, quia tam apertam Spiritus sancti operationẽ blasphematis. Vobis] Emphasim habet. q. d. vobis loquor qui cõtra conscientiam damnatis effectus verbi & Spiritus sancti. Diligenter se purgauit ab eo crimine cuius fuerat insimulatus: vbi hoc satis probatũ est, tunc incipit acerbius obiurgare calũniatores. Alioqui si non afferamus iudicium prius, quid aliud quàm tumultuabimur? Probauit opus suum esse à Dei virtute: nunc locum habet obiurgatio quæ sequitur argumenta. Peccatum & conuitium] Græce, peccatum & blasphemia: quæ vox idem valet atque maledictum & conuitium, quum scilicet de aliquo dicuntur quæ flagitiosa sunt & probrosa, vnde fama illius læditur. ea enim voce execramur aliquid ac detestamur. Blasphemia erat quòd Christum vocabant socium publicanorum, Samaritanum, vini potorem, comedonem: & quòd hic dicunt eum eiicere dæmonia præsidio Beelzebub. Peccatum igitur est quicquid delinquitur contra iustitiæ rectitudinem. Blasphemia verò est, quando non solum contra quod rectum & æquũ est delinquitur, sed etiam vituperatur illud contra quod delinquitur. Vt, peccatum est quicquid contra doctrinam veritatis delinquitur. at nõ protinus blasphemus est qui hoc facit (quod sane faciunt multi) nisi etiam hoc accedat vt & probris & conuitiis insectetur doctrinam veritatis, vt hæreticam, erroneam, & diabolicam. Tales sunt qui in veritatem Dei incognitam imprudentes impingunt, qui Christo ignoranter maledicũt, hoc interim animo præditi, vt reuelatam sibi Dei veritatem extinguere, aut quẽ nouerint esse Christum Domini, verbo vno taxare nolint. huiusmodi in Patrem ac Filium peccant. Sic multi sunt hodie qui Euangelii doctrinam pessime execrantur: quam si Euangelii esse scirent, toto corde amplecterẽtur. Quorum autem conuicta est conscientia, Dei verbum esse quod repudiant atque impugnant, impugnare tamen non desinunt, illi in Spiritum sanctum blasphemare dicuntur: quandoquidem aduersus illuminationẽ, quæ opus est Spiritus sancti, luctantur. Tales erant ex Iudæis nõnulli, qui quũ resistere Spiritui per Stephanum loquenti non possent, resistere tamen cõtendebant. Act. 7. g. 57. Non dubiũ est quin ex illis multi, Legis zelo ad id raperentur: sed fuisse alios apparet, qui malitiosa impietate in Deũ ipsum furerẽt, hoc est in doctrinã, quam esse à Deo nõ nesciebãt. Tales & ipsi Pharisæi, in quos Dominus inuehitur, qui Spiritus sancti virtutẽ vt cõuellerent, Beelzebub nomine infamabant. Hinc ergo est Spiritus blasphemia: vbi hominis audacia in contumeliã diuini nominis data opera prosilit. quod innuit Paulus, quũ docet se misericordiã cõsecutũ, (1. Timoth. 1. d. 16.) quòd ignorans ea per incredulitatẽ cõmisisset, propter quæ indignus alioqui fuisset gratia Domini. Si ignorantia cũ incredulitate coniuncta fuit, vt veniã obtineret: hinc sequitur non esse veniæ locum vbi scientia ad incredulitatem accessit. Conuitium in Spiritum] Græce, spiritus blasphemia, nominatiuo casu: & spiritus, genitiuo. Ita legunt & vetustissima Latina exẽplaria, sic Hilarius & Augustinus. Marcus exponit, At quisquis blasphemauerit in Spiritum sanctum.

32 Aduersus Filium ho.] Vide præcedentem annotationem: vbi etiã quod sequitur, Aduersus Spiritum sanctum, exponitur.

remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritũ sanctũ, non remittetur ei neque in hoc seculo neq; in futuro.

hominis, remittetur illi. Qui autẽ dixerit aduer-
sus Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in
præsenti seculo neque in futuro.

Aut facite arborem bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborem malã, & fructum eius malum. siquidem ex fructu arbor agnoscitur.

33 Aut facite arborẽ bonam, & fructum eius bo-
num: aut facite arborẽ vitiosam, & fructum illius
vitiosum. nam è fructu arbor agnoscitur.

Progenies viperarũ, quomodo potestis bona loqui, quũ sitis mali? ex abundãtia enim cordis os loquitur.

34 Progenies viperarum quomodo potestis bona
loqui, quum sitis mali? siquidem ‖ ex abundantia Luc.6.g.45.
cordis os loquitur.

Bon⁹ homo dè bono thesauro cordis profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.

35 Bonus homo è bono thesauro cordis, expro-
mit bona: & malus homo ex malo thesauro de-
promit mala.

Dico autem vobis quoniã omne verbũ otiosum quod

36 Sed dico vobis quòd de quocũque verbo otioso

ANNOT.

Neque in præs.se.] Peccata quæ hic remittuntur, remittẽtur etiã in iudicio: nã de remissione quæ quotidie fit, loquitur. Damnati, vt nunc sunt damnati, ita etiam ferent suam condẽnationem in extremo iudicio. Marcus habet, Nõ habet remissionem in æternum. Quũ autem Dominus spem omnẽ veniæ præcidere vellet tã flagitiosæ nequitiæ, non satis habuit dicere, nunquã remissum iri: sed quo magis amplificaret, partitione vsus est, qua & iudiciũ cõplexus est quod sentit in hac vita vniuscuiusque conscientia: & postremũ illud quod palã in resurrectione feretur. acsi diceret, Vos à malitiosa rebellione, non secus ac præsentissimo exitio, cauete. nã qui oblatam Spiritus lucẽ certa malitia extinguere conatus fuerit, neque in hac vita, quæ peccatoribus ad conuersionem data est, veniam consequetur: neque vltimo die quo per Angelos Dei, agni ab hœdis segregabuntur, & regnum cæleste omnibus scandalis repurgabitur.

33 Aut facite, &c.] His verbis videtur Pharisæos taxare, qui nõ ex animo hãc de ipso sententiam ferebant, conscii hæc à Deo fieri: sed malitia quadã, ne viderentur apud populũ facta ipsius probare, atque ita Christũ fateri. Hortatur igitur vt libere alterutrũ dicãt. Prosequitur autem suam obiurgationẽ pluribus verbis, demonstrans opera sua nõ proficisci à satana. Sententia antẽ prouerbiali ab arboribus sumpta vtitur. q.d. quũ in iudicãdo de arbore fructũ spectetis, cur non idẽ quoque in me diiudicando facitis? Aut itaque cõcedite opera illa mea de quibus disputamus, hoc est quòd satanam eiicio, & cæcorũ oculos aperio, &c. bona esse: atque ita nolite quæ bona sunt, authori malorum satanæ tribuere: Aut euincite iustis argumentis, non conuitiis & contumeliis, opera illa mea praua esse & impia. q.d. Aut me cũ operibus laudate: aut me tanquam arborẽ putrem vnà cũ operibus damnate. Sic Chrysostomus, Hilarius & Hieronymus intellexisse vidẽtur. Verbo, facite, improprie vtitur, quo modo & nos Galli, Ou fay ceci, ou fay cela, pro, Aut hoc concede, aut illud.

34 Progenies vip.] Non solũ eos propriæ malitiæ arguit, sed & opprobrat paternã, obiiciens esse eos pessimorum hominũ progeniem, atque sua malitia referre auitam malitiã, more bestiarũ venenatarũ. Ex abund. cordis os loquitur.] Quod hic abundantiã cordis vocat, mox appellat thesaurũ & aceruum rerũ quæ in corde sunt. Præterea Infrà 15.b.18, hæc verba velut explicat, dicens, Quæ procedunt de ore, de corde exeunt. de corde enim exeunt cogitationes malæ, blasphemiæ, &c.

35 E bono thesauro cordis] Hic thesaurus pro aceruo & cumulo quarumcunque rerum accipitur. q.d. Ex aceruo bonarũ & malarum cogitationũ. Cor appellat Dominus thesaurũ bonorum & malorũ, id est locum & repositoriũ vnde promuntur bona & mala. Nã infrà dicitur, 15.b.18, De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. blasphemiæ, &c.

36 Verbo otioso] Verbũ otiosum vocat inane & nullius vtilitatis. Non loquitur autem de singulis verbis, sed de sermone & oratione. Quũ de verbo otioso reddenda sit ratio, quãto magis de contumelia in Spiritum sanctum? Vide autem vt non dicat, de aliquo otioso, sed de quocunque. Hortatur nos ad ita temperandum sermonem, vt nihil ex nobis effluat quod non valeat ad ædificationem. Ephes.4.g.29, Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, sed siquis bonus ad ædificationem fidei. Sequenti capite docet qui sint sermones mali, qui

ne nominari quidem debeant in nobis. Agnoscamus, non frustra datam nobis esse linguã, ne accõmodemus eam ad res friuolas: & dignos nos esse hac pœna quæ nobis hic denuntiatur. Quis autem euadet hoc iudiciũ? Curramus igitur ad Christũ, & totos nos in ipsum coniicientes, gratiam & misericordiam per ipsum speremus.

quod locuti fuerint homines, reddituri sunt ratio 36
nem in die iudicii.

Nã ex dictis tuis 'iustificaberis, & ex dictis tuis 37
condemnaberis.

Har. 2. 11. Luc 11. d. 29. infra, 16. a. 1. 1. cor. 1. c. 22. ¶Tunc interrogauerũt *eum* quidam è Scribis ac 38
Pharisæis, dicentes, 'Præceptor, volumus ex te signum videre.

At ille respõdens dixit illis, 'Generatio praua & 39
D adultera signum quærit, & 'signũ non dabitur illi, 'nisi signum Ionæ prophetæ.

loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.

' Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Tunc respõderũt ei quidam de Scribis & Pharisæis dicentes, Magister, volumus à te signum videre.

Qui respondens ait illis, Generatio mala & adultera signum quærit, & signũ nõ dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ.

ANNOT.

37 Iustificaberis.] Est etiam prouerbiũ vulgare: respicitque ad id quod dixerat, ex fructu cognosci arborem. Otiosa verba, sunt signa animi pigri & leuis. si quis otiosus sit loquendo, delectetur inani garritu, nónne inde colliges hominem esse nullius animi? Homines se suo iudicio produnt. Ita quidã. Aliis magis placet id esse quod suprà dixit, Ex abundantia cordis os loquitur. Et, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, malus mala. q. d. Nã qualis sis produnt verba quæ loqueris. si bene loqueris, indicium est te bono corde esse. ergo ex verbis tuis iustificaberis, id est iustus esse declaraberis: (loquitur enim de iudicio diuino, humano more) Si male loqueris, indicium est te malũ esse. itaque ex verbis tuis condemnaberis, id est, malus esse declaraberis, atque ideo condemnandus.

38 Tunc interrog.] Lucas dicit, Et alii tentantes, signũ de cælo quærebant. Bis fuit rogatus Christus vt aliquod signum daret, quod sine dubio contempturi erant. frustra molesti erant, tentantes omnes vias quibus possent alienare animos omniũ à Christo. Quærũt igitur signum de cælo. q. d. Si quæ facis, non facis ex satana, sed ex virtute Dei diuinitus, age, ostende nobis de cælo signum aliquod (siquidem de cælo venisti nobis præceptor, Iohã. 3. a. 2) vnde sciamus certo diuinitus abs te agi quæ agis. Respexisse videntur ad Mosen, vt & Iohan. 6. d. 30. dicebant, Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Moses testimonium habebat ex tonitruis, igne, fumo, vocibus & buccina cælesti in monte Sina. Tale quid videtur ab eo petere, quasi, si tale quicquã faceret quale fecit Moses, tum demũ credituri essent in illũ. Non quòd signa petãt, dãnantur (nã Gedeon, etiam secundũ signũ petiit, Iudicũ 6. g. 36. Ezechiæ vltrò offertur, Esaiæ 38. b. 7. Iubetur Achaz petere signũ, & accusatur quòd non petat, Esa. 7. b. 10) sed quòd tentandi gratia, non discendi petant. Clauserãt oculos ad tot signa quibus Christi doctrina cõfirmata fuerat. Delectabãtur signis, vt pueri ludicris. Adhæc, omnia signa contẽnebant. Propterea dicit Paulus, 1. Cor. 1. c. 22, Iudæi signa quærũt, & Græci sapientiã. Non poterant adduci miraculis ad doctrinã illius: neque enim spectabãt finẽ in quem edebantur. Præceptor.] Aut fraudulentia, vt eò facilius deciperẽt: vel certe non sine nota contemptus, vocant illum præceptorem.

39 Generatio praua & adul.] Iterũ acriter illos increpat, notans in illis auitam quandã & peculiarem simul & obstinatã prauitatem, quæ illi genti peculiariter inhæserit. Hanc prauitatem (Deut. 32. a. 5.) illis obiecit & Moses, Generatio, inquit, praua & peruersa. Dicebant se filios Abrahæ, neque ex fornicatione esse natos, vnũ Deum se habere. Iohan. 8. e. 39. 41. Contrà hîc & apud Iohãnẽ Christus dicit ipsos esse adulteros, nec eos esse Abrahæ filios, neque Deũ habere Patrẽ, potius verò ex patre diabolo esse. Signũ nõ dab. ei.] Quale scilicet quærit, de cælo scilicet. non enim eo animo quærebãt vt veritatem cognoscerent, neque vllis signis, quanuis magnis, poterant adduci ad credendũ Euãgelio. Nisi signũ Ionæ proph.] Quid Ionæ acciderit, vide Ionæ 1 & 2. Ionas fuit signũ Niniuitis, vt apparet ex Luca, 11. d. 30, Sicut fuit, inquit, Ionas signum Niniuitis, ita erit & Filius hominis nationi isti. q. d. Simile quiddã ei quod Niniuitarũ tẽporibus accidit, vt Ionas orta tempestate abiectus à nautis in mare, serua-

tus sit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, post quod tempus euomuit piscis ipsum Ionã viuum in aridã: accidet etiã de me hoc tẽpore apud vos. nã ego vobis tãtopere exosus, tãdem manibus vestris tradar, & occidetis me, atque in tertiũ vsque diẽ in sepulchro detinebitis. Seruabor autẽ, & resurgam à mortuis. Signum hoc loco non significat aliquid quod aliud portẽderet & significaret. Neque enim factum in Iona, quicquam Niniuitis euenturum significabat.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic.

Regina Austri surget in iudicio cũ generatione ista, & condẽnabit eam quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic.

Quum autem immundus spiritus exierit ab homine,

40 ‖Quemadmodũ enim fuit Ionas in vẽtre ceti tri Ionæ 2.a.1.
bus diebus ac tribus noctibus, sic erit Filius homi
nis in corde terræ trib⁹ diebus & tribus noctibus.
41 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generati
one hac, & condemnabũt eam, quòd ipsi ‖resipu- Ionæ 3.b.5.
erint ad prædicationem Ionæ: & ecce plus quàm
Ionas est hoc loco.
42 ‖Regina Austri surget in iudicio cum generati- 3.Reg.10.a.1 2.paral.9.a.1.
one hac, & condemnabit eam, quòd venerit à fi-
nibus terræ ad audiendam sapientiam Solomo-
nis: & ecce plus quàm Solomon est in hoc loco.
43 ‖Quum autem immũdus spiritus exierit ab ho- Luc.11.c.24.

ANNOT.

40 In corde terræ] Cor terræ & cor maris loquutione Hebraica dicitur pro eo quod dicimus, in medio terræ, aut in intimo. Trib. dieb. & trib. noct.] Hæc per synecdochen intelligenda sunt, vt ex eo quòd in die parasceues mortuus est, vnã diem supputemus & noctem, & sabbathi alterã, tertiam verò noctẽ quæ diei Dominicæ propria est, referamus ad exordiũ diei alterius. Nam & in Genesi nox non præcedentis diei est, sed sequentis, id est principiũ futuri, nõ finis præteriti. Ex Hieronymo in Ionã. Nõ semper sumẽdi sunt dies integri.

41 Viri Niniuitæ] Fecerat mentionem de Iona: propterea dicit surrecturos Niniuitas ad condemnandũ ingratos Iudæos. Surgent in iud.] Prodibunt in mediũ, vt solẽt testes quũ ad loquendũ in iudicio producuntur. Humano more de iudicio Dei loquitur. Condẽ.] Genus hoc dãnationis non debet referri ad personã, sed ad rem: q.d. suo exemplo dãnabunt. Omnino enim pœnitentia Niniuitarũ condẽnabit impœnitentiam Iudæorũ, erũt tanquã testes. Aliter enim hic dãnare accipitur, quàm in illo loco Lucæ, 22.c.30, Iudicantes duodecim tribus Israel. Et ecce &c.] q.d. Ad prædicationẽ Ionæ resipuerunt Niniuitæ: ego verò maior sum Iona, & tamen nihil proficio. Non dubiũ quin longius concionatus sit Christus: sed Matthæus summã collegit, vt ostenderet quàm horribilis pœna maneret eos qui obstinati perstarent aduersus Euangeliũ. Deinde nobis eo grauiorem pœnã imminere, quo maioribus beneficiis dignatus nos fuerit, nisi iis rectè vtamur. Quisque punietur pro mensura donorũ quæ contempserit, aut quibus non fuerit vsus.

42 Regina Austri] Putãt hanc alii ex Arabia felice: siue è pago Sabæorũ, cuius regio thurifera Saba cognominata est, venisse. Cõtendũt alii venisse illã ex AEthiopia, in qua nobilissima est insula Nilo circũflua, Meroe dicta. Cæterùm est vrbs in Meroe vetustissima Saba, quã postea Meroẽ denominauit Cambyses rex in sororis memoriam. quod & Iosephus & Strabo annotarunt. Plinius lib.2.cap.73, Meroen appellat caput gentis AEthiopum. Idem lib.6.cap.29, Regnare hic (ait) fœminam Cãdacen: quod nomen multis iam annis ad reginas transiit. Vnde & locus ille qui Act.8.e.27, de eunucho Candaces extat, rectius intelligi potest. Arbitrantur itaque reginam hanc, quã Scriptura appellat reginã Saba, siue Sabeã, ex insula Meroe & eius regia, Meroe & ipsa posterioribus sæculis, prioribus autẽ Saba cognominata, Ierosolymã venisse. Matthæus eandẽ vocat reginã Austri: vergit enim ad Austrũ AEthiopia & AEgyptus. Et Iosephus indicat eam tã AEthiopiæ quàm AEgypto præfuisse. Studium sapiẽtiæ quo flagrabat hæc regina, condẽnabit contemptum veræ cælestis sapientiæ, quo hi Scribæ & Pharisæi fastidiebant Christum & doctrinam eius. Et ecce plus quàm, &c.] Id est maior & sapientior Salomone, qui veram Dei sapientiam doceo.

43 Quum autem immundus spi.] Quomodo ad præsentem causam faciant hæc, videre

eſt ex fine 45 verſus ſequentis, vbi dicitur, Sic erit & generationi iſti peruerſæ. de qua iã dixerat, Generatio iſta praua & adultera, &c. Ad Iudaicam igitur nationem hæc pertinent: quæ clariora erunt, ſi legas, Erit autem iſti peruerſæ generationi non ſecus, quàm ſi ſpiritus immũdus ab homine egreſſus, perambulánſque arentia loca, nulla inuenta requie dicat, Reuertar in domum meam, &c. Similitudo eſt ab homine obnoxio dæmonio malo, qui poſtquam ſemel liberatus eſt & ſuæ menti redditus, poſtea verò ſua ignauia dæmoni redeunti feneſtram aperit, iam longe grauius laborat, quàm laborarat prius. In loco verò hanc adducit ſimilitudinem: nam expulerat paulo antè ex dæmoniaco dæmoniũ, & cõcertatum erat hactenus de regno Chriſti & ſatanæ. Vnde hoc dicit Dominus, Veni vt expellam ex vobis ſatanam, & ipſe in vobis regnem. Quòd ſi nolueritis me regnare in vobis, aut ſuper vos, oblatámque gratiam contẽpſeritis, nihil aliud paſſuri eſtis quàm quòd reuerſis malis ſpiritibus & pluribus & peioribus, omniũ peſſime eſtis habituri, obſtinatiſſimi futuri, planéque excæcati, & exitio horrẽdiſſimo obnoxii: vt Chryſoſtomus exponit. Spiritum immundum vocat quòd ſua culpa diuinam puritatem amiſerit, & immunditia delectetur, omnem ſanctimoniam inſectans. Hac parabola ſimul admonemur, vt ſi Chriſtus dignatus fuerit nos ſua gratia, eã amplectamur alacriter & magno affectu: nec demus amplius diabolo locum. Quòd ſi pergamus ingrati tanto dono eſſe, parabimus & ipſi rurſus apud nos ſatanæ locum, quem indubie potentius quàm vnquam, occupabit: nam ille nunquam non in hoc inuigilat.

mine, perambulat 'per arentia loca, 'quærens re-
quiem: & non inuenit.
Tunc dicit, Reuertar 'in domum meam vnde 44
exiui. Et quum venerit, reperit *eam* 'vacantem, &
ſcopis purgatam, atque ornatam.
Tunc abit, & 'adiungit ſibi ſeptem alios ſpiri- 45
tus ſceleratiores ſe, & ingreſſus inhabitat illic: ‖ &
fiunt poſtrema hominis illius, peiora primis. ſic e-
rit & generationi huic peruerſæ.

2.Pet.2.d.20.
hebr.6.a.4,
& 10.e.26.

ãbulat per loca arida, quærens requiẽ. & non inuenit.

Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. ſic erit & generationi huic peſſimæ.

A N N O T.

Per arentia loca,] Græcè, per aquis carentia loca, & ſiticuloſa. nam huiuſmodi fere ſterilia ſunt, & ob id deſolata. Hic Dominus affectum diaboli deſcribit, qui perpetuo hominum exitium quærit. Quærens req.] Ingenium ſatanæ obſerua: requiem non inuenit vbi nocere nequit: quòd natus ſit ad nocendum.

44 In domũ meam] Domũ pro homine, allegoricè. Nam præcedenti verſu dixit, Quũ immundus ſpiritus exierit ab homine. Vacantem, & ſco.pur.] Perſtat in ſimilitudine ab illo homine ſumpta. Inuenit apud illũ ſibi locũ paratũ non minus commode quàm ſiquis cupide aliquẽ excepturus hoſpitem, domũ aliis vacuet, atque ſcopis purget, tũ & ornet, quo magis libeat in eam ſeſe recipere. Præparatum locum dicit ſatanæ, quũ homines ad ſe aditum illi patefaciunt, ſinentes ſe tentari, quum eorũ conſcientia plena eſt infidelitate: quæ cõtraria ſunt præparationi quæ requiritur ad receptionẽ Chriſti. Paramus Deo hoſpitiũ per fidem & pœnitentiam. Contraria præparatio eſt quæ fit diabolo, quum ſcilicet nõ cogitamus de iudicio Dei, timorémque eius ſuffocamus.

45 Adiun.ſ.ſeptẽ al.ſp.] Dæmõ nolens ſolus cõmoditate loci frui, adducit quãplurimos alios dæmones, ſe nocentiores. Septem pro multis, frequens in Scripturis, vt 1.Sam.2.a.5, Donec ſterilis peperit ſeptem. id eſt multos. Eſa.4.a.1, Et apprehendent ſeptẽ mulieres virum vnũ. Sic ſæpius. Admonet Chriſtus vt in ſũmo timore ambulemus: quũ ſemel nos dignatus eſt ſua gratia, vt retineamus eam ſumma religione: alioqui videmus quantũ exitium nos maneat.

Fiũt poſtr.h.] Hũc locũ velut interpretatur Petrus (2.Pe.2.d.20) A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugiẽtes coinquinationes mũdi, propter agnitionẽ Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperãtur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. melius enim erat illis non cognouiſſe viã iuſtitiæ, quàm poſt agnitionẽ retrorſum cõuerti ab eo quod illis traditũ erat, ſancto mãdato. Poſteriora, ſeu poſtrema vocat Chriſtus, quæ poſtremo loco acciderũt homini. Sic e.& ge.h.] Vide principiũ ãnotationis 43 verſus.

Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mater eius & fratres ftabant foris, quærentes loqui ei.

46 |Quum autē adhuc 'loqueretur turbis, ecce ma- Mar. 3.d.31. luc.8.c.20.
ter & 'fratres eius 'ftabāt foris, quærentes ei loqui.

Dixit autem ei quidā, Ecce mater tua & fratres tui foris ftāt, quærētes te alloqui.

47 'Dixit autem illi quidam, Ecce mater tua & fra-
tres tui foris ftant, quærentes tibi loqui.

At ipfe refpondens dicēti fibi, ait, Quæ eft mater mea & qui funt fratres mei?

48 At ille refpondens dixit ei qui fibi renuntiaue-
rat, 'Quæ eft mater mea, aut qui funt fratres mei?

Et extendens manum in difcipulos fuos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

49 Et 'protenfa manu fua in difcipulos fuos, dixit,
'Ecce mater mea & fratres mei.

ANNOT.

46 Loqueretur turbis,] Coram turbis hæc loquutus eft Dominus, vt videas eum fanctum non dediffe canibus, hoc eft, non folis Pharifæis hæc fruftra differuiffe: quāquam & illis, ad conuincendam ipforum impietatem, vt omni excufatione priuarentur. Dubium igitur nō eft, multos affuiffe apud quos hæc magnū fructū attulerint. Fratres eius] Fratres vocantur cognatione, qui de familia Chrifti erant. Ita Lot dicitur frater Abrahæ, qui reuera fuit patruelis Abrahæ, filius inquam Aram fratris Abrahæ. Et Laban vocatur frater Iacob, Gene. 29.b.15, qui tamen erat auunculus ipfi Iacob, Gene. 28.a.2. Ita Dominus nofter, Marc. 6.a 3, & infrà 13.g.55, nuncupatur frater Iacobi & Iofe & Iudæ & Simonis, qui reuera erat confobrinus Iacobi, filius verò Mariæ virginis, quæ erat foror Mariæ Iacobi. Nam Iohan. 19.e.25, ita legis, Stabat iuxta crucem Iefu mater eius, & foror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. En vocat Iohannes Mariam Cleopæ (nimirū filiam: Alphæo enim nupferat, vnde Iacobus cognominatur etiam Alphæi, videlicet filius) fororem Mariæ virginis. At eadem quæ à Iohanne Maria Cleopæ dicitur, à Matthæo 27.f.56, & Marco 15.d.40, Maria Iacobi & Iofe, à liberis nimirum, nuncupatur. Proinde diuerfis matribus nati funt Dominus & Iacobus frater Domini. Stabant foris,] Fratres Chrifti foris ftabant, quòd non crederent in eū, tefte Iohanne. cap. 7.a.5.

47 Dixit autē illi quidam,] Marcus narrat hunc fuiffe miffum à fratribus. præterea turbam quæ circum ipfum fedebat, eadem dixiffe ei: cui eadem etiam ipfe refpondit. Vide Harmoniam. Quo animo fratres Chriftum euocarint, manifeftum eft ex Marco, nempe vt velut furibundum caperent, & domum abducerent.

48 Quæ eft mater m. & fr.] Chriftus hîc non ita negat matrem & fratres, vt nullo modo velit eos agnofcere fecundum carnem, fed importunitati illorum refiftit, nonnihil per illam offenfus, vt verba declarant, ipféque modus per interrogationem loquēdi oftendit, Quæ eft mater mea? &c. Erat in officio Patris, in negotio Euangelii & regni Dei occupatus: quod maioris erat momēti, quàm vt illud propter matrē & fratres interrūperet. Perperā enim faciebāt quòd eū auocarēt à vocatione Patris. Ad eum modū & Lu. 2.g.49, Nefciebatis quòd in his quæ Patris mei funt, oporteat me effe? Illic tamen furgens fequitur parentes, & fubditur illis: quia nondum aderat iuftum tempus Euangelici negotii adminiftrandi. hîc verò nō ita: nam totus erat in promouendo regno Dei. Hinc docemur vt miniftri Dei exuti effe debeant omni carnali affectu, & officium vocationémque fuam præferre & parentibus & fratribus & fororibus, cognatis & amicis: nec ferre vt illorum gratia nō folum ab officio auellantur prorfus, fed nec tantillum impediantur. Eft enim exemplum hîc datum potiffimū miniftris Dei Euangeliftis: deinde & magiftratum gerentibus.

49 Protēfa manu f. in difcip.] Nequis quæ dicturus erat, aliter, aut de nefcio quibus aliis quàm fidelibus verbi Dei auditoribus, ciuibus inquam & incolis regni Dei, interpretaretur, geftu corporis manifefte defignauit quos intelligeret, aut de quibus loqueretur. Ecce mater mea, &c.] Chriftus nō abiicit (vt dictū eft) cognationem carnalē: fed per cōparationem præfert quod eft excellētius: acfi diceret, Debemus primo loco habere cognationem fpiritualem: præ omnibus æftimare debemus quòd nos vocat in adoptionem: omnia præ ifto honore vilipendenda. Hoc dicebat Chriftus vt difcamus eum fpiritualiter cognofcere: vt docet Paulus 2. Cor. 5.c.16. Itaque nos ex hoc neminem nouimus fecundum carnem: etfi cognouimus fecundum carnem Chriftum, fed nunc iam non nouimus. Siqua ergo in Chrifto noua creatura, vetera tranfierunt, ecce facta funt omnia noua. Exemplo Chrifti parentes amemus & cognatos: fed cognationem fpiritualem omnibus aliis præferamus.

Quisquis enim fecerit 'voluntatē Patris mei qui 50
est in cælis, ipse meus frater & soror & mater est.

CAP. XIII.

Har.2.12. Mar.4.a.1. luc.8.a.5.

IN die verò illo 'egressus Iesus è domo, sedit iu- 1
xta mare.

Et congregatæ sunt ad illū turbæ multæ, adeò 2
vt ipse nauim ingressus sederet: & vniuersa turba
in litore stabat.

Ac dicebat illis multa 'per similitudines, dicēs, 3
'Ecce exiit qui seminabat, 'ad seminandum.

Et quum seminaret, 'alia quidem ceciderūt iu- 4
xta viā, & venerunt volucres, ac deuorauerūt ea.

Alia verò ceciderunt in *loca* saxosa, vbi non ha 5
bebant multū terræ: & protinus exorta sunt, pro-
pterea quòd non haberent profunditatem terræ.

Quum autem exortus esset sol, exusta sunt: & 6
quia non habebant radicem, exaruerunt.

Alia rursus ceciderunt in spinas, & insurrexe- 7

Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui In cælis est, ipse meus & frater & soror & mater est.

CAP. XIII.

IN illodie exiens Iesus de domo, sedebat secus mare.

Eıcōgıegatæ sunt ad eū turbæ multæ, ita vt in nauiculā ascendens sederet: & omnis turba stabat in litore

Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiit qui seminat, seminare semen suum.

Et dū seminat, quædā ceciderūt sec' viā, & venerūt volucres cæli, & comederūt ea

Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam: & cōtinuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ.

Sole autem orto æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt.

Alia autem ceciderunt in spinas & creuerūt spinæ, &

ANNOT.

50 Voluntatem Pa.] Quæ sit voluntas Patris, declarat ipse Christus Iohan.6.d.40, Hæc est voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Et infrà 17.a.5, vox de cælo, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Igitur credere in Christum filium Dei, & audire verbum Christi vt verbum Dei, est facere voluntatem Patris qui in cælis est: ita vt qui verbum Dei audit & facit, & in Christum credit, sit frater, & soror, & mater Christi: atque ideo pro eo quod hic & apud Marcum legitur, Qui fecerit voluntatem Patris mei: scriptum est apud Lucā, cap.8.c.21, Qui verbum Dei audiunt & faciunt. Et Iohan.8.f.47, dicit esse ex Deo qui verbum Dei audiūt. Iam ex Deo esse, est Christo cognatum esse. Et Iohan.1.b.12, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomen eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Nunc verò quid aliud fecerunt discipuli Christi, quos hic extensa manu designat pro fratribus, sororibus, & matre, quàm quòd ab ore ipsius credentes pependerunt, illúmque sequuti sunt?

IN CAPVT XIII.

1 Egressus Iesus è domo,] Crescente miraculorum splendore, accreuit & populi concursus, ita vt non daretur ne pane quidem vesci, vt est Marc.3.c.20. egressus est igitur domum vt locus esset cōmodior promouēndi regni Dei. libenter enim inseruiuit feruori populi, tametsi sciret quid esset in homine. Insunt autē in hoc capite parabolæ aliquot, quibus natura, vis, fructus & pretium verbi Dei declaratur. Prima docet, vt varie recipi, atque in paucis suos edere fructus soleat.

3 Per similitu.] Turbis in parabolis siue per similitudines loquebatur, haud dubie vt redderet eos attentiores, ac etiam eorū quæ dicebātur curiosiores, vt suo tempore de illis inquirentes, edocerentur omnia certius. Ecce exiit,] Occasio huius parabolæ fuisse videtur ipsa nimia hominum frequentia, qui accurrebant vndique cupiditate discendi: quibus voluit hac parabola significare, non satis esse audisse verbum: neque omnes qui ipsum audiunt, inde meliores reddi. Similitudo valde apta est: nam renascimur per doctrinam Euangelii, quæ est semen incorruptibile, vt ait Petrus, 1.epist.1.d.23. Vt semen natura est fructuosum, ita & Euāgeliū. si non prosit auditoribus, non propterea dicemus inutile: nā semper est fructuosum potentia, sed non actu. vbi deest terra, semen per se non fructificat. Ad seminandū.] Neque etiam in vetustioribus Latinis codicibus legitur post hæc verba, semen suum.

4 Alia quidem] Sub. semina.

suffocauerunt ea.

runt spinæ,& suffocauerunt ea.

Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabãt fructum: aliud cẽtesimũ, aliud sexagesimum, aliud tricesimum.

8 Alia verò ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum: aliud quidem 'centuplum, aliud verò sexagecuplum, aliud verò trigecuplum.

Qui habet aures audiendi, audiat.

9 'Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Et accedẽtes discipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis?

10 'Et adeuntes discipuli dixerunt illi, Quare per parabolas loqueris illis?

Qui respondens, ait illis, Quia vobis datum est nosse mysteriũ regni cælorũ, illis autem non est datum.

11 At ille respondens dixit eis, 'Vobis datum est B
nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum.

Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

12 ¶ 'Quisquis enim habet, dabitur illi, & reddetur Infrà 25.c.29
abundantior: 'quisquis autẽ non habet, 'etiam illud quod habet, tolletur ab eo.

ANNOT.

8 Centuplum, &c.] Græce, & in vetustis Latinorum codicibus legitur, centum, sexaginta, & triginta. Græca enim lingua caret nominibus numerorum distributiuis. Intelligit autem ex singulis granis plura prouenisse, ex hoc centena, ex alio sexagena, ex alio rursum tricena. Centesimum quod scripsit vetus interpres, apud Plinium etiam, pro centeno aut centuplo legitur.

9 Qui hab. au. ad.] Hoc adiicere ferè solitus est, quum animos ad diligẽtem sermonis sui animaduersionem vult excitare.

10 Et adeuntes discip.] Quia hæc à tribus Euangelistis traduntur, vide in Harmonia Euangelica ex illis tribus contexta capita. Videbatur discipulis istud docendi genus rarum & insolens, propterea quòd hactenus tam crebris parabolis Christũ vtentẽ non audissent. Putabant autem apertis sermonibus agendum esse, vt clarius intelligeretur: nã parabolas istas nec ipsi intellexerant. Tametsi parabolæ sæpius habeant in docendo maius pondus, quàm simplex narratio. Si simplicìter dixisset, frustra multis prædicari Euangelium: non tantum habuisset ponderis quàm hæc similitudo. Affert & lucem rei parabola, & penetrat magis in animos auditorum. Dicunt igitur, Quare mysteria regni ænigmatis inuolutis illis, proponísque obscure, & non potius clare, citra figurarum inuolucra, loqueris populo?

11 Vobis datum est, &c.] Cur in parabolis loqueretur, in causa fuit quorũdam qui aderãt obstinatio. Illi autem non erant simplices & idiotæ, verùm Scribæ & Pharisæi, Sadducæi, sacerdotes, & ipsis adhærentes, qui Christum obseruandi & carpendi tantum gratia sequebantur: illis merito velabantur mysteria regni Dei, eo quòd nec videndo videbant, &c. obstinati veritatis hostes, gratiam Dei publice oblatam persequentes: de quibus Marcus dicit, Illis autem qui foris sunt, non est datum. Quibus verbis satis indicat eos non fuisse ex electorum numero, propterea non fuisse illis datum.

12 Quisquis enim habet,] Vulgare prouerbium est, dari semper ditioribus, pauperibus non ita: imò etiam quod habent, ab illis tollitur, vt plane sint egentes. Quo certe significare voluit, etiam in regno suo impleri, quòd solis habentibus electionis donũ, scientia vitæ communicetur: & ab iis qui eo careant, per prædicatum verbum, etiam hoc quod diuinæ cognitionis videntur habere, auferatur: quia reprobi, post contemptum verbum quod nequeunt recipere, magis excæcantur, vt videas tales demum & sensu cõmuni priuari. Discipulos assumpserat vt magis ac magis in schola ipsius proficerẽt: prouehebat eos Dominus, electos, tanquam per gradus, vsque ad perfectionem. non reddebantur perfecti primo die, verùm quotidie nouos progressus faciebant: atque ita per incrementa abũdabant. Qui igitur semel recte ceperit proficere sub magisterio Christi, augebitur gradatim, donec prorsus impleatur sapientia Dei.

Quisquis a. non habet,] Reprobi, quum sint vacui spiritu Dei, necesse est vt quotidie ruant, vsquedum prorsus exinaniãtur, & perueniant ad summum confusionis gradum. Etiam illud quod habet,] Lucas habet, etiam quod videtur habere. Fieri potest vt reprobi polleant eximiis donis, quæ si Dei esse non agnoscamus, iniuriã illi facimus: habent illi quidem

aliquid, verum fumus est, & nihil præter speciem: ideo dicitur, tolletur ab eo. Coram Deo nihil sunt, qui omnia nihili facit, nisi quod est noua creatura, 2. Corin. 5. d. 17.

'Propterea per parabolas loquor illis: quia vi- 13
dentes non vident, & audientes non audiunt, nec
intelligunt.

Ideo in parabolis loquor eis: quia vidētes non vidēt, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

Esa. 6. c. 9. mar. 4. b. 12. luc. 8. b. 10. iohā. 12. f. 40 act. 28. f. 8 rom. 11. a. 8.

|'Et completur in illis prophetia Hesaiæ quæ di 14
cit, Auribus audietis, & non intelligetis: & viden
tes videbitis, & non cernetis.

Vt adimpleatur in eis prophetia Esaiæ dicentis, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.

'Incrassatum est enim cor populi huius, "& auri 15
bus grauiter audierūt, & oculos suos occluserunt:

Incrassatum est enim cor populi huius, & aurib' grauiter audierunt, & oculos

ANNOT.

13 Propterea per parab. lo.] Tertia causa est cur Christus parabolis vtatur, vt scilicet iusto Dei iudicio magis excæcentur qui perire debent: satis quòd audiant, vt reddantur inexcusabiles. Quidam sic hunc locum interpretantur, Ideo sermones mei illis mera videntur inuolucra, quia videntes non vident, id est in clara luce cæcutiunt: & quæ vident, videre nolūt, & audita non expendunt, neque ea quæ audierunt, reponunt in animos: ideóque sua malitia intelligere nolunt quod reuera intelligunt.

14 Et completur] Vt ostendat se hoc facere iusto Dei iudicio, quemadmodū & olim sit factū, adducit locum Esaiæ de excæcatione Iudæorum, qua tempore Prophetarum excæcati & obstinati, nec Propheticis minis, nec plagis Domini euidentibus permouebantur vt ab idolis suis & nimia illa malitia resipiscerent. Locus Esaiæ sic legitur Hebraice, cap. 6. c. 9, Audite audiendo, & nolite intelligere: & videte videndo, & nolite cognoscere. Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos ipsius claude: ne videat oculis suis, & auribus suis audiat, ac corde suo intelligat: & conuertatur, ac sanetur. Quæ imperatiua sic interpretanda sunt, Prædic populo huic futuram cæcitatē & obstinationem, &c. Aut imperatiua sunt pro futuris, & præteritis, more Hebræorum, vt etiam verterunt LXX, Aure audietis, & non intelligetis: & videntes, videbitis, & non perspicietis. Incrassatum enim est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cōuertant se, & sanē eos. Ad hunc modū citat Lucas, Act. 28. g. 27, præpositis his, Et quidam credebant his quæ dicebantur, quidam verò non credebant. Quúmque inuicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo vnum verbū, Bene Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens, Vade ad populum istū, & dic, Aure, &c. Iohannes propius accedens ad verba Prophetæ, imperatiua conuertens in præterita, sic eundem locum citat, cap. 12. f. 40, Quum autem tanta signa fecisset coram eis, nō credebant in eum, vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatū est? Propterea nō poterant credere, quia iterū dixit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Paulus sensum reddens magis quàm verba huius loci, pauculis additis, dicit (Rom. 11. a. 8) Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt nō videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem.

15 Incrassatum est e. cor pop.] Nimia pinguedine suffocatur cor ne possit suis fungi officiis. Incrassationis causa, durities est populi nolentis corde audire, & videre veritatem: quem postea Deus vt reprobātem veritatem iure deseruit. Obserua autem, nostram duritiem in causa esse, non Deū, vt non intelligamus veritatē. Deserit tamē Deus pro suo iure quos vult, & recipit quos vult. Et aurib. gr. aud. & oculos s. occl.] Christus hîc tribuit populo, quod Esaias tribuit Deo: vtrunque verum est. Populus ipse est causa suæ excæcationis, claudit sibi oculos, & suas aures aggrauat. Semper inueniemus propinquam causam exitii in hominibus: remotam verò in Deo, qui excæcat oculos reproborū quos destinauit in exitium. Remotam non dico secundum Philosophos, sed quæ sit abscondita à sensu hominum, neque curiose inuestiganda: sed propinqua causa contenti esse debemus, quū alia non constet. Quòd Verbum excæcat, est causa instrumentalis: merentur enim impii vt verbum sit eis exitiale. non tamē ea est verbi Dei natura, sed per occasionem.

suos clauserunt: nequando
videãt oculis, & auribus au
diant, & corde intelligant,
& cõuertantur, & sanẽ eos.
Vestri autem beati oculi,
quia vident: & aures vestræ,
quia audiunt."
Amẽ quippe dico vobis,
quia multi Prophetæ & iu-
sti cupierũt videre q̃ vide-
tis, & nõ viderũt: & audire
quæ auditis, & nõ audierũt.
Vos ergo audite parabo-
lam seminantis.
Omnis qui audit verbum
regni, & non intelligit, ve-
nit Malus, & rapit quod se-
minatum est in corde eius:

'nequando videant oculis, & auribus audiant, &
corde intelligant, & cõuertantur, '& sanem illos.
16 'Vestri verò beati sunt oculi, quia vident: & au-
res vestræ, quia audiunt.
17 |Amẽ enim dico vobis, quòd multi Prophetæ Luc.10.d.24
'& iusti desiderauerunt videre quæ videtis, & nõ
viderunt: & audire quæ auditis, & non audierũt.
18 |Vos igitur 'audite parabolam seminantis. Har.2.13.
19 Quum quiuis audit 'sermonem regni, & nõ in- Mar.4.b.15.
telligit, venit 'ille malus, & rapit 'id quod semina- Luc.8.b.11.
tum est 'in corde illius: C

ANNOT.

Nequando vid. oc.] Videri posset hic Dominus nolle impios conuerti: quod cõtrarium esset huic sententiæ Ezechielis, cap.18.g.32, Nolo mortẽ peccatoris, &c. Verum Ezechiel nõ disputat de arcano Dei consilio, sed ostendit vt Deus se gerat erga nos, inuitans nos prædicatione Euangelii, vt ad vitam trahat. Interea nõ pugnat cum dicto Esaiæ: inuitat omnes verbo suo, etiam reprobos: sed reprobi hac gratia carent, quòd nõ mouentur inuitatione Dei, non emolliunt corda. est enim Dei emollire: qua gratia non dignatur reprobos. non vult igitur sanari. Hic obseruandus est ordo quo saluantur homines. Ante omnia aperiendum est cor, & permouendum ad auditum verbi Dei: vt eo audito conuertantur homines, & pœnitentiam agãt. Quòd si cor fuerit incrassatum, non potest fieri vt aures audiãt, & cor ipsum intelligat, & fiat ad salutem conuersio. propterea dicit, Incrassatum est cor populi huius. Cui mox subdit, Et auribus grauiter audierũt. Quòd aperiendũ sit cor, Act.16.c.14, de purpuraria legimus, cuius Dominus aperuit cor, vt intẽderet iis quæ dicebantur à Paulo. Est itaque ad salutem necessarium aperiri cor, vt sit conuersio & pœnitentia, ad quam prædicãdam misit Christus Apostolos. Deinde, conuerti & pœnitere verè nõ potest quis, nisi etiam cor reddatur intelligẽs, id est nisi illuminetur. ideò dicit hic, Et corde intelligant, & conuertantur. Tertio, intellectus cordis, qui est reuelatio veritatis, non nisi per auditum verbi habetur. Hinc exiguntur aures ad audiendũ, id est audiendi cupidæ. Sic Apostolus Rom.10.d.17, Fides est ex auditu. Quarto, cõuersionem & pœnitentiam sequitur sanatio, & peccatorum remissio. At reprobi audire non possunt, quibus est cor incrassatum, quia ex Deo non sunt. ideo fit vt nec audiant, nec intelligant, nec cõuertantur, nec sanentur. electis contra datur vt audiant, intelligãt, conuertantur, & sanentur. Et sanem illos] Marcus dicit, Et remittantur eis peccata. Est ergo spiritualis sanatio. Obseruandum, quòd sanitas spiritualis sequitur cõuersionem, vt dictum est. Sanatio nũciatur his qui conuersi sunt. non quòd pœnitentia sit causa remissionis peccatorum: tametsi res sint coniunctæ, quòd non remittatur peccatum absque cõuersione. Dominus enim quum miseretur nostri, conuertit nos: quod fit quum incipit nõ imputare amplius nobis peccatum. Imputatione sumus iusti: hæc est causa vt etiam nos Spiritu suo regeneret.

16 Vestri verò beati o.] Obstinatione & excæcatione impiorum ac reproborũ, illorúmque damnatione declarata, mox rapitur ad prædicandam beatitudinem eorum quibus datum est habere oculos vidẽdi, & aures audiendi: vt simul rationẽ reddat quare mysteria regni cælorum, quæ aliis celantur, suis Apostolis reuelet. Interpretatio huius versus ex sequenti peti debet. q.d. Vobis datum est videre & audire quæ multis Prophetis & iustis negata sunt, tametsi magno desiderio illa videre concupierint. His verbis ostendit Christus, magno desiderio aduẽtus sui veteres fuisse accensos, cuius tamen corporalem præsentiam videre nõ potuerũt.

17 Et iusti desid.] Desiderium hoc iustorum in Simeone illo iusto apud Lucam cap.2. d.25, pulchre depictum est.

18 Audite para. sem.] Id est, Audite quid sibi velit parabola quã proposui de seminatore iaciente semen suum. Explicatio hæc parabolæ, abunde à Domino ipso reddita est: vtinam probe tantum animaduerteremus. Lucas dicit, Est autem hæc parabola.

19 Sermonem regni,] Marcus, verbum. Ille malus] Lucas, satan. Marcus, diabolus. Id quod seminatum est] Id est verbum. In corde il.] Lucas addit, Ne credentes sal-

uentut. Scit enim satan ex fide verbi Dei esse salntem mortalium. Seminatum in corde dicit verbum, verùm prorsus sine mẽte atque adeo intellectu susceptũ, & tandem sine fide: vnde Lucas ait, Ne credentes salui fiant. Vanis cogitationibus aut opinionibus & superstitionibus satan è corde aufert: ita vt post concionem, prorsus nullam habeant memoriam auditi verbi.

'hic est qui iuxta viam seminatus fuit.
'At qui in petricosa semen iactũ exceperat, hic 20
est qui 'verbum audit, ac protinus 'cum gaudio
accipit illud.
Verùm non habet radicem in semetipso, sed 'tẽ 21
porarius est: porrò quũ inciderit afflictio aut per-
sequutio propter sermonẽ, continuo 'offenditur.
'At qui in spinas semẽ exceperat, hic est qui ver 22
bum audit: & 'cura sæculi huius, 'deceptióque di-
uitiarũ suffocat sermonẽ, '& infrugifer redditur.
Cæterũ 'qui in terrá boná excepit semẽ, hic est 23

hic est qui secus viam seminatus est.

Qui autem super petrosa seminat* est, hic est qui verbum Dei audit, & continuò cum gaudio accipit illud.

Non habet autem in se radicẽ, sed est temporalis. facta autem tribulatione & persequutione propter verbũ, continuo scandalizatur.

Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbũ Dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbũ, & sine fructu efficitur.

Qui verò in terram bonã

ANNOT.

Hic est qui,] Alii vertunt, Hóc est (sub. semen) quod iuxta viam seminatum fuit: volúntque relatiuum masculinum Græcum referre non sperma neutrum, qnod semen significat, sed sporos masculinum, eiusdem significationis. quod frequẽter fit à Græcis. Hoc pacto non erit dicendum, hominem seminari. Sic & in sequentibus vertunt. q. d. Hunc designat imago seminis qnod cecidit inxta publicam viam.

20 At qui in petricosa, &c.] Rectius, vt dictum est, Quod autem in petrosa seminatum est, hic est qui, &c. Vel, significat eũ qui, &c. Verbum] Latina vetustiora exemplaria hîc non legunt Dei, post Verbum, Cum gaudio] Agnoscens scilicet esse verbum salutis.

21 Temporarius] Græce expressius, quasi tu dicas, ad tempus, & non perpetuus, nec sibi constans, sed ad exortam occasionem mutabilis. Est quædam fides temporaria, nõ qualis est in electis, sed eiusmodi est quæ nõ solùm fallat alios, sed & sibi imponat. Aliqui enim etiam ex reprobis Euangeliũ serio amplectuntnr, verbi reuerentia tanguntur: fallunt tamen seipsos: nã quosdam in corde habent recessus. Vbi est regeneratio, ibi semen incorruptibile. Simon magus fidem hanc temporariam habebat. Offenditur.] Offendi, est timore afflictionum resilire à Christo: afflictione velut offendiculo impediri quominus porro pergat qnis in Euangelio, quod Lucas satis explicat, quum pro offenditur, dicit, In tempore tentationis recedunt. Vide autem vt tentationes vocet Lucas, quas hic noster afflictiones & persecutiones appellat.

22 At qni in spinas semen exce.] Et hic rectius verteris, Quod autem seminatum est inter spinas: hoc significat eum qui, &c. Cura] Marcus & Lucas plurali numero habent, solicitudines. A curis & solicitndinibus huius vitæ vt caueamus, præmonet nos Christus, Lu. 21.g.34. suprà 6.c.25, & d.31. Deceptióque] Græca vox indicat deceptrices diuitias dici, nõ quòd decipiant homines, aut fallãt, sed qnòd à via deducant. Lucas addit, voluptates vitæ. Marcus verò & Lucas, Reliquarũ rerũ cupiditates introeuntes. De diuitibus diuitiísque, quantũ Christiano sint offendiculo, vide Luc.6.d.24, & 12.b.16, & 16.e.19. & 1. Timoth.6.b. 9, & d.17, Iacob.5.a.1, infrà 19.c.23. Et infrug. redd.] Lucas habet, Nec fructum affert.

23 Qui in terram bo.] Vt in præcedentibus vertendnm, Quod autem seminatum est in terram fœcundam, hoc significat eum qui, &c. Qnartum demum auditorum genus est quod fructum Euangelio dignum affert: nam Audit & intelligit. Marcus addit, Et suscipit: vt hæc tria iungantur, audire, intelligere, suscipere. Lucas pro hoc habet, Et in corde honesto ac bono auditum verbum retinent. Id est, quod auditum, intellectum, ac susceptum est. Hoc est, mentem ac sensum verbi Dei ita cordi infixum habet, vt per gratiam Dei abeat quodammodo in ipsam naturam, fixis in corde viuis radicibus, vt nulla tentatione queat extirpari. Cor honestũ ac bonũ vocat quod per Spiritum filiotũ vere immutatum est atque ad Deum tractũ. Nemo certe nostrũ præparatus est ad suscipiendum semen Euãgelii: ideo frustra audiremus nisi Deus excoleret Spiritu suo: & alioqui pullularent multæ vitiosæ herbæ, quæ semen suffocarent.

Niſi Dominus ſarcularet, & omnia tolleret impedimẽta, ſtatim ſuffocaremur. Hoc igitur nõ eſt ex natura hominum, ſed Dei eſt opus.

ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructũ affert, & facit, aliud quidem centeſimum, aliud autẽ ſexageſimum, aliud verò triceſimum.
Aliam parabolam propoſuit illis, dicens, Simile factum eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.
Quum autem dormirent homines, venit inimicus e-

qui ſermonẽ audit, & ĩtelligit, qui denique ʼfructũ
quoque reddit ac facit, ʼalius quidem centuplum,
alius verò ſexagecuplum, alius verò trigecuplum.
24 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, ʼAdſi- Har.2.14
milatum eſt regnum cælorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo.
25 ʼSed dormientibus hominibus venit illius ini-

ANNOT.

Fructum q. red. ac fac.] Semen tritici non feret aliud quàm grana ſuæ naturæ & ſpeciei. Ita prædicatum Euangelium quid aliud ex corde bono proferet, quàm quod in ſe habet, docet, & tradit? Prædicatur autẽ & ſeminatur fides in Chriſtum, reſipiſcentia vitæ prioris, cognitio Dei, charitas erga Deum & proximum, & id genus alia. Lucas addit, in patientia. Summus fructus quem recte perceptum verbum Dei reddit, eſt eiuſdem ad alios quoque diſſeminatio, vt tyrannide ſatanæ exempti homines, ciues fiãt regni Chriſti: hoc ſine cruce & perſecutione in mundo fieri haudquaquam poteſt. quare verè opus eſt patientia: neque ſine patiẽtia malorum, fructus hic ſummus afferri poterit. ſiquidem quotquot demũ pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, neceſſe eſt perſecutionem pati. 2. Timoth. 3. c. 12. Sic ſuos nobis fructus attulit Chriſtus, nimirum cum ſumma patientia. Alius quidem centupl.] Referri poteſt ad granum ſubintellectum: Aliud quidem granum affert, &c. Hæc ſimpliciter accipienda ſunt, quòd in alio credente Euangelium plus, in alio minus affert fructus, iuxtà menſuram donationis diuinæ. Vbi admonemur non eandem fidei, dilectionis, ac pietatis menſuram à quibuſuis credentibus expectandam eſſe, ſed differentem: quæ tamen differentia & inæqualitas credentes non reddit Deo iniuſtos. nõ minus charus eſt qui trigecuplum, eo qui centuplũ profert. Qui duo talẽta lucratus erat, audiebat & ipſe illud, Euge ſerue bone, &c. infrà 25. b. 23. Prout igitur diſpoſiti ſumus, producimus fructũ, alius ampliorẽ, alius minorẽ. Ne miremur igitur ſi alius alio magis fructificet. Alii excellunt maioribus donis, qui non ſoli viuunt Domino, ſed & adducunt alios. Hac parabola Dominus præmonuit ne offenderemur per ea quæ futura erant in regno cælorũ & Euangelii prædicatione, talia quæ facile poſſent offendiculũ dare imperitis, & anſam calumniandi maleuolis, quum viderẽt paucos Euãgelii auditores fructũ afferre.

24 Aſſimilatũ eſt reg. cæl.] Id eſt, ſimilis eſt rex cæleſtis Meſſias ei qui, &c. Aut, Illi accidit ſimile ei quod accidere ſolet patrifamiliâs ſeminanti, &c. Quidã rectius exiſtimãt, Euangeliũ vocari regnũ cælorũ. q. d. Prædicanti Euangeliũ, accidit ſimile ei quod ſeminãti bonũ ſemen. Hac parabola docuit Chriſtus, fore ſẽper in Eccleſia malos & hypocritas bonis ac veris Chriſtianis permiſtos. Quod faciebat ad mouendũ turbas, ne ſibi ex eo placerẽt quòd Chriſtũ audirẽt, ac velut gregi ipſius accẽſerentur: proptereáque videndũ eſſe vt certa ipſum fide audirẽt, eiúſque diſcipuli vere euaderẽt. Hæc dicta ſunt etiã vt filii Dei ſe armẽt patientia, & ne frãgãtur animis vbi vidẽt bonis malos perpetuo permiſtos. Quædã autẽ in hac parabola recẽſuit Chriſtus, quæ in expoſitione ſua ſequenti, verſu 37 & ſequẽtibus non reddidit: vt illa, Dormiẽtibus hominibus, Serui interrogant patrẽfamiliâs, Nónne bonũ, &c. Vis eamus & colligamus ea? &c. vt hinc doceantur ii qui verba Chriſti aliis prædicãt, vt cũ aliâs, tum præcipue in parabolis nolint Chriſto eſſe argutiores, ſed ſatis habeant id commendaſſe quod vidẽt Chriſtũ voluiſſe commendare: itáque parabolas tractent, vt id tãtum capiant cuius gratia adductæ ſunt. Id quod & Chryſoſtomus intellexit magis, quàm præſtitit. Ita ſanè omnes Chriſti parabolæ ſunt, vt ſi velis ſingulis partibus ſuas explicationes dare, nihil aliud agas, quàm ea argutia tua, & id quod Chriſtus præcipue voluit, amittas, & in meras teipſum nugas, & ſeipſas euertentes argutias abducas, vt infrà capite 20 & 25 patebit. præcipue autem in quibuſdam Lucæ parabolis. Verùm quoniã veteres ea nõ reddita à Chriſto, plurimum verſarunt: deinde aduerſarii veritatis ea pro tuendis erroribus ſuis, tãquam Chriſti ſentẽtias exprimentia, vſurparunt, & hodie quoque vſurpant, non abs re dicetur hic aliquid quod negotio veritatis profuerit.

25 Sed dormien. hom.] Diabolus ſeminare dicitur quũ dormimus, quòd aſtu corrũpat: vt ſiquis noctu veniat, non videtur, & recedit nemine obſeruante. Diabolus ſimiliter non a-

gnoſcitur, quum ſæpe transfiguret ſeſe in angelum lucis. Hoc igitur genere dicendi ſignificâtur aſtus ſatanæ, quibus ſationem zizaniorum ſuorum ſpecie hypocriſia ita obnubilat, vt nihil minus appareat quàm aliquod veſtigium ſatanæ. Talia ſunt quæ in Eccleſia naſcuntur ſpecie ſanctimoniæ, & ex bona intentione. Quis ſimpliciũ illa dicet eſſe ex ſatana? & tamen habent ſatanæ ſationem. Vide 1. Timoth. 4. a. 1.

micus, & ſeminauit zizania inter triticũ, abiítque.
D Quum autem 'germinaſſet herba, & fructũ fe- 26
ciſſet, tunc apparuerunt & zizania.
Accedentes autem ſerui patríſfamiliâs, dixerũt 27
illi; Domine, 'nónne bonum ſemen ſeminaueras
in tuo agro? vnde igitur habet zizania?
Ille verò dixit illis, Inimicus homo hoc fecit. 28
Serui autem dixerunt illi, Vis igitur abeamus, &
colligamus ea?
At ille dixit, 'Non: ne dũ colligitis zizania, era 29
dicetis ſimul cum illis & triticum.
Sinite pariter creſcere vtraque vſque ad meſſe, 30
& in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligi-
te primùm zizania, & colligate ea in faſciculos 'ad
comburendum ea: triticum verò congregate in
horreum meum.
Mar. 4. d. 30 luc. 13. d. 18 ‖Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile 31
eſt regnum cælorum 'grano ſinapis, quod acce-

lus, & ſuperſeminauit zizania i medio tritici: & abiit.
Quum autẽ creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.
Accedentes autem ſerui patriſfamiliâs, dixerunt ei, Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?
Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea?
Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum.
Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: & in tẽpore meſſis dicam meſſorib⁹, Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum. triticum autem congregate in horreum meum.
Aliã parabolã propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnũ cælorũ grano ſinapis quod

ANNOT.

26 Germin. herba,] Admonemur hic, initio ſationis Euangelicæ & zizaniorum, non ſtatim agnoſci impuritatem agri, propterea quòd electorum & peruerſorum differẽtia, niſi aliquantum ſuccreuerint, obſeruari nõ poteſt. ſolẽt enim reprobi initio, ad morem zizaniorum, nõ parum cõformes electis eſſe facie tenus: quod hodie in Eccleſiis Domini vſuvenire videmus, in quibus ager Domini iam diuerſiſſimis coloribus inſperſus apparet, ita obtinentibus vbique zizaniis, vt ægre liceat deprehendere triticũ: id quod aliquando nõ ita videbatur, dũ paſſim Euangelio applaudebatur, maxime dum prædicabatur contra quæſtum & impietatem Eccleſiaſticorum.

27 Nónne bonum ſemen, &c.] Poſſemus etiam iure mirari, quũ Dominus ita laboret in excolendo agro, & tamen lolium creſcat: bonus eſt agricola, & interea vitioſum eſt ſemen. verùm nos admonet, hoc fieri à diabolo. Interea iubet nõ eradicari triticũ vnà cũ zizaniis, ſed differri vſque ad tẽpus meſſis. Simus igitur parati ad cõſtantiã, ne corrũpamur cũ improbis.

29 Non: ne dum colligitis, &c.] Multi abuſi ſunt hoc teſtimonio, dicẽtes, malos non eſſe puniendos. Quibus reſpondendum eſt, hic non doceri quale ſit officium noſtrum, aut magiſtratus, aut paſtorum: ſed tantũ quæ futura ſit Eccleſiæ cõditio vſque in finem ſæculi: nunquã poſſe ita repurgari mũdum quin mali ſemper permiſti ſint bonis. (Non debemus, vt dictũ eſt verſu 24, in ſingulis parabolæ particulis myſteriũ aliquod exigere, ſed contenti eſſe debemus ſumma parabolæ.) Tamen debent paſtores & magiſtratus conari vt purgẽt Eccleſiam. Alioqui ſi nullum malum prorſus deberet eradicari in Eccleſia Dei, fruſtra eſſet gladii vſus magiſtratui datus: Et Paulus, 1. Corin. 5. b. 7, male iuberet expurgandum eſſe vetus fermentum. Et Tit. 1. c. 9, obturanda ora contradicentium veritati. Nunquam tamen efficient vt omnino pura ſit Eccleſia: neque etiam debẽt tentare, quum ſit Chriſti officium ſigillo Dei obſignatum, qui tenet ventilabrum in manu ſua, & ab illo plena expectatur purgatio.

30 Ad comburend. ea,] Pronomen EA, etiam in vetuſtioribus Latinis codicibus legitur.

31 Grano ſinapis,] Hãc parabola explicat Dominus qua virtute, quóve ſucceſſu eſſet

Euangeliũ orbem peruaſurum. Regnum nanque cælorum per Euangeliũ iam tum orbi innectũ, erat perpuſillũ, in quo tantùm rex Chriſtus eum paucisſimis, iiſdémque contẽptiſſimis palàm adhærentibus. Verùm vt granũ ſinapis paruum licet, imò minimũ inter ſemina, in maiorem omnibus oleribus fruticem, imò etiam arborem breui exurgit: ita & grex Chriſti breui ad fines vſque terræ fuit dilatatus, & omnibus regnis mundi euaſit ſuperior.

accipiens homo ſeminauit in agro ſuo:
Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: quũ autẽ creuerit, maius eſt omnibus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cæli veniát, & habitent in ramis eius.
Aliam parabolam locutus eſt eis, Simile eſt regnũ cælorum fermẽto, quod acceptũ mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatum eſt totum.
Hæc omnia loquutus eſt Ieſus ĩ parabolis ad turbas: & ſine parabolis nõ loquebatur eis:
Vt impleretur quod dictum erat per Prophetã, dicẽtem, Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abſcõdita à conſtitutione mundi.
Tũc dimiſſis turbis venit in domũ. & accesſerunt ad eum diſcipuli eius, dicẽtes,

ptum homo ſeminauit in agro ſuo:
32 Quod minimum eſt omnium ſeminum: cæterum vbi excreuerit, maximũ eſt inter olera, & fit
arbor, adeò vt veniant volucres cæli, & nidulẽtur E
in ramis illius.
33 [Aliã parabolã dixit illis, Simile eſt regnũ cæ- Luc.13.c.20
lorũ 'fermẽto, quod acceptũ mulier abſcõdidit in
farinæ 'ſatis tribus, donec fermentaretur totum.
34 [Hæc omnia 'loquut⁹ eſt Ieſus per parabolas ad Marc.4.d.33.
turbas, & ſine parabola nihil loquutus eſt illis.
35 'Vt compleretur quod dictum fuerat per Pro-
phetam, qui ait, 'Aperiam in parabolis os meum, Pſal.77.a.2.
eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.
36 Tunc dimiſſis turbis, venit in domum Ieſus, & Har.2.15
accesſerunt ad illum diſcipuli eius, dicẽtes, Expli-

ANNOT.

33 Fermento] Hæc parabola eandem cũ præcedenti ſignificationem habet. Modicũ fermenti, erant Apoſtoli, quos Sapientia diuina è Galilæa ſumptos, fermentandi viribus instructos reddidit, & in orbem terræ infermentandũ emiſit, donec infermentaretur totus. Satis tribus] Chryſoſtomus annotat, non vanè dictũ fuiſſe tria, pro multis. nam oſtendit Dominus modicæ fermenti particulæ ingentem eſſe vim agendi in multam farinæ copiam. Satũ autem à SEAH Hebraica dictione, menſura aridorũ, continens modiũ vnum Italicum & ſemiſſem, vt ait Ioſephus lib.9.cap.4. Antiquit. Iudaic. Quidam dicunt tantum capere quantũ CXLIIII oua gallinacea.

34 Loquutus eſt Ie. per parab.] Marcus addit, multis talibus parabolis Chriſtũ turbis loquutũ, prout poterant audire: ſeorſim autem diſcipulis ſuis omnia expoſuiſſe. Vnde apparet nõ propter perditos duntaxat Dominũ parabolis vſum, vt dictum eſt ſuprà verſu 11: ſed quia ita etiam requirebat cum populi capacitas, tũ patris voluntas, qui volebat non ſubito, neque pariter omnibus, ſed ſuo ordine Euangelium hominibus reuelari.

35 Vt compleretur, &c.] Id perinde eſt ac ſi dixiſſet, Omnia Chriſtus loquebatur in parabolis. ita vt illud Prophetæ rectè vſurpaſſet, Aperiã, &c. Neque enim aliter completũ fuit hoc Prophetæ dictũ, quàm quòd Dominus ita parabolis vſus ſit, vt quadrarit ei ad hũc modũ vtenti, illud Pſalmi de ſe dicere. Aperiam in parab.] Quòd Propheta dicit ſe in parabolis aperturũ os ſuum, & eructaturũ ænigmata ab initio, quæ Euangeliſta vocat abſcondita à conſtitutione mũdi: quũ tamẽ potiſſimũ beneficia populo Iſraelitico diuinitus exhibita, & ſimul pœnas infidelitatis quas dederũt, canat in eo Pſalmo: huc ſpectaſſe videtur, quòd verè recõdita & velut parabolica in illis quæ Patribus diuinitus cõtigerant, ſapiẽtia atque inſtitutio lateat. In exemplum enim poſteris ſcripta ſunt, vt Paulus ait, 1.Cor.10.a.6. Et ipſe propheta Aſaph. mox in eo Pſalmo, Et ſtatuit teſtimonium in Iacob, & legem poſuit in Iſrael. Præcepit patribus noſtris vt nota facerẽt illa filiis ſuis, &c. Porrò ſolet Scriptura, MESALIM, id eſt parabolas, vocare quaſlibet etiam ſententias graniores, quòd illæ fere per collationes efferantur. Sic veriſimile eſt hoc loco vatem vſum eſſe & voce HIDOTH, quæ alioqui ænigmata ſignificat. Sed & in Prouerbiis quoque Salomonis pro ſententiis ſimpliciter vſurpatur: fortaſſe ideo quòd eæ ſententiæ ſoleãt habere in ſe aliquid quaſi reconditi, quod non cuiuis obuiũ ſit, ita vt imperitioribus poſſit haberi aliquo modo ænigmatis loco.

ca nobis parabolam zizaniorum agri.
At ille respõdens dixit illis, 'Qui seminat bonũ 37
semen, est Filius hominis.
'Ager autem, est mũdus. Porrò bonum semen, 38
ii sunt 'filii regni. Zizania verò sunt 'filii illius mali.
Apoc.14.e.15 ioel.3.c.13. 'Inimicus autẽ qui seminat ea, est diabolus. ‖ Mes- 39
sis verò, consummatio seculi est. Messores autem,
angeli sunt.
F Sicut igitur colliguntur zizania, & igni combu 40
runtur: sic erit in consummatione seculi huius.
Mittet Filius hominis angelos suos, & colligẽt 41
è regno illius omnia 'offẽdicula, & eos qui patrãt
iniquitatem:
Ac mittẽt illos 'in caminum ignis: ibi erit plora- 42
tus, stridórque dentium.
Sapien.3.b.7 daniel.12.b.3 ‖ 'Tunc iusti fulgebunt vt sol in regno patris sui. 43

Edissere nobis parabolã zizaniorum agri.
Qui respondens ait illis, Qui seminat bonum semẽ, est Filius hominis.
Ager autem, est mundus. Bonum verò semẽ, hi sunt filii regni. Zizania autẽ, filii sunt nequam.
Inimicus autẽ qui seminauit ea, est diabolus. Messis verò, consummatio seculi est. Messores autem, ãgeli sunt.
Sicut ergo colligũtur zizania, & igni comburũtur: sic erit in consummatione seculi.
Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciũt iniquitatẽ:
Et mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.
Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno Patris eorum.

ANNOT.

37 Qui semin.bo.sem.] Animaduerte, Christi semen & donum esse quicunque verè credunt, eóque vere filii regni existunt.

38 Ager autẽ, est mun.] Intelligenda est ista expositio non de totius mundi gentibus, & Iudæis Christo aperte aduersantibus: sed de Ecclesia Christi, quatenus diffusa est per mundũ hunc præsentem: propterea quòd Euangelii prædicatio seminata est per vniuersum orbem. Est itaque ista expositio quasi prophetia prædicãdi per vniuersum mundũ Euangelii. Filii regni.] Sunt electi, in Christum credentes, ad regnum cælorũ pertinentes, qui etiam vocãtur filii Dei, conciues sanctorũ, ac domestici Dei, Ephes.2.19. Regni simpliciter dicit: nã solum regnum cælorũ, verè regnum est: reliqua sunt potius inanes species. Filii illius mali.] Videmus hîc cui adscribantur mali in Ecclesia. Non loquitur autem de prædonibus tantum, & aliis eiusmodi: sed & de illis qui non sunt syncera in Christũ fide, verùm hypocritæ sanctimoniam simulantes. Malũ vocat diabolum, non natura, sed ex ea quæ accessit ingenii malitia.

39 Inimicus] Quem prius malũ vocauerat, nunc inimicum dicit. Habemus ergo diabolum pro inimico quicunque sumus filii regni a Christo seminati & Christo adhærentes. Zizania seminantur à diabolo, non quòd habeat partem terræ in qua seminet, verùm malos bonis permistos esse oportet: in eodem agro erit lolium & triticum. Neque diabolus hanc habet potestatem, nisi ex voluntate Dei: dicitur tamen seminare, vt discamus illi imputare omne malum, & non Deo.

41 Offen.& eos qui pa.ini.] Offendicula exponit eos esse qui patrant iniquitatem: qui ideo dicuntur offendicula quòd noceant exemplo: non solum sibi male viuunt, sed etiã alios corrũpunt: qui licet perpetuo studeant nocere, non tamen semper id faciunt. Cauendũ igitur diligentius ne in aliquod offendiculum impingamus. quot enim reprobi, tot offendicula.

42 In caminum ignis:] Græcam vocem retinuit interpres: Latine, in fornacem ignis. Est autem Hebraismus, Fornax ignis, pro fornace cuius ignis non extinguitur. Idem significant, Fornax ignis, & Gehẽna, suprà, 5.e.30: Gehenna ignis, Marc.9.g.47, infrà, 18.b.9: Ignis æternus, suprà 3.c.12.& 25.d.41: Ignis inextinguibilis, Luc.3.d.17: Gehenna & ignis inextinguibilis, Mar.9.g.43: siue Gehenna ignis inextinguibilis, Ibidem versu 45.

43 Tunc iusti fulg.] Hoc plurimum facit ad consolationem piorũ, qui in hoc sæculo grauantur, contemnuntur, probris afficiuntur, obscuri sunt, regnantibus & splendentibus etiam in Ecclesia improbis. De hac filiorum Dei gloria multa sunt in Scripturis, Rom.8.d.18, & 1. Corin.15.e.40, Coloss.3.a.4, & 1.Iohan.3.a.2. Tunc, nempe in consummatione sæculi. Videtur hic Dominus allusisse ad illud Danielis ca.12.a.2, Et multi dormiẽtes in puluere terræ, sur

gent,alii quidem ad vitam sempiternam,alii ad opprobria consumptionis æternæ.Et erudiẽtes fulgebunt instar fulgoris firmamenti,& iustificantes multos sicut stellæ in sæculum & vltra.Vt enim impii offendicula sunt,qui non sibi tantũ desipiunt & iniusti sunt,sed alios quoque in errorem & ad iniquitatem pertrahere conantur, sic filii regni, electi & vere credentes satis non habent quòd ipsi veritatem agnouerunt, & iustitiam colunt: verùm positi in hoc vt fructum afferant,eúmque permanentem,alios quoque studẽt ad salutem erudire,veræque iustitiæ reddere participes.quare Propheta illos erudientes & iustificantes vocat.

Qui habet aures audiendi, audiat.

Qui habet aures ad audiendum,audiat.

Simile est regnum cælorũ thesauro abscõdito in agro: quẽ qui inuenit homo, abscõdit, & præ gaudio illius vadit,& vẽdit vniuersa quæ habet,& emit agrũ illum.

44 Rursum,simile est 'regnum cælorum 'thesauro
absconso in agro:quem repertum homo 'abscondidit:& præ gaudio quod habet super eo, abit:& 'omnia quæcunque habet,vendit,ac 'mercatur agrum illum.

Iterum simile est regnum cælorũ homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

45 Rursum simile est regnũ cælorum homini negotiatori quærenti 'pulchras margaritas:

Inuẽta autem vna pretiosa margarita,abiit,& vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

46 Qui quũ inuenisset vnam pretiosam margaritam,abiens vendidit õnia quæ possidebat,& mercatus est illam.

Iterum simile est regnum cælorũ sagenæ missæ in mare,& ex omni genere piscũ congreganti.

47 Rursum simile est regnum cælorum 'verriculo iacto in mare,& ex omni genere contrahenti.

ANNOT.

44 Regnũ cæl.] Hic regnum cælorũ specialiter est accipiendũ prout in vnoquoque per Euangelium regnat Deus, qui regnat in nobis in hoc mundo, hac cõditione vt aliquando simus hæredes regni cælestis. Thesauro absc.] Huic coniungi debet sequens de margarita parabola. Nam confert Euangelium thesauro abscondito: confert & ei qui omnia vendit vt emat gemmam,& lucrũ faciat.Thesaurum absconditum vocat Euangelium per quod regnat Deus in nobis,quòd vtplurimũ homines contemnant quæ non cõspicua sunt.Vt nõ minoris est pretii thesaurus quòd sub terra defossus sit: ita nõ minoris æstimare debemus Euangeliũ, quòd videamus illud habere parum ostentationis quantum ad speciem externam. Absconditus est thesaurus sapientibus & prudentibus huius sæculi: suprà 11.d.25. Abscõdidit,] Nõ semper singula per se cõsideranda sunt in parabolis,vt dictũ est versu 24.siquis enim hic philosophari voluerit in abscõsione,nõ debemus abscõdere Euangeliũ, sed vocare alios in societatem Euangelii. Omnia quæc. ha.vendit,] Vendere omnia propter Euangeliũ,est paratum esse quicquid obstat relinquere,ita vt totus mundus nihil nobis sit præ hoc bono.Distinguendum est inter adiumenta & impedimẽta.Diuitiæ sunt aliquando adminicula,aliquãdo impedimẽta. ita ea omnia quæ magni fiunt iudicio hominũ.Alia ratione Abrahã possedit diuitias,renũtiaturus õnino si iussisset Dominus. Alia ratione Moses renũtiauit diuitiis AEgyptiorum,qui nõ potuit simul esse nepos Pharaonis & seruus Domini.Paulus de se ait,Philipp.3.b.7,Sed quæ mihi fuerunt lucra,hæc arbitratus sum propter Christum detrimẽta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei,propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora,vt Christum lucrifaciam. Mercatur ag. ill.] Regnum Dei nemo potest emere: neque hic arguendũ à venditione & emptione:tãtùm hoc docere voluit,vt posthabeamus omnia quæ hic mundus pretiosa habet,regno Dei.Hæc summa est parabolæ.

45 Pulchras marg.] Vox Græca bonas significat, tametsi sæpius pulchras: in his autem margaritis pulchritudo pretium auget. Idem,vt dictũ est,significat hæc parabola cum præcedente de thesauro abscondito.

47 Verriculo iacto in mare,] Admonet idẽ quod in parabola de zizaniis iam vidimus,Ecclesiam constare ex bonis & malis: quæ nũquam pura prorsus erit quandiu erimus in hoc seculo : sed talis durabit vsque ad consummationẽ seculi, vbi demũ futura est separatio plena & perfecta. Offendũtur nõnulli audientes in Scripturis Ecclesiam ornari tot claris elogiis, quũ postea fœdata sit. Multi suborti sunt etiam qui fingunt se quærere perfectam ecclesiam. Ver-

riculo iacto in mare, Euangelium comparatur, quo Eeelesia colligit. hie enim mundus est velut quoddam mare.

Quod quum impletum fuisset, 'subduxerunt in 48
litus, & sedentes collegerũt quæ bona sunt in va
sa: quæ verò mala, foras abiecerunt.

Quã, quum impleta esset, educentes, & secus litus sedẽtes, elegerũt bonos in vasa, malus autẽ foras miserũt.

G Sic futurũ est in consummatione seculi: veniẽt 49
angeli, & segregabũt malos de medio iustorum,

Sic erit in cõsummatione seculi: exibũt angeli, & separabunt malos de medio iusturum,

Et mittent eos in 'caminum ignis: 'illic erit plo 50
ratus & stridor dentium.

Et mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.

Dicit illis Iesus, 'Intellexistis hæc omnia? Dicũt 51
illi, Etiam Domine.

Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.

At ille dixit illis, 'Propterea omnis 'Scriba do- 52
ctus ad regnum cælorum similis est 'homini pa-

Ait illis, Ideo omnis Scriba doctus io regno cælorũ, similis est homini patrisa-

A N N O T.

48 Subdux. in litus,] Nunqnam pura futura est Eeelesia ab hypocritis, nunquam his purgari poterit, donec vsque ad litus, hoc est vsque ad diem iudicii, tracti fuerimus.

50 Caminum ignis:] Vide versum 42. Fornacem ignis vocat pœnam quam sustinebunt impii post iudiciũ. An sit ignis materialis, disputatio est friuola. Scriptura figuratè hìc loquitur, vt & Esaias 66.g.24, vermem vocat qui nunquam moritur. Illic erit plor.] Scriptura nõ satis potest exprimere pœnam quæ manet impios. hìc ab effectu vult horrorem exprimere. Vt autem sensu nostro non possumus percipere beatorũ gloriam, ita neque impiorũ pœnam.

51 Intellexistis h. o.] Quoniam parabolicè dicta erant omnia, monet vt probe animũ aduertant, & cuncta diligenter pensiculent. Certe hac quæstione admodũ vtili & necessaria monet Dominus in quem finem has produxerit parabolas, & quid in ipsis obseruare oporteat, non modo vt recte intelligantur, & vt commendatiora nobis sint mysteria regni Dei, adeóque ipsum verbum Euangelii, sed vt ministri verbi, Domini quoque exemplo discant parabolis & omnigena elocutionis gratia erudire populũ, rem ipsam clare & per similitudines dicere, prout putauerint exigere eaptum auditorum. Ideóque quemlibet doctorem populi, dicit similem esse oportere patrifamiliâs.

52 Propterea] Subaudienda sunt nonnulla, cuiusmodi, Hoc interrogaui vos, propterea quòd oporteat ministrum verbi similem esse patrifamiliâs. Scriba doct. ad reg. cæ.] Scriba Hebræis, non scriptor, sed Scripturarum Legísque peritus dicebatur, qualis Ezra prædicatur fuisse, 1. Ezræ 7.a.6. Et quẽ Matthæus Scribam appellat, doctorem Legis vocat Lucas, ca.10.e.25. Hîc autẽ significat doctorem & eruditum ad annuntiandum regnum cælorum, Euangeliũ salutis. Homini patrif.] Prudens paterfamiliâs in regenda familia non viuit in diem, sed annonam habet repositam, vt possit noua & vetera depromere de penariis suis, hoe est affatim qualibet. Per hunc significare voluit, eum qui ad prædicandum Euangelium doctus sit, hoc est instructus per Spiritum Domini, vt regnum cælorum promoueat, oportere opulẽter & copiose doeere quæcunque ad rem faciant, & scientiã salutis perficiant: vt si quispiam liberalis paterfamiliâs de promptuario suo omne genus eduliorum ac deliciarũ promat, tam veterũ quàm recentiũ, vt nihil omnino cõuiuæ desyderent. Hãc eerte liberalitatem Christus cũ aliàs, tum hîc magnifice præstitit, copiosissime atque liberalissime cibum vitæ, nẽpe doctrinã salutis depromens, vt intelligerent iam omnia. Hunc Paulus proxime retulit cum vbique, tum àpud Ephesios, quibus dicebat (Act.20.f.27) Non enim subterfugi quominus annuntiarẽ vobis omne consiliũ Dei. Notatur ergo hinc, Euangelici prædieatoris esse, omnia quæ ad rẽ faciunt, Inculẽter & copiose doeere, neque quicquam celare. Cui certe commissus est populus, omnia debet habere reposita, vt ea in tempore depromat: qui si interrogatus, ex tẽpore respondere nequeat, nisi raptim libro cõsulto, neque aliud quicquam depromat, non est verus rector familiæ. Quòd quidã per vetera, Legẽ: & per noua, Euangeliũ intelligunt: firmũ non est. Promere enim vetera & noua, patrifamiliâs, non Scribæ tribuitur: & est ipse paterfamiliâs cui fit assimilatio, & non quod assimilatur: neque aliud significat quàm patrisfamiliâs liberalitatem & copiam, qui non horna tantum, sed etiam quæ reposita diu fuere, depromit.

miliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

trifamiliâs, qui depromit è 'thesauro suo noua &
vetera.

Et factū est: quū coosummasset Iesus parabolas istas, transiit inde.

53 ‖Et factum est, vt quum finisset Iesus sermones Har.2.16.
hos, digrederetur illinc.

Et veniēs in patriam suā, docebat eos. io synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerēt, Vnde huic sapiētia hæc, & virtutes?

54 ‖Et quum venisset 'in patriam suam, docuit eos Har.2.19
in synagoga illorum, ita vt stuperent, ac dicerēt, Marc.6.a.1. luc.4.c.16.
'Vnde huic sapientia hæc & virtutes?

Nónne hic est fabri filius? nōne mater ei' dicitur Maria: & fratres eius, Iacobus & Ioseph, & Simō & Iudas?

55 Nónne hic est ille fabri filius? nónne mater e-
ius vocatur Mariá, ‖& 'fratres eius Iacobus & 'Io- Iohā.6.e.42.
ses & Simon & Iudas?

Et sorores eius nōne omnes apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista?

56 Et sorores illius nónne omnes apud nos sunt?
vnde igitur huic hæc omnia?

Et scādalizabantur in eo. Iesus autē dixit eis, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua.

57 'Et offendebantur super eo. Iesus autē dixit il-
lis, ‖'Non est Propheta expers honoris, nisi in pa Marc.6.a.4. luc.4.d.24. iohan.4.f.44
tria sua & domo sua.

Thesauro] Thesaurum vocat penarium, siue promptuarium.

54 In patriam suā,] Patria Christi, est Nazareth: in qua non solū ante conceptum Christum, Ioseph & Maria, vt apparet ex Luca, cap.1.c.26: sed & post, vt liquet ex Matth.2.d.23, luc.2.a.4, habitarunt: atque ibi enutritus est Christus, vt legimus Luc.4.c.16. In ista ciuitate habitauit Mariæ cognatio, vt hac lectione cōmemoratur. Hinc est quòd Nazaræus vocatur, vt dictum est suprà cap.2.d.23, in illud, Nazaræus vocabitur. Vnde huic sap. hæc & virt.] Relucebant hæc duo in Christo: incōprehensibilis quædā in sermone sapientia, & diuina admirabilísque virtus in opere, qua quosvis sanabat.

55 Nōne hic est ille fabri fi.] Apparet hic, maxime autē ex Marco, Christū vixisse arte mechanica: voluit quodā modo latere, ita vt nihil ab aliis differret. Duobus offenduntur in Christo cognati eius: quòd esset ipsis notus, & apud eos educatus: quódque videretur esse conditionis humilis & contēptæ, nēpe fabri filius, & ipse quoque faber, vt habet Marcus, cap.6.a.3.

Fratres eius,] De fratribus & sororibus Christi dictū est suprà, 12 in fine. Ioses,] Id nomen quoties occurrit, deprauāt in Ioseph. Vnde ig. huic, &c.] In pronomine H V I C, emphasis est. Non enim adeò (vt videtur) admirati fuisset, neque adeò offēsi, si talia vidissent & audissent vel ex alienigena & ignoto aliquo, vel qui fuisset sublimi loco natus. Iudicabat in eis ratio humana incredibile esse & insolēs diuinitus dari tantā sapientiam & virtutē homini nec gente nec conditione conspicuo, sed humili & obscuro. quum contrà in mentem venire debuisset, illum diuinitus fuisse edoctum, tanta sapientia loquentem audientes, & tanta miracula edentem videntes.

57 Et offend. super eo.] Super eo, personam notat, non doctrinam, quæ tamen non diu à suspicione libera esse potest, vbi personæ contemnuntur. q.d. generis humilitas fortunæque fuit illis offendiculo, nihil adhuc nisi plebeiū & humanum de illo suspicātibus, & ob id pristinæ humilitati vitæ nouā claritudinem subinuidentibus. Non est Propheta expers honoris] Aut, vilis, neglectus, & contēptus. Iesus taxans illorum crassum & nimis populare iudicium, qui hominem non ex ipsius virtutibus, sed ex fortunis, generísque splendore æstimarent, communi hac sentētia respondit illis, à natura hominū sumpta, qua semper pluris facimus & maiori in æstimatione habemus quæ aduenæ & peregrini dicūt, quàm quæ domestici seu incolæ, etiā si sæpe eruditiores & prudētiores sint. Quidam Chrysostomum secuti, nolūt prouerbium esse, sed de Iudæis tantùm dici, qui suos Prophetas semper contēpserunt. q.d. Nō nouū vobis vestróque generi est quod nunc facitis. contēnitis me Prophetam vobis missum, sed cōtempsistis eos quoque qui ante me venerunt. Contempserūt maiores vestri omnes Prophetas quos ex ipsis excitauit Dominus, ínque ipsorū salutē misit: adeò vt verè dicere possim, nullibi perinde contemni Prophetas, atque in Prophetarum patria Iudæa. Apud Lucam, 4.d. 25, & c.27, adiungit Eliæ & Elisæi exempla huc pertinentia, quòd Gētiles sanctius iudicarint

de Iudæorum Prophetis,ac plus reueriti sint illos, quàm Iudæi ipsi : vnde etiam fructū ex eis perceperint,Iudæis interim propter suam incredulitatem ne hilum quidem percipientibus.

'Et nō edidit illic virtutes multas propter incre- 58
dulitatem illorum.

CAP. XIIII.

Har.2.20 Marc.6.b.14 luc.9.a.7 'IN illo tempore audiuit'Herodes'tetrarcha'fa 1
mam Iesu:
Et dixit 'famulis suis,Hic est Iohānes Baptista, 2
'is surrexit à mortuis,& ideo 'virtutes agūt in illo.
Marc.6.c.17 luc.3.d.19. [Nam Herodes'ceperat Iohānem & vinxerat, 3
ac posuerat in carcere,'propter Herodiadē vxo-
rem Philippi fratris sui.

Et non fecit ibi virtutes multas,propter incredulitatem illorum. 58

CAP. XIIII.

1 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu:
2 Et ait pueris suis, Hic est Iohannes Baptista:ipse surrexit à mortuis,& ideo virtutes operantur in eo.
3 Herodes enim tenuit Iohannē, & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui.

ANNOT.

58 Et non edidit illic virt.] Apud Marcū dicitur non potuisse edere vlla miracula: quod humano more dictum fuisse intelligendū est. Deus nō potest bene nobis facere, quia sumus indigni.nō quòd detrahamus potestati diuinæ: sed quia non sumus idonei ad illius beneficia recipienda.Virtus quidem Christi erat ad sanandum eos parata:verū ingratitudine & incredulitate mortalium impediebatur,& indignitate incredulorū fiebat vt riuus iste diuinæ virtutis sese non effunderet.

IN CAPVT XIIII.

1 In illo tempore] Hoc loco in Iohāne & Herode exhibētur nobis viua exempla boni & mali seminis:cui illud quoque accedit,quòd in hoc exemplo,ceu speculo,omnes ministri verbi cernunt quid se deceat,& quod pretiū ab ingrato mundo expectare debeant:vtque facto & fide illustri Iohānis,omnes pii confirmētur, ac syncero constantíque pectore adhæreant,imò & immoriantur verbo Dei.Ad connexionem autem historicam pertinet quod scribit, In illo tempore:nullum interim certum tempus indicās: veluti si nos dicamus, Et quodam quidem tempore. Herodes] Hic fuit filius illius magni Herodis Antipatri, Ascalonitæ à nōnullis cognominati,qui infantulos trucidarat Bethlehemiticos. hunc quidam Antipam cognomināt. Tetrarcha] Tetrarchia & tetrarcha vocabula sunt à Romanis vsurpata scriptoribus, sed petita à Græcis. Erāt autē tetrarchæ, principes quartam aut aliquam regni portionē obtinentes:vt idē sint qui & toparchæ,locorū videlicet præsides.Romani enim regna findentes, quominus rebellandi vires haberent,ipsa certis discreuerūt limitibus, datísque singulis partibus præfectis, hos toparchas seu tetrarchas, ipsas regiones appellauerunt toparchias, siue tetrarchias.Id videre licet apud Pliniū lib.5.cap.18.Hic Herodes erat tetrarcha Galilææ, ablatus enim fuerat ei regius honor. Famam Iesu,] Id est,omnia quæ fiebāt à Iesu,vt Lucas habet.clarum enim (inquit Marcus)factum erat nomen eius.

2 Famulis suis.] Vox Græca & seruos & ancillas & liberos & omnes denique domesticos complectitur præter patremfamiliâs & matremfamiliâs. Is surrexit.à mor.] Verisimile est inualuisse tunc errorem apud Iudæos, remigrare animas, & sua aut aliorum corpora ingredi : & hoc persuasum habebant, quòd putarēt Eliam venturum. Vide infrà cap.16.b.14

Virtutes agunt in illo.] Id est, miracula patrantur per illū.Verbo Græco significatur vis quædam efficax.

3 Ceperat] Præterita sunt Græce, cepit, vinxit, &c. pro præteritis plus quàm perfectis, more Hebræorum.Quia Iohannis meminerat per occasionem, subtexit historiam mortis illius, ídque obiter.nō enim proprium opus est Euangelistæ, aliorum quàm Christi res gestas ac mortem describere. Causam verò vinculorū ac mortis tam sancti viri,Iosephus lib.18.cap.10, Antiquit.Iudaic dicit fuisse metum ac suspicionem futuri tumultus:propterea quòd Herodes cernens multitudinē populi pendere ab illo,falsò suspicatus sit eum meditari seditionem. Atque huius suspicionis causam Iohannes quidem nullā, vt qui vir sanctus esset, populus verò nō omnino nullā dederat,vtpote quadā quasi natura ad rebellandū ac seditiones mouendū natus.Euāgelista verò aliā causam assignat,quum dicit,Propter Herodiadem, &c. Propter Herodiadē,] Patronymici speciē habet, aut certe diminutiui nominis.Iosephus eodē libro, cap.9, scribit vt hic Herodes amore captus vxoris Philippi fratris, quum apud eum exceptus

esset hospitio, inter proficiscendū Romam, nuptias incestas mulieri, si saluus Roma reuerteretur,& abdicationem legitimæ vxoris spoponderit. Iohannes ergo quū ista cognouisset, magna animi fortitudine corripuit, ad exemplum Eliæ: & vt Chrysostomus ait, in medio foro & frequentia populi aperte dicens, Non licet tibi,&c.

Dicebat enim illi Iohānes, Non licet tibi habere eam.

4 Dicebat enim illi Iohannes, 'Non licet tibi habere eam.

Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebant.

5 'Et quum vellet eum occidere,'metuebat multitudinem: ‖propterea quòd illum 'ceu Prophetam habebant. Infrà 21.c.26

Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio:

6 Quū autē 'celebraretur natalis Herodis, 'saltabat filia Herodiadis in medio:

ANNOT.

4 Non licet tibi habere eam.] Marcus, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. In correptione ista Herodis, exemplum habemus, qua sit vtendū libertate in corripiendis & publicè arguendis delinquentibus, tali nempe quæ hæc duo habeat: Primùm, vt arguantur quòd faciant quod non licet, quod est contra Dominum, legem & voluntatem eius. Alterum, ita arguantur vt ad pudorem cogantur: quod fiet, quando malefactū aperte ac disertis verbis obiicietur illis.

5 Et quū v. eū occid.] Hæc sors est eorum quibus commissum est munus arguendi peccata mundi, maxime diuitum & potentiū: qui etiam prætexūt suspicionem seditionis, siquis eorum flagitia attingere audeat: vt iustam causam habeant occidendi eos à quibus reprehēsi sunt. Hoc prætextu omnes Prophetæ, ipse quoque Christus, ad mortem rapti sunt. Quod hîc dicitur, Quū vellet eum occidere: non videtur conuenire cū eo quod Marcus dicit, Herodias autem insidiabatur illi, ac volebat illū occidere. Conueniunt tamen: nam nunquam Herodes sponte occidisset Iohannem, verùm instabat scortum illud, & tanquam furia stimulabat Herodem: cuius importunis precibus acquieuit. Periculosissimum certe seruis Domini, officium suum exequi: quod non possunt, nisi arguant. in quo exequendo, vim animi Iohannis infractā videmus, qui dissimulare noluit, nec præsens periculum timuit. Maximū ministris exemplū, ne desint suo officio, quicquid videant discriminis. Difficillimū hoc sane, verùm ne suscipiāt id muneris potius, si nolint præstare quod illius est. Metuebat mul.] Miserrima & stultissima impiorum conditio: metuunt non metuenda, & metuenda non metuunt. Metuit Herodes (Deo ita volente) turbam, quæ de Iohanne sentiebat magnifice: timebat autē ne illam in se concitaret, si crudelius quidpiā in Iohannem decreuisset. Et hoc quidem ad omniū ministrorū Verbi consolationem dicitur: videmus enim amicos Dei, curæ esse Deo, ac tyrannos non posse vitam illis eripere quoties libet. Videmus præterea reges ac tyrannos quos multi metuunt, eosdem quoque metuere cōplures. Metuebant etiam populum impii sacerdotum principes & seniores populi, vt nihil auderēt contra Iohannē Baptistam dicere, quòd plebs Iohānem crederet esse Prophetā. Ceu Proph. hab.] Apud populū Iohannes vehementer erat gratiosus, quòd & baptizasset plurimos, & complures haberet discipulos, & à plerisque Messias esse crederetur: nemo certe non existimabat virum esse prophetam, cui cōtradicere non liceret, vtpote à Deo misso. Propterea dicebant principes sacerdotum & seniores populi, Si dixerimus baptismum Iohannis esse ex hominibus, timemus turbam. omnes enim habent Iohannem tanquam Prophetam. Infrà 21.c.26.

6 Celeb. nata. Herod.] Id Marcus sic explicat, Quando Herodes in natalitiis suis cœnam faciebat magnatibus ac tribunis & primoribus Galilææ. Mos fuit antiquis, nō improbandus, celebrare natales. Christianus si agnoscat se creatū fuisse à Deo, annos suos recognoscens, poterit eo modo celebrare natales suos, & sic cōmendare reliquū vitæ Domino. Sed quæ per se & pia, recta, & vtilia sunt, conuertimus in abusum. inter pocula temere iuramus, luxuriamur cū amicis, libidini & gulæ inseruimus. sumptuosa cōuiuia semper aliquid vitii afferūt, ebrietatē, stultos sermones, & id genus. Propterea Iob pro filiis precabatur veniā, siquid peccassent in cōuiuio, Iob.1.a.5. Saltabat fil. Herod.] Non subsiliit vt vulgus putat, sed quemadmodum gesticulantur in choreis. nam id proprie sonat verbum Græcū. Quicūque habuerunt curam honestæ grauitatis, dānarunt saltationes, præsertim in puella. Sed hoc cōueniebat scorti filiæ.

'& placuit Herodi.
Vnde cum iureiurando pollicitus est se daturũ 7
illi 'quicquid peteret.
At illa prius instructa à matre sua, Da mihi, in- 8
quit, hic in patina caput Iohannis Baptistæ.
Et indoluit rex: attamen 'propter iusiurãdum, 9
'& eos qui simul accumbebant, iussit *ei* dari:
Et 'missis *carnificibus*, amputauit caput Iohãnis 10
'in carcere:
B Et allatum est caput eius in patina, datũque est 11
puellæ: atque *illa* obtulit matri suæ.
Et accesserunt discipuli eius, & 'sustulerunt cor- 12
pus, ac 'sepelierunt illud: abierũntque, '& renunti-
auerunt Iesu.
Har. 2.21 Id quum audisset Iesus, 'secessit illinc in naui ad 13
Marc. 6.d.32 luc. 9.b.10 desertũ locum seorsim. Et quum audissent turbæ,

& placuit Herodi.
7 Vnde cũ iuramento pollicitus est ei dare quodcũque postulasset ab eo.
8 At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Iohãnis Baptistæ.
9 Et cõtristatus est rex: propter iuramentũ autẽ, & eos qui pariter recũbebant, iussit dari.
10 Misitque, & decollauit Iohannem in carcere.
11 Et allatum est caput ei⁹ in disco, & datũ est puellæ: & illa attulit matri suæ.
12 Et accedẽtes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierũt illud: & venientes nuntiauerunt Iesu.
13 Quod quum audisset Iesus, secessit inde in nauicula, in locũ desertũ seorsum. Et quum audissent turbæ,

ANNOT.

Et placuit Herodi.] Ecce ingeniũ impiorum, gloriantur in eo de quo debebant erubescere. Non tantum Herodi placuit, sed & simul accumbentibus, vt ait Marcus.

7 Quicquid peteret.] Marcus addit, Herodem addidisse, Vsque ad dimidium regni mei.

9 Propter iusiur.] Tristitia afficitur, præstat tamen quod impie promiserat. Peccauit Herodes primum quòd vane iurarit nomen Dei: præterea quòd facinus impium iurarit: postremo, quòd abusus sit nomine Dei ad cædem nefariam. quasi Deus Prophetam velit occidi, & scelus perpetrari, quia nomen eius temere interpositum fuerit. Deus non vult iusiurandũ seruari quoties abutimur illius nomine. Debemus simpliciter iurare nos facturos quod est officii nostri, quódque scimus placere Deo. Et eos qui simul acc.] Respexit etiã Herodes ad cõuiuas. si Deo teste dũtaxat iurasset, facile reiecisset impud.cã saltatricẽ: verùm pudet illũ retractare quod coram tot testibus promiserat. Plus tamẽ ignominiæ sibi cõparauit, quàm si millies promissũ retractasset. nã perpetrando barbarũ illud facinus, maior est turpitudo. Videmus autẽ quorsum ruant qui famã suam corã hominibus retinere volũt, stultáque ducuntur ambitione.

10 Missis carnif. amputauit] Græce legitur, Et mittens amputauit. quod autem hic subaudiendũ erat, Marcus expressit, dicendo, Et statim mittens spiculatorẽ. Discimus isto exemplo patientiã in afflictione, siquando à peruersis hominibus cõtigerit nos affligi immeritò. Deus aliquando patitur suos impiorũ ludibrio exponi: sed reuocemus omnẽ nostrã cogitationẽ in consolationem hanc, Quòd pretiosa sit mors sanctorũ in cõspectu Domini, Psal. 116.15. In carcere.] Leuius fuisset occidi publicè, licuisset vel aliquo pacto testari innocentiam, & declarare tyranni impietatem. Verùm hæc omnia denegantur viro tam sancto: occiditur in carcere, sine sententia publica, nemine præsente, nemine consolante, neque condolente.

12 Sustulerunt corpus,] Ex superiore vndecimo capite, a.2, apparet discipulis Iohãnis patuisse ingressum ad carcerem, quũ esset adhuc in vinculis: ex quo potest cõiici non fuisse nũc prohibitos quominus cadauer tollere potuerint. Sepelierunt illud:] A discipulis Iohannis sublatum & sepultũ cadauer. Inhumanum enim, mortuos relinquere insepultos. Semper hoc officium fuit hominibus cõmendatũ. nam quod spectaculũ tristius & horridius, quàm cadauer insepultum videre? Præterea resurrectionis symbolũ est sepultura. Placet igitur Deo officium, mortuis autem non prodest. Qui sepelierunt, erant ex discipulis Iohannis & Christi.

Et renunt. Iesu.] Iohannes ita instituerat aliquot ex discipulis suis vt postea transirent in scholam Christi, vt apparet de Andrea.

13 Secessit illinc,] Non tam secessit vt fugeret Herodem, qui cupiebat ipsum videre, vt Lucas cap. 9.a.9, scribit: quàm vt interquiesceret paulum, vt memorat Marcus. Vide Harmoniam in hunc locum.

secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus.

sequutæ sunt illum 'itinere pedestri ab vrbibus.

Et exiens vidit turbā multam: & misertus est eis, & curauit languidos eorum.

14 ‖'Et egressus Iesus vidit multā turbam: & 'tactus Iohan.6.a.5.
est affectu misericordiæ erga illos, 'sanauítque ex
illis qui male valebant.

Vespere autē facto accesserunt ad eū discipuli eius, dicētes, Desertus est locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas.

15 'Porrò quum appetisset vespera, adierunt eum
discipuli ipsius, dicētes, Desertus est locus, & hora
iam præteriit: 'dimitte turbas vt abeāt in vicos, &
emant sibi cibaria.

Iesus autem dixit eis, Nō habent necesse ire: date illis vos manducare.

16 At Iesus dixit illis, Non est illis necesse vt abeāt,
'date illis vos quod edant.

Responderūt ei, Non habemus hîc nisi quinque panes & duos pisces.

17 ‖At illi dicūt ei, 'Nō habemus hîc nisi quinque Marc.6.e.38. luc.9.b.13. iohan.6.a.5
panes & duos pisces.

Qui ait eis, Afferte mihi illos huc.

18 Ille verò dixit, Afferte mihi illos huc.

Et quū iussisset turbā dis-

19 'Et iussis turbis discumbere

ANNOT.

Itinere ped. ab vrb.] Feruorem populi erga Christū describit, qui molestia itineris non est absterritus à sequendo Christo, relictis vrbibus vbi ad vitam necessaria in promptu habebantur. Impellebantur autem in hunc feruorem quòd viderent signa quæ faciebat super eos qui infirmabantur, vt ait Iohannes, 6.a.2.

14 Et egressus Iesus] Subaudi, in occursum eorū. nā Lucas habet, Et excepit eos. Tactus est affect. miser. e. il.] Vide suprà cap.9.d.36. Obserua, à Domino nō negligi eos qui se illi committūt. Misericordia afficitur erga illos qui verā doctrinā sitiunt. Etiā nunc, etsi humanos non habeat affectus, non dubium est quin opus illud misericordiæ exerceat erga illos qui ipsum quærunt. Verùm paucæ sunt oues quæ ferāt se regi. Illæ veræ cēsentur oues quæ regi se à Deo desiderāt. Interea patitur Dominus manere sub carnificina Antichristi eos qui se Christi imperio nō permittunt. Christus tamē semper est sui similis, semper ouiū suarū curā gerit.

Sanauítque ex il.] Prior est cura animæ: docet igitur, priusquā sanet ægrotos. sanatio enim, est doctrinæ accessio. Marcus nāque tradit, Christū doctrina quoque instruxisse populū. Lucas item, Et loquebatur (inquit) illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebāt, sanauit.

15 Porrò quum appetisset vespera, &c.] Nūc sequitur cura corporis. Insignē esse hanc historiā vel ex eo patet, quòd ab omnibus simul Euangelistis describitur: maximè quòd Iohānes eam omittere noluit, quòd in ea Christi diuinitas esset notanda, quam declarare perpetuo sibi proposuit. Quia hic dicit vesperam appetisse, quod & versu 24 dicet, illic vide annotationē.

Dimitte turbas] Hæc monitio discipulorū de dimittēdo populo ad quætēdos cibos, nō tam charitatis, quàm tædii quo afficiebantur, fuisse videtur. Tantus autem vtrinque feruor erat, & Christo docendi, & populo audiendi, vt discipulis, posteaquam cernerent nec locum, nec tempus expendi, necessarium videretur Christum compellare de dimittenda turba.

16 Date illis vos quod edant.] Ista, tētandi gratia dicta sunt à Christo, vt ex verbis ipsius apparet, dicentis Philippo apud Iohannē, Vnde ememus panes vt edant hi? Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Hæc autem omnia ad id faciebant vt eos magis attentos redderet ad considerandam virtutem quam editurus erat.

17 Nō habemus, &c.] Eadem habet Lucas. Marcus verò sic, At ille dicit eis, Quot panes habetis? abite, & videte. Et quum cognouissent, dicunt, Quinque, & duos pisces. Hæc videtur respōdisse quòd in illorum cœtu (vt refert Iohānes) puer vnus illos panes haberet: qui an ad Apostolos pertinuerit, an hos panes eò venales attulerit, (vt in turbarum cōcursionibus fieri solet,) incertū est. Iohannis verba hæc sunt, Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer vnus hic qui habet quinque panes bordeaceos, & duos pisces. sed hæc quid sunt inter tam multos?

19 Et iussis tur.] Verè magnum ad erigendā fidem momentum habet præsens Christi factum. testatur enim nō posse vlla re necessaria destitui qui Christum sequūtur, eiúsque verbo adhærent, quālibet in vasta solitudine agant: vt planè agunt pii omnes, versantes in hoc mū-

do. Neque enim tam horrida solitudo, ac destituta omni solatio hominum, & referta feritate bestiarum esse potest, quàm sunt verè sanctis etiam cultissima mundi loca. Videmus igitur hîc Christū non tantū animarū curā habere, sed etiam corporū. atque id est quod dixit suprà, 6.d.33, Primū quærite regnū Dei, & iustitiā eius, & hæc ōnia adiicietur vobis. Nō deerit victus, si Dominum ex animo quæramus, & omnibus neglectis intenti simus ad ipsum quærendū. & quo magis abiiciemus nos, eo maiorem nostri curā habebit. Licet pii non sint intenti ad opes quærendas, tamen Dominus suppeditabit: non hoc quidem modo, sed ita sufficiēt nobis vitæ necessaria, vt intelligamus ea nobis porrecta fuisse manu Domini. Nā Christus nō pauit hoc modo populū, nisi in summa necessitate: nec statim pauit vt cœperunt esurire. Non debemus igitur horā illi præfigere, vt pascat nos simulatque cœperimus esurire: sed expectemus vsquedū inopiæ nostræ suc currat. Quotidie autem virtute Dei pascimur. vnde vis pani? non habet hāc virtutē ex se creat ura vt nobis addat vires: frumētū post triturā crescere, vel oculis deprehēditur. dein benedictio Dei in manibus nostris apparet. sed vile habetur, quia quotidianū: at si semel ex animis nostris socordiā & ingratitudinem excutere possemus, videremus quotidie Dominū id operari, quod hîc semel factū narrant Euangelistæ. Hæc præstiterit inculcare populo, quàm inanibus allegoriis ludere. Quòd enim quinque panes hordeacei Legē: & pisces, Euangeliū significēt: & alia huius monetæ, quæ hîc confingūtur, qua Scriptura probabūtur?

'super gramina: sumptísque quinque panibus ac duobus piscibus, "sublatis in cælū oculis, benedixit: & quū "fregisset, 'dedit discipulis panes, 'discipuli verò turbis.

C

cumbere super fœnū, acceptis quinque panib⁹ & duobus piscibus, aspiciēs in cælū benedixit: & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.

ANNOT.

Super gramina.] Admouemur vt deliciis neglectis, contenti simus quacunque ratione tādē necessitati satisfiat. Dein obseruemus, vt in vili materia & humili apparatu Deus res operetur maximas: plus habet diuinæ maiestatis hordeaceū hoc & super herbas cōuiniū, quàm omnes mēsæ regiæ. Sublatis in cæl. oc. bened.] Consuetudo Christi fuit, orando, oculos sursum attollere. Iohā. 11.e.41, Iesus eleuatis sursū oculis dixit, Pater, &c. Et 17.a.1, Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælū, dixit, Pater, &c. Externus est gestus quo declarabat, à Patre ōnia accipi, & illi de omnibus gratias agendas esse. Verbū benedicere, significat laudare Deū, gratiásque illi agere, apud Hebræos: & sic accipitur in Psalmis. Quòd autē id significet, ex Iohāne apparet, qui pro eo quod tres reliqui dicunt, benedixit, habet, Quū gratias egisset. Lucas autem addidit pronomen, benedixit illis, pro, gratias egit Domino pro panibus & piscibus quos ad manum illi dederat, ad sustentandā multitudinem: simul etiam vt bene illis vertat cibus, precatur. Admonet igitur ne vnquam cibum attrectemus, quin Deo gratias agamus. Ideo dicit Paulus (1. Timoth. 4.b.5.) sanctificari cibum per verbum & gratiarum actionem.

Fregisset,] Panis fractio vsque adeò fuit Christo cōsueta, vt per eam fuerit à duobus discipulis in Emmaunta proficiscentibus agnitus, Luc. 24.e.31. Hic certe frangendi panis mos apud veteres plane paternus fuit, qualis est adhuc in nōnullis locis: atque hac ratione Christo accōmodatissimus, per quem cibamur omnes. In se præterea cōmunicationis symbolum habet, ita vt verbum frangendi plerunque idem significet atque diuidere, vt Esa. 58.b.7, Frange esurienti panem tuum. Nequit enim panis in alimoniam multorum venire, nisi frangatur. Et hac ratione respōdet mysterio communicandi corporis Domini. Vnde Paulus 1. Corin. 10.d.16, Panis quem frāgimus, nónne participatio corporis Domini est? Non quòd Christi corpus ideo fractum dicatur quòd in se scissuram aliquam sustineat, sed quòd communicabile factum est multis. Paulus, 1. Corin. 11.e.24, Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur. Pro quo Lucas habet, traditur. Dedit discipul.] Hoc facto satis ostendit, Apostolos futuros ministros ac dispensatores beneficiorū Christi. Potuisset populum istum vt sine panibus illis, ita & sine Apostolorum ministerio, solo verbo pascere. Verùm ita diuinæ beneuolentiæ placet vt cooperatoribus nobis vtatur, ad cohonestādam humanam nostram naturam: vtque assuescamus operibus & virtuti Patris nostri cælestis. Ideo, quanquam solius sit Dei, docere, pascere, sanare, custodire ac tueri iustos, deinde & punire reprobos: nihilominus tamē hæc omnia humano exequitur ministerio. Atque hoc est quod Paulus ait, 1. Cor. 3.b.9, Dei cooperatores sumus. Et cap. 4.a.1, Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Et Petrus vocat Christianos, dispensatores multiformis gratiæ Dei. 1. Pet. 4.c.10.

Discipuli verò turbis.] Poterat discipulis venire in mentem, Quid profuerit quinque

panes afferre tot millibus hominum? præſertim quum antea dixiſſet Philippus, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis,vt vnuſquiſque illorũ puſillum quid accipiat. Dixerat & alius ex diſcipulis,Sed hæc quid ſunt inter tã multos? Parẽt tamen,etſi ridiculum quod Chriſtus dixiſſet,illis videretur. Hoc exemplo diſcamus Domino parere, etiamſi non pateat vllus euentus rerum: oſtendamus noſtram obedientiam,Domino euentum relinquamus,nec ſapere velimus plus quàm oportet. Obſeruandum & hîc, Chriſtum dediſſe panem in manum Apoſtolorũ, & illic creuiſſe. Poterat palàm oſtendere magnum panum cumulũ,vt omnes viderẽt in momento incrementum. quod non fecit: nec tamen voluit latere miraculum. Dominus nihil fruſtra agit: nam volt nota eſſe miracula,ſed ita tamen vt impii maneant cæci: præterea vt fidei relinquatur locus: qui nullus eſſet, ſi fides ſenſui adiungeretur, quum oculi eſſent occupati in ſpectanda virtute quæ fide percipitur. Vt autẽ auxit panes inter manus Apoſtolorũ,ita auget benedictionem per miniſterium ſuorum: ſuppeditat ſemen ſeminanti,& auget dona ſua inter manus noſtras. 2.Corin.9.c.10.

20 'Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et 'ſuſtulerunt quod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos.

Et manducauerũt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinus fragmentorum plenos.

21 Porrò 'qui comederant fuere viri ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros.

Manducãtium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

22 Et ſtatim 'compulit Ieſus diſcipulos ſuos vt conſcenderent nauim, & præcederent ſe in *ripam* vlteriorem, donec 'dimiſiſſet turbas.

Et ſtatim iuſſit Ieſus diſcipulos aſcẽdere in nauiculã, & præcedere eum trãs fretũ, donec dimitteret turbas.

23 Ac dimiſſis turbis, 'aſcẽdit in montem ſolus ad

Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare.

ANNOT.

20 Et comed.o.& ſat.ſunt.] Hæc dicuntur ad commendandam virtutem Chriſti,& illuſtrandum miraculum, ne putet quis vel non omnes comediſſe ex his panibus,vel non omnes qui comederant,ſaturatos fuiſſe. Suſtul.quod ſuperf.de fr.] Iohannes dicit,Vt autem impleti fuerunt,dicit diſcipulis ſuis,Colligite,quæ ſuperſunt fragmenta,nequid pereat. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim,&c. Videmus hîc diuinæ gloriæ diuitias,quibus ſuos ita paſcit,vt non ſolum ſaturentur, ſed & multa ſuperſint,& plura quàm appoſita fuerint. Docemur etiam ne reliquias bonorum quibus paſti ſumus,more ſuũ perdamus. Hæc doctrina multum affert conſolationis, quũ in anguſtias redacti ſumus. vt enim abundantia nos excæcat, ita quum affligimur, diffidentia inquietamur. Meminerimus igitur Dominum ex nihilo paviſſe tot homines: ex nihilo certe,quia plus ſuperfuit,quàm appoſitum fuerat.

21 Qui comederant] Non dicit,qui aderant. Præterea auxeſim habet quod addit,Præter mulieres ac paruulos.

22 Compulit Ieſus diſcip.] Hîc habemus veluti præparationem miraculi: inſtat enim vt nauigent, vt poſtea locus ſit miraculo. Quòd coegit, ſignum fuit illos ægre pati ſe auelli à præceptore,maxime in ſolitudine conſtituto, ídque ſub noctem,& interpoſito lacu, omnihil periculi timentes ei. Dimiſiſſet t.] Ideò Chriſtus cognoſcens eos velle ipſum rapere, & conſtituere regem,vt omnem ſuſpicionem & occaſionem talium conatuũ amputaret,dimittit eos à ſe,nec retinere vult. ſatis enim magna multitudo ad incipiẽdam rebellionem videri poterat. Admonemur & hîc, vt caueamus non ſolum mala ipſa,ſed & occaſiones & ſpeciem malorum, ne cauſas demus male de nobis ſentiẽdi,maxime quòd rebelles fuerimus & ſeditioſi: qua vna ſuſpicione ſemper laborarunt Prophetæ,Chriſtus ipſe,& Apoſtoli.

23 Aſcendit in montem ſo. ad or.] Seceſſum quæſiuit Chriſtus, nihil curans in edito an humiliore loco oraret. Paulus ſcribit Timotheo, (1.Tim.2.c.8) Volo viros orare in omni loco,leuãtes puras manus ſine ira & diſceptatione. Siquis locũ ſeligat,tanquã is gratiam vel pretium orationi per ſe conciliet: ſuperſtitio eſt, eáque tollit nobis aditum ad Deũ. Verùm quia agnoſcimus facile nos diſtrahi ab oratione, ideo quærenda ſunt nobis adminicula quæ nos retineant in oratione,veluti ſeceſſus. Luctandum, & quidem non ſine magno labore: nam maximas difficultates ſuggerit nobis ſatan. Remediũ igitur erit quum ſoli fuerimus, ita vt nemo ſit nobis impedimento. Chriſtus ergo adminiculum reſpexit, quo infirmitatem humanã ſub-

leuaret. Indigebat autem eo, quòd similis nobis per omnia sit factus, excepto peccato, cui non passus est se fieri obnoxiũ, quũ carnẽ induit. carere igitur poterat, sed noluit, vt nos adiuuaret. Quærat etiã quis, an hac oratione indiguerit, qui omnia sciret, vtpote filius Dei. Siquis rẽ hãc ex sensu carnis æstimauerit, ridebit: maiore autẽ religione & reuerẽtia de Christo cogitemus, nempe quòd omnes humanæ naturæ difficultates sustinuerit. Quatenus enim homo erat, claudebat oculos (vt Gallico more loquar) vt humano sensui locũ daret. Si diuinam naturã inspiciamus, non potuit vllo modo tentari. Quomodo enim tentatus fuisset à diabolo, nisi occultasset vim diuinæ naturæ? Eã igitur sic abscondebat, vt humana natura sentiret se premi, nec posse aliud, quàm ad Deũ, confugere. Et quanuis fateamur duas naturas in ipso ita coniunctas esse, vt vna sit natura: distinguendæ sunt tamen, ita vt humanam à diuina secretam cernamus. alioqui fabulam egisse videretur. Orauit igitur seriò: orauit inquam quòd necessitate premeretur. Nos ergo huius exemplo, discamus hoc præcipuum fidei exercitium, Deum orare, & remotis omnibus impedimentis toti incumbamus in orationem.

Har. 2.23 orandũ. ‖ ʹQuum autem aduenisset vespera, solus
Marc. 6.f.46 erat illic.
iohan. 6.b.16

Vespere autem facto solus erat ibi.

Cæterum nauis iam in medio maris erat, & ʹaf- 24
flictabatur ab vndis: nam ventus erat aduersus.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. erat enim cõtrarius ventus.

ʹQuarta autem noctis vigilia abiit ad illos Iesus, 25
ambulans super mare.

Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare.

Et vbi viderunt eum discipuli ʹsuper mare ãbu- 26
lantem, turbati sunt, dicẽtes, ʹSpectrum est: ac præ
metu exclamauerunt.

Et videntes eũ super mare ambulantẽ, turbati sunt, dicentes, Quia phantasma est. & præ timore clamauerunt.

ANNOT.

Quum a. aduen. vespera,] Prius dixerat versu 15, Quũ appetisset vespera, priusquam turbã pauisset. iam iterum idẽ dicere videtur. Verùm vesperã illic intelliges non vnã diei horam, sed totam eam partem quæ à tertia hora est, ad noctis vsque tenebras: hìc autem vespera significat incũbentes iam noctis tenebras. habet enim vespera initiũ suum & finem: vt rectè dicatur vesperi factum tam quod in fine, quàm quod initio illius factum fuerit.

24 Afflictab. ab vndis:] Expectauit Dominus dũ tempestas esset exorta: excitari passus est hanc formidabilem tempestatem, viditque laborantes in remigando, vt ait Marcus, nec succurrit eis. Et hoc iam secundo accidisse discipulis nauigantibus scribitur: hìc, & suprà 8.c.24. Cur autem hoc voluerit fieri Christus, ex Marco satis cõiicitur: qui ait cap. 6.g.52, discipulos corde ita fuisse obcæcato, vt miraculũ quinque panũ non intellexerint: hoc est, virtutẽ Christi diuinam, quòd esset filius Dei, ex insigni illo miraculo non animaduerterint. Liquet itaque Christũ istam tempestatem prouidentia sua disposuisse, quæ quũ postea ab ipso sedata esset, argumentũ daret omniũ manifestissimum, filiũ Dei se esse: vt fide redderentur firmiores. Hinc discamus, vbi Dei erga nos bonitas ex beneficiis ipsius nõ potest à nobis satis agnosci, ibi optimum Patrem, nostræ salutis caussa, immittere aduersa, vt videntes nihil salutis esse in omni creatura, sed in creatore ipso solo sita semel omnia, in agnitione quoque ipsius crescamus.

25 Quarta autẽ noc. vigilia] Diuidebatur nox in quatuor partes, quæ vigiliæ dicebãtur, quòd toties custodiæ nocturnæ mutarentur. Videtur nouem horis durasse tempestas. Quarta vigilia erat matutina, de qua Exo. 14.f.24. Singulare exemplũ quo se non statim adesse suis ostendit: adest autẽ suo tempore. ne miremur si premamur magnis angustiis, & interim non offerat nobis suam operã: vtcunque laborent isti magno discrimine, tamen non pereunt. Sinamus ergo in illius potestate annos, menses, dies & momenta, neque præscribamus illi diem.

26 Super mare ambulantem,] Diuinitatis signum erat, magnã afferens consolationem, Christi pedibus mare subiici, & esse dominum maris. Spectrum est.] Sic Latine reddidit Interpres vocem Græcam phantasma, quod & phasma dicitur, qui est effectus phãtasiæ siue imaginationis. Fidei imbecillitate, discipuli turbantur opinione occurrentis spectri. Nam spectra siue visa hominibus obiici, non vana est opinio. Imaginatur quidem homo nonnunquam corruptis cerebri humoribus ea se videre quæ nõ videt, nec vspiam sunt. interdũ verò, nec rarò, obiiciuntur hominibus spectra quædam non citra iustum Dei iudiciũ, per ministe-

rium bonorum malorúmque spirituũ,erudientia vel admonentia homines,aut etiam imponẽtia incredulis,& tenebras amantibus. Vulgo itaque receptũ est,spectra apparere hominibus:& quia ea non raro nocuerunt iis quibus apparuerunt,ídque propter fidei ipsorum imbecillitatẽ, ideo plerique sibi à spectris metuunt. Turbatio igitur ista ex spectri opinione, discipulorum animos perculit. Ita enim vsuvenit nobis plerũque vt inani metu vexemur, dũ timemus ne accidat malũ, quod non aderit: vel certe nocere non posset,etiamsi adesset. Iidem Apostoli, quũ Christum à mortuis excitatum viderent,conturbati & conterriti existimabant se spiritum videre. Lu.24.e.37. Timor ferè omnes sensus aufert,visus hebescit,aures similiter, mens denique ipsa ferè vanescit. nox id etiam ferebat:vt nõ sit mirũ si putarint se spectrũ videre. Quòd tamẽ existimarunt se spectrum videre,tribui debet illorũ ingratitudini & incredulitati,vt dictum est paulo ante, versu 24. Qui fit vt non agnoscamus Deũ nobis esse propinquum? Quia non agnoscimus beneficia quæ in nos confert. Quis non sentit virtutem Dei, quæ tot modis se patefacit? Si tam grati essemus,quàm esse debemus,mille clypeos aduersus satanæ tentationes haberemus. Quia verò non recolimus nobiscũ misericordiam diuinam,ideo quotidie nobis accidit quod hîc dicitur à Matthæo,vt putemus spectra esse quæcũque in nos Deus cõfert beneficia. nulla vnquã tentatione labefactaremur, si reputaremus hæc singulis horis collata Dei beneficia: manifesta quidem,sed cæcutimus.

Statímque Iesus loquutus est eis, dicens, Habete fiduciã: ego sum, nolite timere.

27 Sed statim loquutus est illis Iesus,dicens,ʻBono animo este:ego sum,ne terreamini.

Respondens autẽ Petrus dixit,Domine,si tu es, iube me ad te venire super aquã.

28 Respondens autem illi Petrus dixit,Domine,ʻsi D
tu es, iubeto me ad te venire super aquas.

At ipse ait, Veni. Et descẽdẽs Petrus de nauicula, ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum.

29 At ille dixit,Veni.Et quum descendisset è naui Petrus, ʻambulabat super aquas vt iret ad Iesum.

Videns verò ventum validum,timuit: & quum cœpisset mergi, clamauit, dicens,Domine saluũ me fac.

30 Cæterùm quum videret ventum validum,territus est:&ʻquum cœpisset demergi,clamauit, dicens,Domine serua me.

Et cõtinuo Iesus extendẽs manum,

31 Continuo autem Iesus,extenta manu,

ANNOT.

27 Bono animo este:ego sum,] Illorum ingratitudini ignoscit:nam ipsos cõsolatur. Quod idem si nobiscum non ageret,quàm miseri essemus. Ipse nos quotidianis admonitionibus cõsolatur,vt ipsius beneficia in memoriã reuocemus, quæ obliuione nostra volũtaria sepelimus. Iubet bono sint animo: quia(inquit)ego sum. Vox est familiarium ad notos,eorum scilicet qui ita sunt ex quotidiano conuictu & cõmercio noti & familiares,vt sola voce agnoscantur,etiãsi oculis non cernantur. Iisdem verbis eosdem alloquutus est & post resurrectionem, Ego sum: nolite timere. Christianorum est Christũ ex voce agnoscere: vt satis sit Christum loqui,ad cõsolationem accipiendam. hoc solum verbum sufficit ad erigendas piorũ mentes. Satis nobis esse debet,si solũ Christum habeamus nobiscũ: sic habemus totum Deũ cum sua potestate, maiestate & iustitia. Vbi Christi præsentia,illinc omnis timor expelli debet.

28 Si tu es,&c.] Is semper fuit Petro feruor inconsultus. cũ Christo esse cupit,nihil respiciens fidei suæ imbecillitatem: sic infrà,26.e.33, Ego nunquam scandalizabor. Et paulo pòst, 35,Ego non te negabo. Bonũ igitur erat vt & fidei suæ imbecillitatem, & Domini præsentem virtutem experiretur: disceretque modeste de se sentire, non extollendo se supra alios, quasi eximii quiddam præstitisset. Votum certe illius præposterum fuisse videtur: suos fines excedere voluit,quum imbecillitatem suam nõ bene expendisset. Non debemus affectare plus quàm oportet, neque aggredi ea quæ transcendunt mensuram nostram, præsertim quum non est opus: sed quisque reputare debet quid sibi à Domino datum sit.

29 Ambul.super aq.] Factum hoc omnia fidei possibilia esse ostendit: nam pòst exprobrat ei diffidentiam,propter quam submergebatur.

30 Quum cepisset mergi,] Vt fide superamus omnia discrimina: sic quum diffidimus,minimum periculum potest nos obruere. Huius submersionis principium, Petri diffidentia, qui plus attendit ad venti impetum, quàm ad vocis Christi virtutem,qua dixerat,Veni. Præterea, pœna fuit petitionis præposteræ Petri,qui petierat quod ei non conueniebat.

'apprehēdit eum,& dixit illi,'Exigua fiducia præ
dite, cur hæsitabas?
32 Et quū essent'ingressi nauim,conquieuit vētus.
33 Porrò qui erant in naui, 'accesserunt,& adora-
uerunt eum,dicentes,Verè Dei filius es.
34 Mar.6.g.54 Et quum traiecissent,venerunt in terram Gen-
nesareth.
35 |Et quum agnouissent illum viri loci illius,'emi
serunt *nuntios* in totam vndique finitimam regi-
onē illam, & obtulerūt illi omnes male habētes.
36 Et obsecrabant eum vt tantum tangerent'fim-
briam vestimenti ipsius: & quotquot tetigissent,
salui facti sunt.

apprehendit eum,& ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti?
32 Et quū ascendisset in nauiculam,cessauit ventus.
33 Qui autem in nauicula erant,venerunt,& adorauerunt eum,dicētes, Verè filius Dei es.
34 Et quum transfretassent, venerunt in terram Genesar.
35 Et quū cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes.
36 Et rogabant eū vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quicunque tetigerunt, salui facti sunt.

CAP. XV.

Har.2.26 Mar.7.a.1
1 T'Vnc accedunt ad Iesum 'qui ab Hierosoly-
mis *venerant*, Scribæ, & Pharisæi, dicentes,

CAP. XV.

1 TVnc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi,dicētes,

ANNOT.

Apprehendit eum,] Hoc est exēplum diuini auxilii,quàm sit illud ad eripiendū inuocantes se,prōptū ac beneuolum. Quod hic visibiliter,aliâs geritur inuisibiliter. quandocūque enim ex afflictionibus & periculis eripimur,quid aliud fit, quàm quod hic legimus? Sic Dauid,Psal.18.17,Misit de excelso,& eripuit me,& extraxit me de aquis multis. Semper Dominus infirmitati nostræ dat veniam,vtcunque mereamur relioqui. Exig.fid.præd.] Vox Græca significat eum qui parum fidit. Iesus discipulū admonens,periculum quod metuebat, non esse ab vndis,aut ventis,quæ prius subseruiebāt,sed imbecillitate fiduciæ,porrecta manu subleuauit illum,dicens,O parum adhuc mihi fidens,quare vacillabas? Non enim satis est habere fidē vehementē, temporariā tantū,sed oportet habere perpetuā ac constantē:neque dispicere quantū sit periculi,aut quid tuæ vires possint ferre, sed quid ego fidēti possim præstare.

32 Ingressi] Iesus scilicet cum Petro. Quia ex verbis Iohannis dicentis, Voluerunt ergo eum recipere in nauim,& statim nauis appulit terræ,&c. aliquis colligere posset Iesum nō fuisse ingressum nauim(quod Matthæus & Marcus affirmant) vide Harmoniam lib.2.cap.23.

33. Access.& ador.] Experti virtutem & præsens auxiliū Christi in rebus externis & periculosissimis, non tantū discipuli,sed & ii qui nō erant professi se Christi discipulos esse,colligunt hunc hominem nihil aliud esse quàm filiū Dei. Hic videmus miracula Christi in hoc valuisse vt testarentur Dei potentiam,cuius erat minister:etsi ipse sua virtute ederet miracula quibus commoueret homines ad spectandam gloriam Dei.

35 Emiserunt] Ecce ingenium dilectionis:non contētus est priuata Christi fruitione,nisi illam communem faciat & vicinis omnibus.

36 Fimbriam vest.ips.] De tactu fimbriæ vestimēti,dictū est cap.9.versu 21,in historia mulieris hæmorrhoidas patientis. Nō dubiū quin laborauerint superstitione aliqua. Poterat eos curare solo aspectu,& virtute verbi sui imperare morbis:tamen dat veniā illorum infirmitati. Crassior illorū superstitio qui Christū quærūt in fimbria vestis,in ligno clauo, & huiusmodi. Nesciebant eum esse Deū,ideo propius accedebant. Qui autem accedūt, licet non perfecte agnoscant,eorum tamen ignorātia (etsi reprehensione digna)facile obtinet veniam.

IN CAPVT XV.

1 Tunc accedunt ad Iesum] Quum vbique miraculorum gloria inclaresceret, redderetúrque ipse Christus quotidie magis ac magis illustris: tunc qui spiritu inuidentiæ ducebantur,lucē istā Christi ferre non valētes,vt obscurēt illā, calumniaturi accedunt: ii erant Scribæ & Pharisæi. Qui ab Hierosoly.] Secta Pharisæorum, vt & aliæ, erat diuisa in singulas Iudæorū tribus. qui verò Ierosolymis agebant,propter loci ac templi authoritatem,omnibus

reliquis erant iuſolentiores & arrogantiores:qui populo ſemidei videbātur,&quicquid ab illis pronuntiabatur,oraculum eſſe cenſebatur. Externam quidem formam bene cōpoſitam habebant:híque tunc,tanquam ſeniores, Eccleſiam referebant, & ſoli cenſebantur Eccleſia: ob ídque inuiolabile erat quicquid præcipiebant. Non fruſtra igitur conqueſti ſunt de diſcipulis. Horum Phariſæorū & Scribarum præpoſtera notatur religio, imò ſuperſtitio in propriis inuentis, arrogantiáque & maleuolentia erga meliores ſe. Ita autem ſolet omnis fucata iuſtitia, quum nihil minus ſit quàm quod vult audire, præ ſe tamen damnare omnia.

Quare diſcipuli tui trāſgrediuntur traditiones ſeniorum?non enim lauāt manus ſuas quum panem manducant.

2 Quare diſcipuli tui ˮtranſgrediuntur traditio-
nem ſeniorum?non enim abluūt manus ſuas quū
edunt panem.

Ipſe autem respondens ait illis, Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtrā?

3 At ille reſpondens dixit eis, ˮQuare & vos trāſ-
gredimini præceptum Dei propter traditionem
veſtram?

Nam Deus dixit, Honora patrem & matrē. &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.

4 ‖ˮNam Deus præcepit, dicens, ˮHonora patrem
& matrem. Et, ‖Qui maledixerit patri aut matri,
morte moriatur.

Exo.20.b.12. deuter.5.b.16 epheſ.6.a.2 Exod.21.c.17 leuit.20.b.9 prou.20.c.20

ANNOT.

2 Tranſgred.trad.ſen.] Seniorū,dicunt:non,noſtram:quū tamen propriam cauſam agerent, non ſeniorum. Nemo dubitet certa Dei diſpenſatione factū vt diſcipuli illotis manibus coram cenſoribus iſtis,cibū ſumerent:(nō minus quàm ſuprà, 12.a.1,quòd diſcipuli ſabbatho eſurirent,& per ſegetes iter facerent:)vt Chriſto daretur occaſio contra traditiones humanas diſſerendi. Locus obſeruatu digniſſimus. Non debemus ad honeſtatem politicā hanc manuū lotionem referre:erat enim ceremonia quæ Deū potius, quàm homines ſpectabat. Lauamus quidem & nos : verùm in hoc puritatem coram Deo non conſtituimus. Iudæi alia vtebantur lotione,de qua nihil præceperat Dominus:ſuos ſapientes habebāt, qui multa ad Legē Dei addere fuerant auſi. Sponte ſane homines laqueum ſibi induunt:nec vnquam cōſcientiis laqueū inieciſſet diabolus, niſi ipſi homines ſua ſpōte ſe ad laqueum induendum impuliſſent. Exēpli gratia,eò ſuperſtitionis prolapſi ſunt homines,vt diebus Veneris abſtineāt à carnibus ſua ſpōte.ſequuta eſt inſtitutio qua ſe aſtrinxerūt. Hæc additamēta ad Legem Dei, ſpeciem ſapientiæ habentia,vocauerunt cautiones, quibus ſibi cauerent ne præceptū Dei violarent. Tales erant ceremoniæ quæ Chriſti tēporibus inualuerant,quas vt Marcus ait,à ſenioribus habebāt. Huiuſmodi erant lotiones vrceorum & poculorum:quæ prophana eſſe exiſtimabant,niſi ea prius lauiſſent. ſiquis aſcendiſſet lectū non aſperſum aqua,putabant prophanū. Eo loco habent quā vocāt aquā benedictam, qui ſuā iuſtitiam ſolius Chriſti iuſtitiæ non tribuunt. Hanc externam lotionem exprobrat Chriſtus & infrà,23.c.25.

3 Quare & vos tranſg.] Quare diſcipulis permiſerit ſeniorū traditiones tranſgredi,cauſam non reddit,quam tamen ad populū poſtea dicturus eſt:verùm non ferens tam malitioſam de re nihili criminationem , percutit eos atrociori recriminatione. Tranſgredi mandatū Dei propter traditionem hominū,eſt leges Dei irritas facere, docēdo aliquid vnde homines quouis modo auocētur aut impediantur ab obſeruandis illis Dei legibus. Traditiones autem hominū intelligere debemus quæ adiunguntur ad legē Dei,tanquam Deus nō certā regulam,aut nō perfectā præſcripſiſſet nobis. Politicæ enim leges non debent cenſeri traditiones: nam hîc de cultu Dei agitur. Nulla eſt antitheſis inter mandata Dei & leges politicas. Præterea,diſciplina aliqua indigēt Eccleſiæ Dei:ſed leges illæ ex verbo Dei ſumuntur,neque hominū conſcientias ligant. fieri igitur non poteſt quin Dei mandata per hominum traditiones violētur: imò hominū decreta præferūtur Dei decretis. An nō id experti ſumus inter Chriſti aduerſarios,apud quos leue delictū eſt ſcortatio: ſiquis autē carnes guſtauerit die Veneris,piaculū erit?

4 Nam Deus præcep.] Accuſationi adiecit probationem. Honora,&c.] Vox Græca ſignificat honorem habere. Verùm ſecundum conſuetudinem ſermonis Scripturarum, magis pertinet ad officia debita,quàm ad honorem. Præcipit enim Deus(id quod & Gentilium legibus cautum eſt) vt liberi parentibus vel ætate defectis, vel inopia laborantibus, vel alioqui afflictis,opitulentur;quod ſatis declarat Chriſtus apud Marcum, his verbis, Et non ſi-

nitis eum vltra quicquam faeere patri suo vel matri suæ. Pro quibus verbis, hie noster habet versu sexto, Et uon hoooabit patrem suũ aut matrem suam. Ad hunc modum vsus est & Paulus, 1. Timoth. 5. a. 3, Viduas honora quæ vere viduæ sunt. Ae rursus, versu 17, Qui bene præsunt pres byteri, duplici honore digni habeantur.

Vos autem dicitis, 'Quicunque dixerit patri aut 5
matri, 'Quicquid doni à me *profecturum erat*, id in
tuum vertitur commodum.
Et nõ honorabit patrem suum aut matrem suã: 6
& irritũ fecistis præceptum Dei propter traditio-
nem vestram.
'Hypocritæ, recte 'de vobis p̃dixit Esaias, dicẽs, 7
Esa. 29. d. 13. ‖'Appropinquat mihi populus hic ore suo, & la 8

Vos autem dicitis, Quicũque dixerit patri vel matri, Muous quodcunque est ex me, tibi proderit.

Et non honorificabit patrem suum aut matrem suã: & irritum fecistis mandatũ Dei propter traditionem vestram.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicẽs,

Populus hic labiis me ho

ANNOT.

5 Quicquid doni, &c.] Oratio est defectiua: subaudiendum enim est aliquid tale, Is recte facit. Absoluebãt enim filios honoris parentibus debiti, modo quod parentibus dandũ fuerat, dedissent in templũ. Traditio erat apud Iudæos vt quisqoe ad templi ædificatiouẽ aliquid tribueret: quod sane religiosum erat. At hac traditioue abusi sunt postea Seribæ & Pharisæi, rem eò redigentes auaritia sua, vt multa eonferrẽt homines in gazophylaciũ templi, præteritis Dei mãdatis. Non igitur eos eulpat qudd donaria templi exegerint à populo: sed quòd docuerint, ea quæ templo dabaotur, esse Deo data: & templo dare ided louge esse melius, quàm pareotibus sueeurrere: quòd qui templo dederint, dederint simul & parentibos: sed non eontrá. Horum Christi verborum hæe omnino est senteotia, Deus naturæ legem eorroborans, iussit vt quisque patrem ae matrem honoraret, ae omni subsidio subleuaret, longæuitatem ae fœlicitatem huius vitæ pollieeos hoe facienti: mortem verò eomminans secus agenti. Vos autem auaritia ducti, vt quod sustẽtandis pareutibus erat impendendum, vertatis in luerum vestrum: doeetis homines, sanctius ae melius esse locupletare donariis templũ, quàm opitulari pareotibus egenis: ae teehnam eommonstratis qua parentibos opem flagitantibus illudant filii: nimirum vt ita loquãtur patri aut matri, Munus quod offero tẽplo, tibi collatũ puta. siquidem quod Deo offertur, summo parenti, recte eollocatũ est: ae filii pietas proderit & parentibus. Atque huiusmodi arte, prætextu pietatis, contra præeeptum Dei deseritur pater, vt luerum faeiant saeerdotes. Græee ad verbũ legitur, Donũ quodcunque ex me, adiuuêris, siue adiuuari poteris. Quod interpres aptiore (vt videtur) sensu ita resoluit, Quicquid doni à me (sub. profecturũ erat) id in tuum vertitur commodũ. Id est, Donarium quod ex me venturũ erat in eorban, hoe est in gazophylaeium templi, id totum eoosumitur io tuos vsus, tibíque iuuando impenditur, nimirum fraudato templo. Qua voce absterriti parentes, malebant famẽ pati, quàm templo conseeratis iuuari.

7 Hypoeritæ, &e.] Hic reprehendit Scribarum & Pharisæorũ hypocrisim: dein absoluit suos diseipulos: simúlque fictitios omnes cultus reprehẽdit. Qum hypocritas vocat, periude est aesi dieeret, Putatis elam me esse qui sitis, & quid quæratis. habemini pro iustis & amieis Dei, propterea quòd iu ore vestro multa est mentio cultus Dei: ego verò scio qui sitis: hypocritæ estis. De vobis præd. Esa.] Prophetæ testimonio vtitur Christus, vt deelaret, istorũ hominũ hypocrisim non esse recentem, sed iam inueteratam: deinde non nunc primùm à se carpi, sed etiam à Prophetis esse reprehensam, & talẽ quæ iam olim Domiuo summopere displieuerit. Illud autẽ DE VOBIS, non est ita intelligendũ tanqoam Esaias de Pharisæis tantũ sit vatieinatus qui Christo negotium facessebãt: sed accipiendũ est de voiuerso hypocritarum genere, ex quibus & isti erant. Præterea, illud PRAEDIXIT, hoc loeo significat, iam olim loquutus est, iam olim vos arguit.

8 Appropioquat mihi pop. h.] Appropinquare Deo, iuxta morem Veteris legis dictũ est: quãdo ad templũ Dei aeeedebant, vbi se præsentẽ exhibebat super propitiatoriũ arcæ. Appropinquat igitur mihi ore suo, id est, accedit ad templũ in conspectum meũ, vt oret. Labiis Deum honorare, est certas preees non intellectas, sine affectu labiis pronuntiare, & Deo offerre vt gratas & aceeptas. qua re quidam putant Deũ honorari & coli. Externũ eultum non repre-

hcudit Dominus,imò etiam ab omnibus piis requirit.nec enim tantũ intus in animo illũ colere debemus, ſed etiam corã hominibus teſtari,hoc eſt profiteri.Sed reprehendit quum homines conſtituunt ſalutẽ in rebus externis, volúntque Deo profeſſione tantum externa ſatiſfacere,aliud ſimulantes in conſpectu hominum quàm habeant in corde. Coniungenda igitur hæc duo ſunt,Os prope,& Cor longe,ad hypocriſim eũuincendã. Nã duæ ſunt partes cultus Dei:quarũ prior ac præſtãtior eſt,vt colamus cum ex animo.Vbi enim interior ille animi affectus abeſt,quicquid tẽtabimus,erit abominatio apud Deũ.Miſeri quidã exiſtimãt placere Deo quæ faciunt etiam ſine affectu : & finalem intentionem ſufficere aiunt, quum tamen Dominus totum affectum requirat , abominetúrque cor duplex. Vnde nihil aliud , quàm iram Dei in ſe prouocant.Minabatur igitur Eſaias quòd Deus excæcaturus eſſet & populum & Prophetas, duabus rationibus,ob hypocriſim, & ob peruerſum cultũ. Pœnam illã relinquit hic Matthæus,& priorem illam partem ſumit,nihil immutãs,imò appoſite illud aſſumens teſtimoniũ.

norat, cor autem eorum lõge eſt à me.

biis me honorat,cæterum cor eorum procul abeſt à me.

Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.

9 'Sed fruſtra me colunt,docẽtes doctrinas præcepta hominum.

Et conuocatis ad ſe turbis,dixit eis, Audite & intelligite.

10 ‖Et aduocatis ad ſe turbis , dixit eis,'Audite & intelligite. Mar.7.c.17.

Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

11 Nõ quod ingreditur in os, 'impurat hominem: B
'ſed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem.

ANNOT.

9 Sed fruſtra] Hebraice ſic legitur, Et eſt timor eorum erga me in præcepto hominum quod docetur.Quẽ locũ ſic verterunt L X X,Fruſtra autẽ colunt me,docentes hominũ præcepta atque doctrinas.Quos ſequutus eſt Matthæus.Fruſtra autem,hoc eſt ſine fructu. Eſaiæ verba Hebraica perinde ſonant ac ſi dicat,Religio huius populi qua me colit,ſita eſt in præceptis humanis & ab hominibus inſtitutis . Vt priore mẽbro vidimus cultũ Dei eſſe ſpiritualẽ: ita hic habemus,vt rite placetur verbo eius eſſe acquieſcendum. non enim colendus eſt Deus noſtro arbitrio & hominũplacitis : ſed eius verbo parendũ eſt. Niſi hæc duo in cultu Dei adſint,cultus nõ eſt,ſed apud Deũ execratio.De doctrinis & præceptis hominũ loquitur quæ ad hoc inſtituta ſunt vt iuxta ea colatur Deus:cuiuſmodi,Hoc aut illo die non veſci carnibus,ſacerdotes non contrahere matrimonium: & huiuſmodi infinita: quæ qui obſeruat, coluiſſe ſe Deum exiſtimat : quũ nihil minus quàm illud fecerit . In veteris interpretis codicibus vetuſtioribus, ſine coniunctione legitur,Doctrinas mandata hominum.

10 Audite & intel.] Tametſi Dominus ſimplices ac rudes amet,craſſam tamen illã ignorantiã & negligentiã intelligendæ veritatis non amat : ideo hic rudes docet, vt intelligentes reddantur:ſimúlque expoſtulat eũ illis,eóſque corripit, intereà tamen docens. Vnde colligimus Deũ tarditati noſtræ ignoſcere & imbecillitati,vtcunque rudes ſimus.Hactenus autem generaliter locutus eſt, nunc ad ſpecialia deſcendit.

11 Impurat] Ad verbũ,communicat.Sic mox,impurum reddit:Græce,cõmunicat.Communicare,ſiue commune facere,more Iudæorum dictum eſt,pro impurare ſiue impurum reddere.Huic opponitur,Purificare, Act 10.c.15, Quod Deus purificauit, tu ne cómune dixeris. Commune & immundũ,idem eſſe,ibidem oſtendit Petrus,verſu præcedente, Nunquã manducaui quicquam commune aut immundum.Communia igitur Iudæi vocabãt,quibus vulgo vtebãtur Gẽtes:& ideo impura,& prophana,vt Latini loquuntur.nam antitheſis ſubaudiẽda, quòd Deus ſegregauit in vſum populi ſui quæ voluit in vſu eſſe. Sed quod egred.ex òre,] Ex ore,per ſynecdochen poſitum,pro eo quod eſt,ex homine.ſic etiã habet Marcus,Quæ egrediuntur ab eo,illa, &c. multa enim enumerat poſtea quæ non proficiſcuntur ex ore. Fons & ſedes impuritatis eſt in ipſa conſciẽtia . hic docet Chriſtus, rebus externis hominẽ non inquinari,quæ per ſe puræ ſunt.mala opera tametſi externa ſint, ab interioribus tamen ex corde emergũt.ideo ſemper contaminãt.Vnde nõ poſſumus creaturis Dei culpã imputare,vtcunque abutamur.vinum non inquinat,ſed effrenis ex corde procedens cupiditas. Veſtes non inqui-

nabunt:ſed ſiquis ita ſe ornat vt placeat, vt ambitioſe incedat, hoc eſt internum. Oculus impudicus erit fax:cõſpecta mulier non erit in culpa. Aurũ non eſt impurum, ſed auaritia. Valde appoſite citatus eſt etiam hic locus in illos qui delectum ciborum Chriſtianis præſcribũt. nam hinc tollitur ciborum diſcrimen . omnia enim munda ſunt mundis : coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mũdum:ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia. Tit.1 d.15. Non refert quo cibo veſcaris, ſed quo animo id facias . Hanc parabolam exponit ipſe Chriſtus paulo pôſt,verſu 16.

Har.2.27 Tunc accedẽtes diſcipuli eius, dixerũt illi, 'No- 12
ſti Phariſæos audito ſermone iſto offenſos fuiſſe?
Iohan.15.a.2. At ille reſpondens ait , ‖ 'Omnis plãtatio quam 13
non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.
Luc.6.f.39. 'Omittite illos, ‖ 'duces ſunt cæci cæcorum. por- 14

Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerũt ei, Scis quia Phariſæi, audito verbo hoc ſcandalizati ſunt?
At ille reſpondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.
Sinite illos: cæci ſunt, &

ANNOT.

12 Noſti Phariſæos, &c.] Dignum cognitu & vtile valde quod hic adiungit Euãgeliſta, ſcandalizatos fuiſſe Phariſæos. Diſcipuli æſtimãt ex euẽtu id quod Chriſtus dixerat. iudicium eſt ſtultum. ſic hodie multi faciunt, recenſentes ſcandala orta propter Euangelium tam apertè prædicatum. Nemo vnquã magis ſcandala cauit quàm Chriſtus, hoc eſt, dicere aut facere quic quam quo aliquis poſſet à pietate & ſalute vel reuocari, vel impediri: id enim ſcandalizare eſt. cauere tamẽ non potuit quin ex dictis & factis eius impii frequentiſſime ſibiipſis ſcãdala obiicerent. hinc illa, quòd ipſius Ioſeph filius, & Nazarenus haberetur, quòd humilis eſſet, peccatoribus cõuiueret, ſabbatho curaret, ſe Chriſtũ prædicaret, libertatẽ rerum externarũ doceret. cuncta ferè dicta & facta eius, ſibi reprobi Iudæi ſcandala fecerunt, hoc eſt occaſiones vnde alieniores ſeſe ab ipſo vitæ autore facerent, & veritati infeſtiores euaderẽt. Sed quid Chriſtus? propter eorum obſtinatam prauitatem non potuit non agere quæ agebat, veritatẽ ſcilicet verbis & factis promouere apud electos. In ruinã multorum ſe poſitũ ſciebat in Iſrael, nõ minus quàm in reſurrectionem multorum: vt de ipſo Simeon apud Lucã prædixerat, cap.2.e.34. Poterant Chriſto obiicere diſcipuli id quod veris Dei miniſtris multi infirmi, Cur non tacebas? aut cur non loquutus es mitius? nam hi ſunt offenſi. Infirmi enim dãnant quòd nõ ſit proſper ſucceſſus in prædicatione Euangelii.

13 Omnis plãtatio, &c. De perſonis loquitur, non de doctrina ipſorũ Phariſæorũ. q.d. Neceſſe eſt ipſos offendi, quia reprobi ſunt. Omnis homo qui non eſt electus à Patre meo, peribit: & quũ peribit, nõ eſt quod turbemini. Doctrina Chriſti, electis eſt ſalutaris: quòd ſi reprobi trahant illã in occaſionẽ ruinæ, pereant quidẽ illi ſuo vitio. non tamẽ propterea ceſſandum eſt vel ſuperſedendũ à docẽdo. debemus enim, quantũ fieri poteſt, cõſulere hominum ſaluti, & relinquere euetum in manu Dei. Quòd ſi nihil proficiamus, oportet nos hoc Chriſti reſponſo eſſe contentos. Pure primum annuntiemus doctrinam. Dein videamus quid exigat captus hominũ. Siqui poſtea inſaniãt, ſinamus eos: eradicabuntur, quia non ſunt plãtati à Domino.

14 Omittite illos,] Significat non ita curandos eſſe homines, vt illorũ offenſio nos valde cõmoueat. Iudicio tamen & prudentia eſt opus. vbi enim ex ſua prauitate offenduntur, nõ autẽ ignorãtia: negligere debemus, & per medias offenſiones pergere. hinc nata diſtinctio de ſcandalo Phariſæorum & infirmorum. Phariſæorũ offenſionis cauſa, fuit arrogãtia & faſtus: contemnebant doctrinam Chriſti, quanuis à Deo profectam: intus habebant cauſam offenſionis. Infirmi offenduntur ignorantia: non quòd prætextum aliquem captent: verùm res ipſa quam non intelligunt, eò illos ducit. Iſtis manus eſt porrigenda, vt eos leues & attollas. Paulus mauult tota vita non comedere carnes, quàm offendere infirmũ, 1. Corin.8.d.13. Et, Qui ſcãdalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria collo eius, & demergatur in profundum maris. Duces ſunt cæci cæ.] Vox Græca proprie ſignificat eos qui cõmõſtrant viam. Emphaſis in dictione: indicans eos ſuperbia magis offendi, quàm infirmitate : quòd nimium ſapiant ſibi, omnéſque velint adigere in ſua placita. vbi talis arrogãtia eſt, ne ſimus anxii. Significat etiam, omnes qui ad eorum præſcriptum viuere voluerint, fore cæcos. qui ergo ſequi eos voluerint, cæci ſint. Hoc enim penitus reſpuendũ, vt ſponte excutiamus. Neminẽ igitur ſani iudicii Phariſæis morẽ gerere oſtendit. is ſolus illis ſatiſfaciet qui claudet oculos ad ſolem. Verbi gratia, Qui regnant inter aduerſarios Chriſti, duces ſunt: quomodo illis placebimus, ſi lucem aſpiciamus & Euãgelium? Si lucem aſpicere ve-

limus,hoc est Christũ sequi,mox illorũ tabiẽ cõtra nos accẽdemus. Nemo magis infirmis indulgebat, illotúmque sufferebat infirmitates quã Paulus : tamẽ vbi videbat huiusmodi homines qui cõscientias in seruitutẽ redigebant,forti se animo erigebat aduersus illos,ne momẽto quidẽ tẽporis volens illis cedere,Gala.2.a.5.nolebat enim cæcus esse,ducésque habere cæcos.

duces cæcorũ. cæcus autẽ si cæco ducatũ præstet,ambo in foueam cadunt.

ro ᵍsi cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadent.

Respondens autẽ Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam.

15 ‖ʰRespõdens autẽ Petrus dixit ei, ⁱEdissere nobis parabolam istam. Marc.7.b.17.

At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis?

16 Iesus autem dixit, Adhuc & vos intelligentia caretis?

Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrẽ vadit, & in secessum emittitur?

17 Nõdum intelligitis quòd quicquid ingreditur in os,in aluum abit,& in secessum eiicitur?

Quæ autem procedũt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.

18 At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddũt hominem.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.

19 Nã ex corde exeunt ‖cogitationes malæ,cædes, Gen.6.a.5. & 8.d.21.
adulteria,stupra,furta,falsa testimonia,ᵏconuitia.

Hæc sunt quæ coinquinãt hominem: non lotis autem manibus manducare,nõ coinquinat hominem.

20 Hæc sunt quæ impurum reddunt hominem: cæterum illotis manibus capere cibum , non coinquinat hominem. Har.2.28

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.

21 ‖Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri Mar.7.c.24.
& Sidonis. C

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, cla-

22 Et ecce ˡmulier Chananæa quæ à finibus illis

ANNOT.

Si cæcus cæco] Digna obseruatu sentẽtia,qua Dominus, quàm periculosum sit parere cæcis,ostendit:nempe tandem euenturum, quando illis paruerimus & cum illis in tenebris ambulauerimus, vt cum illis trahamur in idem exitium. hinc colligimus vanã esse excusationem coram Deo,qua multi vtuntur, Se ita fuisse edoctos à suis pastoribus,à quibus debuerãt regi. id imputetur episcopis,inquiũt. Verùm hic denuntiat ruituros in exitium cæcos etiã illos qui duces cæcorum sequuti fuerint.

15 Respondens] More Hebraico dictũ,pro,loquutus autem Petrus dixit. Nã Marcus habet,Et quũ introisset in domũ seorsum à turba, interrogabãt eũ discipuli eius de parabola.Petrus igitur tãquam suscipiẽs verba aliorum,dixit.Aut dicendũ,ipsum(pro suo feruore,quoties cum Domino agendum erat) reliquorum velut interpretẽ,primum loquutum esse, & interrogasse,dicendo,&c.quum postea sequuti sint & alii,de eodem illum interrogantes.

19 Conuitia.] Præter enumerata à Matthæo,Marcus addit,Auaritiæ,fraudes,dolus,impudicitia,oculus inuidus,superbia,stultitia.

21 Tyri & Sidonis.] Marcus addit, Et ingressus in domũ, neminem voluit scire: & ecce nõ potuit latere. Quũ audisset enim mulier Chananæa,&c. Volebat latere tantisper dũ eorũ rabies deferuesceret: néve obtrectandi causam daret impiis: vocassent enim apostatã,qui commercium cũ Gentibus haberet.Marcus humano more loquitur: poterat enim diuina potẽtia latere: sed vt homo erat,egit,functus est suo officio: nolebat illis Gentibus Euangelium vulgare, vt Iudæis fecerat,& hac ratione noluit cognosci.

22 Mulier Chananæa] Marcus habet,Græca Syrophœnissa.iampridẽ enim à Iudæis omnes Ethnici promiscue vocari cœperant Græci:quod passim ex Actis & Paulinis epistolis liquet.quod factum putant nonnulli ideò quòd Græci apud Syros potiti rerũ fuere. Antea istæ Gentes vnde erat hæc mulier , vocabantur Chananæi. propterea quam noster Matthæus per Chananæã, eandem Marcus per Græcam intellexit, alienam nimirum à republica Israelis, & Ethnicam.Ex posteritate siquidem Chanaã,Gentium reliquiæ erant,quæ in terra Israel atque vicinia reliquæ factæ fuerant,vt Liber Iudicum,cap.2.d.21,testatur.Syrophœnissa verò dicta fuit à regione in qua habitabat. Phœnicia nanque Syriæ pars est, in qua Sidon & Tyrus fue-

re: vrbes ambæ adeò claræ & amplæ, vt vtra Phœnicũ esset metropolis olim nõ constiterit, authore Strabone lib. 16. Hæc ergo Syriæ portio, Syrophœnicia: vnde hæc mulier, dicta est Syrophœnissa. Sed nequaquã temere Ethnica fuisse scribitur, vt videamus quomodo Gẽtibus, & quàm ampliter gratia fidei iam tũ præ Iudæis cœperit cõmunicari. nã & Iudæi in ea regione sparsim habitabãt: de ipsis tamẽ nihil tale memoratur. Quibusdã placet hãc dictã fuisse Chananæã, à Cana maiore, vrbe Phœniciæ, termino tribus Aser, de qua Iosue 19. c. 28. Verùm ea Cana, per Coph hebraicam literam scribitur in Iosue: Græca autẽ omnia scripta exemplaria quæ vidimus, per Chi literam Græcam scribunt apud Matthæum, Chananæam.

venerat, 'clamabat ad illũ, dicẽs, 'Miserere mei Do
mine fili Dauid: filia mea miserè à dæmonio agi-
tatur.

mauit, dicens ei, Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur.

Ille vero 'non respondit ei quicquam. Et acce- 23
dentes discipuli eius 'rogabant illum, dicentes, A-
mitte illam: nam clamat post nos.

Qui non respõdit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eius rogabãt eum, dicentes, Dimitte eam: quia clamat post nos.

At ille respondens dixit, 'Non sum missus nisi 24
'ad oues perditas domus Israeliticæ.

Suprà 10. a. 6.

Ipse autẽ respondens ait, Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel.

Illa vero venit, '& adorauit eum, dicens, Domi- 25
ne, succurre mihi.

At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine, adiuua me.

At ille respondens dixit, Non est honestum 26
'sumere panem filiorum, & obiicere catellis.

Qui respõdens, ait, Non est bonum sumere panẽ filiorum, & mittere canibus.

ANNOT.

Clamabat ad illum,] Nam, vt ait Marcus, de illo audierat famam sparsam. Fides igitur ex auditu. Miserere m. Do. fili Da.] Eum inuocat, & illius misericordiã implorat in quem credit: non clamat ad Apostolos, sed ad Christũ. Neque ita implorauit eius opem, quin certo speraret se impetrare posse. Dominum vocat ex communi linguæ vsu: non reuerentia ducta. vocabãt enim dominum quencũque ignotum. Filium Dauidis nominat, quòd tritissimũ esset Messiam ex Dauidis familia venturum: sciebat præterea quæ esset Israelitarũ spes de Christo. Marcus dicit eã venisse, & accidisse ad pedes Iesu, & rogasse vt dæmoniũ eiiceret è filia sua.

23 Non respondit ei q.] Voluit non tãtum explorare fidẽ mulieris, sed palàm etiam facere eam cæteris qui ad finem vsque mundi futuri essent. Eximiã profecto confirmationẽ debet nobis afferre hoc exẽplum, quum videmus Gentilem mulierem tanta constantia perstare in oratione. Christus non respondet, vt sic armet animos nostros quum vrgemur, & diuturna est miseria: discamúsque orare ardentiori desiderio, & perseuerare vsque ad finem. nam innatus est nobis diffidentiæ & impatientiæ morbus: nobis igitur vtilis est hæc doctrina. Rogabant illum] Rogantibus discipulis magis ex impatientia clamoris, quàm misericordia erga illã, vt ipsam amitteret, respõdit, se non missũ nisi ad oues perditas Israelis. Non igitur exaudit discipulos: ad quos nec ipsa conuerterat orationem. Vt videas puerile esse figmentum eorum qui hinc volunt probare sanctorum inuocationem. Ex responso enim Christi ad Apostolos, videntur quidem petisse vt daret quòd rogabat mulier: nihil tamen obtinuerunt.

24 Non sum missus] Christus haud dubie missus erat & ad Gentes, Lumen ad reuelationem Gentium. Quod verò hîc dixit se missum nõ nisi ad Iudæos: intelligendum est eum peculiariter Iudæis fuisse promissum. Oportuit igitur eum initio reuelari Iudæis. Fungitur ergo officio suo: quia nondum sublatũ erat discrimen inter Iudæos & Gẽtes: sed sua morte dirupit maceriam, Ephes. 2. c. 14. Ante mortem oportebat inter Iudæos cõtineri gratiam ipsius: vnde suprà cap. 10, dictũ est, In viam Gentium ne abieritis. Post resurrectionem autem nõ mittit in Iudæam tantum, sed Ite (ait) in vniuersum mundũ, & prædicate Euangeliũ omni creaturæ.

Ad oues perditas] Vide suprà cap. 10. a. 6.

25 Et ador. e.] Mira mulieris fiducia: neque Domini erga se silentio, neque illo ad discipulos responso (in quo ei gratia Christi negari videbatur) absterreri potuit: quin tãto ardentius orare cœpit: Illa (inquit) venit, & adorauit, &c. Quo repellebatur durius, hoc magis inflammabatur ad precandum.

26 Sumere panem fil.] Iudæi erant loco filiorum: Gentes alienæ à gratia, erant tãquam

canes. Optimum fuerit, nos ſemper ad humilitatem erudiri, vt ſciamus quales fuerimus ante gratiam:canes certe eramus. Antecellebant Iudæi non ſuo merito,ſed fœderis beneficio: Nos autem non ſumus filii,niſi quatenus per Chriſtũ in filios adoptauit nos Pater,qui per eundem promiſerat filiis ſolis gratiã, non prophanis Gẽtibus. Agnoſcit hoc mulier, quæ non vult ius filiis præripere, neque ipſorũ locũ occupare:ſed ſi micæ aliquæ cadãt de mẽſa filiorũ,an nõ licet edere? Deus ſemper ſuæ miſericordiæ ſpecimina aliqua edidit: nõ enim ſuam gratiam inter Iudæos ita incluſerat, quin interea aliquos ex Gentibus vocaret. Apud Lucam legimus reſpondiſſe Dominum,Sine prius ſaturari filios. Non eſt enim honeſtum ſumere, &c. In quo reſponſo nonnihil ſpei dabatur illi, ac Gentibus omnibus, cibum vitæ, vt & ipſis (ſed ſaturaris) Iudæis,donandum: hoc eſt,fore vt & ipſi Euangelium regni audirent, & Chriſto fruerentur, poſtquam illud Iudæis fuiſſet prædicatum.

At illa dixit, Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mẽſa dominorum ſuorum.

27 Hæc autem reſpondit, 'Certe domine: etenim
catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa do-
minorum ſuorum.

Tunc reſpondẽs Ieſus ait illi, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

28 Tunc reſpondens Ieſus dixit illi, 'O mulier,ma
gna eſt fides tua, 'fiat tibi ſicut vis. 'Et ſanata fuit
filia eius ex eo tempore.

Et quum trãſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ:& aſcendẽs in montẽ, ſedebat ibi.

29 ‖Et progreſſus 'illinc Ieſus,venit iuxta mare Ga- Har.2.29
lilææ, & conſcenſo monte ſedebat illic.

Et acceſſerũt ad eũ turbæ multæ habentes ſecum mu

30 'Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ,‖ducentes Eſa.33.b.5

ANNOT.

27 Certe Domine:] Agnoſcit (vt dictum eſt) mulier quod dixerat Chriſtus. Aptiſſima eſt hæc ſimilitudo quam adduxit mulier. Vt ſiquis pecuniarum ſummam multam habeat in manibus,quam alicui deſtinauerit: illíque inter dandum decidat nummus aliquis,quem patiatur ab alio cui non deſtinarit,accipi: Ita Chriſtus manũ habebat plenam miſericordiarũ: interim cadebat aliqua mica miſericordiarũ,quã excipiebat aliquis ex Gentibus. Reſpõſio igitur erat huiuſmodi, Fateor Domine,fas non eſt panem filiis debitũ dare canibus: neque ego illũ peto. canis ſum, imò catellis viliſſima, eóque filiorum panem nequaquam ambio: ſed ero contenta ſi minutum aliquod beneficiorum tuorum decidat in me, vt catellis non negantur micæ cadẽtes de menſa dominorum ſuorum. Filios ergo Dei Iudæos eſſe agnoſco: ſatis bene agi mecũ putauero, ſi tantum catellæ loco me habeant, ne à ſalute ipſis promiſſa prorſum ſim aliena. Agnoſcamus nunc quanta ſit erga nos Dei miſericordia: non amplius ſumus canes, ſed aſciti ſumus in conſortium Iudæorum.

28 O mulier, magna eſt fides tua,] Primum commẽdat fidem mulieris: deinde dat quod ipſa poſtulabat, ſimúlque fatetur eam impetraſſe ex fide. Magnitudinẽ fidei mulieris prædicat Chriſtus in eo quòd non tantum credebat eum eſſe filium Dauidis, ſed & fiduciam in ipſum habebat de impetranda filiæ ſanitate. huius fiduciæ magnitudinẽ declarauit mulier, quòd ipſa ſuperauerit omnia certamina, nec defecerit in tentationibus, quæ certe vehementiſſimæ erãt, quum taceret Chriſtus, dein diſcipulis denegaret, præterea eã cani compararet. Inuicta certe erat apud illam Spiritus ſancti perſuaſio, qua ſibi indubitatò gratiam Chriſti pollicebatur. Hac ſane fide orantibus, nihil non peruium & poſſibile eſſe poteſt. In hac muliere, fidei natura aperte agnoſcitur. Fiat tibi ſicut vis.] Docemur nos omnia conſequi à Domino per fidem, etiam ea quæ videntur impoſſibilia. Marcus addit, Propter iſtum ſermonem abi: exiuit enim dæmonium à filia tua. Et ſanata fuit, &c.] Dominus non fruſtratur nos verbo ſuo: præſtat quod promittit quando eſt opportunum. Marcus addit, Et quum deueniſſet in domum ſuam, inuenit dæmonium exiuiſſe, & filiam iacentem ſuper lectum.

29 Illinc] Nẽpe de finibus Tyri & Sidonis. Marcus ſcribit Dominũ feciſſe hoc iter per medios fines Decapoleos, hoc eſt per vlteriorem regionem Iordanis, & adductum fuiſſe illi ſurdum & mutũ. Quo patrato miraculo, venit ad mare Galilææ: ibíque ſecreti ac quietis gratia montem conſcendit: non quòd timeret, ſed ne animos Phariſæorum contra ſe alioqui exacerbatos irritaret: quum nondum eſſet tempus declarationis ipſius.

30 Et acceſſerunt, &c.] Ecce adhuc latere non poteſt: quomodo enim latere poſſet ſolis ſplendor? virtus Chriſti non poterat eſſe occulta. Talem generalem male habentium curatio-

nem Euangelista iam antea aliquoties descripsit, capite 4.d.23, & capite 8.b.16, & capite 9. d.35, item 14.d.35.

D secum claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios mul
tos: '& abiecerũt eos ad pedes Iesu: & sanauit eos:
31 'Adeò vt turbæ miratæ sint, quum viderẽt mu
tos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare,
cæcos videre: & 'glorificabant Deum Israel.
Har.2.3 Mar.8.a.1. 32 [Iesus autem 'vocatis ad se discipulis suis dixit,
'Miseret me turbæ, propterea quòd iam triduum
perseuerant apud me, & non habent quod edãt:
'& dimittere eos ieiunos nolo, 'ne deficiãt in via.
33 Dicunt ei discipuli eius, 'Vnde nobis in solitu-
dine panes tam multi, vt saturemus turbam tantã?
34 Et dicit illis Iesus, Quot panes habetis? At illi
dicunt, 'Septem, & paucos pisciculos.

tos, cæcos, claudos, debi-
les, & alios multos. & proie
cerunt eos ad pedes eius: &
curauit eos:
31 Ita vt turbæ mirarentur,
videntes mutos loquentes,
claudos ambulantes, cæcos
videntes: & magnificabant
Deum Israel.
32 Iesus autem cõuocatis di-
scipulis suis dixit, Misereor
turbæ: quia triduo iam per-
seuerant mecum, & non ha
bent quod mãducent: & di-
mittere eos ieiunos nolo,
ne deficiant in via.
33 Et dicunt ei discipuli, Vn
de ergo nobis in deserto pa
nes tantos, vt saturemus tur
bam tantam?
34 Et ait illis Iesus, Quot ha
betis panes? At illi dixerũt,
Septẽ, & paucos pisciculos.

ANNOT.

Et abie. eos ad pedes Iesu.] Vt ouiculæ scilicet ægrotæ ac morbidæ ante pedes pastoris abiiciuntur. Pulcherrimum spectaculum: simul egregia huius populi fides, non solum quòd tanto labore cũ suis ægrotis in montẽ ascendunt, sed & illos ad pedes Iesu proiiciunt. Sanauit eos.] En facilitatem & humanitatem Christi: tametsi vellet latere, non tamen molestus fuit turbis ad se importune accurrentibus, sed statim ægrotos illorum curauit.

31 Adeò vt turbæ miratæ sint,] Admirationis causa fuit insolentia facti huius, quod vires excedebat humanas. Et huius rei gratia ista miracula in Christi ostensionẽ diuinitus sunt præordinata, vt mortalium animos ad stuporem & fidem permonerent. Vide Esaiæ caput 35.

Glorificabant Deum] Quia agnoscebant virtutem Dei visitantis plebem suam. Hoc ex omnibus veris miraculis prouenit, vt Deus glorificetur: diuersum patiunt falsa miracula.

32 Vocatis ad se discipulis] Vocat eos ad se, vt ad futurum miraculum præparet, vtque ipsi eidem affectui assuescant: quod & summo studio fecerunt. Act.6.a.2. Item Paulo mandarũt vt pauperum memor esset, Galat.2.b.10. Miseret me turbæ,] Superiore capite propè eadem habuimus, nisi quòd numerus & panum & populi non idem vtrobique est. Ecce regẽ habemus qui suorum miseria tangitur, Heb.4.d.15. Videmus vt ipse nostræ necessitatis semper curam habeat, etiam in extremo articulo, ídque nobis sæpe dormientibus, nihilque cogitantibus de periculo. quãto magis succurret si inuocemus, & ab eo pendeamus? Patitur autem aliquando magnis angustiis nos premi: vt hi passi sunt ieiunium per triduum: quod illis facilius erat quàm nobis, quòd essent in regione calidissima. Præcipue verò hîc notandum, sequentibus Christum nihil posse deesse: quum etiam famis rationem habeat Dominus, & laborantiũ ea misereatur, neque sinat illa suos suprà quàm ferre queant, affligi. Et dimittere, &c.] Effectus misericordiæ, quæ non potest non succurrere afflictis. Ne deficiãt in via.] Vide vt dilectio & misericordia adiunctam habeat prouidentiam & cautionem in futurum, non solum præsentia curans, sed & futuræ miseriæ habens rationem.

33 Vnde nobis] Sapientia rationis humanæ diuinam virtutem non expendit, sed tãtum creaturarum facultatẽ & vires. Ita Moses quoque, Num.11.c.13, Vnde mihi carnes vt dem tãtæ multitudini? Et paulo pòst, versu 21, Sexcenta millia peditũ huius populi sunt, & tu dicis, Dabo eis esum carnium mense integro? Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possint sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Mira tarditas & incredulitas in Apostolis, quòd obliti sint Christum pauisse tot milia hominũ nuper quinque panibus. Si potuit accidere discipulis, poterit & nobis. Excitemus igitur sedulo nosipsos, nec patiamur nos nostra ingratitudine distrahi quin ei fidamus.

34 Septem.] Videmus hîc Dominum plures habuisse panes ad pascendam multitudinẽ minorem priore. Vnde satis manifestum est, Deo perinde esse, multos vel paucos ex mul-

to siue modico saturare. nam verbo & virtute sua nos pascit, non pane, aut re quauis alia: etsi ista soleat adhibere, quibus virtutẽ suam ceu occulit. Dei virtus non est alligata aut cibo aut potui. Vnicus panis non minus sufficere poterat viginti millibus, si ita visum illi fuisset operari. vt nouerimus Dei benedictionem omnia posse. toti igitur ab illo pendeamus. Vide superiori capite quæ annotata sunt in similia verba.

. Et præcepit turbæ vt discumberent super terram.

35 Et iussit turbas discumbere in terra.

Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.

36 Et sumpsit *illos* septem panes ac pisces: & postquam gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: discipuli verò turbæ.

Et comederũt omnes, & saturati sunt: & quod superfuit de fragmentis tulerũt, septem sportas plenas.

37 Comederúntque omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod supererat fragmentorum, septem sportulas plenas.

Erant autem qui manducauerũt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres.

38 At ii qui comederant, erant quater mille viri, præter mulieres & pueros.

Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedan.

39 Et dimissis turbis, conscendit nauim, venítque 'in fines Magdala.

CAP. XVI.

ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eũ vt signum de cælo ostenderet eis.

1 ET 'aggressi Pharisæi vnà cum Sadducæis, 'tẽtantes rogabant eum 'vt signum è cælo ostenderet sibi.

Har. 2. 30
Mar. 8. b. 11.
luc. 12. g. 54
suprà 12. c. 39

ANNOT.

39 In fines Magdala.] Marcus habet Dalmanutha. De neutro nomine certi quicquã habemus: licet ab illis vtroque nomine eandem regionẽ significari, non possit esse dubium, quũ satis pateat de eadem profectione vtrunque Euangelistam loquutum. Deinde Galilææ portionem & vltra lacum Genesar esse sitam, colligitur ex Marco, qui scribit paulo pòst, quum petentes signum confutasset, rursum traiecisse lacũ Genesar. Nobis satis sit perpendisse Christũ omnia ferè loca Iudæorum peragrasse: quo animaduertamus quàm auidus fuerit salutis eorũ quibus fuerat Apostolus datus: id vt roborare fiduciam in ipsum, ita acuere quoque debet diligentiam ministris, vt non minus sedulo & ipsi pro sua vocatione saluti fratrum studeãt. De Magdala fit mentio, 1. Samu. 17. c. 20: quæ an sit eadem cum hac, videant geographiæ studiosi.

IN CAPVT XVI.

1 Aggressi Pharisæi] Euangelistæ magno studio non solũ doctrinam miraculáque Christi, sed & aduersariorum incursus ac tẽtationes proponunt: id quod & hic noster hoc loco facit: qua in re admonemur, veritatem nnnquam carere aduersariis: simúlque aduersariorum insultus plurimum ad confirmandã veritatem facere. Marcus dicit egressos Pharisæos cœpisse disputare cum Christo. Ortũ igitur est hoc ex disputatione. Fortasse quum rationibus essent victi, petierunt è cælo signum, vt obstinatorum mos est, qui semper vltra causam aliquid causantur, vbi vident argumentis se non posse vincere. Idem suprà cap. 12. c. 38, interrogauerant. vide quæ illic annotata sunt. Quales fuerint Scribæ & Pharisæi, & quàm inter se dissiderent, dictum est suprà cap. 3. a. 7. Impii perpetuo inter se pugnant, præterquàm quum illis est cum pietate negotium. dissidebant maximo odio inter se: hic autem contra Christum concordes insidias struunt. Tentantes] Tentamus Deum, quũ importune ab illo flagitamus qnod non vult dare: aut quum appetimus murmnrando plus quàm concedat. Præterea, quum miraculis eius fidem non adhibemus, & ita quodam modo arguimus eum mendacii. Vt signum è cælo ost. s.] Simulat incredulitas & hypocrisis perfida fidem & religionem. Nã tale quiddã videntur dixisse Pharisæi & Sadducæi rogantes, (qui prætextus est impiorũ & malitiosorum) Miro sane desiderio Messiæ tenemur, ipsúmque annos iã multos expectamus, nec aliud perinde in votis habemus, quàm illius aduentũ. Quare te non grauatim exciperemus, ô Iesu, si certò constaret nobis te illum esse Messiam à Prophetis promissum. Age igitur, doce

nos,ſignis aliquot è cælo petitis,ant in aere expreſſis : doce inquam te illum eſſe quem videri
vis,& multi eſſe eredunt:mentéſqne noſtras confirma ſignis illis.

At ille reſpondens dixit eis,'Quum cœperit eſ- 2
ſe veſpera,dicitis, Serenitas *erit*: nam rubet cælũ.
Et mane, Hodie tempeſtas: rubet enim cælum 3
triſte. 'Hypocritæ , faciem cæli ſcitis diiudicare,
'ſigna verò temporum non poteſtis?
Supra 12.c.34 'Natio praua & adultera ſignum requirit,& ſi- 4
Ionæ 2.a.1. gnum nõ dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ prophetæ.
Et relictis illis 'abiit.
Har.2.31 Marc.8.b.14 luc.12.a.1 Et quum veniſſent diſcipuli eius in vlteriorem 5
ripam, per obliuionem 'non ſumpſerant panes.
Ieſus autẽ dixit illis, Videte & cauete 6

2 At ille reſpondens ait illis, Facto veſpere dicitis, Serenum erit:rubicundum eſt enim cælum.
3 Et mane, Hodie tẽpeſtas: rutilat enim triſte cælũ. Faciẽ ergo cæli diiudicare noſtis:ſigna autem temporum non poteſtis?
4 Generatio mala & adultera ſignũ quærit:& ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ . Et relictis illis abiit.
5 Et quum veniſſent diſcipuli eius trans fretum,obliti ſunt panes accipere.
6 Qui dixit illis , Intuemini & cauete

ANNOT.

2 Quum cœperit eſſe veſ.] Idẽ eum obieciſſe turbis narrat Lucas,12.g.54,his verbis, Dicebat autem & ad turbas,Quũ videritis nubem orientem ab Oceaſu,ſtatim dicitis,Nimbus erit: & ita fit.& quũ Auſtrum flantem,dicitis,AEſtas erit: & fit.Hypocritæ, faciem cæli ac terræ noſtis probare,hoc autem tempus quomodo non probatis? q.d.Si in rebus iſtis terrenis ac minutis tam diligentes eſtis ſignorum obſeruatores, & ad diiudicandũ de tempeſtatum qualitate tam induſtrii:quare non & iſtorum temporum ſigna cognoſcitis?Tenetis Legẽ, & Prophetas, qui præmõſtrauerũt iſtorum temporũ ſigna quæ coràm ante oculos videtis,ex quibus poteratis diſcere quid rerũ iam geratur in regno Dei . Verùm vos nulla cura tenemini cognoſcendi regni Dei:& quod iam rogatis,ſignum cæleſte vobis dari,mera hypocriſis eſt.

3 Hypocritæ fa.] Hypocritas vocat,quòd fingerẽt ſe quærere quæ nõ deſiderabãt. Faciem cæli] q.d.ex habitu faciéque cæli conſpecta,noſtis diuinare an tempus idoneum ſit futurũ itineri,nauigationi,ſementi,meſſive,aut aliis rebus ad corporis vſum pertinentibus.More Hebraico faciem cæli vocauit,vt faciem terræ,faciem abyſſi,faciem aquarum,Gen.1.a.1.Et verſu 20,Volatile volet ſuper terram in ſuperficie firmamẽti cæli.Quo certe loco faciem firmamenti cæli vocauit,quod hic Chriſtus faciem cæli,tantum pro aere. Signa verò tem.] Plurale pro ſingulari tempore:quo modo apud Lucam,Hoc autem tẽpus quomodo non probatis?Signa temporis,ſiue temporum in quibus Chriſtus venturus erat,erant miracula ipſius Chriſti,quæ quotidie videbãt Scribæ & Phariſæi,prædicta à Prophetis,vt Eſa.35,apertis verbis.Præterea Geneſ.49.b.10,prædictum erat de Iuda ad hunc modum,Non auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux de femore eius ,donec veniat qui mittendus eſt. Erat autem tunc ablatum à Iudæis regnum. dominio enim Romanorum tunc ſubiecti erant. Videbant præterea diſſidia propter religionẽ in populo,ita vt domus ſcinderetur in plures partes, pugnãte patre aduerſus filium,filio aduerſus patrem, &c. Iſta ſigna ante omnium oculos erant,verùm à Scribis & Phariſæis non habebantur pro talibus ſignis:quia ipſorum non habebant rationem,propriæ gloriæ dediti,vnde & Chriſto infenſiſſimi.

4 Natio praua] Vide expoſitionẽ huius verſus ſuprà cap. 12.d.39. O nationem (inquit) prauam & adulteram , longéque degenerantem à maioribus ſuis,quorum titulis ſe venditat. Oſtẽtum ſubdole quærit è cælo,quod calumnietur:ſed hoc olim illi dabitur quod abhorreat, non quod carpat.Interim non dabitur illi portentum niſi è terra,quod fruſtrabitur omnes illorum conatus,quum videbunt rediuiuum, quem putabãt extinctum ac ſepultum.Prodigioſum illis videtur quod accidit Ionæ prophetæ:dabitur illis ſimile prodigiũ, ſed admirabilius. Hoc ænigmate ſignificabat Dominus Ieſus ſe occidendum ac ſepeliendum ab illis , ac mox diuina virtute reuicturũ , priuſquã ſentire de illo inciperent quod par erat. Abiit.] Marcus habet,Relictis illis, ingreſſus rurſum nauim, abiit in vlteriorem ripã.Nihil intolerabilius veritati & ſynceritati, quàm fucus & doloſa ſimulatio:propterea ſtatim relictis iſtis hypocritis abit Chriſtus.

5 Non ſumpſerãt pa.] Marcus addit,Et præter vnũ panẽ non habebant ſecũ in naui.For-

taſſe eitius opinione diſcipulorum abierat Chriſtus, propterea obliti fuerát panem aeeipere: vt loca illa non vbique habitata hominibus poſcere videbantur.

à fermento Phariſæorum & Sadducæorum.
ʻà fermento Phariſæorum & Sadducæorum.

At illi cogitabant inter ſe,dicentes,Quia panes nó accepimus.
7 ʻAt illi reputabant intra ſeſe,dicentes,Panes nõ
ſumpſimus.

Sciens autem Ieſus,dixit, Quid cogitatis inter vos, mod'cæ fidei, quia panes non habetis?
8 ʻQuod vbi cognouit Ieſus,dixit illis, ʻQuid co-
gitatis intra voſipſos,ʻô parum fidentes,quòd pa-
nes non ſumpſeritis?

Nondum intelligitis,neque recordamini quinque
9 ʻNondum intelligitis,ʻneque memoria tenetis B

ANNOT.

6 A fermento Phar. & Saddu.] Seria præmonitin,qua declarat Chriſtus non eſſe cuiuis datum diſeernere falſam doctrinam,&ab illa ſibi eauere. Fermentum pro doctrina hominum corrũpente verbi Dei puritatẽ,accipitur:item pro hypocriſi qua inficitur morũ integritas,vt apud Lucã ca.12.a.1. Et ipſi Apoſtoli infrà verſu 12,dieſitur intellexiſſe nõ eſſe cauendũ à fermẽto panis,ſed à doctrina Phariſæorũ & Sadducæorũ.Porrò quæ fuerit hypocriſis iſtorũ,infrà toto capite 23,Chriſtus ipſe deelarat apertiſſimis verbis. De qua etiam annotata ſunt multa,ſuprà cap.5.e.19.20,& conſequentibus verſibus.Fermentum vocat,quòd illorum doctrina, vt fermentum,multos enrrumperet & inficeret. Marcus addit,Et à fermento Herodis.Herodes tamen non docebat:ſed vulpes erat,vt Lucas narrat,eap.13.f.32,quæ obliquis artibus verã doctrinã ſubuertere moliebatur: ideo frequenter ſuos Phariſæis iungebat eontra Chriſtum: vt infrà 22.b.16.Mar.3.a.6,& 12.b.13.Nõ igitur hie aecipiendum eſt doctrinæ nomen,vt vulgo, ſed ſignificat omnia inſtituta & eonſilia quæ directe pugnant eum doctrina Chriſti. hunc enim finem propoſitum habebant vt Chriſtum opprimerent,& eius doctrinam.

7 At illi reput.intra ſeſe,] Potius,inter ſeſe:quum vtrunque Græca ſignificent:& Marcus dicat,At illi diſputabant,alius ad alium,&e. Diſcipuli rati Chriſtum de fermento panis loquutum, putabant interdiei ſibi ne panem eum Phariſæis frangerent, ſed velut excommunicatos illos haberent:indéque venit eis in mentem quòd nou ſumpſiſſent panes ſeeum: atque de eo inter ſe diſputabant.

8 Qnod vbi cogn.Ieſus,] Nempe diſcipulos eſſe ſolicitos quòd obliti fuiſſent naui commeatum imponere,ob id verentes nequid illis deeſſet ad victum:quum tamen ſecum haberẽt illum qui tot milia ex nihilopauiſſet.Hae de re igitur ſolicitos Ieſus obiurgat,inenſans illorũ tarditatem, qui edocti toties dictis ſimul & factis, penitus ex animo eximendam de victu ſolicitudinem,adhuc rerum huiuſmodi cura diſtinerentur. Quid cog.intra v.] q.d.O parum mihi fidentes,cur hæc cura torquet animũ veſtrum,quòd panẽ obliti ſitis?quaſi quicquã vobis defuturum ſit,etiam ſi vos vobis non oroſpexeritis.Vox Græca ſignificat anxiè engitare & qnaſi diſceptare. O parum fi.] Ex diffidẽtia igitur malũ oriebatur quod arguebat, ſuperflua ſeilicet de eibo cura Ergn qui fide vel prorſus nulla,vel imbecilli ſunt,deprehendũtur modo negligentes, modo inaniter ſoliciti & anxii. Ex diffidentia certe prodit quòd nimis ſoliciti de futuro ſimus, quum aliâs Dei opem experti ſimus, & ſeiamus illum opportunum eſſe auxiliatorem.Si in poſterum diffidimus, non modo cum diſcipulis accuſabimur vt exiguæ fidei,ſed & ingratitudinis, quæ occaſio eſt ipſius defectus fidei. Ingratitudo enim in cauſa eſt vt non ſolum ſolieitemur tentatinnibus,ſed ſæpius vincamur.

9 Nondum intellig.] Mareus habet,An nondum animaduertitis,neque intelligitis? adhue nbcæeatũ habetis cor veſtrũ? oeulos habentes nõ cernitis,&e? q.d.Tot modis docti monitíque, nondũ intelligitis? adhne eor habetis huiuſmodi curis obeæcatum,& Phariſæorum more,quod cernitis oculis, non videtis:qnod auribus auditis, perinde eſt qnaſi non audiatis? His verbis ſatis docet,ad aeqnirendã fiduciam in diuinam virtutẽ & bonitatem,exigi animũ non dormitantem & ignauum, ſed ialem qui in operibus Dei intelligat virtutem eius & bonitatem. Neque memoria tenetis] Obliuio donorũ & mirabiliũ Dei plurimũ noeet fidei,faeitqne vt is qui aliquam diuinarũ rerum cognitionem aceepit, non ſecus eam amittat, & relinquat,quàm ſi nihil illarum plane cognouiſſet. Atque ideo populo Dei Mnſes inculcauit illud toties,Vide ne nbliuiſcaris eorum quæ viderunt oculi tui, & ne exeidát de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ.Deu.4.b.9.23.& 25.d.19.Et in Pſalmis, vbi cómemoratur quomodo

Israelitæ à Deo recesserint, adiungitur, Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis, Psal.78.b.11. Et Christus in cœna, quum vellet suos retinere in fiducia erga se, & vera dilectione, in memoriā instituit cōmunionē corporis ac sanguinis sui, in fractione panis & communicatione calicis.

Suprà 4.c.17 iohan. 6.b.9 ‖ᵃquinque illos panes, *quū homines essent* quinquies
mille, & quot cophinos sustuleritis?

panū, & quinque milliū hominum, & quot cophinos sumpsistis?

Suprà 15.d.34 Neque ‖septē illos panes, *quum homines essent* qua- 10
ter mille, & quot sportas acceperitis?

Neque septem panum, & quatuor milium hominū, & quot sportas sumpsistis?

Quî fit vt non intelligatis me non de pane di- 11
xisse vobis illud, vt caueretis à fermento Pharisæ
orum & Sadducæorum?

Quare nō intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?

Tunc intellexerunt quòd non iussisset cauere à 12
fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum &
Sadducæorum.

Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendū à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

Har. 2.32 Marc.8.c.27 luc.9.e.18 ‖Quum venisset autē Iesus in partes ᵇCæsareæ, 13
eius quæ cognominatur Philippi, interrogauit disci-
pulos suos, dicens, ᶜQuem me dicunt homines es-
se filium illum hominis?

Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem dicunt homines esse filium hominis?

Illi verò dicebant, ᵈAlii quidem Iohānem Ba- 14
ptistam, ᵉalii verò Heliam, ᶠalii verò Hieremiam,

At illi dixerunt, Alii Iohannem Baptistam, alii autem Eliā, alii verò Ieremiā,

A N N O T.

Quinque il.pa.] Ad verbū, Quinque panum quinque miliū, & quot cophinos sustuleritis? Neque septem panū quatuor miliū, &c. Quidā Veteris interpretis codiecs habēt, Quinque panum, & quinque milium: Quidā, quinque panum in quinque milia: quū emendatiores legant cum Græcis, quinque panum quinque milium. Interpres nouus periphrasi vsus est.

13 Cæsareæ c.q.cog.Philippi,] Vide Hebraicorum nominum interpretationem, vbi satis multis verbis declaratur duplex Cæsarea. Et hinc videmus Christū ad summam diligentiam nihil fecisse reliquū, quò regnum Dei quàm latissime, intra fines tamen à Patre constitutos, propagaret. Quem me dicunt, &c.] Etiam Latina vetusta exēplaria hîc legunt me, vt Græca. Christus hoc agebat vt in sui cognitione confirmaret discipulos, in qua vna est vera salus & vita æterna, Iohan.17.a.3. Sciebat varium de se vulgi iudiciū: nouerat præterea suorū simplicitatem, qua fieri poterat vt facile vulgi errori hîs à veritatis cognitione impedirētur. Atque hac ratione, vt eos corroboret, nō solum quærit quid ipsi, sed primùm quid populus de ipso sentiat. Non sine emphasi dictū est, Filiū hominis: ideo scilicet quòd plerique nihil altius de ipso sentiebant, quàm esse hominem, magnum quidem, sed tamen nihil nisi hominem. alii hominem tantum reputabant, cúmque vulgarem & plebeium. Humanitatis suæ humilitatē libenter fatetur ipse Christus, quoties se vocat Filium hominis. nam & illa erat ad gloriam Dei instituta. Ista humilis forma Filii hominis erat Iudæis impedimento ne gloriam Christi agnoscerent. Nihil est autem aliud Filins hominis, quàm homo: more Scripturæ: vt Psal.8.5, Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis, quòd visitas eum? Quem primo loco vocauit hominem, eundem mox filium hominis appellat. Sic Esa.51.d.12, Quis tu qui timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnnm, &c.

14 Alii quidem Ioannem Bap.] Varia ista de Christo opinio ex eo partim erat, quòd remigrationem animarum Iudæi crederent, vt suprà ca.14.a.2, dictum est: vt adhuc etiam hodie multi ex ipsis credunt tertiò vel quartò quenque renasci. Iohannem baptistam à mortuis surrexisse credebant Herodiani, vt vidimus cap. 14.a.2. Alii v. Heliam,] Isti occasionem huius opinionis sumebant ex Malachiæ prophetia de aduentu Eliæ, quem rursum appariturū in corpore credebant: quo errore multi etiam hodie tenentur, credentes Henoch & Eliam secundum Christi aduentum in corpore præcessuros: quum tamē Christus suprà cap.11.b.14, doceat eam de Elia prophetiam in Iohanne adimpletam esse. Alii verò Hier.] Et in istā

opinionem inducebantur ex eo quod ad Ieremiam dictum erat diuinitus, cap.1.b.9. prophetiæ ipsius, Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super Gentes, &c. Et paulo pòst versu 18, Ego dedi te hodie in ciuitatẽ munitam, & in columnam ferreã, &c. Quæ putabant impleri in Christo.

aut vnum ex Prophetis.

'aut vnum *de numero* Prophetarum.

Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis?

15 Dicit illis, 'At vos quem me 'dicitis esse?

Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui.

16 'Respondẽs autem Simon Petrus dixit, 'Tu es Christus ille 'filius Dei viuentis. Ioh.6.g.69 C

Respondens autem Iesus dixit ei, Beatus es, Simon

17 Et respondens Iesus dixit illi, 'Beatus es, 'Simõ

ANNOT.

Aut vnum de num. Proph.] Quòd Christum suspicati sunt vnum esse ex mortuis Prophetis, videtur insolentia miraculorũ causam illis dedisse. Putarunt enim eos qui ita vitæ huic ex mortuis restituti essent, longè maiore virtute diuinitus præditos esse, quàm antea dum viuerent. Quum legimus populum illũ à Deo electum, tam crassis erroribus excæcatum fuisse, horrere debemus, simúlque timere ne Deus pœnas similes nostræ incredulitatis & ingratitudinis sumat de nobis. Quòd ambigebãt de persona Christi, videmus satanã ab initio hoc molitũ fuisse vt reuocaret homines à vera cognitione ipsius Christi, & fingeret nouos Christos. Quia autem non poterat è mentibus Iudæorũ eximere persuasionẽ quã de venturo Christo habebant, proposuit eis falsos Christos. Errabant igitur illi in persona Christi. Inimici verò Euangelii, Satanæ astutia in officio Christi errant, & de eo disceptant: agnoscunt eum esse filium Dei, verùm spoliant illũ sua virtute: alii plus, alii minus, vt sit inane spectrum. ita fit vt hodie tã diuersæ sint de Christo opiniones: quod fidẽ nostrã labefactare non debet.

15 At vos] Obseruanda antithesis: nam opponit discipulos hominibus. Vtcunque homines varie sentiant, discipuli tamen certam habent fidem, neque turbantur quòd videant homines inter se pugnare: agnoscunt Christũ quòd sit filius Dei, ad quid venerit, & qua sit præditus virtute. Secernit igitur suos Christus à vulgo, quũ separata interrogatione dicit, At vos, &c. certiorémque ac pleniorem sui cognitionem à suis requirit, q.d. Vos autem qui iam tãtas res audistis & vidistis ex me, qui perpetui estis operum meorum spectatores, quid de me sentitis? Dicitis] Christo nõ est satis vt corde de eo bene sentiamus, sed exigit & oris confessionem. Non dicit, Quem me esse creditis, sed, dicitis. Quum ergo esset Apostolos veluti testes suos missurus in mundũ, quibus nõ satis esset bene de se sentire, sed quod bene sentirẽt, docendũ quoque esset: rectè exigit confessionẽ oris: alioqui nõ ignorabat quid de eo sentirẽt.

16 Respon. a. Simon Pe.] Petrus pro omnibus respondet, vt semper ferè aliis feruentiorẽ ipsum literæ Euangelicæ prædicant. Sic Iohã.6.g.67, quum dixisset Iesus, Nũquid & vos vultis abire? Simon Petrus omnium nomine respondet, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus quòd tu es Christus, filius Dei viuentis. Quomodo Simõ dictus sit Petrus, vide Iohã.1.f.42. Tu es Christus ille] Paucis verbis cõstat hæc cõfessio, sed quæ tamen totã summã Euangelii cõtineat: licet nõ differat sigillatim de regno, sacrificio, & dignitate ipsius prophetica: Christum nominando, hæc omnia comprehendit. Vide suprà cap.1.c.16. Filius Dei viuentis.] Hoc addidit ad differentiam eorum qui & ipsi, christi, siue vncti Dei apud Iudæos vocabãtur, vt reges & sacerdotes. Sic Dauid vocabat Saulẽ christum Domini, 1.Sam.24.b.7. Deum viuẽtem vocat, quòd solus in seipso vitam habens, omnia viuificet, quòd in eo viuamus, moueamur, ac simus. Act.17.f.28. In hac confessione, Patrem & Filium confitetur, vnde est vita æterna.

17 Beatus es] Beatum pronuntiat, quòd Patrem & Filium confessus sit, vnde vera beatitudo, quæ est vita æterna, Iohan.17.a.3, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te Deum verũ, & quem misisti Iesum Christũ. Beatũ inquam, quòd confessus sit ex animo nam & diabolus confessus est, sed non ex animo. Simon bar Iona] Perinde esse atque Filius Iohannis, ex vltimo Iohãnis liquet, 21.c.15, Simon Iohãnis, diligis me plus his? sic enim in vno vetusto exẽplari Græco legitur. Iona autẽ pro Iohãna per contractionẽ positũ est: nã ea ætate, Chaldaica lingua vulgo vtebantur. Nisi forte pater eius fuerit binomius, Iona & Iohanna. Miro cõsensu tamen omnia vetustissima Græca exẽplaria legunt Iona, & hîc, & Iohan.1.f.42, & 21.c.5, præterquàm vnum. Bar Iona autem positum est vice cognominis, quo carent Hebræi.

sēt. Ibidem 39, Siquid autem alterius rei quæritis, in legitima Ecclesia poterit absolui. Hîc autem Christus Ecclesiā suam vocat quemcunque cœtum & congregationem, corpus ac societatem fidelium, quos Deus ad vitam æternam elegit, in eandem fidem, spem & charitatē Spiritus, vbicunque terrarum fuerint. Hæc fuit omnibus tēporibus, Adæ, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Mosis, Dauidis, & omnium Prophetarum, quantūvis parua fuerit, in futurū Messiam credētium, & salutem per ipsum expectantium. Fuit Ecclesia Iudæorū & Gentium, éstque adhuc hodie, eandem salutem & peccatorum remissionē per eundem Christū, sed factum hominē & passum credentiū. Vnica semper fuit Ecclesia, cuius caput Christus fuit, & est. Ephes.1.d.22, & 5.e.23. Etiam domesticā Ecclesiam quorundam salutat Paulus, Rom.16.a.3, & Corin.16.d.19. Nonnunquā Ecclesia pro ipsis Ecclesiæ ministris accipitur, vt infrà 18.c.18, Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnieus & Publicanus.

& portæ inferi non præualebunt aduersus eam. — ʻportæ inferorum non valebunt aduersus illam.

Et tibi dabo claues regni cælorum: — 19 ‖ʻEt dabo tibi claues regni cælorum:

ANNOT.

Portæ infer.] Portæ vrbiū munitissimæ sunt ferè, & propugnacula habent firmissima. Significat ergo omne robur & omne munimentū. Per inferos autē, omnem vim contrariā & satanicam, omnem hostis impetū intellige. Magnæ sunt & firmissimæ promissiones hæ quæ fidelium conscientias tranquillant & consolātur: quum cogitāt se ita stabilitos ac fundatos vt certò sciant se resistere posse omni potestati satanicæ. Id est quod Paulus dicit, Rom.8.a.1, Nihil damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu. Et, f.31, Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiā cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? &c. Pronomen ILLAM, ad vtrumvis referre potes, vel ad petram, vel ad Ecclesiam. Quibusdam certius videtur vt ad petram, id est Ecclesiæ fundamentum, referamus. non quòd dubitādum sit de Ecclesiæ soliditate, sed quòd ea sit ex petra super quā ædificata est, quæ tā est robusta, vt immota aduersus omnes insultus persistens, etiā Ecclesiā immotā reddat. Verùm tunc oportet vt Ecclesiā intelligas de iis qui verè sunt Eccesiæ mēbra, quos Christus ipse ædificauit supra iactū fundamentū. Nā ea Ecclesia quæ mista est ex bonis & malis, multas quotidie ruinas patitur.

19 Et dabo tibi cla.] Metaphora ista clauis inde assumpta est, quòd suprema domus potestas, vt & vrbis, penes illum est cuius est suprema potestas clauium, hoc est, penes quem est vel in ædes aut in vrbem intromittere, vel ædibus aut vrbe excludere quos vult. Hinc quum Dominus polliceretur ipsi Eliacim filio Helciæ ministro regis Ezeciæ summam potestatē in aula regis & ciuitate Ierusalem, dicebat per Esaiā (cap.22.f.22) Et ponam clauē domus Dauid super humerū eius: aperiet, & nemo claudet: claudet, & nemo aperiet. Præmiserat enim illic, versu 21, de hoc Eliacim loquens ad Sebna, qui supremus aulæ moderator erat, & deiici ea potestate debebat, Erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filiū Helciæ, & induam eū ornamentis tuis, & balteo tuo potētem eum faciā, & tuā potestatem tradā in manus eius, & erit loco patris omnibus ciuibus Ierusalē & domus Iuda. Eadē metaphora Dominus vsus est, Luc.11.g.52, Væ vobis Legisperitis, quia abstulistis clauē scientiæ: vos non ingredimini, & eos qui volunt ingredi prohibetis. i. obstatis doctrinæ de regno Dei, ne populo proferatur vt eius particeps fiat. Clauiū itaque nomine, Dominus intelligit supremā in Ecclesia potestatē prædicandi Euangelii: quæ ideo claues vocātur, quòd per Euangelium aperiatur regnum Dei: per idē etiam claudatur, si ei repugnetur. Hæc potestas data est Euangelii ministris omnibus, qui ritè suo fūgūtur officio, non soli Petro, sed Apostolis omnibus. Dabo autē dicit, nō Dedi: nā promittit hîc claues, non dat: sed tū tandem quū à mortuis resurgit, Iohā.20.e.21, Dixit ergo eis iterū, Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc quū dixisset, insufflauit, & dicit eis, Accipite Spiritū sanctū: quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. In quibus verbis, Sicut misit me Pater, &c. cōparatio est, non æquiparatio. Nā Christus fuit missus vt esset redēptio totius mūdi: non sic Apostoli, qui duntaxat ad prædicandū mittuntur. Quēadmodum verò Chtistus à Patre fuit missus in salutē totius mundi: sic & Apostoli fuerunt missi vt prædicarent hanc salutē: vt qui crederent eorum ptædicationi, seruarentur acsi ab ipso Christo audissent: vt alibi dicit, Qui vos audit, me audit. Rursum nō Dabūtur, dicit, sed Dabo: quo sanè verbo Christus sibi omnē hanc potestatē regni cælorum, vt domino, vindicat, ita vt eam possit cōmittere cuicunque placuerit. nam hîc multū refert, non solùm quis quid acceperit, sed & à quo acceperit, cuius potestatis sit qui dedit.

lz.i.

'& quicquid alligaueris in terra, erit 'alligatũ in cælis: & quicquid solueris in terra, erit solutũ in cælis.

Tunc edixit discipulis suis, 'necui dicerẽt quòd 20 ipse esset Iesus, Christus.

& quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cælis: & quodcũque solueris super terrã, erit solutũ & in cælis. Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset Iesus, Christ⁹.

ANNOT.

Et quicquid alligaueris, &c.] Et hîc metaphora vsus est, forsan ex eo sumpta, quòd Prophetæ, Christi munus, per Vinctos soluere, peculiariter prædicãt, Esa. 42.b.7, & 49.c.9, & 61.a.1, & alibi. Sic Act. 26.d.17, alloquitur Christus Paulum, Mitto te ad Gentes, vt aperias oculos eorum, vt conuertãtur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorũ, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quæ est in me. Vbi exponit potestatem clauium eam esse quæ in remissione & reseruatione peccatorum cõsistat. Non aliter soluerũt, aut ligarunt vnquã Apostoli. Exẽpla sunt Act. 2.f.37, Pœnitentiã agite (ait Petrus) & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorũ vestrorum, &c. Sic inquã Petrus clauibus sibi creditis vsus est, sic soluit in terris, promittẽdo videlicet per verbũ Christi, credentibus, remissionem peccatorum. Hoc nuntium & hanc prædicationem Petri Christus ratam habuit. nam peccatum confitentibus, & diuinæ misericordiæ confidentibus, remisit, vt Petrus promiserat. Item 16.f.30, custos carceris in Philippis, Silæ ac Paulo dicit, Domini quid me oportet facere vt saluus fiam? Responderunt, Crede in Dominum Iesum, & saluus eris tu & tota domus tua. En absoluunt ligatum Apostoli, remittentes ei peccata, idque per claues, per Euangelii inquam prædicationem: cui quia credidit, solutũ in cælis pronuntiat Dominus. Capite verò 13.g.45, contrarium extat exemplũ, retentorum scilicet peccatorum, Iudæi (inquit Lucas) repleti zelo, contradicebant his quæ dicebantur à Paulo, ac conuitiabãtur. Paulus autem & Barnabas sumpta fiducia dixerũt, Vobis oportebat primùm loqui sermonẽ Dei: sed quoniam repellitis illum, & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad Gentes. Rursus, quum idem (Act. 18.b.6,) diserte prædicasset Iudæis remissionem peccatorum per fidem Iesu Christi: & reclamarent ac conuitiarentur Iudæi, Apostolus vestibus excussis, Sanguis (inquit) vester super caput vestrum: mundus ego posthac ad Gentes vadam. Quo sane modo ligauit incredulos: & Deus verbũ eius habuit ratum. Quandiu enim Iudæi perstiterunt in rebelli sua perfidia, non sunt ipsis vincula peccatorum resoluta. Itẽ cap. 8.d.20, Simonem magum Petrus his ligat verbis, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donũ Dei existimasti pecunia possideri: nõ est tibi pars, neque sors in sermone isto. cor enim tuũ non est rectũ coram Deo. Ex his videmus quomodo Apostoli soluerint atque ligauerint, peccata remiserint ac retinuerint. Quod Paulus optime etiã declarat paucis verbis, quũ dicit Euãgelii ministros habere mandatũ recõciliandi homines Deo, 2. Cor. 5.d.20: & simul potestatẽ habere exercendæ vindictæ in eos qui beneficiũ hoc respuerint, Ibidẽ cap. 10.a.4.6. Testatur ergo Christus nihil in Euãgelii prædicatione Apostolorũ esse præter ministeriũ: se esse qui per eorũ ora, velut per organa, loquatur omnia & promittat. itaque peccatorũ remissionẽ quam annũtiabant, veram esse Dei promissionem: damnationem quam pronuntiabant, certum esse Dei iudicium. Habemus, potestatem clauium esse simpliciter Euangelii prædicationẽ: nec tam potestatẽ esse, quàm ministerium, si ad homines respicimus. Non enim propriè hominibus hanc potestatem dedit Christus, sed verbo suo, cuius homines ministros fecit. Obseruandum autem, hîc non eandem esse significationem clauium quæ infrà cap. 18.c.18, vt illic annotatur. Alligatum in cælis:] Non tam hîc personas extollere voluit Dominus, quàm Euangelii dignitatem. videmus enim quanta sit hominum erga Deum & doctrinã eius ingratitudo: ideo eam ornare voluit. Scimus præterea quanta sit nostra infirmitas & diffidẽtia: reputamus hominẽ esse qui loquatur. Ideo Christus ab hac infirmitate humani iudicii eximit Euangelium: vt nõ minor fides adhibeatur ei, quàm si è cælo angelus descenderet. Noluit Christus Petro blandiri, sed consolationẽ præbere: atque ostendere, non esse de cælo expectandã nouam reuelationẽ, sed oportere nos esse certos de doctrina quæ profertur Euangelio. Postremo, quia multi Euangelium contẽnunt, proscindunt, & blasphemant: ideo potestas hæc ligandi data est, ne putent se impune laturos talem contemptum. In prõptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, &c. ait Paulus, vt suprà dictum est, 2. Corin. 10.b.6.

20 Necui dicerent quòd ipse esset Iesus, Chr.] Vetat discipulos promulgare quod erant confessi. quod sane mirum videri posset, quum venerit in salutem Iudæis, & in lucem Gentibus: nisi intelligeremus, publicari quidẽ voluisse, sed suo tempore, & quũ esset opportunum.

Miſerat prius Apoſtolos,ſed tantum vt præpararent animos,& erigerent Chriſti expectatione.Si Apoſtoli docuiſſent de aduentu illius,non id potuiſſent facere idoneè, quòd nondũ eſſent inſtructi.Propterea non vult eos nimiũ extra ſuos fines progredi.Potuiſſent enim succũbere,ſi diſputandũ fuiſſet:confeſſio tranſgreſſa fuiſſet menſurã fidei:nec fuiſſent pares diſputando,nec ſuſtinẽdo certamini. Præparandi ergo erant,priúſque cõfirmandi, quàm munus tã difficile ſuſciperẽt. Propterea ſequitur, cœpiſſe acrius diſſerere,quòd oporteret eũ multa pati.

Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à Senioribus & Scribis & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere.

21 'Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis quòd oporteret ipſum abire Hieroſolymam, ac multa pati 'à Senioribus, '& principibus Sacerdotũ,& Scribis,& occidi,& tertio die reſuſcitari.

Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illũ , dicẽs, Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.

22 Et quum 'abduxiſſet eum Petrus,cœpit illũ 'increpare , dicẽs,'Propitius tibi ſis Domine,nequaquam erit tibi hoc.

ANNOT.

21 Ex eo tempore cep.] Hic vides cauſam cur diſcipulis cognitionẽ ſui potiſſimùm nũc augere & roborare voluerit. Appropinquabat tẽpus vt pateretur , ad illud voluit eos præparare.De his præterea eos admonet,vt ipſi ſe comparent ad crucẽ.nam ſi ſtatim ipſos hoſtibus obieciſſet,reſiſtere non potuiſſent. Fortitudine igitur & cõſtãtia inſtruit: vt quũ ventũ fuerit in certamen, ne refugiant. De inſtante morte cepit diſſerere, & quòd nomen eius abominationi eſſe deberet vt ſcirẽt qua cõditione ſequuturi eſſent ipſum.Quòd hæc veluti vice rationis ad præmiſſam Chriſti inhibitionẽ ſubiiciãtur,ex Luca videre eſt,in quo (ca.9.c.21) ſic legimus,At ille increpãs eos,præcepit necui dicerẽt hoc,dicens,Quia oportet Filiũ hominis multa pati,& reprobari à Senioribus,&c. Noluit igitur publicari tũ tẽporis ſe eſſe Chriſtũ, quòd crucifigendus eſſet, ac reprobãdus. A Senioribus,] Rectius fortaſſe fuiſſet Græcã vocem relinquere, A preſbyteris. quandoqnidẽ hic honoris vocabulũ eſt potius, quàm ætatis. Et princi.Sacerd.] Quũ audiamus ſummos Chriſti hoſtes fuiſſe Seniores & Scribas,videmus quãta fuerit diſſipatio Ieroſolymitanæ eccleſiæ. Sacrificia enim non tantũ ſacrificabãt, ſed & docebant: ideo angeli ſiue legati à Malachia vocantur,cap 2.b.7. hi tum fuerũt hoſtes Chriſti,quia nõ poterant eius ferre doctrinã. Quòd ſi hoc de AEgyptiis ſacerdotibus diceretur,mirum ſanè nõ eſſet: verùm hoc de iis Sacerdotibus qui eccleſiæ Dei in terris vnicæ præſidebant,dicitur.Quæ res exẽplo nobis eſſe debet,ne ſinamus nos laruis, & iis qui verè non funguntur ſuo officio,falli & decipi.

22 Abduxiſſet] Græcè,apprehẽdiſſet,aſſumpſiſſet, nimirum vt ſolemus,familiarins aliquid dictuari,docẽdi,aut corrigẽdi gratia.quo verbo vtitur Paulus Ro.15.b.7,Propter quod aſſumite vos inuicẽ. Increpare,] Idẽ verbũ pro quo aliquoties verſum eſt comminari. Magno quidẽ Chriſti amore præ reliquis Apoſtolis tenebatur Petrus, ſed admodũ adhuc carnali,& præter ſcientiã . ideo maiore quoque vtitur erga Chriſtũ loquendi libertate,vt multis locis videre eſt.Ita & hic quum putaret hoc quod audiebat,Chriſto,vt Filio Dei,fore dedecori, poſſéque vitari:crederétque Chriſtum impotẽti quodam zelo ardere ac ferri aduerſus improbitatẽ Seniorũ,Sacerdotũ,ac Scribarũ Ieroſolymitanorũ, vnde futurũ ſciret vt per illos affligeretur imò & occideretur,redemptionis myſteriũ ignorans,crucis neceſſitatem,Patris volũtatem,aduentus Chriſti rationem: propterea Chriſtum apprehenſum, aut etiam ſeorſum abductũ increpat,& cœpto auocare conatur. Præpoſtero zelo affectus, non cogitat quid faciat. conatur impedire Chriſtum ne nns ſua morte redimat. in ſpeciem bonus erat zelns: qui tamen ſi exauditus fuiſſet,periiſſemus omnes.Non dubium qnin pins fuerit Petri affectus,ſi ex ratione noſtra iudicemus,qui ex deuotione proficiſcebatur.Hinc colligamns qnid noſtræ bonæ intentiones valeant:neque audeamus,freti ſenſu carnis noſtræ,Deo offerre quod pulchrũ nobis videtur: ſed rectum ſolum iudicemns quod ille probat. Propitius tibi ſis] Tantũ eſt Græcè,Propitius tibi:vt ſubaudias eſto,vel ſis. atque ipſa verbi omiſſio facit ad affectũ Petri,vehemẽter quod dictũ erat abominãtis. Eſt enim ſermo abominãtis,vel prohibẽtis potius, peculiaris Hebræis,Gen.18.c.25,Abrahã dicit Deo,Abſit à te vt rẽ hanc facias,&occidas iuſtũ cũ impio.Et 44.b.7, Abſit à ſeruis tuis vt faciãt ſecundũ verbũ hoc.Hebræa vox HALILA, prohibitionẽ ſignificat. quaſi dicas, Prohibitio tibi ſit.Id genus loqnẽdi perinde eſt acſi dicas,Non eſt fas tibi.In Propitius tibi, fortaſſe melius ſubaudiretur,ſit tibi Deus·quàm, ſis.

Atille conuersus dixit Petro, 'Abi post me sa 23
tana, 'obstaculo es mihi: quia nō sapis ea quæ sunt
Dei, sed ea quæ sunt hominum.

Qui conuersus dixit Petro, Vade post me satana, scandalum es mihi: quia nō sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.

Har.2.33 |'Tunc Iesus dixit discipulis suis, Siquis vult 24
Sup.10.d 18. mar. 8.d.34. luc.9.c.23, & 14.f.27. 'post me venire, 'abneget semetipsum,

Tunc Iesus dixit discipulis suis, Siquis vult post me venire, abneget semetipsū,

ANNOT.

23 Abi post me satana,] De hac voce satan, dictum est suprà cap.4.a.1. Hoc dicendi genere voluit Christus abigere Petrum, qui impedire eum volebat ne Patri suo obediret. q.d. Facesse cum tuo consilio: mihi prius nihil esse debet quàm iussa Patris facere, quālibet durū sit carni ea capessere: tu qui donatus ampliore Patris cognitione, mihi adiutor & consors esse deberes vt mandatum Patris perficerem, dehortaris me ab eo, idque non leuiter, sed increpando etiam: apage cum ista tua sapientia, satanam te mihi exhibes, aduersarium planè & cōsultorē pessimū. Marcus habet (cap.8.d.33) Qui conuersus & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicēs, Vade, &c. Ad reliquos igitur discipulos hoc dicit Christus: sciebat enī & illos eius esse animi. Proinde in aliorū documentū, Petrū durius increpat, sed & nostra etiam causa. Nam fures, adulteros, & similes pudebit excusare suam turpitudinē: bona verò intentio ab omnibus pertinaciter defenditur. Propterea Dominus plus acerbitatis in coercēdo prauo Petri zelo adhibet, quàm si aliud scelus admisisset. Libidines nostræ sunt velut furiosæ bestiæ: nulla verò furiosa magis, quàm carnis ratio, quæ coerceri nō potest nisi velut claustris ferreis. Obstaculo es mihi, quia non sap.] Græcam vocē Scandalum, Latinè expressit interpres. Vno verbo docet quàm abominari debeamus quicquid nos auertit à Dei obediētia. nec dubium est quin satan hominibus tanquam instrumentis vtatur, quum nos reuocant ab officio in Deum. Christū à proposito impedire non poterat Petrus: verùm à Christo exemplum hîc nobis datum est, vt nihil minus feramus quàm eam amicitiam, quantunuis blandā, quæ nos ab obedientia diuinæ voluntatis auocat, iubétque vt nobisipsis parcentes, non quæ Dei, sed quæ hominum sunt, sapiamus. nam alioqui caro nostra eò inclinat vt neglecta volūtate Dei, nobisipsis parcamus. Si enim Christus hanc Petri amicitiam (cui non adeo periculosa erat) tam acriter retudit, quid nobis faciendum, qui facile seducimur? Notandum autem humana sapere, esse Deo aduersari, atque satanā agere: simul his verbis, quicquid à nobis proficiscitur, damnari. Hinc Paulus, Rom.8.a 6, Prudentia, siue sensus carnis, mors, & inimicitia est aduersus Deum. Quid ergo nobis arrogabimus? vbi liberum arbitrium? vbi iudicium rationis? vbi verò Ecclesia in Petrum hominem ædificata, qui nunc satanas est? Quidā distinguunt inter hunc locum & illum suprà positum cap.4. in quo dicitur, Abi satana, tanquam hîc Petro diceret Christus, Tuum est me sequi. sed hoc est philosophari. sententia quidem bona, at non est loci expositio. nam vtroque loco voluit Dominus abigere eos qui volebāt eum impedire quominus obediret Deo patri. Imitatur autem gestum eorum qui aliquid quod ingratum est suggerentem auersantur, atque à se repellunt.

24 Tunc Iesus dixit discip.] Marcus habet, Quum conuocasset turbam vnà cum discipulis suis. Lucas verò, Dicebat autem ad omnes. Testatur ergo primùm hîc Dominus nō solum iam discipulis, sed simul omnibus, postquam Petrus non solùm ipse ita à cruce abhorreret, sed & ipsum ab illa auocare fuisset annisus, oportere eum qui voluerit se sequi, & post se venire, atque eius discipulus esse (quæ tria idē significāt) abnegare semetipsum. Est igitur doctrina hæc, piorum omnium communis, velut Christianorum alphabetum. Similis ferè est suprà, 10.d.38, sententia, sed hîc alia occasio. Post me venire,] Marcus habet, Me sequi. hoc est, siquis vult discipulus meus esse, vt est Luc.14.e.26. discipulorū enim est vt sequantur præceptores suos. Abneget semetipsum,] Abnegare seipsum, est voluntatem suam, affectúsque proprios exuere, & alterius voluntati ac potestati se tradere, eique viuere cuius voluntati nos addixerimus. Non quæro (ait Christus Ioh.5.e.30) volūtatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et Luc.22.e.42, Pater, non mea voluntas, sed tua fiat. Abnegatio hæc, est ingressus quidam scholæ Christi: quæ non tantùm in hoc consistit vt commendemus nos Deo, neque nimium soliciti simus de nobis: sed hoc etiam requirit, vt stulti simus mundo, & desinamus nobis sapere: Siquis (inquit Paulus 1.Cor.3.d.18) videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sciamus igitur nos nihil esse, sed Deum omnia in nobis. Ad hanc sui abnegationem pertinet quod habet Lucas cap.14.e.26, Siquis venit ad me, nec o-

dit patrem ac matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, præterea & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et paulo poſt, g.33, Sic omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vide ſuprà, 10.d.37.

& tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autẽ perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Quid enim prodeſt homini, ſi mundũ vniuerſũ lucretur, animæ verò ſuæ detrimentũ patiatur? aut quam dabit homo commutationẽ pro anima ſua?

Filius enim hominis vẽturus eſt

'& tollat crucem ſuam, & 'ſequatur me.

25 |'Qui enim voluerit animam ſuam ſeruare, Mar.8.d.35. luc.9.c.24, 17.g.33. ſuprà 10.d.39 iohã.12.d 25
perdet eam: rurſus, qui perdiderit animam ſuam
mea cauſa, inueniet eam.

26 'Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundũ
lucratus fuerit, 'animæ verò ſuæ iacturam fecerit?
aut quid dabit homo, 'cuius permutatione redimat animam ſuam?

27 'Futurum eſt enim vt Filius hominis veniat

ANNOT.

Et tollat crucem ſuam,] Crucis dictio hic metaphorice ſumitur pro quauis afflictione, maxime extrema. Nã ad imitationem ſuæ crucis, quam grauiſſimã laturus erat, omnémque afflictionum tolerantiam abſoluturus, hac voce crucis vtitur Chriſtus: oſtendẽs non ſolũ leues quaſdam afflictiones, ſed & planè extremas diſcipulis ſuis eſſe ferendas. De hac vide ſuprà, cap.10.d.38. Etiã inuitis crux ferenda eſt, ſed eam ſpõte non ferũt. Exempli gratia, Ferox equus ſeſſorẽ non patitur libẽter, imò excutit ſi poteſt, ferociæ ſigna omnia oſtendit: domatur tamen. manſuetior equus ſeſſorẽ fert lubẽter, quocũque ſignũ dederit ſeſſor, ſeſe flectit, patitur ſe domari. Idem de piis & impiis. quum Deus impios exercet, quantũ poſſunt reſiſtunt, ſed nihil proficiunt. Pii contrà, humeros Deo offerunt, patiuntúrque ſe regi. qua obediẽtia glorificatur in illis Chriſtus. Crucem quidem natura reiicimus: verùm quum nos Deo ſubiicimus, & cum vera animi humilitate quicquid imponit patimur, crucem ferimus. Lucas addit, quotidie: nequis exiſtimet ſe defunctum hac cruce ferenda, ſi vnam tantùm perpeſſus fuerit: ſed perſiſtendum eſt vſque ad finem, donec curſum conſummauerimus. Opus eſt ergo vt conſtantes ſub cruce ſimus, etiamſi quotidiana ſit. Et hoc eſt quod ſuprà dixit cap. 10.c.22, Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Graue quidem, quotidie premi cruce: verùm ſi vitæ ſequentis æternitatem, & iſtius breuitatem & fugacitatem conſideres, leue erit quod in ſe graue putatur. Sequatur me.] Conſolatio eſt quum dicit, ſequatur me. quis tam ſuperbus vt filium Dei ſequi recuſet? Non debet conqueri diſcipulus, quum magiſter præcedit, & poſtea ſequi iubet. His verbis nihil amplius ſe exigere ſignificat quàm quod præſtiterit: nempe vt eius exemplo patienter feramus crucẽ. ſic & Petrus (epiſtolæ 1.cap.2.d.21) Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquẽs exemplum vt ſequamur veſtigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: qui quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non comminabatur, &c.

25 Qui enim voluerit animam ſ.] Vide annotationem ſuprà cap.10.d.39. Hoc additum ad conſolationem piorum. Finis enim crucis, mors ipſa eſt. Notanda autẽ eſt antitheſis, qua vitam præſentem æternæ opponit.

26 Quid e.prod.hom.] Confirmat ſuperiorem ſententiam, nempe quòd non debeamus hanc vitam ægrè relinquere. quid enim totus mundus præ hominis anima? nam eſt immortalis. Animæ verò ſ.detr.] Hic anima non eſt accipiẽda pro vita tẽporali, vt quidã putant: nam Dominus loquitur de anima, id eſt eſſentia ſpirituali, & vita illa animæ æterna: cui nullũ comparari poteſt pretium. Lucas habet cap.9 c.24, Seipſum autem perdat, aut iacturam ſuiipſius faciat. Cuius permu.red.a.ſ.] Ad verbum, permutationem pro anima ſua? Verbum Græcum ſignificat id quo dato redimitur aliquid, iuxta priſcorum cõmercia, quæ nõ moneta, quemadmodum hodie, ſed mutua rerum permutatione conſtabant. Similitudo à vita corporis, quæ cuique chariſſima eſt, tranſlata ad vitam animi, quam oportet multò eſſe chariorem.

27 Futurum eſt enim, &c.] Hoc referri debet ad illud prius dictum, Perdet eam, & Inueniet eam. Quãdo videlicet Filius hominis iudicaturus redibit, & vnicuique redditurus eſt ſecundum quod geſſit. Tribus autem rationibus Chriſtus omnes qui ſectatores & diſcipuli eius haberi cupiunt, hortatur, vt ſemetipſos abnegantes, & crucem ſuam tollentes, ſequantur ipſum. Quarum prima eſt, quòd is vitam ſuam perdat, qui eam voluerit ſeruare: & ſeruet, qui

perdiderit. Secunda, quòd ipsi, (qui ad tempus mortalis homo in carne apparuit,) omne iudicium sit datum: ideóque rediturus sit in gloria Patris cum angelis suis, vt reddat vnicuique iuxta facta ipsius: negatoribus vtique suis, gehennam: confessoribus, regnum Patris. Nam vt Marcus cap.8.d.38, & Lucas cap.9.d.26, memorant, hic & illud quod suprà cap.10.c.32, discipulis dixerat, repetiit, Quicunque puduerit mei ac meorum sermonum in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & Filiū hominisquum venerit in gloria Patrissui cum angelis sanctis. Hinc ab ipso audient, Amen dico vobis, nescio vos: discedite à me operarii iniquitatis. Tum illi iuxta facta sua, id est vitā & institutum suum, recipient. Quid iam durum possit esse adeò vt non faciendum & ferēdum sit potius, quàm vt quis hunc omnium iudicem offendat, audiátque demum ab eo vt à se discedat in gehennam? Præstat ergo abnegare semetipsum, &c. Tertia ratio (quæ mirificam in se consolationem habet) est, quòd dicit, breui se potenter regnaturum, idque ex præsentibus aliquot visuros. Quis iam non optet eū consectari, eiúsque gratia & abnegare semetipsum, & crucem suam tollere, quem sciat breui diuina cum virtute regnaturum gloriosissimè, ac se cum ipso regnaturum? Etenim quicunque compassus fuerit, etiam cum ipso regnabit, 2.Tim.2.b.11.

Psal.61.13. rom.2.a.6. 'in gloria Patris sui cum angelis suis: & 'tunc red det vnicuique iuxta facta ipsius.

in gloria Patris sui cum angelis suis: & tū: reddet vnicuique secundū opera eius.

ANNOT.

In glo.Pa.cum ange.] Hæc ad exaggerationem faciunt, nequis forte putet huius iudicis vires exiliores esse (propter imbecillitatem humanam assumptā,) quàm quæ toti orbi & tyrannorum incredulitati domandæ sufficiant. Simul ad terrorem faciunt illorum qui sibi placent in suo vitio, qui faciem illius ferre non poterunt. Quanquam enim humanam naturā assumpserit Dominus, manet tamē immutatus in æterna Patris gloria, nihil ei de diuina vel substantia vel gloria decedit. eiusdem enim est cum Patre maiestatis, substantiæ, ac gloriæ. nā geminæ est naturæ, non mistæ. Seruiunt ipsi angeli omnes, ministri videlicet Dei, in hoc conditi vt faciant verbum ipsius. Quorum quanta sit à Deo vis, & potentia, ex eo manifestū quòd vnus angelus potētissima Assyriorū castra fudit vna nocte, cæsis centenis & octogintaquinque millibus. 2.Reg.19.g.35. Quòd si vnus hoc potuit, quid non subuersuros atque domituros credas vbi omnes coniūctis copiis ac viribus cū Domino venerint in iudiciū? quid tunc illi qui putāt egregie se satisfecisse si eorā paucis hominibus Christū vtcúque confessi fuerint, crucē excusantes quòd palam nō audeāt, quum coram tot angelis dānabuntur? Tunc red.v.iux. fa.i.] Celeberrima in Scripturis sententia, quā peruertunt qui probare conātur nos nostris operibus iustificari, quòd scilicet secundum ea iudicemur. quum hic non loquatur Christus de causa salutis. Non animaduertunt scilicet arborem iudicari secundum fructus, non tamen à fructibus esse vt huiusmodi arbor sit, sed ab arbore vt eiusmodi fructus sint. Visis ficubus, arbor ea ficus esse iudicatur quidē, at non à ficubus vt ficus esset accepit: verùm quū ipsa arbor ficus esset, fructus hos peperit. Ita in ōnibus rebus opus de operāte iudicat: operantē autē nō efficit, sed ab operante efficitur. Ad hunc modū bona opera bonū hominē & Dei filiū esse iudicāt, nō efficiūt. Non iustificāt igitur opera, id est Deo gratū reddūt: quæ nihil nisi peccata esse possunt, dānantia te, si prius facta fuerint quàm per Spiritū sanctum purificatus & renatus fueris: propterea quòd mala arbor nequeat fructus bonos facere. Dominus autē iudicium suum describens, more humano dicit illud fieri secundū cuiusque opera: sic scilicet vt nos iudicare solemus. Neque ideo dicit, vnicuique secundū opera sua reddendū esse, quòd velit causam salutis nostræ præcipuā facere nostra opera. Nam vt ipse nobis vitā æternā donet, prima causa est eius vltronea beneuolētia. Eius enī volūtas prima causa est omniū. Proxima, meritū Christi. nā mortuus est pro salute mūdi: sed hoc ipsum, beneuolentiæ diuinæ gratuitū donum est. Tertia, fides, qua hanc Dei beneuolentiā & Christi meritū amplectimur & percipimus. nam qui credit, habet vitā æternam. Sed hæc ipsa quoque fides, opus & donū est in nobis propitii iam Dei propter meritum Christi. Porro & bona opera causæ nomē habere possunt (licet im propriè) quia iuxta opera cuique repēditur: sed hæc ipsa quoque sunt dona beneuolētiæ Dei, effectus meriti Christi, & fructus fidei. Nil enī apud Deū bonū opus haberi potest quod nō sit factū amore & studio Dei: amor autē & studiū Dei nō est nisi credētis Deo. Credere verò Deo nemo potest nō afflatus Spiritu filiorū Dei. Hūc iā Deus iis solis donat quos habet propter meritū Filii sui inter suos, quibus peccata remisit. Hoc autē iis demum facit, & donat Filiū suū, quos ad id delegit ante conditū mundū. Omnes igitur salutis nostræ partes donū sunt & opus vltroneæ & gratuitæ beneuolentiæ Dei. Notandū autem, Christum non dixisse, Red-

det secũdum fidem, quæ latet, & quam quisque, quanuis impius, contẽdat se habere, propterea saluari debere: sed secundum opera, quæ obscura & tecta esse non possunt, imò quæ ab omnium conscientiis redarguuntur: vt nihil possint infideles & impii de Christo iudice conqueri, quos cõdemnat ipsorũ conscientia. De hoc Christi extremo iudicio sic Paulus, (2. Corinth.5.b.10) Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonũ, siue malum. Et Rom.2.a.5, Thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuique secundũ opera sua: his quidem qui perseuerantes in benefaciendo, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, vitam æternam: his verò qui sunt contentiosi, & qui veritati quidẽ non obtemperant, sed obtẽperant iniustitiæ, ventura est indignatio, &c.

Amẽ dico vobis, sunt qui dam de hic stantibus qui nõ gustabunt mortẽ, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

28 Amen dico vobis, sunt quidã hîc stantes qui non gustabunt mortem, donec viderint Filiũ hominis venientem in regno suo. Mar.9.a.1. luc.9.d.27.

ANNOT.

28 Amẽ dico v.] Vide expositionẽ suprà cap.5.c.18. Sunt quidam hîc stantes,] Hæc verba Christi omnino necesse est ad præmissã adhortationẽ aliquo pacto facere. Meminit autẽ maiestatis suæ futuræ, cum qua venturus est ad iudicandum, reddendúmque vnicuique secũdum ipsius facta. Atque hinc est quod quidam ista exposuerũt de extremo iudicio, intelligẽtes Iohannẽ Euãgelistã hîc significari à Christo, quòd ille non fuerit moriturus vsque ad diẽ iudicii. Verùm Iohannis vltimo capite, d.21, Euangelista ipse ostẽdit hanc opinionem de se, non esse veram. Doctioribus intelligẽdum esse videtur de maiestate regni Christi, & ingẽti virtute qua se per orbem à resurrectione circũquaque manifestaturus erat per Euãgelii prædicationem & portenta innumera, signáque sermonem sequẽtia & confirmantia: denique per extirpationem errorum regni satanæ, & conuersionem Gentium ad fidem Christi. Vt, Christum videre venĩetem in regno suo, nihil aliud sit, quàm quod & Marcus & Lucas habẽt, Videre regnum Dei, id est gloriam & profectum regni Dei. Marcus nominatim habet, Donec viderint regnum Dei venisse cum virtute. Venerat iam antea regnum Dei: vnde & prædicare iusserat suprà cap.10.a.7, appropinquasse regnum cælorum. Et cap.12.c.28, ipse dicebat ad Pharisæos, Si ego in Spiritu Dei eiicio dæmonia, igitur peruenit in vos regnum Dei. Sed quia tanta claritate nondũ illustratum erat, quanta post ascensionem in toto orbe illustrandũ erat: rectè dicit, Donec viderint venisse regnum Dei. Et huc facit quòd ipsi tres præterito tẽpore vsi sint, dicentes, Donec viderint. Est itaque emphasis huius loci non in verbo veniendi, sed videndi. De hoc regno sic Paulus Coloss.1.a.6, vbi de Euangelio scribit, Quod peruenit ad vos, quemadmodũ & in toto orbe fructificat. Sed fusius Rom.15.d.17, Habeo igitur (inquit) quod glorier per Christum Iesum in his quæ ad Deum pertinent. Non enim ausim loqui quicquam eorum quæ non effecit Christus per me in obedientiã Gentium, verbo & facto, per potentiam signorum & prodigiorũ, per potentiam Spiritus Dei, vt ab Ierusalem & circũiacentibus regionibus, vsque ad Illyricum, impleuerim Euangeliũ Christi, &c. Hæc regni Christi magnifica virtus, maxime circa vicesimum annum ab ipsius passione sese exeruit: ad quod vsque tempus indubiè multi ex iis, quibus præsentem sermonẽ Dominus habuit, superstites fuere. Sed quare Christus hoc dicit? Vult vt consolationis aliquid habeant tempore afflictionis & crucis, ex eo quòd breui futura erat declaratio virtutis Dei. Sic & nos erigimur per Spiritũ sanctũ, quoties audimus, Dominus prope est, & non tardat. Philipp.4.a.5. Heb.10. g.37. Longe abest aduentus Christi: sed nónne interea declarat nobis potẽtiã suam? Quidam hunc locum intelligunt de transfiguratione Christi, quæ sequenti capite narratur, scribentes hoc modo, Dixerat se in gloria Patris venturum Dominus: eius ergo gloriæ specimen aliquod suis exhibet. Protulerat amara quædã carni, mortificationis ac crucis ferendæ doctrinam: & nequis deficeret, promiserat obsequentibus gloriam: futuræ itaque gloriæ spectaculum aliquod omnibus Sanctis paratæ statuit ob oculos. Præterea non semel asseruerat se esse Messiã benedicti Dei filium: iam ergo euidẽtissima demonstratione quod dixerat ostendit. Et in præsenti quidem, rem maximã per iuramentum (nã Amen, iurantis confirmantísque particula, qua vtitur Dominus quum significat id certũ & planè indubitatum esse quod dicit) promittit, esse in cœtu discipulorum certos aliquos quibus suã gloriam etiam in terris ostendere velit, quatenus scilicet mortales oculi percipere possunt. Gustare autem mortẽ, idiotismo Linguæ sanctæ, nil aliud significat quàm mori. Præterea, Venĩetẽ in regno suo, dixit, pro eo quod est, Videbũt me eo habitu & tali gloria quali vsurus sum in regno meo, & cum quali vẽturus sum ad iudiciũ.

ex iſto ſplendore & hac luce, nos videre talem gloriam qualis eſt in cælo: vt nec putare debemus angelos in cælis, albis veſtibus indutos, quòd ſic apparuerint ad ſepulchrum. Vt autẽ regno ſatanæ dantur tenebræ, & condemnationi quoque impiorum exteriores à Chriſto aſſignantur tenebræ, propter horrorem quem patientur: ita regno Dei adſcribitur immenſa lux & ineffabilis ſplendor, propter gloriam ac voluptatem quam habebunt electi. Iuſti, inquit Chriſtus, fulgebunt ſicut ſol in regno Patris mei. Suprà 13.f.43. Maxima igitur ad nos redit vtilitas, ſi intellexerimus quale ſit Domini corpus futurum in gloria, aut quali demum forma venturus ſit in iudiciũ. nam inde colligere licet qualis futura ſit & noſtra gloria, hoc eſt, quomodo ſancti ſint in cælis glorificandi, maxime in fine ſeculi, vbi corpora noſtra reſurrexerint. Communicat enim caput gloriam ſuam cum membris, id eſt, Chriſtus cum omnibus fidelibus, vt Paulus docuit, 1.Corin.15.c.20. Et ipſe Chriſtus ad Patrem ſic dicit, Iohan.17.d.24, Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant gloriam meam quam dediſti mihi. Videbimus ergo Deum in gloria, ſicuti eſt, in quo erit ſatietas gaudiorũ omnium, & bonum quoddam ineffabile: conformes reddemur Chriſto per omnia. nam ſcriptum eſt, (1.Ioh.3.a.2,) Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, & nondũ apparuit quod futuri ſumus. Scimus autẽ quòd ſi apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et iterũ Philip. 3.d.20, Noſtra conuerſatio in cælis eſt, ex quo & ſeruatorem expectamus Dominũ Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit corpus noſtrum humile, vt conforme reddat corpori ſuo glorioſo.

tem eius facta ſunt alba ſicut nix. | ſunt candida ſicut lumen.

Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. | 3 Et ecce conſpecti ſunt illis Moſes & Elias cum illo colloquentes.

Reſpondẽs autem Petrus dixit ad Ieſum, | 4 Reſpondens autem Petrus dixit Ieſu,

ANNOT.

Sicut lumen] Legimus in quodã Græco exemplari, ſicut nix, vt & apud Marcũ, qui additis pauculis ſic ſcribit, Candida valde ſicut nix, quã cãdida fullo ſuper terrã non poteſt facere.

3 Conſpecti ſunt eum illis Moſes, &c.] Abſque dubio ad declarationẽ regni Chriſti faciebat hæc apparitio & colloquium Moſis & Eliæ. Nam in Moſe, Lex: in Elia, Prophetæ repræſentantur: innuebatúrque tum Chriſtum eſſe finẽ Legis ac Prophetarũ: & quæ Chriſto euentura erant, fuiſſe prædicta iam antea per Legẽ & Prophetas. Itaque colloquium Moſis & Eliæ cum Chriſto, eſt conſenſus Legis & Prophetarũ cum Chriſto. Inter Prophetas præcipue nominatur Elias, quòd cultũ Dei & Legẽ reſtituerit, quæ collapſa erãt. vnde hic õnes Prophetas repræſentat. Oportebat autem Apoſtolos confirmari non eſſe nouam religionẽ quã Chriſtus eis prædicabat, ſed teſtatam in Lege & Prophetis. niſi enim confirmati fuiſſent diſcipuli de hac re, atque illis teſtatum fuiſſet, Chriſtum non docere quicquam diuerſum à Lege & Prophetis, ſemper hæſitaſſent, nec potuiſſent conſtãti animo prædicare Euangelium. Habemus ergo hic inſigne ſigillum noſtræ fidei, quum ſcimus doctrinam Chriſti non eſſe nuper natam. Quærũt nonnulli vnde venerint Moſes & Elias, qui ante Chriſti aduentũ non ſunt ſurrecturi, nã Chriſtus primitiæ dormientiũ, 1.Corin.15.c.20. Verùm quemadmodũ Dominus olim vſus fuerat illis miniſtris, ita & animas & corpora ipſorũ habuit in poteſtate, quibus vti poterat ad confirmationem Euangelii. Quòd ſi quis aſſerat viſionem fuiſſe, nolumus contendere: verba tamẽ Euangeliſtæ ſonant fuiſſe verã apparitionem. Cum illo colloq.] Lucas ſcribit qua de re cum Chriſto colloquuti ſint, his verbis, Qui viſi in gloria, dicebant exceſſum eius quem cõpleturus erat Ieroſolymis. Mortem Chriſti vocat exceſſum vel egreſſum, aut exitum, videlicet ex hoc mũdo. ſic Iohan.13.a.1, vocatur tranſitus ex hoc mũdo ad Patrem. Verbum cõplendi, ad Prophetias & veritatẽ Dei pertinet: vt quod Deus promiſit per Prophetas de iſto exceſſu filii, adimpleretur. De cruce igitur ac reſurrectione colloquebãtur. Colloquiũ ſanè iſtud eò pertinebat, vt intelligeretur ita diuinitus inſtitutum, vt Ieroſolymis occideretur ac reſurgeret Chriſtus, ídque à Lege & Prophetis prædictum. Offendebantur autem diſcipuli quum iſta audiebant à Chriſto: proinde neceſſariũ erat vt probè inſtruerẽtur, vt iam paulo antè dictũ eſt. Vnde & Chriſtus, Luc.24.d.27, poſt reſurrectionẽ illis Legẽ ac Prophetas exponit, docens ita oportuiſſe pati Chriſtum, &c.

4 Reſpondens autem Pe.] Abutitur & hoc loco Euangeliſta verbo reſpondendi, more Hebræorum, quum nihil præceſſerit ad quod reſpondeat. Lucas iſta plenius commemorat, his verbis, Petrus autem & qui cum illo erant, grauati erant ſomno. Experrecti autem viderunt maieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum illo. In quem locum ſic Chryſoſtomus, Som-

num, ait, hic vocauit magnam resolutionem virium quæ ab illa visione facta fuit. Nam oculi ipsorum ex nimio fulgore veluti obtenebrabātur. splendoris ergo excellentia imbecillitatem oculorum aggrauabat. Cæterùm quod nūc imperfectionis est ex carnis imbecillitate, id sublata per mortem carne, & glorificata ipsa per resurrectionem, in vniuersum auferetur. Hæc Chrysostomus. Ecce, hi tres, qui erāt inter Apostolos præcipui, dormiunt orante Christo: idē & in horto, vbi capiendus erat Christus, fecerūt. hæc est ipsorum infirmitas, & tamen ab ipso non abiiciuntur, sed tolerantur, donec paulatim eos refingat, vt perfectiores euadant. Quo exemplo discere nos oportet tolerare infirmos, non statim abiicere. Lucas præterea addit, Et factum est quum discederent ab illo, ait Petrus Iesu, Domine, bonum est nos, &c. Quid dicat Petrus nescit: neque enim spectat huius visionis finem: qui sanè erat, vt in posterum confirmarentur illorum animi. Hoc pacto sæpe non agnoscimus in quem finem Dominus suam potentiam nobis declaret: verùm ignorantiam & infirmitatem nostram corrigit: successúque tēporis docet, (vt & Petrū,) quid ipse voluerit. Quòd nesciret Petrus quid diceret, indicat Lucas, quū ait, Nesciēs quid diceret. sed & Marcus, dicens, Nō enim nouerat quid loquendum esset: erant enim expauefacti. Quæ posteriora verba nos docent, præcedentia non esse interpretanda de crassa illa (vt vocant) ignorantia. nam præ gaudiorum immensitate quid diceret nesciebat: velutíque ecstasi captus, & ad gloriam seruatoris immensam obstupefactus hærebat. Ita verò apud Lucam cap.5.b.9, de eodem Petro legis, Stupor circundederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captura piscium. Vnde etiam monstratæ sunt vitæ futuræ incomparabiles deliciæ. omnium enim oblitus, hic habitare optabat. Certè vbi fideles ad ipsum Deum, & cum cœtu sanctorū, in eius recepti fuerint gloriam, tantum erit beatis gaudiū, vt nihil amplius velint vel possint desiderare. Id quod Dauid quoque intelligēs, dicit, Psal.16.11, Notā mihi facies semitā vitæ: satietas gaudiorū cū vultu tuo est, & iucūditates in dextera tua in perpetuū.

Domine, bonum est nos hîc esse: si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.

Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnū, & Eliæ vnum.

a. Pet.2.d.17. supra 3.d.17.

5 ‖Adhuc eo loquente, ecce 'nubes lucida 'obum-
brauit illos: & ecce 'vox è nube, quæ dicebat,

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicēs,

ANNOT.

5 Nubes lucida] Quum præsentiæ suæ signum demonstrare vult Dominus, nubem opponit, vt nos ad humilitatē erudiat, ne temere in arcana irrumpamus, quæ sensu nostro adhuc attingere non possumus: ne nimium sapiamus, sed ad sobrietatem. quod sanè facere non possumus, nisi Deus iniectis frænis proteruiam nostram cohibeat. Humani ingenii imbecillitas, Dei gloriam ferre non potest: nubes igitur velut tegumentum est inter ipsum & nos, quo proteruiam nobis ingenitam cohibet. nam sumus audaces nimium & curiosi. Mentis nostræ imbecillitatem agnoscamus: neque curiositati nostræ indulgeamus, quum ipsum ipsiúsque opera inquirimus: lucē enim habitat inaccessibilē, 1.Timoth.6.d.16. Si homines intellexissent quid significabat nubes, & in quem vsum edita, saltem libido illa repræsentādi Dei imaginibus & statuis, cohibita fuisset. quum enim sit inuisibilis, qua audacia audent ipsum proponere & repræsentare vt visibilem? Nubes ista (vt dictum est) diuinæ præsentiæ & gratiæ typum habebat, oculis discipulorū obiectū. Nam ita consueuerat Deus præsentiā suā ostendere in populo suo sub Mose, Aarone, &c. in tabernaculo potissimū: item & in egressu Israelis ex AEgypto. Hinc Dauid Deo ascribit quòd nubem ponat currum suū. Et Christus in nube cælos ascēdit, Act.1.b.9. Et rursus in nube veniet, infrà 24.c.30. Et nos rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, 1.Thess.4.d.17. Obumbrauit illos.] Ad mitigandum scilicet nimium illū transfigurati Christi splendorem, quem discipuli ferre non valebant. præterea ad declarandam beneficentiam Dei, quòd ipse illos contemplari tueríque vellet. Nam ista obumbratio Dei, symbolum habet diuinæ protectionis & acceptationis, vt videre est Psal.91.4, Alis suis obumbrabit tibi, &c. Vox è nube,] Deut.4.b.12 scribitur, Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Admonitio est non tantùm ad illius temporis homines pertinens, sed & ad nosipsos. sumus enim carnales, & animis nostris Deum carnalē concipimus. Hic etiā vox auditur, nulla autem loquentis species apparet. Sola fides est quæ potest ad illam lucem inaccessam penetrare: inaccessam quidem sensui carnis, non autem fidei, quæ non quærit Deū carnalem, verùm ad illum quærendum dirigitur verbo. Vox certa est: quam qui audiūt, a Spi

ritu testimonium habent quòd Deus loquatur. quod certè testimonium pluris est illis, quàm omnes carnis ratiocinationes. Vox è nube emittitur, vt credant ab ipso Deo venire. Mutum non est spectaculum nobis, adiicitur verbum Dei. Ita & suprà cap.3.d.17, non contentus Pater cælum aperuisse, ínque columbæ specie Spiritum sanctum demisisse super Christum, & verbum suum adiecit, quo quid ista significarent, exponeret. non enim vult vt nostro iudicio de huiusmodi ostentis sentiamus ac loquamur, sed vt ex ipsius verbo simus omnium certissimi. Proinde attendendum nobis est quid adiectum verbum Dei nobis proponat, non quid ratio nostra dictet. Et hoc etiam in sacramẽtis Ecclesiæ, Baptismate & Cœna Domini, faciendũ est.

Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite.

'Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est: ipsum audite.

Et audientes discipuli, ceciderũt in faciem suam, & timuerunt valde.

6 Et quum hæc audissent discipuli, 'prociderunt in faciem suam, & territi sunt vehementer.

ANNOT.

Hic est filius meus dilectus,] Vox hæc videtur quodammodo votum Petri correxisse, acsi dixisset, Quid dolet vobis discedere Mosen & Eliam? omnia in hoc magistro vestro, vnico filio meo, in quo solo per omnia mihi complacitum est, habetis, ipsum modò audite: & nihil erit quod vel Moses, vel Elias, aut alii Prophetæ, quicunque illi sint, docere possint, quod non multo clarius & plenius ab ipso (si modò adsit fides) percipere vobis liceat. Vide annotata suprà cap.3.d.17. Hic additur, Ipsum audite. Solus est filius, propter quem adoptamur in filios, & cohæredes efficimur: solus dilectus, propter quem diligimur, & per quem placatus est Pater, & bene cupit mortalibus. Ephes.1.a.5, Qui prædestinauit nos vt adoptaret in filios per Iesum Christum in sese, iuxta beneplacitũ voluntatis suæ, vt laudetur gloria gratiæ suæ, qua charos reddidit nos per illum dilectum: per quem habemus redemptionem, per sanguinem ipsius, remissionẽ peccatorũ. Hæc postrema pars declarat quid sit, In quo mihi bene complacitum est. Placet enim sibi in nobis, postquam peccata dimisit per illũ filium suum dilectum, gratique sumus illi, & ab illo diligimur. Quũ ait, Ipsũ audite: emphasis est in pronomine demonstratiuo. q. d. nolo vt à quoquam pendeatis, siue is Moses sit, siue Elias: hunc volo vt audiatis: hic est vnus omnium præceptor ac magister: siquis me volet audire, hunc audiat. Non temere sanè Filium singulari prærogatiua nobis doctorem Pater ordinauit, ipsum, non hominum quempiam, præcipiens audiri. Paucis quidem verbis eius nobis magisterium commendauit, quum dixit, Ipsum audite: sed quibus inest plus quiddã ponderis ac energiæ, quàm vulgò existimetur. Perinde nanque est acsi ab omnibus hominum doctrinis abductos, huic vni nos sisteret, ab vno omnẽ salutis doctrinam petere iuberet: ab vno pendere, in vno hærere: denique (quod verba sonant) vnius voci auscultare. Et sanè quid iam ab homine aut expectari, aut expeti debeat, vbi Verbum ipsum vitæ familiariter se nobis ac coràm explicauit? Quin omnium hominũ ora esse clausa conuenit, postquam semel locutus est ille, in quo cælestis Pater omnes scientiæ & sapientiæ thesauros voluit esse absconditos, Coloss.2.a.3. & sic quidem locutus est, vt & Dei sapientiam, & Messiam decebat, hoc est, vt post se nihil aliis dicendum reliquerit. Infrà cap.23.a.8 & 10, de seipso sic dicit, Nec vocemini magistri: vnus enim est magister vester, Christus. His verbis excludit cæteros omnes. quisquis igitur magisterium sibi sumit, authoritati Christi derogat. Nunc verò quum Christus non sit nobiscum, apostolos & pastores audire debemus. Non quòd Christi authoritas minuatur, quum illis docendi datur authoritas. nam ita ordinantur pastores vt Ecclesiam regant Christi nomine, ita tamen vt Christus sit vnicus pastor. Audiendus est, non quòd descẽdat è cælo, sed audiẽdus in verbo suo per ministros suos. Iubemur enĩ probare an spiritus ex Deo sint, 1.Iohan.4.a.1. hoc autem fiet ex verbo Domini: hoc modo semper solũ Christũ audiemus. Ab initio ergo fuit & futurus est vsque ad finẽ mundi Christus vnicus magister, solus audiendus, si Deo patri parere volumus. Fatemur quidem omnes Christum esse filium Dei, esse Dominum nostrum & saluatorem, esse sponsum Ecclesiæ: verùm vbi audiendus est Christus solus, ibi non omnes hanc gloriã dant Christo vt audiatur solus, próque vnico præceptore habeatur. Obiiciũt illud Luc.10.c.16, Qui vos audit, me audit. Quod ad Apostolos Euangelii Dei ministros & præcones dictum est. Ostendant primùm se esse ministros Christi, afferentes Euangelium, tum illud in ipsos quadrabit. Sinant nos audire vocem Christi, & tum demum in eis rectè Christum audiemus.

6 Prociderũt in fa.s.& terr.s.veh.] Hic admonemur qualis sit infirmitas naturæ nostræ,

nam vbi loquitur cum efficacia Deus, necesse est vt redigamur in nihilum. Terribilis est carni vox Dei.quomodo enim non terribile esset homini mortali ac terreno vocẽ audire è cælis immortalis &omnipotentis Dei ,immensa maiestate refertã? Et hoc est quod Israelitæ dicebãt ad Mosen,Exod.20.c.18,& Deut.5.d.26,Si audierimus vltrà vocẽ Domini Dei nostri,moriemur. Quid est õnis caro,&c.Deponẽdũ igitur quod carnale est in nobis,vt cõtingat quod est spirituale,1.Cor.15.f.46:vt in plenũ Dei consortiũ peruenire possimus.Hac ratione loquutus est nobis Deus per Filiũ & Apostolos , & per alios ministros quotidie loquitur,Heb.1.a.1.

B Et accedens Iesus 'tetigit illos, dixítque, Surgi- 7
te,& ne timeatis.

Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis, Surgite,& nolite timere.

Vbi verò sustulissẽt oculos suos , 'neminem vi- 8
debant,nisi Iesum solum.

Leuãtes autẽ oculos suos, neminem viderunt,nisi solũ Iesum.

Et quum descenderẽt de mõte,præcepit illis Ie- 9
sus,dicens,'Necui dixeritis visionem, donec Fili-
us hominis à mortuis resurgat.

Et descendẽtibus illis de mõte, præcepit Iesus, dicẽs, Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

Mar.9.b.11. |Et interrogauerũt eum discipuli sui, dicentes, 10
Malac.4.b.5. supràn.b.14. |'Cur igitur Scribæ dicunt quòd Eliã oporteat ve-
nire prius?

Et interrogauerunt eum discipuli,dicentes, Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primũ venire?

ANNOT.

7 Tetigit illos,&c.] Vt conspectus & vox Dei nos deiicit,ita vox Christi nos erigit:sic enim apparet cum maiestate Dei, vt interea fungatur officio suo, quo perterritos solatur, omnémque illis metũ eximit,prostratos apprehendit & erigit. Ne timeatis,inquit. Quare? Quia vox hæc,erat non irati, sed placati ac beneuoli Dei. Ita Christus agit interpretẽ animi paterni,solatúrque mentes mortalium perterritas. quod valde notandum nobis est.

8 Neminẽ vid. nisi Iesum solũ.] Solus Christus manet . Moses igitur & Elias ad tempus ostenduntur,vt postea solus Christus sit conspicuus: nam finis est Legis & omnium Prophetarum.Hodie legimus Mosen & Prophetas,sed ita vt illic non hæreamus:debent enim nos manuducere ad Christum,cuius aspectus,perpetuus: cætera omnia,tẽporaria. Iam nõ auditur amplius vox Patris,quæ ideo semel loquuta est,vt audiatur semper Filius. Quandiu terremur maiestate Dei, mentes nostræ vagantur, & in hominibus occupãtur. Christum autem solum inspicimus,quum gustum aliquem gratiæ & misericordiæ Dei habemus: qui rogandus est semper ,& euanescet omnis creaturarum respectus.

9 Ne cui dixeritis visionem,&c.] Voluit quidem Christus publicari visionẽ, sed quum esset opportunũ. Præterea,fides non fuisset ipsorum dictis habita, nisi pleniorem gloriæ suæ fidem dedisset:quod in resurrectione fecit. Quũ hoc audimus,agnoscimus,eum tũc quum esset exinanitus,retinuisse suam diuinitatem,sed non manifestasse,quòd alia esset Patris dispensatio .Non vult igitur sepulta esse sua miracula, sed tantùm quum tempus aduenerit,vult esse manifesta. Atque hæc ratio aliis locis qui de simili prohibitione loquuntur,accommodabitur. Post hæc Marcus & Lucas addunt, Et ipsi tacuerunt, ac verbum hoc continuerunt , inter sese disputantes quid esset , Donec Filius hominis à mortuis surrexerit . Et nemini annuntiauerunt in illis diebus quicquam eorum quæ viderãt. Nequaquam Apostoli quæ suprà cap.16, de morte atque resurrectione sua Dominus dixerat,intellexerant.nihil minus enim expectabant quã ipsũ(quãdoquidẽ esse Christũ credebãt)moriturũ, multò minus è mortuis resurrecturũ.

10 Cur igitur Scribæ,&c.] Ex loco Malachiæ,cap.4.b.5, Scribæ falsò colligebant Eliã ipsum non in spiritu venturum ante aduentum Messiæ. Quoniam verò hoc nondum factum videbant,sumebant inde argumentum, nondum adesse tempus Christi venturi,atque ob eam causam hunc Iesum non esse Christum. Id conabãtur persuadere populo: quod absque dubio intellexerant Apostoli. Quum autẽ certo scirẽt ipsi Apostoli cum ex infinitis miraculis,tum verò ex hac visione,ipsum esse Christũ,& tamen non præcessisse Eliam,sed tantũ conspectum ab illis fuisse cum Mose in monte,interrogãt ipsũ,Cur igitur,&c.ac si dicerent,Ex potentissimis tuis virtutibus,maximè ex visione illa nobis in mõte exhibita,luculẽter videmus,agnoscimus, & confitemur te esse Messiam in Lege ac Prophetis promissum :verùm non videmus, quis te præcesserit Elias .Dic igitur nobis quare Scribæ doceant Eliam venturum & præces-

surū aduentū Messiæ. Hanc vim habet coniūctio ΟΥ͂Ν, quæ hæc præcedētibus cōnectit. Quidam, eadem tamen sententia, existimant Apostolos audita resurrectione cogitasse, fieri verba de gloria Messiæ, quòd scilicet breui homines agnituri essent ipsum Messiam, & amplexuri pro rege. multis enim deliriis Scribarum tunc imbutus erat populus, multísque opinionibus. Dicunt ergo, Quum videamus te esse Messiam, & breui te occupaturum regnum, nec tamen venerit Elias, qui præcessurus erat aduentum tuum: quare falsa hæc à Scribis disseminantur, Eliam esse venturum?

At ille respondēs ait eis, Elias quidem venturus est, & restituet omnia.

11 Iesus autem respondens dixit illis, Elias quidē
'veniet prius, & 'restituet omnia.

Dico autem vobis quia Elias iam venit, & nō cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. sic & Filius hominis passurus est ab eis.

12 Cæterùm dico vobis Eliam iam venisse, & non
agnouerunt eum: sed 'fecerunt in eo quæcunque
voluerūt. sic & Filius hominis passur' est ab illis.

Tunc intellexerunt discipuli quia de Iohāne Baptista dixisset eis.

13 Tunc intellexerunt discipuli quòd de Ioanne
Baptista dixisset ipsis.

Et quum venisset ad turbā accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum,

14 ‖Et quum venissent ad turbam, accessit ad eum Har.2.35. Mar.9.c.14. luc.9.e.37.
homo quidam, flectens genua illi,

Dicēs, Domine miserere filio meo, quia lunaticus est & male patitur: nā sæpe cadit

15 Dicénsque, Domine, 'miserere filii mei, quoniā C
lunaticus est, & miserè affligitur: nam 'sæpe cadit

ANNOT.

11 Veniet prius,] Hoc debet referri ad tēpus prophetiæ. quasi dicat, Malachias non falsò hoc dicit: nam iam venit. completum enim fuit vaticinium in Iohanne Baptista veniente in spiritu & virtute Eliæ. atque ita & angelus, Luc.1.b.17, declarat Zachariæ patri ipsius Iohannis, dicens, Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum, &c. Et suprà, cap.11.b.14. Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus erat. Restituet omnia.] Hoc factū est à Iohāne quando sua prædicatione adduxit populū Iudaicū ad Christum, vt ipsum facturum prænuntiarat angelus patri Zachariæ, Luc.1.b.16, Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.

12 Fecerūt in eo quæc. vol.] Id est, multa passus est: vt ex cōtinuò sequentibus datur intelligi. Sic & Filius hominis passurus est ab illis. Contempserunt Iohannem, & insectati sunt, calumniantes ipsum habere dæmonium. tandē Herodes ipsum decollauit, haud dubiè si non impulsu istorum, illis tamen valde applaudentibus.

15 Miserere filii mei,] Ardens erat patris pro sanitate filii desiderium: quia vnicus erat ei, vt ait Lucas: apud quem pro, Miserere filii mei, legitur, Obsecro te, respice ad filium meum.

Lunaticus est,] Nota lunaticum hîc vocari qui habebat dæmonium mutum & surdum, vt Marcus habet, qui verè lunaticus erat, atque deficiētis lunæ temporibus in furorem potissimùm agebatur, ita vt in ignem & aquas rueret. nam non perpetuò agitatum fuisse, probatur ex Luca, qui ait, Vix discedit ab eo, dilanians eum. Nos hîc inquam audimus non solùm in verbis Patris, sed & Christi, hunc morbum (quem quidam vocant comitialem) dari spiritui malo. non quòd is per se quicquā possit, sed quòd ita permittat Deus propter peccata nostra. Quòd autem ista spiritus vexatio interlunii potissimùm tempore contingit, astum refert satanæ, annotante Origene & Chrysostomo, qui hoc agit, vt creaturas Dei reddat odiosas, quasi sint mali effectrices, & tales vnde lædantur homines. Interea tamen non negarim, multā causari imbecillitatem in corporibus inferioribus per defectus lunæ: tametsi non mox isti morbi, qualis est hic, operante luna fiant, sed magis astu satanæ tempora ista, in quibus mortalium corpora alioqui imbecilliora sunt, obseruantis, & ad suum negotium peruersè vsurpantis. Sæpe cadit in ignem, &c.] Notandū hîc satanæ ingenium: homicida est, & propensus ad perdendum: vt contrà Christus, vita, & missus ad saluandum. Notanda hîc præterea satanæ imbecillitas, & cura ac prouidentia Dei, in eo quòd puer iste seruatus est, toties in ignē & aquam per spiritum malum, vt perderetur, abiectus. seruauit enim illum Deus, qui non permisit vt spiritus eum perderet vt volebat. Hæc magna consolatio.

in ignem, & sæpe in aquam.
Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerũt eum 16
sanare.
Respondens autem Iesus dixit, O 'natio incre- 17
dula & 'distorta, 'quousque tandẽ ero vobiscum?
vsquequo patiar vos? adducite mihi illum huc.
Et 'increpauit illud Iesus: & exiit ab eo dæmo 18
nium, & sanatus est puer à tempore illo.
Har.2.36 ‖Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum, 19
dixerũt, 'Quare nos non potuimus eiicere illud?
Iesus autem dixit illis, 'Propter incredulitatem 20
vestram. amen quippe dico vobis, si habeatis fi-

in ignẽ, & crebro in aquã.
Et obtuli eum discipulis tuis: & non potuerunt curare eum.
Respõdens autem Iesus ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? afferte huc illũ ad me.
Et increpauit illum Iesus & exiit ab eo dæmoniũ, & curatus est puer ex illa hora.
Tunc accesserũt discipuli ad Iesũ secretò, & dixerunt, Quare nos nõ potuimus eiicere illum?
Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem vestram. amẽ quippe dico vobis, si ha

ANNOT.

17 Natio incredula] Nec de discipulis, nec de turba, nec de Scribis, nec de isto homine dũtaxat loquitur Christus, sed magis taxat totius Iudaicæ gentis incredulitatem, illámque auitam, inueteratam, & quasi Genti isti peculiarem: vt suprà, cap.12.d.39. Et cap.13.g.58, etiam ipsorum incredulitas notatur, Et non ædidit illic virtutes multas proter incredulitatẽ illorũ. Maximum sanè incredulitatis malum, propter quam adeò commouetur, conqueritúrque Dominus. Quidã malũt ad solos Apostolos hũc sermonẽ dirigi, propter sequẽtia, Propter incredulitatẽ vestrã. Distorta,] Rectè, peruersa, verterat Vetus interpres, modò rectè intelligeretur. nã peruersũ propriè dicitur quod à rectitudine deflexũ est. significat duros & præfractos, quibuscum nihil recti, nihil æqui aut boni possis instituere: qui nihil doceri se, nihil sibi quod commodum sit, persuaderi sustinent. quales profectò Israelitæ in deserto se exhibuerãt, toties contra Dominum murmurando, toties contra seruos eius Mosen & Aaron rebellando, quos nec inaudita illa portenta & prodigia, quæ in salutem suam facta viderant, in fide erga Deum: nec horrẽdæ adeò vltiones rebellionis suæ, quas identidem experiebantur, in timore: nec tam incõparabilis Mosis mãsuetudo, & infinitus pro eis, assiduúsque labor, in officio erga ipsum retinere potuerãt. Hos isti quibuscũ Christo erat negotiũ, hac prauitate & peruersitate egregiè referebãt: vt summo iã tædio afficeretur, versãdo inter eos, & ipsos ferẽdo. Quovsque t. ero vob.] Superiora valde aspera, sed hæc multò asperiora. quid enim nobis peius accidere possit, quàm si filius Dei nos abiiciat tãquam desperatos? Hic quodammodo Christus secum certat: nam bonitate sua cupit valde Scribarum, totiúsque populi malitiam superare: ita tamen eos excipit vt erant digni. Illos ad Deum adducere conabatur: verùm tortuosi erant vt serpentes. Hinc videmus tractãdos esse homines pro ingenio ipsorũ: nam non semper eodem modo tractat ipsos Christus: dociles, summa humanitate excipit, & pro captu hominum sermonem attemperat: erga contumaces asperitate vtitur. Stulti sunt sanè qui semper idem temperamentum requirũt. Vtilis Scriptura est & ad docẽdũ, & ad redarguendũ, & ad corripiendum, vt ait Paulus, 2. Timoth.3.d.16. Non dubium tamen quin Christi animus eandem semper moderationem retinuerit. Sunt hæc fulmina aduersus incredulos, interim tamen eorum malis ingemiscebat sic, vt raperetur affectibus vltra modum.

18 Increpauit illud Iesus:] Increpauit, significare Iussit, (vide suprà, cap.8.c.26.) Marcus docet, qui sic habet, Spiritus mute & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in eum. Increpatio hæc, indignationem quandam Christi erga spiritum immundũ præ se fert: & meritò: quomodo enim nõ irasceretur spiritui perditionis, humani generis inimico, is qui ad saluandos mortales venerat?

19 Quare nos non pot.] Ad istam quæstionẽ arbitratur Chrysostomus motos esse discipulos quadã suspicione ac sollicitudine anxia de amissa potestate, quam supra immundos spiritus acceperant à Christo, suprà cap.10.a.1. ne forte aliquid commisissent ob quod ea potestate priuari meriti essent.

20 Propter incred. vestram.] Iterum accusatur damnatúrque incredulitas: rursus fides, fideique maxima virtus nobis cõmendatur. Quod sinistrè res gerimus, & pro voto nõ succe-

dit quod instituimus, ex incredulitatis vitio existit. Non dicit, propter incredulitatẽ parentis pueri lunatici. Tametsi nanque & illius incredulitas impedimento fuerat quominus Apostoli sanauissent filium: maluit tamen Christus hic causam hanc, discipulorum incredulitati ascribere, vt imperfectionem suam agnoscerent. Sicut apud Marcum, parentem lunatici, quum diceret, Et illi non potuerunt curare puerũ meum: eò duxit vt se in culpa fuisse agnouerit. Eodem iam ducit discipulos, vt & ipsorum emendet incredulitatem.

buerites fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, Trãsi hinc illuc: & trãsibit, & nihil impossibile erit vobis.

dem 'sicut granũ sinapis, 'dicetis monti huic, Demigra hinc illuc: & demigrabit: neque quicquã impossibile erit vobis.

Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationẽ & ieiunium.

21 'Sed hoc genus non egreditur 'nisi per deprecationem & ieiunium. D

ANNOT.

Sicut gran. sinap.] Similitudine à grano sinapis ducta, fidei voluit ostendere viuacitatẽ & efficaciã. Illud enim (vt suprà cap. 13. d. 31, 32, dictũ est) quũ sit minimum inter semina, mox attollit sese super omnia olera. sic si fides viua sit, seséque gnauiter exerat, nihil ei erit impossibile, vincet omnia. nihil nanque vult quàm quod faciat ad gloriã Dei, idque certò persuasa Dominum facturũ, serio orat, eóque & exorat. Ne quis autẽ ex hoc loco statim inferat (vt peruersi quidã) Quicũque fidẽ habent sicut granũ sinapis, montes possunt transferre, & nihil non præstare: nos credimus, ergo omnia possumus, etiam si opus sit montes transferre, nedum spiritus malos eiicere. Notandũ de qua fide hîc loquatur Dominus. Scito igitur tria èsse fidei genera. Vna est fides qua res quædam esse creduntur tales quales in Scripturis proponuntur: vt in Scripturis audimus esse vnũ Deum, eúmque omnipotentem, omnium creatorem, &c. hæc fides, historica vocatur. Altera qua creditur promissionibus Dei, & apprehẽditur misericordia & gratia Dei in Christo Iesu: quæ est fides iustificans. Tertia, qua creditur firmiter, Deo nihil esse impossibile, & animus quodam afflatu Spiritus ad res mirandas perficiendas impellitur. & ista vocatur fides miraculorum. Primum fidei genus generalissimum est, vt ad impios vsque pateat: ita vt & satan eam habeat, iuxta illud Iacobi, cap. 2. d. 19, Tu credis quòd vnus est Deus: bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt. Secundum, est tantum piorum & electorũ, Tit. 1. a. 1, per quam incorporamur Christo, & saluamur. De ista non loquitur hîc Christus. neque enim omnes illam habentes, mox miracula faciunt. Tertium est quorundam Christianorum: idque non omnis temporis, sed habet suum tempus, quemadmodum & suam rationem. Ista est singulare donum Spiritus sancti, vt videre est. 1. Corin. 12. a. 9, Alii fides in eodem spiritu. quod certè de fide iustificante non potest dici, quæ non quibusdã tantùm, sed omnibus datur electis. Hæc fides neminẽ saluat, corda non immutat: atque ideo talis est quæ etiã impiis detur, suprà. 7. c. 22, Domine Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Quibus respõdetur, Discedite à me qui operamini iniquitatẽ. 1. Corin. 13. a. 2, Et si habuero omnẽ fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. De hac fide hîc loquitur Christus, quum dicit, Si habueritis fidem sicut granum sinapis: id quod & Chrysostomus annotat.

Dicetis monti huic,] Per translationẽ montium, rem quamlibet difficilem, imò naturæ impossibilem significat. non quòd oporteat ideò credentes, montes transferre: quanquam possent etiam hoc, & quiduis aliud etiã viribus naturæ magis impossibile: si modo id ad gloriam Dei faceret. Etenim pii ita gloriæ Dei atque saluti proximorum addicti sunt, vt ne optare quidem possint, nisi vnde ista promoueantur: quare neque montes volent transferre, aut quicquam efficere aliud, de quo non sint certi, id referre tam salutis hominum, quàm gloriæ Dei. Paulus etiam, 1. Corin. 13. a. 2, montium translationem pro maximo miraculo adduxit. Isto igitur exemplo ostendere voluit nihil esse credenti impossibile: id quod nominatim subiungit, dicens, Neque quidquam vobis erit impossibile.

21 Sed hoc genus] Chrysostomus vniuersaliter intelligit de omnibus spiritibus malis: alii, de peioribus quibusdam spiritibus, qui non eiiciantur nisi precatione & ieiunio. Vide sequentem annotationem. Nisi per deprec. & ieiunium.] Diligenter notandum, quòd rogantibus discipulis cur ipsis dæmonium non cessisset, primũ hic respondit, factum id propter incredulitatem ipsorum: vt fidei, omnem efficaciam attributam agnoscamus, non ieiuniis aut precibus. Vbi enim hæc intente orat, ieiunium (quod seria scilicet oratio requirit) adhibet, nẽ

pe vacationem ab omnibus semel deliciis, & negotiis carnis. Vnde quod Dominus discipulis respondit, hunc sensum habet, Vos absque fide ardenti (quæ sola omnia potest) congredi audetis cum dæmonio: ided mirũ non est quòd vobis illud non cesserit. Congressuro cum dæmoniis, præsertim his nocentioribus (quum scilicet Deus plusculum malis spiritibus permisit) fide sanè opus est non vulgari, sed quæ deprecationi intenta sit adeò, vt & corpus ab omnibus deliciis, & carnis negotiis abstineat, dum quod orat, etiam exoret. Hoc nãque genus dæmoniorum non ita facile cedit: fideli igitur deprecatione & ardenti illud debueratis aggredi. Verùm fides hæc seria & viua vobis defuit. Mundus hallucinatus est hic sẽper: putarunt enim homines ieiunium fuisse opus meritoriũ: nec est recẽs error: nam hypocritæ sic loquũtur apud Esaiam, cap.58.a.3, Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Bis igitur errant, quòd meritorium, & quòd acceptum sine pietate cordis esse putãt. nam nullum est meritum in nostris operibus. Dein non est per se acceptum ieiunium, vt alia quæ requirit à nobis Dominus, Honora patrem, &c. Ieiunium ergo non aliud spectat, nisi vt simus expediti magis ad orationem: est enim velut rudimentum quoddam puerile propter infirmitatẽ nostram & externum exercitiũ. Priores partes orationi tribuit: vnde colligimus eum loqui voluisse non de qualibet oratione, sed de oratione maxime seria, quæ opus habet excitamẽtis multis. Si in aliqua ingenti necessitate constituti sumus, debemus summo conatu nos excitare vt Deum inuocemus: quod fit partim ieiunio. seruit igitur orationi ieiunium, éstque adminiculum ad maiorem precandi affectum. Ita tota Scriptura scribit de ieiunio.

Mar 9.c.31 luc.9.f.44. & 24.a.7. intra 20.b.17
¶ 'Quum autem versarentur in Galilæa, dixit il- 22
lis Iesus, Futurum est vt Filius hominis trãdatur
in manus hominum:

Conuersantibus autẽ illis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradẽdus est in manus hominum:

Et occident eum, ac tertio die resurget. 'Et mœ 23
rore affecti sunt vehementer.

Et occident eũ, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

Quum autem venissent in oppidũ 'Caperna- 24
um, accesserunt 'qui didrachma solent accipere,
ad Petrum, dixeruntque, Præceptor vester

Et quũ venissent Capharnaũ, accesserũt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister ve-

ANNOT.

22 Quum autem versarentur in Gal.] Marcus commemorat apertius, Et illinc egressi, iter fecerunt per Galilæam: neque voluit vt quisquam sciret: docebat enim discipulos suos, & dicebat illis, &c. Hoc miraculo edito, secessit in Galilæam: voluit illic ad tempus latere, vt aliquod spatium monendi discipulos haberet. Instabat enim mortis tempus: paulatim igitur erant confirmandi. Hoc discipulis iam tertiò inculcat. Vide suprà cap.16.c.21.

23 Et mœrore affecti sunt vehe.] Quare sint mœrore affecti, Lucas scribit, his verbis, At illi ignorabant verbum istud, & erat absconditum ab eis, vt non intelligerent illud. timebant autem interrogare eum de verbo hoc. Si intellexissent verbũ illud Apostoli, non vsqueadeò doluissent: nam vt Iohan.16.a.7, Christus dicit, expediebat illis abire Christũ ad Patrẽ. Et Iohan. cap.14.d.28, audiũt à Christo, Si diligeretis me, gauderetis vtique quòd vado ad Patrẽ. Ex mortis commemoratione dolebant, resurrectionis prædictæ gloriam non cogitabant, crucis mysterium ignorabant. Admonitio non statim illis profuit: postea autem quum tempus aderat, valde profuit.

24 Capernaum,] Soluẽdi census ratio erat, vt quisque vrbem eligeret (quasi fixum domicilium,) in qua censeri vellet. Non dubium est igitur Christum venisse Capernaum, vt in suã vrbem, ad soluendũ tributũ. Qui didrachma so.accip.] Tributũ hoc quod hic Christus pendit, primùm Iudæis ab Augusto indictum fuit, Cyrenio præside, qui censum apud Iudæos primus egit. de quo Lucas cap.2.a.2, & Iosephus Antiq.Iudaic.lib.18.cap.1. Quanquam his locis non exprimatur quantum pensitari oportuerit. Belli autem Iudaici lib.7.cap.26, scribit idem Vespasianũ Iudæis indixisse vbicunque degerent, binásque drachmas singulis annis deferre in Capitolium iussisse, ita vt antea Ierosolymorum templo pendebant. Hinc iam liquet, quum templo ex lege Domini (Exod.30.b.13) mediã sicli partem obtulerint quotquot in censu erant à viginti annis & suprà, post Vespasiani edictum didrachmũ viritim singulos Iudæos vbicunque agerent, Capitolio pendisse. Quod tributum antea ipsis in sua terra agentibus, per Augustum fuerat impositum. Siclus siquidem nummus erat tetradrachmus, id est valens qua-

tanr drachmas, quantum & ſtater valet: vnde media eius pars didrachmus eſt, binas drachmas valens,hoc eſt quintam partẽ coronati Gallici quum pro triginta quinque ſolidis Gallicis locabatur, vt exacte expẽdit doctiſſimus Gulielmus Budæus in libro de Aſſe. Quia igitur viritim didrachma penſitabantur,rogarunt Petrum qui illis accipiendis præfecti erant, num & præceptor eius ea penſitaret.

ſter non ſoluit didrachma?

'num ſoluit didrachma?

Ait, Etiam. Et quũ intraſſet in domum, præuenit eũ Ieſus, dicẽs, Quid tibi videtur Simõ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſũ? à filiis ſuis, an ab alienis?

25 Dicit, 'Etiam. Et quum ingreſſus fuiſſet 'in domum, 'præuenit illum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut 'cenſum? 'à filiis ſuis,an ab alienis?

Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filii.

26 Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait illi Ieſus, 'Ergo liberi ſunt filii.

Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, &

27 Verùm 'ne ſimus illis offendiculo, profectus ad

ANNOT.

Num ſoluit didrachma?] Id eſt, vúltne ſoluere didrachma? Plurale eſt didrachma, tanquam mulcta,pro Domino & diſcipulis eius,non vnum requirerent didrachmum. Etiam.] Ex hac Petri reſponſione apparet Chriſtum more reliquorum ſoluere conſueuiſſe didrachma, nec eo honore habitum fuiſſe apud Romanos quo fortaſſis habebantur Scribæ & Phariſæi.

25 In domum,] Domum hanc quidam putãt fuiſſe Chriſti. ſed obſtat ipſius Chriſti verbum,Vulpes foueas habent,& volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. ſuprà 8.c.20. Credibilius igitur eſt fuiſſe domum Petri. Nam hunc habuiſſe domum cum Andrea fratre in hac ciuitate Capernaum , conſpicuum eſt ſuprà 8.b.14. Marc.1.c. 29.Luc.4.f.38. Præuenit] Vel,occupauit,ſiue anteuertit. Indicat enim Petrum ea de re Ieſu locuturum fuiſſe,ſed ille non expectata oratione Petri anteuertit. Oſtendit autem ſe Deum, qui omnia,priuſquam fiant,nouit: vltro referẽs, priuſquam Petrus diceret quod factum erat ab exactore tributorum. Cenſum?] Latinam vocem vſurpauit Matthæus, aut huius interpres: nimirum quòd res eſſet Latinorum: & ſolent plerunque res peregrinæ & aliũde inuectæ, ſuæ gentis vocabula ſecum adducere. A filiis ſuis,] Filios non ponit pro ſubditis: nam fruſtrà diceret Chriſtus,Ergo liberi ſunt filii. quibus verbis vult docere,ſe eſſe regis filium.

26 Ergo liberi ſunt filii.] Chriſtus dicit ſe filium aut Regis Dauidis: atque ita eius regni in quo tum dominabantur Romani,& tributum exigebatur,hæredem ac dominũ: merito igitur liber erat & immunis. Aut filium Dei ſupremi Regis (quo modo ſuprà, 5.f.35, Ieruſalem dicta eſt ciuitas magni Regis) cuius ſunt omnia regna. ſic etiam iure erat liber & immunis ab iſta tributorum exactione: nam non erat aliud Cæſaris & aliud Dei regnum,ſed idem regnum quod tum adminiſtrabat Cæſar, verè erat regnum Dei, iuxta illud, ſuprà 6.b.13, Tuum eſt regnum,tua eſt potentia & gloria in ſecula. Et Cæſar tributum exigebat non vt dominus per ſe, nec aliunde pendens, ſed vt miniſter Dei. Rom.13.a.1. Hic poſterior ſenſus magis placet, propterea quòd (vt ex ſequẽtibus, Sed ne ſcandalizemus eos,apparet) non ſolùm de ſe,ſed & de ſuis,vt & ipſis Regis ſummi filiis, diſputat,qui non erant de ſtirpe Dauidis. Chriſtiani igitur, vtpote filii Dei,ſunt liberi,& ab omni ſeruitute immunes, vtpote hæredes Dei & domini terræ. Qua libertate non tamen vtitur Dominus cum ſuis,ſed cenſum ſoluit: vt nos doceat, iſtam dignitatem noſtram ac prærogatiuam filiorum Dei non eò vſurpandam eſſe, vt nolimus obedientes eſſe principibus terræ ac magiſtratibus,ſed magis vt exemplum eius ſequuti,cui tributũ, demus tributũ: cui vectigal, demus vectigal: vt ſatis clare docemur Rom.13.b.7.& 1.Pet.2.c.13. Abutuntur hoc loco Pontificii,ex eo immunitatem eccleſiaſticam,& Pontificis ſui primatum tueri volẽtes: quum factum Chriſti aliud doceat,& ad primatum ſtabiliendũ non faciat quòd Petrus cum Chriſto coniungitur in ſoluendo tributo.

27 Ne ſim.ill.offend.] Vel vt Græce, Ne ſcandalizemus eos. Qua in re? Ne ſcilicet ſuſpicionem illis demus ſeditionis ac rebellionis, quaſi authores eſſe velimus turbandi regni, & ad ſeditionem permouendi populi. Nam Iudæi alioqui moleſtiſſime eam tributorum ſeruitutem ferebant, & plurimi etiam aperte Romanis contradixerant, vt videre eſt in Ioſepho: & propterea futurum erat vt huius accuſaretur apud Pilatum, Luc.23.a.2. Itaque ne eſſet aliqua veriſimilis ſpecies animi ſeditioſi, noluit iure ſuo vti, in exemplum ſuis idem faciendi.

mare, 'mitte hamum: & eum piscem qui prodierit primus, tolle: '& aperto ore illius, inuenies 'staterem: acceptum eum 'da illis pro me & te.

mitte hamum: & eum piscẽ qui primus ascẽderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

Har. 2.37 Marc 9.e.33. luc. 9.f.46.

1 IN illo tempore 'accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, 'Quis maximus est in regno cælorũ?

CAP. XVIII.

IN illa hora accesserũt discipuli ad Iesũ, dicentes, Quis putas maior est in regno cælorum?

ANNOT.

Mitte hamum.] Mira hic Christi & Petri paupertas, quibus ex omni miraculorũ ac doctrinæ beneficentia tantũ pecuniæ non est vt didrachma soluant. Miraculo autẽ sibi cõparat, vt declaret cælestem suam ac diuinam prouidentiã: vt suos admoneat, si se sequantur, nunquã defore quæ necessaria sint. Et aperto ore] Expendendum hic argumentum diuinitatis Christi, cum in eo, quòd secreta maris & occulta piscium nouit, quum nullum sit animal quod minus commercii habeat cum hominibus, aut etiam habere possit: tum quòd virtute sua eum piscem primum compulit ad hamum Petri. Attendendum autem, quia Christus se regem esse omnium indicarat, & filium Dei esse naturalem, decuit vt Petro specimẽ huius ostenderet peculiari aliquo facto & signo, vt & omnium rerum, etiam marinarum beluarum dominus agnosceretur. Quid enim aliud sibi voluit, quòd in pisce argentum quærere iubet? potuisset alioqui nummos in pera multiplicare. Staterem:] Quantum valeat stater, vide suprà versu 24.

Da illis pro me & te.] A quibus scilicet telonarii postulauerunt tributũ. Falsum est quod hinc colligũt nonnulli, ideo Petrum cæteris Apostolis à Christo præferri, quòd eius nomine soluerit, & in reddendo tributo coniungatur Christo, non autem reliqui Apostoli. Belli homines non obseruant quòd Petrus eius ciuitatis erat ciuis, propterea tributum eo loco dare cogebatur. Nã nõ vbique sine discrimine à quouis, sed à quoque apud suos tributũ exigebatur. Neque tributũ dare, est primatem esse. Quòd si Christus non dando tributum, vsus sua libertate ac prærogatiua, coniunxisset sibi Petrum, nõ reliquos, magis fecisset ad declarandum futurum illius primatum.

IN CAPVT XVIII.

1 In illo tempore] Ista facta sunt in Capernaũ mox atque Iesus ingressus fuit in ædes Petri, posteaquam didrachma dedisset: vt ex Marco apparet, qui dicit, Et quum in domo esset.

Accesserunt discip.] Videntur hoc loco Euangelistæ nonnihil esse diuersi, non in ipsa causa, sed in circũstantiis. Noster hic aperte dicit discipulos accessisse ad Iesum, & interrogasse quis esset maximus in regno cælorum. Marcus verò scribit discipulos esse à Christo interrogatos primùm. Lucas commemorat Christum cognouisse disputationem cordis ipsorum. adhæc Marcus scribit discipulos in itinere disputasse de hac causa, antequã venisset Capernaum: imò addit rogatos discipulos siluisse. Hæc videntur à seipsis inuicem dissentire. Conuenient autem, si dixerimus primùm à Christo (cui nota erat disceptatio quam versauerant in itinere) nõ omnes, sed aliquot discipulos interrogatos fuisse. Postea verò conuocatos duodecim, atque interrogatos & ipsos respondisse ac dixisse hanc fuisse quæstionẽ, Quis maximus esset in regno cælorum. Atque hoc esse quod Matthæus dicit, discipulos accessisse ad Christum, (intellige duodecim illos vocatos à Christo:) & dixisse, videlicet interrogatos respõdisse, quis maior esset in regno cælorum: id scilicet fuisse ipsorum in itinere disputationẽ. Quis max. est in re. cæ.] Cõparatiuus est Græcè pro superlatiuo positus, quũ de pluribus fiat sermo. Hæc disceptatio de primatu nõ ex eo orta, quòd Christus suo & Petri nomine staterẽ soluerit, quũ ea fuisset orta antequã venisset Capernaũ. Verùm quia de morte & resurrectione sua loquutus eis fuerat in via multis verbis, & simul eos cõsolatus fuerat: quid esset resurrectio ignorantes, nisi possessionẽ quãdã regni & instaurationẽ: ideò hãc instituerũt disputationẽ. Nã de cælesti futuro regno nõ disputabãt Apostoli, sed de tali quod in hac vita breui futurũ putabãt ad formã regnorũ huius mũdi: de quo & ipsi illũ post resurrectionem interrogauerunt, Si in tempore hoc restitues regnũ Israel? Act. 1. a. 6. Poterant etiam esse moti ad eam disputationẽ, quòd audierant anteà (cap. 16. c. 18) Petro dictum, Tibi dabo claues regni cælorum. Item viderant Iacobũ, Iohannem, & Petrum, se relictis, assumptos ad suscitationem filiæ Archisynagogi, Marc. 5. d. 37. Et seorsum in montem, capite præcedenti. Vt ergo suspicax est affectus iste regnandi ac domi-

nandi prauus, cœperunt forsan ex eo colligere istos fore primates in regno cælorum: qui tamen potius comparare se debuerant ad ferendam crucem: verùm satan nullis mortalibus hac peste arrogantiæ ita insidiari solet, atque Christi ministris. Hinc est quòd hanc tentationem etiam tertiò passi sunt Apostoli. Quidam hîc regnum cælorum dicunt Apostolos vocasse nouum populum, cuius ipsi primitiæ erant: ex imitatione Christi, qui administrationẽ dispensationis suæ in carne, doctrinam, & cœtum fidelium appellare solet regnũ cælorum. q.d. quis ex Apostolorum numero primas obtinebit, quum regnare cœperis per Ecclesiam in mũdo? aut, Quis nunc obtinet primas in administratione nostra? Ex hac quæstione satis apparet, in sanctis siue fidelibus non tantùm reliquias peccati, sed grandia etiam peccata remanere. Fideles & sancti erant Apostoli, attamen ambitiosi, & inuidentia laborantes.

Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum,

2 Et accersitum ad se ᵃpuellũ Iesus statuit in medio illorum,

Et dixit, Amẽ dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorũ.

3 Et dixit, ᵇAmen dico vobis, ᶜnisi conuersi fueritis, ᵈ& efficiamini sicut puelli, ᵉnon ingrediemini in regnum cælorum.

Quicũq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorũ.

4 ᶠQuisquis igitur demiserit semetipsum sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno cælorũ.

2 Puellum] Græca dictio etsi vsurpetur aliquando pro grandi puero, tamẽ hoc loco non est otiosa diminutio. facit enim ad emphasim, dum non solum inuitat illos ad imitationem cuiuscunque pueri, sed pueri admodum pusilli.

3 Amen dico vobis] Plurimum ponderis habet quòd admonitioni præmittit grauissimã hãc asseueratione & obtestationẽ. Quanquam enim omnia Christi verba vera & certa haberi debent, conspicuum tamen est quòd ea singulari quodam affectu prolata sint quæ istam habẽt asseuerationem & attestationem adiunctam: atque ob eam rem singulari quoque diligẽtia audienda. Quid aliud facit Christus hac asseueratione, quàm quòd fidem nobis quasi extorquere vult: & admouere, nisi credamus, certò perituros? Nisi conuersi fueritis,] Ab ea scilicet via quam de primatu disputantes ingredimini: quæ non ducit ad regnum cælorum, sed ad regnum satanæ. q.d. nisi alii fueritis, quàm nũc estis. Significat enim eos esse prauo affectu occupatos, & eorum ambitionem perstringit. Et effic. sicut puelli,] Ecce quæ illa sit cõuersio. non dicit, Sicut puer iste: sed, sicut puelli: ne putarent isti puello singulare quid ab aliis pueris inesse quod imitandum esset. Quid in pueris imitandum sit, docet Paulus, 1. Cor. 14. d. 20, Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autẽ perfecti estote. Et Petrus, in prima sua epistola, cap. 2. a. 1, Deponẽtes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, &c. In eo igitur oportet puellis assimilari, vt quemadmodum illi, ita & nos, absque omni fastu, malitia, dolo, simulatione, & inuidentia, maxime autẽ ambitione, modesti, simplices, aperti, & humiles simus.
Nõ ingred. in reg. cæl.] Horribilis sententia: non enim de leui aliqua & paterna castigatione loquitur. q.d. tam abest vt maiores futuri sitis in regno cælorũ, vt ne vllam quidem portionem, imò ne aditũ quidem sitis habituri ad regnum cælorum: quia in totum vos reiiciam.

4 Quisquis igitur demis. sem.] Apertius declarat quid intelligeret per illud, Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, &c. videlicet quòd conuerti, & effici sicut paruuli, sit sese demittere ad humilitatem & modestiam paruulorum. Humilitas ista, est affectus quidam animi sese inter quosvis abiicientis, nec sublimia, sed humilia & abiecta sapientis, ídque non tum tantum quum rerum nulla est copia, sed etiam vbi locus esset captãdæ gloriæ, & occasio rerum sublimium. Humilitatis huius exemplum videre est in Christo, Iohan. 13. a. 5, in lotione pedum, quam rectè contentioni Apostolorum de primatu subiecit, curandæ illius gratia. Item & Philipp. 2. a. 7, Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. humiliauit semetipsum, factus obediens, &c. quibus nos ad istam veram animi humilitatem reuocat exemplo Christi Apostolus. Idẽ videre est & infrà, cap. 20. d. 27. 28, & Luc. 22. c. 26. 27. Dicit autẽ simpliciter, Quisquis: nõ, Quisquis vestrum: vt ostendat, magnum fieri in regno cælorum, non ad solos Apostolos pertinere: sed ad quosvis credentes. Neque etiam his verbis respondet quæstioni discipulorũ, vt nec præcedentibus verbis: sed magis reuocat ab affectatione primatus huius, vt curẽt potius esse in ea reputatione coram Deo quæ parata mẽtibus contritis & humilibus, quæ po-

Lii.

tior est, & potest contingere non Apostolis tantùm, sed & cuiuis Christiano, etiam pueris.

	'Et qui receperit vnum puellum talem in nomine meo, me recipit.	5	Et qui susceperit vnũ paruulum talẽ in nomine meo, me suscipit.
Har.2 38 Marc.9.f.41. luc.17.a.1.	‖'Qui autem offenderit vnũ de pusillis istis 'qui in me credunt, 'expedit ei 'vt suspendatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur 'in profundum maris.	6	Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.
	'Væ mundo ab offendiculis.	7	Væ mundo à scandalis.

ANNOT.

5 Et qui receperit vnũ puellum talem in no.m.] Quidam locum istum de pueris adultis fide Christi nonnihil imbutis intelligunt, quales erant qui infrà cap.21.b.15, in tẽplo canebant, Hosiah na filium Dauid: de quibus Christus respondit illud Dauidis, Ex ore infantium ac lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Quæ acclamatio puerilis egregiam referebat de Christo fidem. Et hoc de puellis istis quoque dici potest, quibus Iohannes scribit prima epistola, cap.2.b.14, Scribo vobis puelli, quoniam cognouistis Patrem. Erant enim liberi Christianorum, atque ideo imbuti fide Christi, & certe tales quibus scribi potuit. Et Mar.5.d.42, Puella duodecim annorũ quam Christus à mortuis excitauit, pædion vocatur: eodem vocabulo quo & superioribus locis vsus est Matthæus. Nequis igitur puelli exemplũ contemneret, pueros mire cõmendat. nam apud Marcum, puellũ ipsum in vlnas accipit, veluti charissimum & pretiosissimũ pignus. quo modo & Simeon narratur ipsum Christum accepisse in vlnas, Luc.2.d.28. Aliis magis placet, Christũ non tantùm de pusillis ætate loqui, sed de iis quoque qui ætate grandes, moribus autẽ, simplicitate, & bonitate pusilli sunt. sic enim scribunt, Similitudo est. nam non tantum pueros comprehendit, sed etiam similes qui procul sunt ab omni ambitione nec de primatu cogitant. Quoniã autem poterat illi obiici, Vis tuos contemni: si enim ad modum puelli se submittant, ludibrio erunt omnibus. Hanc obiectionem præuenit. quasi dicat, Vnusquisque coram Deo sit abiectus: præterea se inter fratres submissè gerat. Nolo autem alios abiectione & submissione hac meorum abuti: nam ab aliis volo eos in pretio haberi: nam qui tales receperit, &c. Vide suprà cap.10.d.40.41, quid sit recipere aliquem in nomine Christi. Quisquis autem offendet siue contemnet huiusmodi, Dei donum contemnet, quod contemptui esse non debet: imò magis suspiciendi qui tales sunt propter Dei donum. Marcus & Lucas addunt, Et quicunque me receperit, non me recipit, sed eum qui me misit.

6 Qui au. offend.] Secundum seriem antitheseos dicendum erat, Qui autem contempserit. quod certe vult, vt apparet ex sequenti versu 10, Videte ne contemnatis vnũ ex pusillis istis. Tametsi verbo offendẽdi non vtatur præter rationem. nam contemptus iste paruulorum & suspectio magnorum, paruulos offendit ac perdit, dum suspicionem illis generat, ipsos non pertinere ad Christum. Tale offendiculũ erat capite sequenti, b.14, vbi discipuli prohibebant paruulos adduci ad Christum. Non pertinere autem ad Christum, idem est atque perire. Ideo infrà, b.14, in explicatione parabolæ dicet, Sic non est voluntas Patris vestri vt pereat vnus ex pusillis istis. Offendere itaque, hoc loco nihil est aliud quàm siue contemnendo, siue aliis modis occasionem perditionis dare, & à salute quæ est in regno Christi, impedire. Qui in me credunt,] Versu præcedenti explicatum est. Expedit ei] Marcus habet, Melius illi esset, intellige, quàm ferre eas pœnas quæ manent illum in futuro seculo. Vt susp. mola asinaria in col.e.] Expressit supplicii genus peculiare Palæstinis, vt indicat Hieronymus, quod parabatur grauioribus sceleribus. Mola asinaria significat ingens saxum. siquidem in molis saxum quod substernitur, vt alterum quod circumagitur sustineat, Græcis asinus dicitur. Nec absurdum tamen est quod sequutus est Hilarius, vt molam asinariam accipiamus quam asellus circumagat. siquidem molæ leuiores, quas trusatiles vocant, hominis manu circunferuntur. cæterùm grauiores, à iumentis, quibus occluduntur oculi, aguntur in gyrum. Ex atrocitate igitur pœnæ, crasso populo demonstrat culpæ magnitudinem. In prof. ma.] Græcè est, in pelagum maris: pro eo quod est, in medium mare. Nam longius à mari, solet esse profundius. Certum igitur exitium duabus rebus significat, magnitudine saxi & profunditate maris.

7 Væ mundo ab offendic.] Vel, à scandalis. Deploratio est. q.d. Heu male erit mundo ob scandala, offendiculáque similium paruulorum. Potest hic locus bifariã exponi. Actiuè, vt ad

authores ſcandali referatur: nam mundus plurimos ſcandalizat, hoc eſt, impedit à fide & cognitione Chriſti: id quod maxime accidit infirmis ac ſimplicioribus. Paſſiue, vt Ab offendiculis, ita poſitum ſit, vt intelligatur de illis offendiculis quibus mundus impediatur ne veritatem Dei intelligat. q.d. Valde noxia peſtis eſt iſta cui mundus obnoxius eſt, nempe quòd multis offendiculis abducitur à recta via. Quid enim cauſæ eſt cur tam multi recedant à Chriſto, pauci accedant? Scandala. Iſta expoſitio magis placet. Rarum exemplũ eſt vt quis in Chriſto perſeueret: facilè turbamur & abducimur. Scandala multa habet ſatan in manu: ad quæ recipienda prompti & faciles ſumus. Cauſa ſcandalorum eſt in miniſtris, qui quum in Eccleſia anteſignani eſſe debeãt, alienantur à Chriſto. De hoc ſuprà, cap.13.c.21. Porrò quum inciderit afflictio, aut perſecutio propter ſermonem, continuo ſcandalizatur.

Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: verũtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.

'Neceſſe eſt enim vt veniant offendicula: verũta-
men 'væ homini per quem offendiculum venit.

Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilẽ vel claudũ, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

8 ‖'Quòd ſi manus tua vel pes tuus obſtaculo eſt Suprà 5.c.10
tibi, abſcinde eum, & proiice abs te: bonum eſt ti- marc.9.f.43
bi ad vitam ingredi claudum aut mutilum, poti⁹
quàm duas manus, vel duos pedes habẽtem, mitti
in ignem æternum.

Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ, & proiice abs te: bonum tibi eſt vnum oculum habẽtem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

9 Et ſi oculus tuus offendit te, erue eum, & proii- B
ce abs te: bonum eſt tibi vt luſcus intres in vitam,
potius quàm vt duos oculos habens mittaris in
gehennam ignis.

Videte ne cõtemnatis v-

10 'Videte ne contemnatis vnum

ANNOT.

Neceſ. eſt e. vt ve. off.] Particula Enim, ſupernacanea eſt, vt aliâs ſæpe. Turbauit multos vocabulũ neceſſitatis, quæ à prouidẽtia Dei eſt: de qua neceſſitate veteres ſubtilius diſſeruerũt, vt vitarẽt illud quod dici poterat, Deũ eſſe cauſã mali. Nos dicimus iudicia Dei eſſe inſcrutabilia: & hanc neceſſitatẽ, vnũ eſſe de iudiciis Dei: cuius ſi ratio non conſtet nobis, non ſunt tamen nobis quærẽda ſubterfugia. Neceſſitas hæc, ex prouidẽtia Dei: neque tamẽ propterea eſt author mali, vt illi culpa & vitiũ tribuatur. Aliæ pœnæ quibus puniuntur rebelliones & cæcitates infidelium, à Deo procedunt, quum impios tradit in fœdas turpitudines, & cupiditates ignominioſas. in eo iuſtus eſt iudex, nec poteſt dici author peccati. impii enim à peccato excuſari non poſſunt. Sic ſentiendum de ſcandalis, certa eſſe Dei iudicia, quibus vlciſcitur contemptum verbi ſui, & rebellionem: quæ quum immittit, culpari non poteſt. Ad quæ ſuſtinenda, admoniti comparare nos debemus, ne abducamur à recta via. Neque nouum videri nobis debet quòd tot ſcãdala hodie videamus: impletur enim quod prædixit Chriſtus: diabolus verò (etſi ſcãdala immittat Deus) agit interea ſuum officium, quærens nos à Chriſto abſtrahere. Neceſſitas altera eſt ex contemptu veritatis, quem parit mundi corruptio. nam tãta eſt mundi ſuperbia & prauitas, ea vilitas & abiectio veritatis apud eũ, tã denique corruptũ eſt mũdi iudicium in ſua ſapiẽtia, vt impoſſibile ſit nõ venire offendicula, dum mũdus quæ Dei ſunt non agnoſcit, ſed ne poteſt quidem, eo quòd ſtultitia illi ſint. Ita dici ſolet de rebus vſque eo corruptis vt reſtitui nequeant. Væ hom. per quem off. ve.] De authoribus ſcandalorũ loquitur. Hic videmus homines impios non excuſari, vtcunque hoc faciant Dei prouidentia.

8 Quòd ſi manus tua, &c.] Amplificat exhortationẽ: vt oſtẽdat quantopere debeamus abhorrere à ſcandalis, & ab illis cauere. Iſta autem amplificatio tam ad authores ſcandalorum, quàm ad eos quibus ſatan inſtruit ſcandala, pertinet. Hyperbolica ſunt hæc omnia: quæ ſuprà cap.5.e.29, explicata ſunt. Ducitur autem ab eis ad præſens inſtitutum argumẽtum huiuſmodi, Scandalum, nocẽs adeò res eſt, vt nihil ſit tã neceſſarium, aut charum, quo quis carere non debeat, potius quàm admittere vt inde ſcandalum patiatur, hoc eſt à vita Deo digna alienior fiat: in qua qui pergit, ad gehennam rectà properat.

10 Videte ne contem. v. ex, &c.] Concludit totum argumẽtũ: vnde enim vt tam audacter offendamus etiam pueros? Ex contemptu. Si tanti facio fratrem quanti debeo, cauebo ne of-

fendam: fastus facit vt quisque proximum conculcet, & à Christo auertat. Videte, ait: quo verbo vigilantiam ac solicitudinẽ incutit. neque immeritò: monet enim quàm sit difficile, etiam Sanctis, non contẽnere pusillos, qui nihili fiunt, abiiciúntúrque in hoc seculo. Samuel erat propheta Domini magnus, & tamen hac in re erat admonendus diuinitus in vnctione Dauidis, de qua 1.Samu.16.b.7. nam respicere volebat vultum & altitudinẽ staturæ Eliab fratris Dauidis, quem Dominus non elegerat. Verbum Græcum pro quo versũ est Cõtemnatis, significat humiliter & abiectè sentire de aliquo, fastúque quodam alio meliorem sibi videri. qui hoc facit, certè facillimè eò deueniet vt & offendat ac lædat quem contemnit.

Psal.34.b.8. ᶠex his pusillis: dico enĩ vobis, ǁᶠquòd ãgeli eorũ, in
cælis semper vidẽt faciẽ ᶠPatris mei qui in cælis est.
Luc.19.b.10. ǁᶠVenit enim Filius hominis seruare quod per- 11
ierat.

num ex his pusillis: dico enim vobis, quia ãgeli eorũ, in cælis semper vident faciẽ Patris mei qui in cælis est.
Venit enim Filius hominis saluare quod perierat.

ANNOT.

Ex his pusillis:] De quibus scilicet initio loquutus fuerat, & illis similibus qui sese submittunt. Quòd angeli eorum,] Quòd pusilli sint Deo chari, argumẽtis duobus ostẽdit, quibus & similitudinem iucundissimam adiungit. Primum est à prouidentia custodiæ angelicæ sumptũ, qua pusillos vndique voluit esse munitos: de qua Psal.34.b.8, Angelus Domini in circuitu timentium eum. Et psal.91.c.11, Angelis suis mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus viis tuis. quod de eo dictũ est qui sub alis diuinæ custodiæ & protectionis habitat. Et Hebr.1.d.14, dicuntur administratorii spiritus, in ministeriũ missi propter electos. Quòd ait angelos videre faciem Patris: more seculi huius loquitur, vbi consistere in conspectu regis, faciémque illius perpetuò videre posse, signũ est domesticæ intimæque familiaritatis: vt de seruis Salomonis legimus 1.Reg.10.b.8, Beati sunt serui tui qui hic stant coram te semper. Vt igitur summæ principis clementiæ signum est erga subditos aliquos, si eos illis deputet custodes ac præfectos, quos perpetuò secum habeat intimos ac coniunctissimos: vtque illi haud impunè læduntur qui suos præfectos habent ex his qui principi sunt quamproximi, ad quem ob id omnia possunt referri, quòd illis liber sit aditus: ita summam Christus hoc loco beneuolentiam Dei patris erga pusillos suos exponere vult, quòd de spiritibus suis cælestibus, illis deputauit certos custodes, ita vt nequeãt impunè lædi & offendi. Sic Esa.63.b.9, Et angelus faciei eius saluauit eos. Quidam hinc colligunt, singulis fidelibus singulos angelos esse attributos ad eorum defensionẽ: quod nullus sacræ Scripturæ locus asserit. temerarium est aliquid absque certo Dei verbo asserere. Certè quum Daniel angelum Græcorum, & Persarum angelum inducit, significat certos ãgelos regnis ac prouinciis quasi præsides destinari. Et hic Christus dicit certos esse angelos quibus demãdata sit cura pusillorũ. Verùm ex his non est colligẽdum, vnicuique præesse suum angelũ. Hoc quidẽ pro certo habendũ, non tantũ vni angelo vnumquenque nostrum esse curæ, sed omnes vno consensu vigilare pro salute nostra. Quòd autẽ in Actis, cap.12.c.15, de Petro dicebant, Angelus eius est: id videtur illis in mentẽ venisse ex communi conceptione quòd singulis fidelibus præsides assignati essent sui angeli. Hæc verò opinio à Gentibus hausta est, qui attribuerunt singulis hominibus duos genios: quod commentum est diaboli, quo nos facilè in superstitionem cadere facit. Quòd igitur quidam Christianorum colunt suos angelos, duplici errore ducũtur: Vno, quòd incertum sit peculiarem angelum cuique esse attributum: Altero, quòd etiam si hoc esset, nec sic tamẽ colendi essent angeli, sed angelorum Dominus. Patris mei qui in cælis est.] Hoc positum est ad auxesim: tacitáque est antithesis inter Deum & homines.

11 Ven. e. Fil.] Hoc est alterũ argumẽtũ prouidẽtiæ ac beneuolẽtiæ Dei erga pusillos suos, sumptũ à ratione aduẽtus Christi in hunc mũdum: quo argumento abducit nos à cogitatione quæ nos impellere posset ad contemptum fratrum, quòd scilicet videamus habere eos aliquid vitii, vnde nos putamus iustam causam cõtemptus habere. quasi dicat, Veni vt quod abiectum ac perditum est, errantésque colligam ac seruem, quorum in hoc seculo nulla habetur ratio: ne igitur perdatis eos propter quos veni, vt eos saluem. Vtilissima admonitio, ne quem, etiam peccatorem, fastidiamus: vtque meminerimus quare Christus venerit: cui nostrum officium adiungere debemus, & illum (quantum possumus) imitari: quicquid perditum est semper conemur in viam reducere. Dicit autem, quod perierat, non quod pusillum est. quasi dicat, Non solùm pusillos non debetis contemnere, sed nec eos qui videntur periisse.

Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relinquit nonagita nouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit?

12 ‖'Quid vobis videtur? si fuerint alicui homini
centum oues, & errauerit vna ex eis, nónne relictis nonaginta nouẽ in montibus, vadit,& quærit eam quæ errauerat?

Et si cõtigerit vt inueniat eã: amen dico vobis quia gaudet sup eã magis, quàm super nonaginta nouẽ quæ non errauerunt.

13 Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis, gaudet super ea magis, quàm super nonaginginta nouem quæ non errauerunt.

Sic non est volũtas ãte Patrẽ vestrũ qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

14 'Sic non est voluntas coram Patre vestro qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

15 ‖'Porrò si peccauerit in te frater tu', vade,&'ar- Har.2.39
gue eum inter te & ipsum solum: 'si te audierit, lu Luc.17.a.3. leuit.19.d.17
cratus es fratrem tuum. ecclesiastici 19.b.13

Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

16 Sin verò te non audierit, 'adhibe tecum adhuc iac.5.d.18.
vnum aut duos: 'vt ‖in ore duorũ aut trium testiũ Deut.19.d.15.
consistat omne verbum. 2.cor.13.a.1. heb.10.e.28. Iohã.8.b.17.

ANNOT,

12 Quid vobis videtur?] Hæc est similitudo, quam illustrãdi gratia adiicit, per argumentum à maiori. quasi dicat, Estote vosipsi iudices, Si homo non potest negligere vnã ouiculam errantem, sed relictis nonaginta nouem, vnam quærit donec inueniat: quomodo relinqueret ac negligeret in perditione Pater vester cælestis vnum ex his qui pereunt, quantumvis pusillum? Annon est melior homo oue? Hac de re copiosius Lucas cap.15.a.3. Duo igitur hic maximè obseruanda, Vnum, ita animatum erga suos esse Deum patrem nostrum, vt neminem sustineat perire, ne vnum quidẽ, etiam minimũ. Altero admonemur, vt ipsi videamus ne quenquam ex minimis Christi contemnamus, etiam errantem, & nostro iudicio pereuntem.

14 Sic nõ est vol.&c.] Accõmodatio similitudinis est qua ostẽdit Christus Deo patri pusillos curæ esse, & ita curæ, vt nõ dubitarit Filiũ suũ è cælis mittere ad seruãdos istos pusillos.

15 Porrò si pecc.in te fr.] Christus obiectionem quæ fieri poterat, præoccupat, Non sunt fratres offendendi: verùm siquis me offendat, quid agendum? Respondet Christus, Si frater in te peccauerit, &c. Quod vt facilius intelligatur, ponenda est diuisio: peccata esse alia priuata, alia publica, vel palàm manifesta. De prioribus dicit hic Christus vnicuique priuato, Si frater tuus in te peccauerit. Quam particulã In te, aliter, nisi contẽtiosus esse velis, accipere non potes, quàm sub tua conscientia, ita vt non sint plures conscii: quasi dicat, quum quis coram te peccarit, admoneto illum peccati, & quidem seorsim solum, quo ille videat suam salutem, non infamiã quæri. Peccat autẽ in te non solùm qui infert iniuriam, sed & qui consciẽtiam tuã malo exemplo vulnerat. De manifestis Paulus dicit Timotheo, primæ epistolæ cap.5.d.20, Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorẽ habeant. Hoc præceptum de arguendis palàm iis qui palàm peccant, ipse Paulus in Petro sequutus est. nam quum ille ad publicũ vsque offendiculum peccaret, non monuit seorsum, sed in conspectum Ecclesiæ produxit. Galat.2.c.14. Argue] Notandũ verbũ quod exigit delicti explicationẽ ac declarationẽ. non dicit, vitupera: sed, argue. Quàm necessaria sit hæc doctrina, hinc colligendũ, quòd in dies peccant homines: singulis horis hoc remedio indigemus. Vult autẽ tẽperare nimiã asperitatem, quæ nos prætextu zeli impedit, ita vt erga fratres charitatẽ violemus. Sic nos mouere debet zelus vt norma sit charitas, quũ præsertim de fratrũ salute agatur. Simus igitur moderati in corrigendis fratrũ vitiis. Si te audierit,] Audire hic est idem atque correptionẽ admittere, & cum pœnitẽtia delictũ agnoscere, fateri, & reconciliationẽ petere. sic enim legitur Luc.17.a.3, Si peccauerit in te frater tuus, argue illum: & si pœnituerit, dimitte illi.

16 Adhibe tecũ, &c.] Id est, Si tibi soli non præbuerit aurẽ, rursus adito hominẽ adhibito vno aut altero: siue vt pudore mediocri corrigatur, qui non progrediatur vsque ad infamiam: siue vt duorum vel trium testimonio possit reuinci. Vt in ore duorũ &c.] Os pro verbo & testimonio: quasi dicat, Vt duorũ aut triũ testimonio tota accusatio sit rata & firma, hoc est,

vt ſi forte ea ſit impudentia vt poſtea negare velit ſe non peccaſſe, conuincatur illis teſtibus. Vbi quis autem negauerit in cõſpectu duorum aut trium teſtium, ſe peccaſſe, neque peccatum agnouerit: negotium commendandum eſt Domino, vltra progredi non poſſumus: interea tamen illos habebit ſuæ contumaciæ teſtes. Locus iſte ſumptus eſt ex Lege, Deut. 19. d. 15, vbi de teſtimonio facti præſcribit, in quo iudiciũ pronũtiari nõ poterat, niſi adhibitis duobus vel tribus teſtibus. Hunc quia ad res varias accõmodari poteſt, Christus ad præſens inſtitutum adduxit.

C Quòd ſi non audierit eos, 'dic Eccleſiæ: quòd ſi 17
2.Theſſ.3.d.14. Eccleſiã non audierit, ‖ſit tibi velut 'Ethnicus &
2.Cor.5.c.9. Publicanus.
Iohã.20.c.23. ‖Amen dico vobis, 'quæcũque alligaueritis ſu- 18
per terram, erunt ligata in cælo: & quæcunque
ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta in cælo.

17 Quòd ſi nõ audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

18 Amẽ dico vobis, quæcũque alligaueritis ſuper terrã, erũt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

A N N O T.

17 Dic Eccleſiæ:] Quũ hæc diceret Christus, nulla adhuc Eccleſia erat quæ profiteretur Euangelium: reſpexit autem ad morem qui tunc vſitatus erat: in populo enim Iudaico ſeniores erant, penes quos erat cura populi & diſciplina: quos per Eccleſiã hic intelligere debemus. nã turba ſemper eſt turbulenta: propterea nihil decerni poteſt vbi non præſunt capita: neque quicquam magis periculoſum, quàm multitudini deferre conſultationem. Non quòd pauci regnent in Eccleſiis: ſed aliquid medium eſſe oportet: vt ſint ſeniores qui præſint, non tamen ſoli excommunicent, ſed conſcia & approbante Eccleſia: in eum ſcilicet modum vt plebis multitudo non regat actionem, ſed obſeruet vt teſtis & cuſtos, nequid per libidinem à paucis geratur. Talis fuit gubernatio apud Iudæos, vt conſtat ex Prophetis. Non ablegabat Christus ſuos ad ſynagogam: tantùm illos admonebat hunc ordinem eſſe tenendum vſque ad finem mundi: vbicunque eſſet Eccleſia, perpetuò aliquos eſſe oportere qui Eccleſiæ ſolicitudinem haberẽt. Siquis igitur monitiones priores vel peruicaciter reſpuat, vel pergendo in ſuis vitiis, contemnere ſe oſtendat: vbi ſecundò teſtibus adhibitis monitus fuerit, ad iudicium Eccleſiæ, qui eſt ſeniorũ conſeſſus, vocari Christus præcipit: illic grauius admoneri, quaſi publica authoritate: vt ſi reuereatur Eccleſiã, ſubiiciat ſe & pareat. Sit tibi velut Ethni. & Publ.] Quia Ethnicos & Publicanos (de quibus ſuprà cap. 5. g. 46, & 6. a. 7) Iudæi abhorrebãt, ideo vſus eſt Christus hac ſimilitudine: qua iubet eum qui in nequitia ſua perſeueret, tanquam Eccleſiæ contemptorem, à ſocietate fidelium abdicari. Tales pro deſperatis habendi ſunt: nõ abiicienda tamen ſalutis ſpes, ſed Domino commendandi, vſque dum reſipiſcentiæ ſignum appareat.

18 Quæcunque allig. ſup. ter.] Hic locus non omnino eſt illi loco ſimilis qui ſuprà ſcribitur cap. 16. c. 19, ſed paulò in diuerſam partem intelligendus eſt. Non autem ſic diuerſos facimus, vt non multã habeãt inter ſe affinitatem. Hoc primũ vtrobique ſimile eſt, quòd vtraque generalis eſt ſententia, eadem ſemper ligandi, ſoluendíque poteſtas, nempe per verbum Dei: idem mandatum, eadem promiſſio. Eo autem differunt, quòd prior locus peculiariter de prædicatione eſt, qua Verbi miniſtri fungũtur: hîc ad diſciplinam excommunicationis pertinet quæ Eccleſiæ permiſſa eſt. Ligat autẽ Eccleſia quem excommunicat: non quòd in perpetuam ruinam ac deſperationem coniiciat, ſed quia eius vitam ac mores damnat: ac niſi reſipuerit, iam eum ſuæ damnationis admonet. Soluit, quem in communionem recipit: quia participem eum facit vnitatis quam habet in Christo Ieſu. Hic igitur Eccleſiæ authoritatẽ commẽdat: cuius ſi ſpernamus iudicium, non erit nobis cum hominibus negotium, ſed Deus erit vindex. Quomodo ergo poſteriores hi qui Eccleſiam audire nolunt, caſtigandi eſſent, docet ſuã Eccleſiam Christus, dicens, nõ tantùm adhibendam eſſe admonitionem vel obiurgationem, ſed ſeuerius remedium: vt etiam demonſtrat Paulus, qui (1. Corinth. 5. a. 3. 4) Corinthium inceſtũ non modò verbis caſtigat, ſed excommunicatione punit, ſimulatque de ſcelere factus eſt certior. Vnde cernimus quomodo ſpiritualis Eccleſiæ iuriſdictio, quæ ex verbo Domini in peccata animaduertit, optimum ſit & ſanitatis ſubſidium, & fundamentum ordinis, & vinculum vnitatis. Ergo dum Eccleſia manifeſtos adulteros, ſcortatores, fures, prædones, ſeditioſos, periuros, falſos teſtes, & eius generis reliquos: item cõtumaces, qui de leuioribus etiam vitiis admoniti, Deum & eius iudicium ludibrio habent, è conſortio ſuo exterminat: nihil ſibi præter rationem vſurpat, ſed iuriſdictione ſibi à Domino delata fungitur. Porrò nequis tale Eccleſiæ iudiciũ ſpernat, aut parui æſtimet, ſe fidelium ſuffragiis dãnatum: teſtatus eſt Dominus, iſtud ipſum nihil

aliud esse, quàm sententiæ suæ promulgationem: ratúmque haberi in cælis, quod illi in terra egerint. Habent enim verbum Domini quo peruersos damnent: habent verbum quo resipiscẽtes in gratiam recipiant. Errare autem non possunt, nec à Dei iudicio dissentire, quia non nisi ex lege Dei iudicant, quæ non incerta est, aut terrena opinio: sed sancta Dei voluntas, & cæleste oraculum.

Iterum dico vobis quia si duo ex vobis cõsenserint super terrã, de omni re quancunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est.

19 'Rursum dico vobis quòd si duo ex vobis consenserint super terram, 'de omni re quancunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est.

Vbi enim sũt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

20 'Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine quoties peccabit in me frater me⁹,

21 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine, 'quoties peccabit in me frater meus, &

ANNOT.

19 Rursum dico vobis, quòd si duo &c.] Quædam Græca exemplaria legunt, Rursum amen dico vobis. In voce Rursum, est confirmatio & auxesis: si addas Amen, duplex erit confirmatio. q.d. non solùm ratum erit si aliquem excommunicaueritis: sed rursus dico vobis, si pro peccatore preces fuderitis, Deus exaudiet vos: non Ecclesiã duntaxat vniuersam, sed etiam si duo tantùm vno consensu petierint. Hic enim potissimùm loquitur Dominus de orãda venia iis qui peccarint. vnde priuatæ quoque & admonitionis & absolutionis fructus discendus est. si nanque consentiãt duo de venia peccati oranda, peccatũ illud vtrique notum sit necesse est, & vt peccatum agnoscatur. Hic ergo priuata peccati ciua vel monitio vel confessio intercesserit oportet. Hæc sanè consolatio magna est, quòd Dominus quum Ecclesiæ potestatem dat aliquem puniendi, interim misericordiam suam ei pollicetur, quam pro peccatoribus rogauerit. Quibusdam hæc videntur pertinere ad eam particulam confirmandam qua dixit, Vade, & argue eum inter te & ipsum solum: & si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Alii sic scribunt in hunc locum, Confirmat Dominus eam promissionem, Quæcunque alligaueritis, &c. quæcunque solueritis, &c. q.d. quicquid petieritis vno consensu, impetrabitis. Consentire enim, & Postulare, nõ sunt diuersa. atque hic est simplex sensus. Vnde satis patet, potestatẽ excommunicandi non ita promissam esse hominibus vt pro sua libidine agãt, sine vllo Dei respectu, verbũ eius contemnẽtes. Coniungit enim Christus orationem potestati. Nõ igitur debet Ecclesia temere prosilire ad excommunicationem, sed hanc disciplinam cum summa reuerentia tractare. Ideo orationis fecit mentionẽ, in qua opus est Spiritu sancto directore. Prædita igitur esse debet Ecclesia spiritu iudicii & discretionis. Nota interea hic Christũ voluisse confirmare pios de orationis efficacia: & publicas orationes commendare, quibus addita sit promissio. Grata certe est ei concordia hæc, & ab eo benedicetur vt habeat plenum effectum. De omni re quanc. pet.] Non est istud accipiendum prorsus vniuersaliter, tanquã stultis aut truculentis hominũ votis Deus ãnuat. nam sequitur, Congregati in nomine meo. Et 1. Iohã. 5. c. 14, Et hæc est fiducia quam habemus apud eũ, quòd siquid petierimus secundũ volũtatem eius, audit nos.

20 Vbi enim sunt duo, &c.] Generalis est sentẽtia, quæ non tantùm de oratione, sed & de qualibet cõsultatione exponitur. Siue enim ad orandũ, siue aliud quid agendum cõueniamus, modò in nomine Christi congregemur, ostẽdet quid facto sit opus: dabítque successum fœlicẽ post consultationẽ. neque enim inanis est illius prudentia, sed efficax virtute & gratia: nã quæ spes impetrãdi, si desit noster aduocatus? Hæc est promissio obseruatu maxime digna, quæ nos stimulare debet tam ad publicas preces, quàm ad cõsensum vniuersalẽ. Quid præsentia Christi melius? Quòd si eius consilio destituimur, necesse erit impleri illud in nobis Esa. 8. b. 10, Inite consiliũ, & dissipabitur. Notandũ autẽ quòd dicit, In nomine meo: quod est quum honorẽ illius quærimus, quũ eius verbo & Spiritu sinimus nos gubernari, omnia reiiciẽdo impedimẽta quæ nos ab ipso auocant. Neque enim congregãtur in nomine eius, qui abiecto Dei mandato, quo vetat quicquã addi suo verbo, aut detrahi, Deut. 12. d. 32, proprio arbitrio quiduis statuunt.

21 Quoties pec.] Quum diligenter auscultasset Petrus quæ de potestate damnãdi & absoluendi disseruerat Christus, scrupulum aliquẽ concepisse in animo videtur, propterea quòd Iesus dicens, Post tertiã correptionẽ sit tibi velut Ethnicus & Publicanus: visus fuisset certum numerum præscribere: quem qui transgressus esset, etiam si resipisceret qui peccarat, non reciperetur in gratiam. Hac igitur de re exactius docendus, interrogat, Quoties &c.

Luc.17.a.4. &'remittam ei?'num‖vſque ſepties?
Dicit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties, ſed 22
vſque'ſeptuagies ſepties.
Ideo adſimilatum eſt'regnum cælorum homi- 23
ni regi,qui voluit cõferre rationẽ cum ſeruis ſuis.
Et quum cœpiſſet conferre,oblatus eſt ei vnus 24
qui debebat ei'decem milia talentorum.
Cæterùm quũ is non eſſet ſoluendo,iuſſit eum 25
dominus eius'venundari, & vxorem eius,& liberos,& omnia quæ habebat:ac fieri ſolutionem.
Procidẽs autẽ ſeruus ille, adorabat eũ,dicẽs,Do 26
mine,eſto patiens erga me,'&omnia tibi reddam.

& dimittã ei? vſque ſepties?
22 Dixit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties ſed vſque ſeptuagies ſepties.
23 Ideo aſſimilatũ eſt regnũ cælorum homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum ſeruis ſuis.
24 Et quũ cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem milia talenta.
25 Quum autem nõ haberet vnde redderet, iuſſit eũ dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat: & reddi.
26 Procidẽs autẽ ſeruus ille, orabat eũ, dicẽs, Patiẽtiã habe in me, & õnia reddã tibi.

ANNOT.

Remittam ei?] Dupliciter remittimus: Primùm ſiquis mihi iniuriam intulerit,remitto,quum nolo vlciſci,nec deſino amare,verùm bene illi facio. Secundò,quũ ita recipimus fratrem in gratiam,vt de illo bene ſentiamus, exiſtimantes illum nihilominus eſſe filium Dei, & coram Deo peccatum illi eſſe remiſſum. Sæpe fit enim vt priuatas iniurias remittamus,interea tamen non bene ſentiamus de eo,neque aliter de fratre iudicemus atque de reprobo. De vtraque remiſſione hìc loquitur,vt facile colligimus ex Luca,cap.17.a.3,Si reſipuerit,remitte illi: & ſi ſepties in die peccauerit,& ſepties in die cõuerſus fuerit ad te,remitte illi. Non ſolùm igitur loquitur de iniuria reproborum quam remittimus:ſed & de fratrum iniuria de quibus bene ſentire debemus, & iniuriæ illorum obliuiſci : illóſque Deum patrem habere communem nobiſcũ,exiſtimare. Doctrina profectò neceſſaria,quòd ad ſeueritatẽ nimiũ ſimus propenſi, ad eámque nos ſolicitet diabolus. Obſerua autem ex Luca,exigi ab eo cui remittendum, conuerſionem & reſipiſcentiam. Num vſque ſepties?] Hunc numerum proponebat Petrus, velut abundè magnum , quum Ieſus tertiæ duntaxat correptionis meminiſſet. Certus numerus eſt pro incerto:quaſi dicas,ſæpius. Septuag.ſep.] Numerum certum pro incerto,finitum pro infinito ponit:ſignificans remittendum eſſe quoties reſipuerit frater. Vt enim Deus ſemper vult ignoſcere,ita etiam eius clementiam imitemur oportet, niſi degeneres ſimus filii. Nam reſipiſcẽtia, opus Dei eſt,miraculum Spiritus ipſius,& noua creatio. Eam ſi reſpuamus, Deo iniuriam facimus. Lucas dicit ſepties : Matthæus, ſeptuagies ſepties, id eſt, quadringẽties nonagies : vnde quidam putant inter ſe eos diſcrepare. Verùm Lucas non ſimpliciter ponit numerum ſeptenariũ, ſed addit, in die. Petrus verò in Matthæo non rogat quoties in die debeat remittere: ſed abſolutè, quoties in ſe peccanti debeat remittere. Proinde nihil differũt.

23 Regnum cælorum] Id eſt Eccleſia.quaſi dicat,Sic ſe res habet inter Deum & homines, vt in hoc exemplo inter dominum & ſeruum. Hac autem parabola vult docere,nós habere clementiſſimum dominum,quo in remittendis debitis nihil ſit facilius: cuius clementiam & facilitatem debeamus imitari erga conſeruos, quam vtique incomparabilem in nos experimur. Quòd ſi neglexerimus,'haudquaquam nobis clementiam eius poſtea,ſed intolerabilem potius iram expectandam, quæ nihil penitus remiſſura ſit, vnde nos in æternum perire oportebit in gehennæ carcere. Opponit autem dominum ſeruo:domini clementiam,nequitiæ ſerui:& maiorem ſummam,minori. hæc tria iuga obſeruanda. Paterfamiliàs: Dominus eſt,cui ſumus omnes debitores,& ſerui. Si volet debitum exigere,nullus erit ſoluendo. Paratus eſt ad remittendũ: ſi illo difficiliores fuerimus in condonãdo fratribus,nónne indigni miſericordia? Similẽ dicit eſſe regnũ cælorũ: quũ tamen ſerui infidelis exemplũ proponat. Noluit autem ſimilitudinem proponere per omnia conuenientem, ſicuti parabolæ nõ conueniunt in ſingulis membris:tantùm hoc voluit,Vultis Deum eſſe miſericordem erga vos? tales ſitis erga fratres.

24 Dec.mil.tal.] Hìc admonemur nos plura debere Deo,quã nobis fratres. Decem milia talenta poſuit pro debito maximo,& inſolubili. nam poſtea dicit, Quũ non eſſet ſoluendo.

25 Venũ.] Ex more gẽtis dixit. Erat enĩ ãtiquitus lex, vt qui ſoluẽdo nõ eſſet,is nexus addiceretur creditori,luiturus corpore, id eſt opera,quod ære nõ poſſet. Vide Gell.lib.20.cap.1.

26 Et omnia tibi reddam.] Non conuenit hìc ſimilitudo. Fidelis enim anima hoc dicere

nón audet, quæ fidere sua iustitia non potest: solus enim Christus satisfecit.

Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

27 'Misertus autẽ dominus serui illius, absoluit e-
um, & æs alienum remisit ei.

Egressus autem seruus ille, inuenit vnũ de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eũ, dicens, Redde quod debes.

28 Egressus verò seruus ille, 'inuenit vnum de con-
seruis suis, qui debebat sibi centũ denarios: & in-
iecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicẽs,
Solue quod debes.

Et procidens conseruus eius, rogabat eũ, dicens, Patiẽtiam habe in me, & omnia reddam tibi.

29 Et prócidens conseruus eius, rogabat eũ, dicens, D
Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi.

Ille autẽ noluit: sed abiit, & misit eum in carcerẽ, donec redderet debitum.

30 At ille nolebat: sed abiit, & cõiecit eum in car-
cerem, donec redderet debitum.

Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerũt domino suo omnia quæ facta fuerant.

31 Porrò quũ vidissent conserui eius quæ fiebant,
indoluerũt valde: & venerũt, aperuerúntque do-
mino suo omnia quæ facta fuerant.

Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me:

32 Tunc accersiuit illum dominus suus: & ait illi,
Serue scelestе, totum debitũ illud remisi tibi, quũ
obsecrasses me:

Nónne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

33 Nónne oportuit & te misereri conserui tui, sicut
& ego tui misertus eram?

Et iratus dominus eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusque redderet vniuersũ debitum.

34 Et iratus domin' eius, 'tradidit eum tortoribus,
'quoadusque redderet totũ quod debebatur sibi.

Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

35 Sic & Pater me' cælestis faciet vobis, si non re-
miseritis suo quisque fratri 'ex cordib' vestris de-
licta illorum.

ANNOT.

17 Misertus autem do.] Hic depingitur nobis quodnã sit Euangelii peculiare officium & ingeniũ, & quomodo nobiscũ agat Deus, qui spiritum contritũ, & cor confractũ & humiliatũ nõ despicit, vt ait Propheta, Psal.51.d.19. Obserua autẽ, misericordia Dei peccata cõdonari.

28 Inuenit vnũ de cons.] Maligni hominũ mores describũtur, qui quum multorũ debitorum condonationẽ à Deo acceperint, nolunt aliis paruam sæpe noxã seu debitum remittere.

34 Tradidit eum tortoribus, quoadusque redd.] Hic de æterna damnatione agitur: nam vt suprà dicitur, non erat soluendo. Tota præterea similitudo in hoc versatur, vt ipse Christus exponit, Si non remiserimus, nec Deus nobis remittet: vt etiam suprà cap.6.b.14. dicitur. Hic non remisit, non remittitur igitur illi. Accommodat verò se Scriptura humanis rebus, vt per illas, ad rerum spiritualium intellectum nos ducat. Similis pœna constituitur in eos qui nolunt reconciliari proximo in hac vita, suprà cap.5.d.26, Non exibis, donec reddas nouissimum quadrantem. Ridiculi sunt qui hinc suum statuũt purgatorium: quum locus iste rectè intellectus purgatorium subuertat. Chrysostomus in hunc locum, Audiamus omnes qui crudelitate occupati neminẽ miseramur: audiamus, inquam, quia non in alios, sed aduersus nosipsos sæuitiam exercemus. Quare quum recordaris alieni peccati, cogita quòd tibiipsi, non alii, detrimẽtum infers. Tua enim, non proximi peccata ad falcem colligis. Et tu quidem quicquid aduersus delinquentẽ operatus fueris in præsenti vita, hæc vt homo facis: Deus verò non ita, sed maioribus & æternis suppliciis puniet. tradidit enim eum tortoribus, donec vniuersum debitum persolueret, id est ad perpetuitatẽ supplicii eum tradidit. Nunquam enim inde rediturus est. Nam quoniam beneficiis melior fieri non potuit, reliquum est vt pœna torqueatur.

35 Ex cordibus vestris] Nominatim dicit, ex cordibus vestris. Nã tametsi iniurias in nos admissas videri velimus nõnunquam remittere, vix tamen eas remittimus ex cordibus, ita vt

eos qui offenderint, pristino apud nos loco habeamus, æquè vt antea ad benefaciendum illis propensi. Manere nanque erebro maligna quædã in animis iniuriæ memoria solet. Iam Deus veritas est, nee potest ferre fucum: quare si non penitus expũcta ex eordibus fuerit omnis acceptæ ininriæ memoria, non est qnòd eommissorum nostrorum gratiam ab ipso speremns.

CAP. XIX.

Ha.2.40. Mar.10.a.1. ET factum est, quũ consummasset Iesus sermo-
nes hos, demigrauit à Galilæa, & venit in fines
Iudææ trans Iordanem. 1
Et sequutæ sunt eum turbæ multæ, & sanauit
eos ibi. 2
Har 3.23. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, 3
& dicentes ei, Licétne homini diuortium facere
cum vxore sua, qualibet ex causa?
Qui respondens ait eis, Annon legistis quòd is 4
Gene.1.d.17. qui fecit ab initio, masculũ & fœminam fecit eos?
Gene.2.d.24. 1.cor.6.d.16. ephes.5.g.31. Et dixit, Propterea deseret homo patrẽ & ma- 5

CAP. XIX.

1 ET factum est, quũ consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem,
2 Et secutæ sunt eũ turbæ multæ: & curauit eos ibi.
3 Et accesserũt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicẽtes, Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa?
4 Qui respondens ait eis, Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos?
5 Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & ma-

ANNOT.

1 Et venit in fines Iudææ] Ex Lnea, capite 9.f.51, videre est, istam Domini profectionem fuisse postremam qna Ierosolymam petiit, propterea qnòd dies assumptionis eius complerentur, tẽpúsque passionis instaret. Et suprà cap.16.c.21, & cap.17.d.22, de ista profectione loquutus est suis Christus. Quanta antem animi constantia Ierosolymam petierit, Lucas indieat, dicens, Et obfirmabat faciem suam vt iret Ierosolymam.

2 Sanauit eos] Eos scilicet qui ægroti erant, sequebantúrque vt sanarentur.

3 Tentantes eum,] Pharisæi quoniam doctrinam & facta Christi apertè ac verè reprehẽdere nequibant, ad fraudem tentationum confugiunt, vt viderẽt an aliquid ex responsis ipsius liceret aucupari quod calumniarentur. Licétne homini] Causa eur Pharisæi de diuortio potissimnm tentarint Christum, fuisse videtur, quòd natura illud fœdũ & iniqunm mens honestior detestetur, & Lex tamen ipsnm admisisset. Huiusmodi autem erat captio, Moses libellum repudii Iudæis permiserat: qna permissione passim vxores repndiabantur: quod publicæ honestati repugnans multis absque dubio displicebat. Et ipse Christus suprà cap.5.e.31, (vbi de dinortio & libello repudii multa,) & Lucas 16.d.18, docuerat esse adnlterum eum qui dimissa priore alterã duceret, simul & eum qui dimissam duceret. Putabant igitur responsurũ Christum vel pro Mose, vel contra Mosen. Pro Mose, si diceret, Licet. atque hoc dictum contra snam doctrinam: vt inconstantiæ notari posset, & contra publicam honestatẽ. Contra Mosen, si diceret, Non licet. & hoc pacto accusari posse vt inimicum & contrarium Mosi: dein & vulgi incursurum odium, qui talibns diuortiis gaudebat.

4 Annon legistis, &c.] Non respõdet Christus directè quæstioni Pharisæorum: cui nibilominus optime satisfacit, quum primam institutionem tenendam esse pronnntiat, & contentos esse oportere doctrina Dei, quæ certissimum est fundamentum. Respondet autem, non licere quauis de causa repudiare vxorem: sed ita respondet, vt ad Scripturas remittat, quarum verbis docet ordinem matrimonii diuinitus esse institutum: à quarũ præscriptis recedere non liceat. Quia autem quæstio mouebatur à Pharisæis qui de Scripturæ scientia gloriabantur, dicit, Annon legistis? q.d. Quid me interrogatis hypocritæ? Scripturam habetis, quam & legitis, atque ideò ignorãtia excusari hand potestis. Qui fecit ab initio,] Ne in Latinis quidẽ codicibus veteris interpretis legitur, hominem: subaudiendum tamẽ. Argumentum sumptum à prima institutione matrimonii, & à creatione personarum contrahentium matrimonium. Ita Christus tẽperat responsum, vt nec Mosis lædat authoritatẽ, nec suum dogma recantet, & Pharisæis Legisperitis, authoritate Legis os obturet: Annõ legistis, inquit, quòd quum Deus cõderet hominũ genus, sic instituit primũ coniugiũ, vt vnus vni indissolubili copula iungeretur? Ex eadẽ enim massa finxit masculũ & fœminã, vt horũ complexu propagaretnr hnmanũ genus.

5 Et dixit,] Subaudi, Deus: aut Adam. vtrunque potest defendi. Si Adam loquitnr, re-

ſpicit quid Deus præceperit ac fecerit: éſtque Adá hoc loco Propheta,annuntians opus Dei, & ſimul finem ſpectans. Quòd ait, Deſeret non vult patrem & matrem deſeri ob matrimonium,ſed præferẽdam coniunctionem viri & vxoris,hac comparatione docet. Naturalis coniũctio patris & matris cum filiis,ſancta quidem eſt, verùm mariti & vxoris, ſanctior: acſi diceret, deſerendam eſſe potius patris ſocietatem, ſi ita res exigat, quàm vxoris.

trem, & 'adglutinabitur vxori ſuæ, '& erunt duo
in carnem vnam.

trem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

6 Itaque 'iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod
ergo Deus 'copulauit, 'homo ne ſeparet.

Itaq; iã non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniũxit, homo nõ ſeparet.

7 Dicunt illi, 'Cur ergo ‖ Moſes iuſſit dare libel- Deut.14.a.1.
lum repudii,ac dimittere eam?

Dicũt illi, Quid ergo Moyſes mãdauit dare libellum repudii, & dimittere?

8 Ait illis, 'Móſes ad duritiam cordis veſtri 'per-
miſit vobis repudiare vxores veſtras:

Ait illis, Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras:

ANNOT.

Adglutinabitur] Metaphora ſumpta ab his quæ glutino ſic cõmittuntur, vt putes vnum eſſe. Hoc verbo excludit Chriſtus omnes cauſas propter quas,apud Iudæos repudiabãtur vxores. Et erunt duo in car.v.]: q.d. ita adglutinabuntur & adhærebunt, vt non ſint duo homines maritus & vxor,ſed vnus, ſiue vna caro: è duobus fiet vnus. Quam ſermonis Hebraici formam annotauit Auguſtinus:quod genus ſunt & illa,libro Iudicũ cap.11.b.8, Et eris nobis in caput omnibus habitantibus Galaad.Item Pſal.30.a.3,Eſto mihi in Deum protectorẽ. Ne articulus quidẽ Græcus præpoſitus nomini DVO, videtur otioſus,hoc eſt,Erunt qui duo fuerant,in carnem vnam.Nam totũ hominem, carnẽ vocat: vt & aliàs Scriptura totũ hominem appellat animam. Rom.3.c.20, Ex operibus Legis non iuſtificabitur omnis caro. Id eſt,omnes homines.In Geneſi,vnde locus hic ſumptus eſt,non legitur DVO:ſed tantùm, & erunt in carnem vnam.Matthæus addit DVO:explicandi gratia:vt addidit & Paulus,1.Corin.6.d.16, aut vterque ſequutus eſt LXX interpretes.

6 Iam non ſunt duo,] Siue,poſthac,nempe poſt initũ coniugium. creati fuerãt duo, non vnus,nimirum maſculus & fœmina:rurſus copula matrimonii è duobus reddidit vnum. Igitur tam præter naturam fuerit vxorem à viro diuellere, quàm membrũ à corpore reſcindere.

Copulauit,] Ad verbum, coniugauit, & eodem iunxit iugo. Tranſlatum à bubus ſimul ducentibus idem iugum. Homo ne ſeparet.] Contra repudiantes vxores ſuas dictum eſt, non contra magiſtratum,qui non tam ſeparat,quàm animo iam ſeparatam,grauiori periculo eximit. Neque enim credẽdum quòd quicquam Chriſtus damnarit eorum quæ Pater præcepit. Præcepit autem duris corde,ſi nollent maritali æquitate vxores tractare,vt libertatem illis facerent libello repudii nubendi aliis: licet iſtam illorum cordis duritiam ſemper damnauerit,qui ante omnia perpetuò exegit dilectionem mutuam. Animum igitur Chriſtus hìc adulterii reum peragere voluit, qui contra iura coniugii ita auerſaretur vxorem , vt præſtaret eam ipſo marito liberari, quàm manere coniunctam. Legem autẽ repudii non damnauit,nec damnare potuit, qua conſulebatur vxori aliàs grauius periclitaturæ. Nulla ergo hìc de magiſtratu quæſtio fuit , ſed an liceret homini marito vxorem dimittere propter quamlibet cauſam , iuſtam vel iniuſtam. Ad quæ reſpõdit Chriſtus, Homo ne ſeparet.q.d. Homo non dimittat vxorem ſuam: quæ poſtquam vxor facta fuit, à Domino ipſi iuncta eſt vt eadem caro ſit: hanc Dei coniunctionem ne velit homo maritus violare.

7 Cur ergo Moſes]Opponũt authoritatem Moſis reſponſo Chriſti: quæ nonniſi à Deo erat. q.d.tu repugnas doctrinæ Dei.

8 Moſes ad duritiam, &c.] Non negat Moſen de libello repudii dando præceptum dediſſe:vxores verò dimittere,hoc negat præcepiſſe: permiſiſſe autem concedit,verùm ratione addita,ob duritiam ſcilicet cordis, quam Moſes ipſe Iſraeli exprobrauit, Deuter.9.a.6,c.13.& cap.13.g.27.q.d.non hoc vobis permiſit , quòd rectum eſſet natura: ſed ſciens duritiam cordis veſtri,leuius malum indulſit,ne grauius à vobis committeretur. Neque enim is probat diuortium,qui hoc maluit admitti quàm homicidium. Neque hoc efficit libellus repudii, vt rectum ſit repudiũ: ſed teſtis eſt tuæ duritiæ, qui qualiber leui de cauſa expellas coniugẽ. Hanc autem commodè hìc obiicit Phariſæis,qui omnium erant obſtinatiſſimi:vt declaret iſtam il-

lorum cordis duritiam, esse auitam iam & inueteratam. Verbũ autem permittendi hic improprie accipitur, nisi distinguas. Permittit iudex quod non probat, vel quod non vindicat. Permisit Moses, non quod probandum censeret: sed non vindicauit, propter duritiem cordis eorum. Respexit igitur quid ferre possent homines. iudices enim cogũtur ferre multa quæ damnant. In his verbis continetur etiam obliqua obiurgatio. q.d. Non satis habetis quòd Deus ignoscat vobis, nisi etiam ipsum faciatis peccati authorem: prætexitis Dei patientiam, acsi probaret vestra mala. cupiebat vos regere: propterea infirmitati vestræ se accommodabat, interea illum accusatis.

B 'cæterùm ab initio non fuit sic. — ab initio autem non fuit sic.

Suprà 5.e.32. mar.10.b.11 luc.16.d.18. 1.cor.7.b.11.

Dico autem vobis | quòd 'quicunque repudia- 9
uerit vxorem suam nisi ob stuprum, & aliam du-
xerit, is cõmittit adulterium: '& qui repudiatam
duxerit, is adulterium committit.

Dico autẽ vobis quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.

Dicunt ei discipuli eius, 'Si ad istum modũ ha- 10
bet causa hominis cum vxore, non expedit con-
trahere matrimonium.

Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cũ vxore, nõ expedit nubere.

Qui dixit illis, 'Non omnes capaces sunt huius 11

Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud.

ANNOT.

Cæterùm ab initio] Reuocat eos ad puram & primam Dei institutionem: quæ etiam nobis esse debet firmum fundamentum, quoties nos impetunt aduersarii Euangelii: vt referamus omnia ad primam institutionem, quoties sua somnia verbo Dei præferunt.

9 Quicunque repud.] De viro nominatim loquitur, illum ob fornicationem posse repudiare vxorem: non autẽ de muliere, num ipsa etiam possit fornicatorem virum relinquere, quia tantum ad rogatum respondet. Cæterum si generalis moueatur quæstio, in hac parte mutua est obligatio & æqualis: alioqui vir est caput vxoris, & mulier est subiecta. quantum autem ad pudicitiam coniugalem, & ad fidem thori, eadem lex præscribitur viro & vxori. Vir non habet ius corporis sui, sed mulier: & contrà. 1. Corin. 7. a. 4. Mutua ergo libertas, si maritus aut vxor fidem thori violarit: potest pudica vxor virũ fornicatorem repudiare. Soluto autem matrimonio ob causam adulterii, licebit alteri eorum æquiorem causam habenti, siue vir fuerit, siue mulier, ad secundas nuptias venire. Dicimus autẽ quod probabile est, nihil certius habentes. Miram hic tyrannidem exercuerunt Euangelii aduersarii, diuortium permittentes, interea pudico marito secũdas nuptias denegantes. Quæ obsecro ei viro libertas, si in cælibatu cogatur viuere? Et qui repudiatam duxerit,] Id est, qui repudiatã non ob fornicationem, sed ob quamlibet aliam causam, duxerit: non vxorem suam ducit, sed alienã: & ideo non contrahit matrimonium, sed committit adulterium: licet Moses eiusmodi repudiatæ permiserit alii viro nubere, eadem lege qua viro permisit eam repudiare, Deut. 24. a. 2. Repudiatam etiam vocat eam quæ vltrò & sua culpa virum reliquit: vt ex Marco probatur, cap. 10. b. 12, Et si vxor dimiserit virũ suum, & alii nupserit, mœchatur. De huiusmodi dicit Paulus, 1. Corin. 7. b. 10, Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, Vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo recõciliari. Et vir vxorem non dimittat. Aliquando enim vxores à viris discedebant ob nimiam maritorũ sæuitiam, aut nimis duram tractationem.

10 Si ad istum modũ ha. cau.] Id est, si hæc est conditio maritorũ, vt ab vxore, si displiceat, non possint absolui. Vsi erant hactenus Iudæi magna licentia repudiandarum vxorum, qua adempta, vt illicita, cogitabãt Apostoli satius esse nullam prorsus vxorẽ ducere. Proinde illud, Non expedit: non est referẽdum ad salutẽ æternam, sed magis ad commoditatem vitæ præsentis. Loquuntur enim Apostoli vt carnales, non vt spirituales.

11 Non omnes capaces sunt] Græcè est, capiunt: quod non idem pollet quod intelligunt, siue apprehẽdunt: sed capiunt, id est, capaces sunt: quo modo locũ capacem vocamus, qui tam est spatiosus vt possit recipere quod infertur. Ita Paulus vult dilatari Corinthios, quo se capiant. 2. Corin. 6. c. 13. Procliue est enim intelligere quod dictũ est, verùm id dictũ non descendit in animos omniũ, quòd sint aliis affectibus occupati, vt illic non sit locus diuino instituto.

Atque idem verbũ legis in eo quod sequitur, Qui potest capere, capiat. Christus opponit necessitatem matrimonii, quæ talis est vt pauci ab illa excipiãtur. quasi dicat, Ab hoc dicto, hoc est, ab hac necessitate nubendi, non possunt omnes esse liberi, nisi quibus datum est diuinitus: non enim est in omnium potestate eligere vitã cõiugalem aut cœlibatum. Multi sunt etiam hodie eiusdẽ cum Apostolis opinionis, deterrentúrque à coniugio propter nuscias quas vocant: ignorantes Deum dedisse vxorẽ vt adiumento esset, Gene. 2. c. 18: non molestiæ, nisi velimus Deum mendacii arguere. Quòd verò molestæ sint aliquãdo & impedimẽto vxores: id nostra culpa fieri nouerimus, quòd sæpe Domini institutionẽ inuertamus. Sic etiam à beluis inuadimur: quæ deberent nos revereri, quia Deo rebelles sumus. Naturæ igitur ordo propter pecata nostra inuertitur, vt quæ adiumẽto nobis esse debuerãt, & ad hoc creata sunt, sint nobis noxia & impedimẽto. Obseruandũ autẽ, Dominũ hîc adduxisse vnã causam vice omniũ, propter quam oportet accipere vxorẽ, nẽpe, Non omnes sunt capaces, hoc est, vt suprà iam dictũ, non omnes liberam habent eligẽdi vtrum voluerint, facultatem: quia non omnes sunt eunuchi. & qui non sunt, creati sunt ad coniugium. Neque est malũ necessarium, vt quidam asserunt, blasphemi aduersus Dei institutionẽ: sed hoc est remedium mali necessarium. Nisi nostro morbo qui nobiscũ natus est, medeamur per cõiugium, aduersus Deum peccamus. Neque enim hîc de coercẽda libidine loquitur tantùm, sed vult vt omnes qui non habẽt donũ continentiæ, vtãtur coniugio, nõ tantùm vt suo malo subueniãt, sed vt Dei ordinationi obsequãtur.

sed quibus datum est.

dicti, sed ii quibus datum est.

Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

12 Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati
sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt eunuchi ab
hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis impone-

13 Tunc oblati sunt ei puelli, vt manus eis impo- Har. 3. 28 Mar. 10. b. 13. luc. 18. c. 15. suprà 18. a. 3.

ANNOT.

Sed ii quibus datum est.] Hæc exponit Paulus 1. Corinth 7. a. 1, & b. 7.

12 Sunt enim eunuchi] Eunuchorũ tria genera, qui à coniugio liberi sunt. Vnum, eorum qui natura non sunt viri, qui non possunt, aut non appetũt congredi cum muliere. Alterum, eorum qui ab hominibus facti sunt eunuchi: non medicinæ causa: nam abutebãtur ad portentosam libidinem: vtebantur etiam ad custodiendas suas vxores, eásque illis seruandas committebant. Hinc etiã eunuchos vocarunt Græci, hoc est cubilis custodes. Tertium genus est eorum qui se castrauerunt propter regnum cælorũ: hoc est, quum mariti esse possent, vltrò cælibatum sibi delegerunt, vt soli gloriæ Dei propagandæ inseruiant, & nulli peculiariter addicti, ministrent ad salutẽ omnibus, hoc est, curent quæ propriè Domini sunt, vt ipsi se per omnia approbent, sancti corpore & spiritu, adhæreántque ei absque vlla distractione, id est, omnino specimẽ quoddam futuræ vitæ & cælestis exhibeant. His demũ bonum est absque coniuge viuere, quia id datũ est eis, & propter regnum cælorũ ita viuunt. Talẽ se Paulus (1. Cor. 7. b. 7.) fuisse testatur, & ad similem ibi fœlicitatem alios quoque hortatur, quod minore solicitudine eorũ quæ in mundo sunt, Domino possint adhærere, & mundo verè vti, tanquam non vterentur: quolibet momento parati hinc ad Christum concedere. Verùm & ibidẽ addit versu 35, Hoc autẽ ad id quod vobis cõducibile est dico, non vti laqueum vobis iniiciam. Quid iam hoc aliud est, quàm Non omnes sunt capaces huius dicti, sed quibus datum est? Quidam peruersè & impiè interpretantur, Propter regnum cælorum: hoc est, ad promerendam vitam æternam: vt per cælibatum perueniant ad illam, dicẽtes cælibatũ esse meritorium opus, existimantes in libertate omnium esse, se posse castrare: negantésque continentiam esse donum particulare. Castratio sanè placet Deo, non per se, sed propterea quod soluti omnibus vinculis, liberius illi inseruimus. Nam vt ibidẽ ait Paulus, versu 32, Qui cælebs est, cogitat ea quæ sunt Dei. Ita ieiunium, per se, Deo non est acceptum: sed quia per illud alacriores sumus ad orandum, & promptiores reddimur inseruiẽdo Deo. Sic de omnibus exercitiis censendum.

Qui potest cap. ca.] Cõclusio est, qua nemini præcipit cælibatũ, sed omnia pro gratia diuinitus data libera permittit. q. d. qui eam gratiã à Deo habet vt carere possit vxore, ne ducat.

13 Tunc oblati sunt ei puelli,] Lucas vocat infantes voce non ambigua: nequis de adul-

tis tãtùm hic fieri sermonẽ existimet. Vulgi de Christo opinio erat, ipsum esse magnũ aliquẽ Prophetam, propterea pueros suos ad illum adducũt, vt illis manus imponat, & oret pro illis. Impositionis manuum symbolũ fuit apud Iudæos familiare, quoties solennis erat precatio aliqua, aut benedictio: vt quum offerebant victimas, Exod. 29. b. 10, Leuit. 1. a. 3. Exemplũ etiam habemus in Isaac huic loco magis conueniẽs, quum imposuit manus filio suo Iacob, tanquam offerret & cõsecraret eum Deo, vt hæres esset promissionis, Gene. 27. d. 14. Vulgare fuisse id, constat etiam altero exẽplo Iacob, qui benedixit nepotibus suis Ephraim & Manasse. Gene. 48. c. 14. Non solebant autem manus imponere nisi qui virtute aliqua præditi erant, aut in officio constituti: sicuti Apostolus argumentum sumit à benedictione Melchi-sedec, qui benedixit Abrahæ: Heb. 7. b. 7. neque fingit argumentum: nam sæpius legitur electos fuisse sacerdotes qui populo benedicerent, tanquam Deum repræsentarẽt. Forma benedictionis præscribitur Nume. 6. d. 24. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciẽ suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultũ suum ad te, & det tibi pacẽ. Sic Psal. 118. d. 21. Hæc benedictio, siue imprecatio cũ manuum impositione, Christo erat propria, cuius officium erat non solùm gratiam Dei annuntiare, sed & symbolis eam exhibere.

neret, & oraret: 'discipuli autem increpabant eos. — ret, & oraret: discipuli autẽ increpabant eos.

Iesus verò ait eis, 'Sinite pueros, & ne prohibea 14
tis eos ad me venire: 'talium est enim regnum cælorum.
— Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum.

'Et quum imposuisset eis manus, abiit illinc. 15
— Et quum imposuisset eis manus, abiit inde.

Mar. 10. b. 17 luc. 18. d. 18. [Et ecce 'vnus accedens, ait illi, 16
— Et ecce vnus accedens, ait illi,

ANNOT.

Discipuli autem increp. eos.] Scilicet parentes afferentes filios, vt scribit Marcus. Apostoli indignantur, existimantes hoc esse Christo indignũ, illi esse negotium cum infantibus. Quòd si quis diadema ei attulisset, aut chlamydem, magno plausu excepissent: non intelligentes quale esset regnũ Christi, & illud suo ingenio metiẽtes. Vnde discimus nihil Christo esse affingendũ ex iudicio carnis nostræ: sed quicquid ipse probat, illud esse eo dignũ ducẽdum: quicquid autem reprobat, illud esse ab eo alienũ, vtcunque dignum existimemus. Quot sunt qui cereos accensos, cymbala, & huiusmodi putãt Christo placere: displicere autem si frater vocetur, si cum fiducia preces ei offeramus?

14 Sinite pueros,] Marcus refert, Quum vidisset autem Iesus, indignatus fuit. Et quum (ex Luca) ad se vocasset pueros, &c. His verbis docemur fidelium liberos pertinere ad Christum, etiam si fide careant, & adhuc sint infantes. Imò non solùm paruulos pertinere ad Christũ, sed & charos illi esse, declarat factũ ipsius in Marco, vbi legimus, Et accipiẽs illos in vlnas. Quid autẽ est venire ad Christum, nisi ad vitã, gratia Patris per Christũ donatam? cuius gratiæ symbolũ est baptismus, ad quem mox à natiuitate admittũtur infantes. Quum enim Christus recipiat eos etiam in vlnas, iubeat ad se venire, testetur suos esse, & regni cælorum hæredes: symbolũ illis nemo verè Christianus denegauerit, quod minus est sua veritate. Tal. est e. reg. cæl.] Talium dicit, non horũ: quia comprehendit tam puellos, quàm eorũ similes. Nam Marcus & Lucas addunt, Amen dico vobis, quicũque non acceperit regnum Dei velut puer, non intrabit in illud. Similia vide suprà cap. 18. a. 4. Regnum cælorũ intellige de æterna illa electorum fœlicitate, quæ est per Christũ, quæ hìc quidem in cordibus electorũ pro portione fidei & dono Spiritus sancti sentitur, in futuro verò seculo plenè percipietur. Nõ solùm igitur vult ostendere, paruulos illos qui tum adducebãtur, pertinere ad regnum cælorum, sed ita pertinere, vt quisquis illis non fuerit similis, ad regnum cælorum non pertineat.

15 Et quũ imposuisset eis manus,] Marcus addit, Ac benedixisset. Benedicere alicui, pro orare pro illo, & illi bene precari, positum est. nã prius dixerat Matthæus, Vt manus eis imponeret, & oraret.

16 Vnus accedens,] Quemadmodum prius in paruulis proposuerat Christus discipulis suis imaginem simplicitatis ac modestiæ: ita nũc in adolescente studioso quidem perfectæ pietatis, sed diuitiis onusto, ponit ob oculos quàm difficile sit eis qui diuitiis seruiunt, eniti ad veram vitam. Marcus habet, Et quum exiret in viam, accurrit quidam, ac genua flexit illi: & interrogauit eum. Lucas principem fuisse dicit, hoc est primarium hominẽ & alicuius digni-

tatis. Hic longe alio animo ad Christum venit, de vita æterna rogaturus, quàm Legisperitus ille apud Lucam, cap. 10. c. 24. qui tentandi gratia dicebat, Magister, quid faciã vt vitã æternam possideam? nam iste submissè se gerit & gestu & verbis: gestu, quũ in genua procidit, declarans eum animi modestiam, tum reuerentiam tali præceptori debitã. Verbis, quum immiscet encomium dignum tali præceptore, eique omnium conuenientissimum, Præceptor bone.

Magister bone, quid boni faciã vt habeã vitam æternã?

'Magister bone,'quid boni faciam vt habeam vitam æternam? C

Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? vnus est bonus, Deus. si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.

17 Qui dixit ei, 'Cur me vocas bonum? 'nullus est bonus nisi vnus, nẽpe Deus. 'quòd si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

ANNOT.

Magister bone,] Bonum appellat Iesum, blandimento captans illius beneuolentiã: quum tamen nihil aliud esse suspicaretur illum, quàm nudum hominem, quanquam cæteris praeminentem. Quid boni faciam] Rectum desiderium, sed viam rectam non tenet: quia vult operibus regnum Dei consequi. quo ingenio sunt qui veram vitæ viam non agnoscunt: quales erant Scribæ & Pharisæi, & his similes.

17 Cur me vocas bonum?] Quædam Græca exemplaria legunt, Quid me interrogas de bono? Quæ lectio respondet verbis præcedentibus, Quid boni faciam. Marcus & Lucas habent, vt etiam Matthæi plura exemplaria, Cur me vocas bonũ? Quibus verbis Christus subindicat se esse Deum: & ob id, iuxta quorundam interpretationem, obiurgat hominem quòd ei tribueret cognomen boni, quem nondũ crederet Deum: quod haud scio an quisquam Apostolorũ adhuc perfectè crediderat. Proculdubio Christus voluit ostẽdere quis esset: licet subobscuro sermone id faciat: séque aliter esse bonum quàm soleat vulgus æstimare. promiscuè enim, vt hodie quoque, titulum boni trihuebãt omnibus, prophanantes quæ sancta sunt: nam bonitas, donum Dei est. tanquam Christus dicat, Si voces me bonum, ne vulgari more id facias, sed verè bonum me agnoscas. Non reiicit enim hanc appellationem, tanquam ad se non pertineat. sed noluit communi more sic vocari, sed vt Deus bonus vocatur. Nullus est bonus, &c.] Solus Deus bonus est: in promptu causa est, Quia cogitatio cordis humani malum est à iuuentute, Gen. 8. d. 21. Et, Omnes declinauerunt, pariter inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, ne vnus quidem, Psal. 14. 3. A Deo bonitatem haurimus, siqui boni sumus. Præterea, etiamsi Deus effundat bonitatem suam in creaturas, nihil tamen est hic perfectum, non tantùm in hominibus, sed nec in angelis, qui non ita boni sunt vt nihil illis desit. non sunt boni per se: nos autem sumus mali, quia alienati à Deo per peccatum. Quòd si vis ad vitam ingredi, ser. mand.] Christus responsa sua attemperat iis quibuscum negotium esse sibi videt. Interrogatus fuerat ab adolescente de ratione obtinendæ beatitudinis: neque id simpliciter, sed quid boni faciendo, ad ipsam perueniant homines. Loquentis igitur persona, & ipsa interrogatio, Dominum inducebat vt sic responderet. Ille, persuasione Legalis iustitiæ imbutus, in operum fiducia cæcutiebat. Deinde non aliud quærebat quàm quæ essent opera iustitiæ quibus salus cõparetur. Ergo meritò remittitur ad Legem, in qua est absolutũ iustitiæ speculum, & quam implere oportet, si mercedẽ vitæ æternæ velimus habere. Sed quis impleat? Hæc sanè doctrina cognitu est necessaria Christianis. Quomodo enim ad Christum confugerẽt, nisi se agnoscerent à via vitæ in præcipitium mortis excidisse? Quomodo autem intelligerent quàm procul aberrarint à via vitæ, nisi prius qualis sit illa, nossent? Tum demũ igitur recuperandæ salutis asylum in Christo esse admonentur, quum cernũt quantum sit vitæ suæ cum diuina iustitia, quæ Legis obseruatione continetur, dissidium. Summa hæc est, si in operibus salus quæritur, seruanda esse mandata, quibus instituimur ad perfectam iustitiam. Non est autem hic hærendum, nisi velimus in medio cursu deficere. Nemo enim nostrũ seruandis mandatis par est. Et vt pares essemus, & faceremus omnia quæ præcepta sunt nobis: sumus tamen serui inutiles, Luc. 17. c. 10. Quoniam ergo Legis iustitia excludimur, ad aliud subsidium nos conferamus necesse est, nempe ad fidem Christi. Quamobrem vt hic Dominus, quem vana operum cõfidentia turgere nouerat adolescentẽ ad Legẽ reuocat, vnde discat se esse peccatorem, iudicio obnoxium: sic eos qui huiusmodi sui notitia iam humiliati sunt, suprà, 11. d. 28, omissa Legis mentione, gratiæ promissione solatur, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris.

m. i.

Exod.20.c.13 Dicit illi, 'Quæ? Ieſus autem dixit,‖Non facies 18
homicidium. Non committes adulterium. Non
facies furtum. Non falſum dices teſtimonium.

Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit, Nõ homicidium facies. Nõ adulterabis. Nõ facies furtũ. Non falſum teſtimonium dices.

Honora patrem & matrem. &, Diliges proxi- 19
mum tuum vt teipſum.

Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Dicit illi adoleſcens, 'Omnia hæc ſeruaui à iu- 20
uentute mea: quid adhuc mihi deeſt?

Dicit illi adoleſcẽs, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt?

*Ait illi Ieſus, 'Si vis perfectus eſſe, vade, vende

Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia

18 Quæ? Ieſus a. dixit, Non facies, &c.] Interrogatio hæc ſignum erat ſtultæ confidentiæ. Chriſtus ex ſecunda tantùm tabula adducit præcepta, quæ poterant erga homines eſſe teſtimonia veræ iuſtitiæ. Nam prioris tabulæ veritas non ita perſpicitur in hominibus: cuius tabulæ obedientia aut in cordis affectu, aut in ceremoniis ferè erat. cordis affectus non apparebat: ceremoniis hypocritæ aſſiduè incumbebant. At opera charitatis talia ſunt vt ſolidam iuſtitiam per ea teſtemur. Nequis autem putet, propterea quòd Chriſtus ex ſecunda tabula reſpondit, eam ob id potiorem eſſe priore: quum hîc non agatur de pretio aut æſtimatione, ſed de notitia iuſtitiæ, quæ non poteſt tam certa capi ex obſeruatione prioris, quàm ſecundæ. Quidam ſcribunt Chriſtum vulgariora propoſuiſſe præcepta: nõ quòd principaliora illa primæ tabulæ ad hanc cauſam non pertineant, ſed quòd iſta ſecundæ tabulæ præcepta Iudæis habebantur pro vulgaribus, quorum nemo propè obſeruantiam ſibi non pollicebatur: quum tamen nemo illorum eſſet qui ea ſeruaret, vt Iohan.7.c.19, dixit, Et nemo ex vobis ſeruat Legẽ. Et Rom.2.c.21, Qui prædicas non furandum, furaris, &c. Volebat ergo adoleſcentem hunc obiectu vulgarium iſtorum præceptorum, ad imperfectionis ſuæ cognitionem inducere, & immodicam illius præſumptionẽ infringere. Ex hoc loco colligere licet diuiſionem tabularũ: in qua diuiſione errant nonnulli, ponentes in prima præceptum de honorandis parentibus, vt ſint quinque in prima tabula, & quinque in altera. Chriſtus autem hîc enumerat illud in ſecunda: vt ſint quatuor præcepta tantùm in priore.

20 Omnia hæc ſeruaui, &c.] Expectabat nouum aliquid à Chriſto: ideo dicit ſe ſeruaſſe Legem: quum tamen longe abeſſet à perfecta iuſtitia. quid enim maius, quàm omnino adhærere Deo? is autem cõfidebat in diuitiis. Marcus addit, Ieſus autem intuitus illũ, dilexit eum. Mirum quòd Chriſtus eum dilexerit, ſuperbũ & hypocritam, quæ duo ſunt odioſiſſima Deo. Verùm exiſtimandum eſt inter hæc vitia fuiſſe tamen admiſtum aliquid boni. Exempli cauſa, Paulus ſimilis erat huic adoleſcẽti antequam regeneratus eſſet à Spiritu. Viuebam (inquit) ſine lege aliquãdo, Rom.7.b.9. Videbatur ſibi iuſtus, quum ſine Lege eſſet, & ignoraret vim Legis. Ita hic adoleſcens non agnoſcebat vim Legis, nec ſuum peccatum: neſciebat quid illud valeret, Non concupiſces: vt etiam Paulus de ſe fatetur, ibidem verſu 7. Diligebat igitur Ieſus bonum aliquod ſemen in adoleſcente, licet ſopitum. Reſponſum igitur Chriſti, Si vis perfectus eſſe, erat tanquam flabellum ad excitandas & fouendas ſcintillas in adoleſcente.

21 Si vis perfectus eſſe,] Pro his verbis Marcus & Lucas habent, Adhuc vnum tibi deeſt. Perfectum enim eſt in quo nihil deſiderari poteſt, quòd omnibus ſuis partibus abſolutum eſt. Quidam volentes conſtituere perfectionem in voto paupertatis, peruerſe hunc locũ intelligentes, perfectos ſe factos putant, õnia ſua relinquendo. Si in hoc ſita eſt perfectionis ſumma, quid ſibi vult quod Paulus 1.Corin.13.b.3, docet, eum qui omnia ſua diſtribuerit pauperibus, niſi charitatem habeat, nihil eſſe? Qualis iſta eſt perfectio, quæ, ſi abeſt charitas, in nihilum cum homine redigitur? Hic error graſſatus eſt ſtatim ab initio, etiam inter eruditos. Minime autem obſcurus erit huius loci ſenſus, ſi perpendamus ad quem dirigantur hæc verba, vt dictum eſt verſu 7. Morbum adoleſcentis ſciebat Chriſtus, quem habebat occultum, etiam ſibiipſi incognitum: is erat, quòd corde pendebat à diuitiis quibus abundabat, & illis cor affixum habebat. Vt igitur eum morbi ſui ſenſu afficeret, ita reſpõdere voluit. Non quòd in eo ſita ſit perfectio, aut perfectus euadere nequeat quis, niſi vendat omnia, détque pauperibus: quum & Abraham legatur fuiſſe coram Deo integer & perfectus, Gene.17.a.1. ſimiliter Noe, Ibidem, cap.6.b.9: nec tamen legantur omnia ſua donaſſe. Atque ideo ſubdit, Et veni, ſequere, ſublata cruce, vt eſt in Marco: quibus admonemur perfectionem non eſſe in eo, ſi vendantur omnia, dentúrque pauperibus: ſed opus eſſe Chriſtum ſequi, & crucem ferre: vt dimiſſo agello, frãgatur

& mortificetur etiam carnis peruersum ingenium. Itaque intelligendum est, præceptum hoc Christi de vendendis bonis, temporarium fuisse & personale, non generale & necessariũ omnibus. Illud verò generale est quod suprà dixit, cap.16.d.24, debere abnegare seipsos, tollere crucem suam, siqui velint ipsius esse discipuli. Qui hoc faciunt, licet substantiam huius mundi possideant cum Noe & Abrahamo: parati sunt tamen illas pro voluntate Domini amittere quandocunque opus fuerit: & non solùm substantiam terrenam, sed & ipsam vitam. sic Lucas, 14.g.33. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Si iuuenis iste tam bonus fuisset Legis custos quàm putabat, non discessisset mœstus hoc audito. Nam qui Deum diligit ex toto corde, quicquid cum eius dilectione pugnat, non tantùm habet pro stercore, sed & tanquam exitiale abominatur. Ergo quòd diuitem auarum relinquere iubet Christus omnia quæ habet, perinde est, acsi ambitiosum omnibus honoribus, voluptuosum, omnibus deliciis, impudicum, omnibus libidinis instrumentis iuberet renuntiare. Sic ad particularem mali sui sensum reuocandæ sunt conscientiæ, quæ nullo generalis admonitionis sensu tanguntur. Nihil igitur aliud hoc dicto voluit Christus, quàm iuuenẽ sibi vltra modum placentem, ad sentiendum vlcus suum adigere: vt intelligeret se longo adhuc interuallo abesse à perfecta Legis obedientia, quam sibi aliàs falsò arrogabat.

quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & veni, sequere me.

quæ habes, '& da pauperibus, '& habebis thesaurum in cælo, & veni, 'sequere me.

Quum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.

22 Quũ audisset autẽ adolescens eũ sermonem, 'abiit tristis: 'erat enim habens possessiones multas.

Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum.

23 Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis, 'diues difficilè intrabit in regnum cælorum.

ANNOT.

Et da pauperibus,] Non dicit, Abiice opes tuas, sed, vende, & da pauperibus: hoc est, quàm cõmodissime poteris, illas cum vtilitate pauperũ distrahe. Hoc enim videtur velle, quòd non dicat, Da opes quas habes, sed, Vende quæ habes. Et habeb. thes. in cæ.] Hoc est, tum accipies vitam æternam, quam te velle possidere ostẽdis. Ne putaret sibi deperdita esse bona, si illa pauperibus daret, adiunxit præcepti huius vtilitatẽ. Per imitationẽ autẽ loquitur, ob id quòd hic adolescẽs non simpliciter bona sua, sed thesauri loco possidebat, hoc est, corde illis adhærebat. q.d. Putas te habere thesaurũ quia diues es, & illũ cupide complecteris, non facilè deserturus: quòd si me audis, curabis potius vt thesaurũ habeas in cælo, diues cælestiũ opum magis, quàm terrenarũ. Vide suprà.6.c.20. Sequere me.] Inuitat eum in ordinẽ ac dignitatem Apostolorum, vt quidam volunt, qui hoc eo sensu accipiũt, quo & in vocatione Apostolorum suprà cap.4.c.19, Sequamini me, & faciam vos piscatores hominũ. Et cap.9.a.9, de Matthæo: vbi non simpliciter ad fidem in se, sed & ad Apostolatum & ministeriũ prædicandi Euangelii vocauit: quod Luc.9.g.60, vbi quũ dixisset ad quendam, Sequere me: illéque regessisset, Vadam prius sepelire patrem meum: Respondit, Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei.

22 Abiit tristis,] Marcus & Lucas habent, Contristatus ob sermonem, abiit mœrens. Victus in conscientia de imperfectione sua, quam ante responsum Christi non agnouit, mœstus abiit: qui dolor arguebat, illum plus diuitias suas diligere, quàm Deum & proximũ: ad quam cognitionẽ voluit Christus eum perducere verbis illis, Vende quæ habes. Nemo diues non dicit (tanta est diuitiarum fallacia) se non tam diligere opes, quàm Deum, rebus omnibus saluis, & pro voto succedentibus. At vbi perdendũ aliquid, aut pauperibus largius & sæpius dandum, ita vt minuantur diuitiæ, tunc ægre ferunt, & sentiũt quantum Deo fidãt. Si proximum dilexisset iuuenis, tantas diuitias fortasse non habuisset: & si habuisset aliunde, vtpote à parentibus acceptas, non seruasset, sed in proximos esurientes impẽdisset. Erat enim habens possess. mul.] Non dicit, Amabat opes suas: sed cum emphasi, Erat enim habens multas possessiones: quibus verbis morbi huius ingenium hoc pacto significauit, vt quo plures habentur possessiones, eo ipse reddatur maior morbus habendi: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Nunquam (ait Chrysostomus) magna voce clamare cessabo, accessione pecuniarum, cupiditatem habendi magis ac magis inflammari: vt rerum copia crescẽte, egestas quoque crescat. Lucas habet, Erat enim diues valde.

23 Diues diffic. int. in regnum cæl.] Lucas & Marcus habent, Videns autem Iesus mœ-

Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autẽ omnia poſſibilia ſunt.

26 'Intuitus autem illos Ieſus, dixit illis, 'Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſum' te: quid ergo erit nobis?

27 |Tunc reſpondens Petrus dixit ei, 'Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: 'quid ergo erit nobis? Har. 3.29 Mar. 10.d.28 Luc. 18.c.28.

Ieſus autem dixit illis, Amẽ dico vobis quòd vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, quũ ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,

28 Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis quòd vos 'qui ſequuti eſtis me in regeneratione, 'quum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,

ANNOT.

26 Intuitus au. illos Ieſus,] Quia, vt in Marco legitur, intra ſeſe dixerant, Quis ergo poteſt ſaluus fieri? Chriſtus cui nihil erat abſconditum, hoc intuitu mederi voluit ſtupori & conſternationi eorum, turbationem mentis ipſorum ſedando, & ſpem meliorem dando. Quidam annotãt, hæc verba magnam habere emphaſim, & his Chriſtum præparare voluiſſe corda eorum ad ſequentia, vt attẽderent diligentius quæ mox dicerentur, quaſi rem illis ante oculos poneret. Apud ho. h. impoſſ.] Concedit Apoſtolis aliquam rationem ſtuporis, verùm mox corrigit. Conceſſio eſt, Apud homines quidẽ impoſſibile. q. d. Certe quod ad humanas vires attinet, verum eſt quod colligitis, neminem poſſe ſaluari: proinde non fruſtra turbamini. Correctio autem eſt, Apud Deum verò omnia ſunt poſſibilia. q. d. Verùm non debetis ideo de diuitum, vel quorumcunque mortalium ſalute deſperare, quòd hominibus impoſſibilia ſint quæ ad regni Dei ingreſſum exiguntur: nam quod homo non poteſt, Deus poteſt. Sic docet Chriſtus, vt nos apprehẽſo periculo, diſcamus viribus noſtris diffidere, ac nos totos illi committere: præterea confidere, eum velle nos ſaluare. alioqui hac ſententia & argumento omnipotentiæ nos non ſolaretur, nec deſperationem nobis eximeret, ſed potius nos deiiceret.

27 Ecce nos reliquimus omnia,] Videmus in Petro quale ſit ingenium hominum, quàm liberales ſint in æſtimandis ſuis officiis. Omnia, inquit, reliquimus. Quomodo reliquerint, vide ſuprà cap. 8. b. 14. Tales hodie multi, qui ante cognitũ Euangelium perpeti quidvis erant parati: poſtquam verò tyrannide liberati ſunt, & relictis poſt ſe pauculis contulerunt ſe eò vbi liberè verbũ Euangelii poſſunt audire, ſtatim exprobrãt ſe omnia reliquiſſe, ſuperbi & ingrati: quum Deus pluris affectum æſtimet, quàm omnia regna mundi. Quid ergo erit nobis?] Ille ſermo quẽ adoleſcẽti dixerat Ieſus, Vẽde quæ poſſides, & habebis theſaurũ in cælo, & veni ſequere me: nonnihil bonæ ſpei conciliauerat Petro, qui quanquã diues nõ eſſet, tamen hoc ipſum quod habebat, alacer reliquerat, nauim ac retia, Dominṹque ſequutus fuerat. Domine, inquit, ecce nos fecimus quod ab adoleſcente flagitabas, quid igitur erit nobis præmii?

28 Qui ſequuti eſtis me in regeneratione,] Annotauit Hieronymus, Dominum non dixiſſe, Qui reliquiſtis omnia: hoc enim & Socratem feciſſe philoſophũ, & alios multos qui diuitias contempſerũt: ſed, Qui ſequuti eſtis me. hoc enim eſſe Apoſtolorum, atque credentium. Illud verò, In regeneratione, referri poteſt vel ad præcedentia, Qui ſequuti eſtis me in regeneratione. vel ad ſequentia, In regeneratione, quum ſederit Filius hominis, &c. Duplex autẽ eſt regeneratio: vna animorum, in præſenti vita, adminiſtrata per Euangelii prædicationem, ac fidem in Chriſtum, operante virtute Spiritus ſancti: ea eſt vita Chriſtiana, quum nos Deo & Chriſto cõſecramus. Altera eſt corporum, ſtatus futuræ vitæ, quem Paulus vocat redemptionem corporis noſtri, Rom. 8. e. 23: quando corpora è mortuis excitabuntur, ac regenerabuntur in gloriam cæleſtem, non in terrenam corruptionem: tunc etiam ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ Dei, Ibidem, d. 21. Si futuri iudicii tempus rectè conſideres, in quo omnia renouabuntur, ídque in aliam conditionem: quomodo poterit aptiore vocabulo appellari, quàm regenerationis? Hanc regenerationem Petrus, Act. 3. d. 21, vocat tempus reſtaurationis omniũ. De hac regeneratione hîc loquitur Chriſtus, & hoc ſenſu ad ſequentia referendum eſt, In regeneratione quum ſederit, &c. q. d. in futuro ſeculo quum reſurrexerint mortui. Quum ſederit Filius hom.] Iterum inculcat diſcipulis futuram ſuam gloriam, adhuc in humilitate conſtitutus: ídque in loco, vbi de ferenda cruce pro nomine ſuo, ac omnibus deſerendis diſſerit. Huc ſcilicet reſpiciendum, & ſuprà cap. 16. d. 27, admonet, ſiquando affligi pro regno Dei contigerit.

Luc.22.c.30. ‖ ᶠſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, ᶠiudicantes duodecim tribus Iſrael.

ᶠEt omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut 29
ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum:

ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomẽ meum:

ANNOT.

Sedebitis & vos ſup.ſed.d.] Alluſit ad regum morem, qui in ſummo tribunali conſident: conſiliarios autem habent ſibi in conſeſſu proximos. Humana ergo, ſed magnifica ſimilitudine diuinum ac maieſtatis plenum Dei iudiciũ adumbrat. Sedere igitur iſtud, nihil aliud eſt quàm quod Apoſtolus dicit, Coloſſ.3.a.4, Quum apparuerit Chriſtus vita veſtra: tunc vos apparebitis cum ipſo in gloria. Et Rom.8.d.17, Cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. Iudicantes duodecim tribus Iſrael.] Duodecim tribus nominauit eadem ratione quæ mouit eum vt duodecim Apoſtolos crearet: nempe quia miſſus erat vt eſſet miniſter Circũciſionis pro veritate Dei, Rom.15.b.8: & cõgregaret in vnũ reliquias diſſipatas duodecim tribuũ Iſrael, vt ait Iohannes, cap.11.g.52. Pro ratione autẽ temporis loquutus eſt: nam nos nunc ſumus Iſraelitæ in ſpiritu & veritate. Quidã intelligunt Chriſtũ loqui de futuro principatu, quem Apoſtoli ſint in futuro ſeculo ſuper tribus Iſraeliticas, hoc eſt ſuper credentes ex Iſraele, habituri, eo quòd illis ſint quaſi capita quædam ac duces vitæ viam monſtrãtes: & hoc nomine, etiam in futura vita, ſingulari gloria futuri inter præcipuos gubernatores, & in toto Dei populo tum demum verè collecto, principes acturi. Nam verbum iudicandi pro imperare, regnare, & gubernare accipitur: & pro defendere bonos, item punire malos. Hinc colligere poſſumus non fore æqualem gloriam omniũ, ſed vt Dominus dona ſua variè diſtribuit, ita illa variè coronabit. Exempli gratia, Vt in veteribus triumphis is cuius auſpiciis geſtum erat bellum, primus ſedebat: poſtea alii, vt legati, & duces, vt quiſque præclarè ſe geſſerat: Ita Chriſtus ſolus triumphabit, cui ſoli data eſt poteſtas: Apoſtoli verò, & alii ſuo ordine vnà cum Chriſto triumphabunt: verùm ſub illo. Paulus ait, 1.Theſſ.2.d.19, Quæ enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nónne vos ante Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? Alii verò, eáque potior pars, exponunt de Iſraelitis incredulis, quòd Apoſtoli ſint illorum futuri iudices ad condemnationem, vt & ſuprà cap.12.b.27, Ideò filii veſtri, iudices veſtri erunt. Quod non eſt aliter intelligẽdum, quàm quòd fides Apoſtolorum (qui & ipſi ſunt ex Iſraele, iíque viri idiotæ, & tamen Chriſtum amplexi, & miniſtri regni Dei facti,) Iſraelitis ſit ademptura omnem excuſationẽ. Sic & de Niniuitis & regina Auſtri ſuprà cap.12.d.41.42, legimus. Ita & Iohan.12.g.48, Sermo meus quem loquutus ſum vobis, Iudicabit vos. Alioqui, vt & Chryſoſtomus annotat, Chriſtus ſolus in iudicio ſedebit iudex. Non quòd non ſint amplius quicquam habituri quàm regina Auſtri, in die iudicii. nam magnum eſt hoc. quid enim glorioſius eſſe poterit, quàm in die iudicii ita approbari coram toto mundo & angelis Dei, vt fides tua ſit condemnatura integras nationes incredulas? Non tamẽ putandum eſt quòd præterea nihil ſit expectandum Apoſtolis: nam & regni gloria ſimul ipſis promiſſa eſt, vt & Luc.22.c.28, apparet, vbi ſic dicit, Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper mẽſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Alii ſic ſcribũt in hunc locum, Apoſtoli non ſolùm collatione ſui, iudices etiam impiorũ Iudæorum erunt: ſed quemadmodũ pios iudicabunt, promiſſa eis per Euangelium iam velut exhibentes: ita impiis ſuam quoque damnationem, quam per idem ſuum verbũ prædixerant, tum exhibebunt, verámque approbabunt, ſimul cum Chriſto contra ipſos pronuntiantes, tanto glorioſius, & magis horrende, quanto maiore hîc vi ſpiritus Euangelium prædicantes, ad pœnitentiam ipſos ſunt cohortati. Nam omnium electorum erit ſimul cum Chriſto vt regnare, ita & iudicare. Veruntamen qui hîc in aſſerẽdo Chriſti Euangelio primores fuere, pluráque propter id & fecerunt & paſſi ſunt, ii & in regeneratione primas inter electos obtinebunt. Vnde Paulum nemo putet infra hos duodecim ſeſſurum, qui laborauit plus omnibus, 1. Corin.15.b.10, tametſi hîc nulla eius fiat mentio.

29 Et o. qui reliq.] A particulari reprehẽſione Petro facta, generalis doctrinæ proponendæ occaſionẽ ſumit. Relinquere aliquid propter nomẽ Chriſti, ſiue propter Chriſtũ, eſt Chri

stum præponere omnibus,& super omuia amare: ita eum esse eharum pectori nostro, vt illius gratia parati simus omnia relinquere, quantumvis chara, quæ nos allieiunt & indneūt, aut etiam cogunt vt aliquid faeiamus quod sit contra eius gloriam . Enumerat autem parentes, & reliqua, vt ostendat nihil esse tam pretiosum, quod non superet merees ab ipso proposita.

centuplū accipiet. & vitam æternam possidebit.

'centuplum accipiet,& vitæ æternæ sortietur hæreditatem.

Multi autē erūt primi,nouissimi:& nouissimi,primi.

30 |'Multi autem primi,erunt nouissimi: & nouissimi,primi. Infra 20.b.16. marc.10.f.31. luc.13.f.30.

ANNOT.

Centuplū aecipiet,] Græce est quasi dieas,singula centuplieata. est enim numerus multitudinis. Lucas habet,multo plura: ne pendeamus à numero centenario.q.d.Nemo mea graria damno affieietur,sed potius ingenti lucro cum in hae vita, tum in futura. In Mareo dieit, Recipiet eentupla nune in tēpore hoc,domos,& fratres, & sorores, & matres,& liberos, & agros eum persequutionibus.quasi dieat, Quisquis meo nomine persequutiouem passus amiserit vel domum, vel,&e. tam aberit vt sit destituendus eognatorum subsidio & cōsolatione, vt multo plures sit in regno meo adepturus, quàm antea habuerit,ae multo etiam fideliores. tot enim fratres, tot sorores, tot parentes,tnt liberos,tot eognatos, & amieos inuenier, quot fidei meæ consortes. Sunt enim nostri parentes,sorores, fratres,patres,& matres,qui auditum verbum Dei eustodiunt, vt suprà cap.12.d.46,dieit Christus. Res ita habet inter Christianos vbi spiritalis eognatio regnat:iuter falsos autē non ita est. Centupla igitur ista,hoe est multo plura,animus est,non eentuplo modò,sed infinito maiore cum voluptare vtēs modieis illis quæcunque ad vitam præsentē iu persequutione Dominus dederit,quātislibet tribulationibus eircundatus, quàm ante cognitū Euangelium vsus fuerat iis quæ reliquit. Huius euim cognitionem tanti faciunt pii,vt ne vniuerso quidem mūdo mutare eam sustineant. Præterea quoniam timētibus Deum nihil potest boni deesse , & quærentibus regnū Dei iustitiámque eius adiiciuntur omnia quibus vita præsens opus habet : quamlibet Christiani etiam domo exulent, & à necessariis suis deserātur, rebúsque præsentibus spoliērur:nihil vnquam tamen ab eis desideratur,quorum vsus possit ipsis vel vtilis esse,vel necessarius. Interim tamen didicerunt etiam ipsi eum Paulo, (Philipp.4.c.12) in quibus sunt eontenti esse . Nouerunt humiles esse, nouerunt & excellere vbique,& in omnibus instituti sunt: & saturari & esurire, & abundare & penuriam pati, omuia possunt per eum qui eos eorroborat.

30 Multi autem primi] Propterea quòd Petrus satis ambitiose dixerat, Eece,nos reliquimus omnia,& sequuti sumus te,quid ergo erit nobis?præmonuit Dominus futurum vt multi in Eeelesia magnam de se coneiperēt opinionem ratione operū & meritorum,propter quæ deberi sibi vitam æternam(quam hīc seipsos abnegātibus,& propter Euangelium omnia relinquentibus promittit)gloriaturi essent,séque apud Deum primos esse iactarēt: vt sane inter Iudæos multi,quales Scribæ & Pharisæi, & ab illis edocti,& hodie inter Christianos innumeri: quos dieit futuros nouissimos,hoe est à Deo alienissimos & remotissimos,hoe est eius regno exeludendos. Cōtrà,eos qui sibi & mūdo nouissimi essent,renuntiantes omnibus,& soli bonitati & misericordiæ Patris inniterētur,illos fore apud Deum primos & proximos: vt eonspieuū fiat omnibus, nihil prorsus à propriis meritis,sed omnia à sola Dei bonitate petēda esse, & ei soli innitendum, quantumvis egregia opera quis feeerit Spiritu sancto authore: vt si omnia reliquerit,omnia vendiderit,& pauperibus elargitus sit. Caueri eerte satis non potest latens istud confidentiæ & præposteræ seeuritatis perniciosissimum malum,à quo mirum est vt Sancti sibi semper timuerint. Quòd ergo ait, Primi erunt nouissimi: aufert nobis omnem de nobis eonfidentiam,ae vetat ne qualieunque peeeatori nos præferamus:quantumvis recte operemur,ne propterea vitam æternam deberi nobis eogitemus,sed solam Dei patrisfamiliâs bonitatem respieiamus. Eo autem quod ait, Nouissimi erunt primi:ademit omnē desperationem maximo etiā peecatori, quē paterfamiliâs voeare potest vt operetur in vinea ipsius quo volet tempore,& dare ei vitā æternam: vt latroni in eruee pendenti,nihil tale merito,nee eogitanti. Lue.23.f.43. Nónne videmus Iudæos primos,in Lege operū gloriantes,quam tamen non implebant,nec poterant,nouissimos factos & reiectos: Gentes verò nouissimas, murmurantibus licet Iudæis , factas primas & proximas Deo , quibus ipse dedit pœnitentiam ad vitam? Act.11.e.18. Quod sanè Christus valde longa parabola amplius doeet eapite sequenti,& in Luea cap.13,à 24 versu vsque ad 31.

CAP. XX.

NAm simile est ¹regnum cælorum homini patrifamiliâs, qui exiit 1

Simile est regnū cælorū homini patrifamiliâs,

ANNOT.

1 Regnum cæl.] Quid sit regnum cælorum, vide suprà cap.13.c.24. Hæc parabola explicatio est illius postremi versus capitis præcedentis, Multi primi,&c. hoc modo, Petrus (vt in fine præcedentis capitis habetur) dixerat, Ecce, nos reliq.o.& seq.t.te: quid ergo erit nobis? Ad quam interrogationem respondit quidem Christus quid ipsis esset expectandum: verùm vt præmiorum respectum, (qui certè piis non competit) illis eximeret, deinde & cautos redderet in futurum, parabola hac declarauit, fore in regno cælorum, hoc est prædicatione Euangelii, & illius fide, vt multi qui in relinquendis bonis suis & in Euãgelio primi fuissent, siue ex Iudæis, siue ex Gentibus, suis bonis operibus freti, cælum se mereri, & Deo proximos esse confiderent: vnde futuri essent nouissimi, amissuri planè piis promissam fœlicitatem, quæ ex Diuina bonitate & misericordia datur tum Iudæis, tum Gentibus, quacunque hora vocatis, solo seruatore Christo innitentibus. Hac igitur parabola notantur & Iudæi, qui primi vocati fuerunt in vineam Domini: & ex Gentibus Christiani nouissimo tempore vocati, qui etiam hodie ceu pro pacta mercede operantur: hoc est, Legem non aliter sibi proponunt, quàm si debeant ipsi certis suis operibus pro constituta mercede ipsam implere: vt Legem nunquam verè intelligentes, ita iuxtà ignorantes, apud Deum nihil nisi gratiam valere. Horum studium laboriosissimum quidem, sed non minus inutile, adumbrarunt isti qui cum Patrefamiliâs ex denario fuerunt pacti. Quod enim ita suis operibus, & non gratiæ Patrisfamiliâs innituntur, duram viuũt vitam & ærumnosam, simul tamen absque vllo fructu. Vbi autẽ insonat Euangelium quod omnes exæquat, (vti docet Paulus Rom.3.b.9, vt nõ pluris sint qui multũ sibi operati videntur, quàm qui nihil, & manifestarii fuerint peccatores: & audiunt se qui studiosè plurimum operati sunt, æque peccatores pronuntiari, dicente Apostolo, ibidem versu 23, Omnes peccauerunt, & egẽt gloria Dei. Item ibidem versu 20, Operibus nemo iustificatur,) indignantur illos nouissimos, qui nihil operati sunt, prauéque vixerunt, sibi æquari, eóque contemnunt & oderunt eos, ægerrime ferentes, sua opera, suósque labores non plus sibi adferre, quàm illis suam ignauiam & vitam malam, doléntque se frustra sudasse. Mox murmurant contra Patremfamiliâs, bonitatémque eius damnant, hoc est, blasphemant Euangelium, & redduntur in superbia sua obstinati. Hinc gratiam omnem Dei & beneuolentiam amittunt: & coguntur suo percepto denario, hoc est temporaria mercede, abire extra spem vitæ æternæ, damnati. Non enim in gratiã Patrisfamiliâs, sed pro mercede seruierunt: eam recipiunt, & præterea nihil. Ea verò non potest nisi temporaria esse: ita ab æterna vita in perpetuũ miseri reiiciuntur. Reliqui autem fatentur, se nec denariũ quidem, hoc est externa illa: nec gratiam Patrisfamiliâs meruisse, sed omnia donari sibi gratuito, & multo opulentius quàm vnquam fuissent ausi sperare. Isti gratiam Patrisfamiliâs retinent: & præter id quòd in hac quoque vita nullo bono destituũtur, etiam æternæ vitæ reddũtur participes. Omnia enim sita sunt in bona Patrisfamiliâs volũtate. Vnde nulla est omnino causa cur quisquam alium contẽnat, aut alium inferiorem seipso existimet. Non est autem quòd hæc similitudo in singulis partibus spectetur: sed ad scopum aduertere decet, atque expendere quid ea nos Christus docere, aut monere voluit: nihil solicitos quid denarius sit, quæ prima, tertia, & reliquæ horæ: sed multo magis quid Pater ille familiâs voluerit, qui postulat suam bonitatem pluris omnibus operibus & meritis, imò solam æstimari. Sic parabola de œconomo Luc.16.a.1, nõ proponitur nobis tota, vt & nos nostros heros fallamus & fraudemus: sed sola industria œconomi imitanda cõmendatur, qui tam prouide sibiipsi consuluerat, etiam ex rebus heri, & tam solerter inuenerat id quod sibi erat optimũ. Siquis iam multis vestigaret & doceret quid in ea parabola debitores, quid liber rationũ, oleũ, triticũ, & mẽsura significent: is facilè à scopo aberraret, suáque figmẽta & friuola cõmenta sequeretur, & Ecclesiã offenderet, non doceret. Nequaquam enim proponuntur istæ similitudines vt singulæ earum partes sint obseruandæ. Nam & Paulus Christum & Adam, Rom.5.c.14, inter se comparat, & ait Adam typum fuisse Christi: quum tamen Adam peccatum & mortem nobis hæreditariò reliquerit, Christus autem, vitam & iustitiã: sed similitudo non est in eo sita quod hæreditatur, sed in hæreditatis deriuatione & consecutione: quia sicut in omnes qui ab Adam nati sunt, hæreditariò peccatũ & mors deriuata sunt: sic & vita & iustitia cedunt illis qui sunt ex Christo renati.

qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

primo statim diluculo ad conducẽdos operarios
in vineam suam.

Conuẽtione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

2 Conuẽtione autem facta cum operariis in singulos dies denario, misit eos in vineam suam.

Et egressus circa horã tertiã, vidit alios stãtes in foro otiosos.

3 Et egressus circiter horam tertiam, vidit alios
stantes in foro otiosos.

Et dixit illis, Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis.

4 Et illis dixit, Ite & vos in vineam, & quodcunque iustum fuerit dabo vobis.

Illi autem abierunt. Iterum autẽ exiit circa sextam & nonam horam. & fecit similiter.

5 Illi autem abierunt. Rursum autem exiit circiter sextam & nonam horam, & fecit similiter.

Circa vndecimã verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hîc statis tota die otiosi?

6 Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios
stantes otiosos, ac dixit illis, Cur hîc statis totum
diem otiosi?

Dicũt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam meam.

7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis,
Abite & vos in vineam, & quicquid fuerit iustum
accipietis.

Quum sero autẽ factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos.

8 Quum autem vespera facta esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedẽ: incipiens à postremis vsque ad
primos.

Quum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.

9 Et quũ venissent qui circa vndecimam horam B
venerant, acceperunt singuli denarium.

ANNOT.

Primo statim diluculo,] Siue Mox vt diluxit. Dies hic more antiquo diuiditur: incipiebant autẽ ab ortu solis: deinde æquales erant reliquæ partes diei. Eius autẽ horæ erant aut longiores, aut breuiores, pro ratione tẽporis: longiores erant æstate quàm hyeme. Præter illam diuisionem erãt quatuor præcipuæ partes diei, vt noctis: ideò hic mentio fit tertiæ, sextæ, & nonæ horæ. Respondet autem prima Iudæorum matutina, sextæ horæ antemeridianæ, tertia nonæ, sexta duodecimæ, nona tertiæ, vndecima quintæ. Propterea Christus Iohan.11.b.9, dicit, Nónne duodecim sunt horæ diei? Ad conducendos ope. in vineam s.] Obserua, nos conduci, vocari, & mitti à Deo patrefamiliâs, vt laboremus in vinea sua, neque creatos nos esse vt inutiles sine fructu viuamus in hac vita: sed vt laboremus, verùm Domino, & in vinea eius, in honesta functione probata Deo, vt fratribus inseruiamus. Multi sunt enim qui se aliis natos esse non cogitant, satis existimantes non inferre aliis iniuriam: atqui ex nobis prodire aliquid debet quòd cedat in bonũ commune. Non est igitur (vt ait Paulus, Rom.9.d.16,) aut volẽtis aut currentis, sed miserentis Dei, & vt quis ad regnum Dei vocetur, & vt aliquem fructũ in eo faciat. Commendemus ergo ei nos quum vitam instituere volumus, vt nos regat suo consilio.

2 In sing. dies denario,] Denarius, nummi Romani genus est, valens drachma, hoc est tribus solidis Gallicis & semisse, vt autumat Guillelmus Budæus. Male quidam per denariũ, vitam æternã volũt intelligi. Hãc enim ii qui facti sunt ex primis nouissimi, nec sunt electi, non percipiunt: & qui eam percipiunt, non murmurant quòd ea & aliis quamlibet immeritis contingat. Quare siquis exactè etiam hæc vellet explicare, oporteret Denarium intelligere bona temporaria, vt iam dictum est: & benignitatem Patrisfamiliâs, mercedem æternam.

8 Incipiens à po. vs. ad p.] A postremis vult incipi, quòd tale genus operariorum illi potissimum placeat, in quo possit declarare suam bonitatem: hi sunt qui pro nullo certo pretio laborarunt, sed fiducia bonitatis Diuinæ vocati paruerunt, & laborarunt, gratum habentes quicquid acciperent, scientes se nihil esse meritos.

10 Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: & acceperunt ipsi quoque singulì denarium.

Venientes autem & primi, arbitrati sunt quód plus essent accepturi: acceperūt autem & ipsi singulos den a rios.

11 Et quum accepissent, murmurabant aduersus patremfamiliâs,

Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamiliâs,

12 Dicentes, Hi nouissimi vnam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstum.

Dicētes, Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pōdus diei & æstus.

13 At ille respondēs, vni eorum dixit, Amice non facio tibi iniuriā: nónne denario pactus es mecū?

At ille respondēs, vni eorum dixit, Amice nō facio tibi iniuriam: nónne ex denario conuenisti mecum?

14 Tolle quod tuum est, & abi: volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi.

Tolle quod tuum est, & vade: volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi.

15 Annō licet mihi quod volo facere in reb' meis? an oculus tuus malus est quòd ego bonus sim?

Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

ANNOT.

10 Arbitrati sunt, &c.] En vnde primi fiant nouissimi: hic eorum ingenium describitur: ex laboris proprii æstimatione putant se plus debere accipere, collato suo cum nouissimorum illorum pauco labore. Et accep. ipsi q.] Primi & nouissimi denariū accipiūt: hoc est, vtrisque bona ista tēporaria dantur: nouissimis autem non quæsita, sed vltrò Dei bonitate adiecta, quòd ipsi primùm Dei regnum quæsierint, suprà cap. 6. d. 33: insuper de vita æterna certi sunt per gratiam, eóque alacres & læti in opere Domini versantur: quum primi tēporaria quærāt, ac paciscantur, & spe ipsorum duntaxat operum: quo fit vt à gratia excidant, & dura ac difficili vita nihil nisi gehennam mereantur.

11 Murmurabant] Quid aliud audimus ab iis qui magna meritorū suorū fiducia inflati, nescio quàm abundantes sibi mercedes, & illustres coronas pollicentur? qui vbi audiunt gratiæ Euangelicæ prædicationem tantam esse, vt meretrices & peccatores sint ipsos præcessuri in regnum cælorum, audenter dicunt, hoc pacto Deum non fore iustū, si hoc sit futurum. Tale iustitiariorum ingenium & Luc 15. f. 25, descriptum est. Si in genere de Iudæis & Gentibus intelligas hoc, Iudæi proculdubio inuiderunt Gentibus vitam æternam per Christum: murmurantes quòd verbum Euangelii illis annuntiaretur. AEgrè ferebant, etiam post acceptum Spiritum sanctum, Petrum euangelizasse Gentibus, dicentes, Act. 13. a. 3, Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?

12 Vnam ho. fue. in o.] Græcè ad verbum, Vnam horam fecerunt. Incertum an vnam horam sit accusatiuus trāsitiuus, an tēporis: hoc est, an vt accipiamus eos fecisse horā, qui spatium horæ peregerint in opere: an eos fecisse opus horæ spatio. Magis tamen conuenit quod vertit interpres, quòd vnam horam fuerint in opere. Pondus diei & æstum.] q. d. qui totū diem perdurauimus in labore, & æstum meridianum pertulimus. Siue allegoriam accommodes ad Iudæos prius vocatos, & ad Gentes posterius: (tametsi in principio diximus, singulas parabolarum partes non esse obseruandas) siue ad eos qui iuuenes vocātur, & ad eos qui senes: congruet pondus diei, quòd Iudæi post diuinam Legis obseruationē vocati sunt ad Euangelium: Gentes subito ad eandem gratiam admissæ sunt. Si autem velis (vt principio dictū est) singulorum hominum collationē facere, & exactè rem explicare, à tempore ad conscientiā hæc referes: vt operariorū longum & molestum laborem, intelligamus laborē & molestiam animi ipsorum, qui omnia scilicet inuiti & moleste faciūt, nihil ex animo & libentes, vrgente scilicet eos Lege, & omnia extorquente minime voluntariis. Ita vnica illa & nouissima hora significabit alacrē & lubentem conscientiā quæ gratia ducitur, vt vltrò, Lege nihil vrgente bene viuat.

15 An oculus tuus malus est,] Oculum pro mente posuit: nam malitia est mentis, non oculi corporei. q. d. an ideo liuore torqueris, quia me vides benignum in eos in quos lubitum est? Rectè autem per oculum malum, inuidos significauit: nam illi ægre vident aliis benefieri, quum gaudere potius deberent, & bonitatem Dei commendare.

Sic erũt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. multi enim sunt vocati: pauci verò electi.
Et ascẽdens Iesus Ierosolymã, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis,
Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & cõdemnabunt eum morte:
Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget.
Tunc accessit ad eum mater filiorũ Zebedæi cum fi-

16 Sic nouissimi erunt primi: & primi, nouissimi. Suprà 19.d.30 marc.10.e.31 luc.13.f.30.
multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Infrà 22.b.14
17 Et ascendens Iesus Hierosolyma, assumpsit Har.3.30
duodecim discipulos suos solos in via, & ait illis, Mar.10.e.32.
18 Ecce conscendimus Hierosolyma, & Filius ho luc.18.e.31.
minis tradetur principibus Sacerdotum ac Scri- C
bis, & condemnabunt eum morte:
19 Et tradẽt eum Gentibus ad illudendũ, & flagel Iohã.18.f.32.
landum, & crucifigendum: & tertia die resurget.
20 Tunc accessit ad eum mater filiorũ Zebedæi Har.3.31. Marc.10.e.35

ANNOT.

16 Sic nouissimi erũt primi,] Hæc in fine capitis præcedẽtis, & in principio huius declarata sunt. Multi enim sunt vo.pa.v.electi.] Dicit multos esse vocatos per prædicationem Euangelii ad Ecclesiã Dei, & studiũ veræ pietatis: sed paucos electos qui syncera fide in illum versentur, nihil sibi, sed omnia Dei gratiæ tribuentes. Hæc enim velut ratio sunt quare ex nouissimis multi fiãt primi, & ex primis multi nouissimi: acsi dicat, Ideo fit, quòd multi sint vocati, & pauci electi: apertissime declarans, omnia à sola Dei gratuita electione pendere, & vt quis in vineã Domini vocetur, & vt in ea digne operetur, & denique vt mercedẽ referat. Vnde quũ ii quos memorat factos nouissimos, electi non fuissent, tametsi plurimũ fuissent operati, nihilominus reiecti fuere. Nequis autem existimet hac parabola tolli gradus præmiorum: nam alium alio maiore gloria illustrari, manifeste docuit Apostolus, 1.Corin.15.e.41.

17 Et ascendens Iesus Hieros.] Explicatius de morte & supplicio suo, discipulis, & selectioribus quidem, nempe duodecim, prædicit. aderat enim iam tempus passionis, tẽpus tenebrarum & offensionis: & ista profectio, postrema erat qua Ierosolymã petebat. Discipuli vero, vt est apud Marcum cap.10.e.32, stupebant, & timebant sequentes illum. nam præcedebat eos ascendens Ierosolymam. audierant enim antea iam aliquoties quid futurum illi esset Ierosolymis. Vnde apud Iohannem, cap.11.a.8, ipso dicente, Eamus in Iudæam iterum: dicunt ei, Rabbi, nunc te quærebãt Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Propterea Thomas (versu 16) dicebat ad condiscipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo. Præterea indicarat quæ esset à principibus Sacerdotum passurus. Iterum igitur vt eos præmoneret, sic eos alloquitur, Ecce, nos ascendimus, &c. simúlque vt cõfirmaret eos, partim his verbis, quum ea viderent quæ ipse prædixisset, quibus & agnoscere poterãt illũ esse filiũ Dei: partim & spe resurrectionis, quũ dicebat se tertio die resurrecturũ: postremo ex eo quòd (vt Lucas scribit) testabatur se iuxta Scripturas, atque ideo ex bona Patris voluntate ascendere, vt consummarentur omnia quæ scripta erãt per Prophetas de Filio hominis: vnde agnoscerẽt nihil fortuitum esse, sed omnia certa, & præordinata esse à Deo. Et hanc præmonitionẽ reducit eis in memoriam angelus, & ipse Christus, Luc.24.a.6, & f.44. Cum superioribus quoque hæc pulchre conueniebãt, quæ de abnegatione sui ferendáque cruce docuerat. Ascendens autem dicit, quòd Ierusalẽ sita esset in edito loco. Assumpsit du.disc.] Hîc videmus quàm patienter discipulorũ imperfectionem ferat: iam anteà secundo illis ista prædixerat, & ad omnimodam abnegationem, & crucis patientiam, suíque imitationem adhortatus fuerat: & quanquam adhuc deprehẽdit eos carnales & infirmos, non tamen abiicit, aut durius increpat. Simul hinc colligimus quanta sit naturæ nostræ imbecillitas, qui non patiamur nos à Deo regi, quum semper nobis adsit, interea imbecillitati nostræ indulgentes.

18 Ecce conscendimus, &c.] Notandum hîc quòd supplicium vltrò adeat quod ante aliquoties fugerat: quia erat nunc hora eius. Sic se habẽt omnes filii Dei: Patris voluntatem & ductum in omnibus & ad omnia sequuntur: constantes sunt, nec animi eorũ in operibus Dei labascunt, aut concidunt, sed potius gnauiter & alacriter pergunt.

19 Gentibus] Nam Romana potestas supplicio eum adiudicauit, & eo mortis genere affecit quod erat tum crudelissimum & ignominiosissimum.

20 Tunc accessit ad e.ma.fil.] Testatur hæc historia quàm corruptum sit hominis ingenium, quídve caro quærat in Euangelio, siue regno Dei. Marcus scribit, ipsos filios Zebedæi

hæc petiſſe,& nominatim ponũtur Iacobns & Iohannes: ſed quod ipſorum inſtinctu mater orauit,non ab re & ipſi oraſſe dicũtur: quanquam ſimul cum matre forſan & ipſi Dominum orauerunt. Marci verba ſunt, Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebedæi, dicentes, Magiſter, volumus vt quodcunque petierimus,facias nobis. At ipſe dixit eis, Quid vultis me facere vobis? Illi verò dixerunt ei, Da nobis,&c. Quidam ſcribũt,matrem acceſſiſſe poſt filios, tanquam inſciam, aut forte ſubornatam ab ipſis, cogitantibus Dominum alacrius daturum, ſi matris preces accederent, quæ cognata eius erat, & ipſi eius cognati: quæ res fortaſſe eos impellebat ad eam ambitionem. Vtvt ſit,reſpondet illis,non matri, Dominus. Apparet autem Euangeliſtam ſtudio & prudenter Zebedæorum temeritatem deſcribere voluiſſe, non ſolùm in ipſa petitione,ſed & in ratione petendi. Primùm,quaſi obſtrictũ pollicitatione Dominum reddere conantur,dicentes,Volumus vt facias,&c. Non proferunt quid ſint petituri,ſed aſſenſum Chriſti antequam petãt,venantur,ne poſtea illi negare liceat. Propterea autem quòd nõ ſimpliciter dicunt, Quod petituri ſumus: ſed Quicquid petierimus: Chriſtus ideo reſpondet,Quid me vultis facere vobis? non approbans ipſorum temeritatem: ſed iubens proferre quid petant. q.d. plurimum refert quid ſitis petituri. Exemplum probe notandum in eo, quòd tanta patientia tolerat diſcipulorũ ſtultam temeritatẽ: diſcendúmque quid à Chriſto nobis ſperandum ſit, vt infirmi, ex eius gratia fiduciã concipiãt, atque in regno hoc locum ſibi fore non deſperent. Simul obſeruandũ, hæc dici de præcipuis inter Apoſtolos,quíque maioribus donis excellebãt, quorum tamen tãta hîc eſt ambitio. Quo magis debemus eſſe ſoliciti vt caueamus (nã ambitio eo periculoſius eſt venenũ,quo latet magis) quũ videmus tãtis Chriſti miniſtris hæc accidiſſe.

cum filiis ſuis,adorans,& petens aliquid ab eo.
At ille dicit ei,Quid vis? Ait illi,'Dic vt ſedeant
hi duo filii mei , vnus ad dextram tuam , & alter
ad ſiniſtram in regno tuo.
Reſpondens autẽ Ieſus dixit,'Neſcitis quid pe-
titis:'poteſtis bibere poculum quod ego bibiturus
ſum : & baptiſmate quo ego baptizor, baptizari?
Dicunt ei,Poſſumus.

liis ſuis , adorãs, & petens aliquid ab eo.
21 Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt ſedeant hi duo filii mei, vnus ad dexterã tuã, & vnus ad ſiniſtrã, in regno tuo.
22 Reſpondens autem Ieſus dixit, Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicẽ quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus.

ANNOT.

21 Dic vt ſedeant] Somniabant perpetuò carnale & mundanũ, licet eximium (quale nunquam fuerat antea) fore Chriſti regnum. Audierant Petro claues regni cælorum promiſſas: deinde Apoſtolos duodecim ſuper duodecim ſedes in regno Dei ſeſſuros, & iudicaturos: & iam futuram breui eſſe Domini reſurrectionem: poſt quam putabant regni illius ſequuturam maieſtatem: atque ita putabãt tempus eſſe petendi vt liceret ſibi primas obtinere in regno Dei. Sedere ad dextram & ſiniſtrã in regno Chriſti,nihil aliud eſt quàm primas habere in regno eius.

22 Neſcitis quid petitis.] Chriſtus in genere damnat ambitionem ipſorum: deinde ſtultas illas cogitationes de regno ipſius carnali. Petebant id quod neſciebãt vtiléne eſſet,an decorum, an Deo placeret. Poteſtis bibere poc.] Vetus interpres calicem tranſtulerat: ſed Græca vox poculum ſignificat,hoc eſt,quodlibet vas vnde bibitur. Temporalem dignitatem petebant quibus promiſſa ſpiritualis æterna,ſed non niſi antè perpeſſis perſequutionem,fruẽda. Neque enim potiores Domino partes debebãt habere ſerui, Iohã.15.c.20: & conregnaturos cum Chriſto,cõmori quoque cum ipſo oportebat,Rom.8.c.17. Rogabat ergo an poſſent crucem & ſupplicium ferre quod ipſe paſſurus erat. nam hoc ſignificat Bibere poculum quod erat bibiturus, & Baptiſmate baptizari quo erat ipſe baptizandus. id enim à Patre paratum perferre oportebat ex Patris decreto: vt in conuiuiis olim vnũquenque conuiuarum ſuam oportebat vini portionem,quæ ſibi à rege conuiuii miſta erat,exhaurire. Infrà cap.26.d.42 dicit Chriſtus,Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum,fiat voluntas tua. Idem vocat & baptiſma. fuit enim ceu mortalitatis ipſi ablutio,& ad vitam cæleſtẽ purgatio. Eadem metaphora vſus eſt & Luc.12.g.50,Baptiſma habeo baptizari,& quomodo coartor vſquedum perficiatur? Porrò metaphora calicis in Scripturis frequẽtiſſima eſt in vtranque partẽ. nam vnicuique aduerſa & proſpera Deus certò admenſus eſt,bibétque quiſque ſuam portionẽ,velit nolit. In malam partem, Pſal.11.6,Spiritus tempeſtatis,pars calicis eorum. Id eſt,decreta ipſis vltio,& diuinitus ordinata impietatis ipſorum retributio. In bonam,Pſal.16.5,Dominus ſors partis meæ,& calicis mei. Id

eſt,ipſe portio,& ordinata mihi hæreditas eſt. Et Pſal.23.5,Calix meus ſuperabũdans.Id eſt,bona quæ mihi Deus tanquã meam ſortem contulit,redundant. Poſſumus.] Sic eſt humanum ingenium,vbi in tuto eſt,& res noſtras cupimus cõfectas.Multum ſibi de ſuis viribus pollicentur,idque extra Deum,imbecillitatis ſuæ obliti. Iidẽ vbi viderunt Dominum comprehenſum in horto,omnes eo relicto fugerunt.infrà,26.f.56.

Ait illis,Calicem quidem meũ bibetis : ſedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram , non eſt meum dare vobis , ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

23 Ait illis, 'Poculũ quidem meum bibetis, & baptiſmate quo ego baptizor,baptizabimini:ſedere autem ad dexterã meam & ſiniſtram meam,'non eſt meum dare,ſed iis continget 'quibus paratum eſt à Patre meo.

Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.

24 [Et quum audiſſent decem , 'indignati ſunt de duobus fratribus. Marc.10.g.41 Luc.22.c.2

Ieſus autẽ vocauit eos ad ſe: & ait,

25 'Ieſus autem vocauit eos ad ſe, & ait, D

ANNOT.

23 Poculum quidem meũ bib.] Regni ſui conditionem ipſis & omnibus aliis aperit,in quo nemo degere poſſit ſine perſecutione.Omnes enim qui piè volũt viuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur,2.Timoth.3.c.12.Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei,Act.14.d.22. Hoc enim eſt Chriſti regnũ:& ipſe qui caput eſt in hoc regno,ſuo exemplo id neceſſarium teſtatur.Poculum meum dicit:q.d.meo exemplo,perſecutiones patiemini.Aut meum dicit,vt conſolationẽ adhibeat ad crucẽ leuiter ferẽdam.acſi dicat, ego ſum vobis ſocius in cruce,& vos mihi. Crucis autem nomine Scriptura omnes ærumnas comprehendit,vincula,flagella,carceres,ignominiam.In his non exercebantur hi duo diſcipuli,quæ ſane carnem & carnis affectus domant,& peccatum inhibent: propterea otioſas habent de primatu cogitationes. Non eſt meum dare,] Græce non legitur,Vobis:vt ſit abſolutum,& intelligas totum hoc reiici in Patrem. His verbis non minuitur Chriſti maieſtas,ſiquis probè expendat:tantùm negare voluit hoc ſibi mandatum eſſe à Patre , vt gradus honorum cuiquam aſſignet.de ſuo enim officio loquitur,quod erat,inſtruere ſuos ad crucem,& vitam æternam promittere.ad hoc enim fuit miſſus.De humanitate ſua loquitur,vt etiam apud Marcum cap.13.d.32,De die autem illo vel hora nemo ſcit,neque angeli in cælo,neque Filius,niſi pater.Præſumebant ſibi gloriam prærogatiuam apud Chriſtum, propter cognationem carnis. At huius gratia dare gloriam regni cælorum,non decebat Chriſtum. Dein, licet poteſtatem omnem acceperit à Patre,hoc tamen non accepit: nec decet,quamuis acceperit,vt aliis det quàm quibus à Patre prædeſtinatum eſt.Iſta non minuunt gloriam vel potentiã Chriſti,ſed iuſtitiam illius commendant,quòd non reſpiciat perſonas, ne cognatorum quidem,in elargiendis honoribus regni cælorum,ſed magis voluntatem Patris, à quo omnem regni cælorũ poteſtatem accepit. Quibus paratum eſt à Patre meo.] Hoc loco docemur,futuræ vitæ gloriam expectandam eſſe à ſola gratia miſerentis Dei & eligentis,abſque vllo operum ac meritorum reſpectu. Propterea in die iudicii dicet, Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Et Paulus Ephes.1.a.4, Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem,&c. Non eſt igitur meum nunc,neque modò hæc à me oranda: ſed diuinitatis meæ munus eſt hoc: & decretum eſt à Patre qui ad illam admittendi ſint.

24 Indignati ſunt de d.fr.] Quòd hìc duobus fratribus indignati eſſe reliqui decem ſcribuntur,non ex eo erat quòd ambitionem hanc ipſi deteſtarẽtur,cui & ipſi obnoxii fuiſſe non ſolum ſuprà cap.18.a.1,ſed & Luc.22.c.24,in ipſa Dominica cœna deprehenduntur.Itaque videmus malum hoc vtcunque ſuprà ſopitum,hìc per hos duos iterum excitatum eſſe,adeò vt contendant etiam huius rei gratia in ipſa Domini cœna. Omnes eundem affectum habebãt,ſed latentem:ex ambitione enim latente oriebatur eorum indignatio.

25 Ieſus autem vocauit eos ad ſe,] Diſſidium ſuorum Chriſtus ferre non poteſt: ideò ad ſe vocatis Apoſtolis iterum amputat mali cauſam & radicem:vult enim ſuos eſſe vnanimes.Vide autem vt non prorſus eos abiiciat tam turpiter ambitioſos , ſed patienter toleret, ad ſe vocet iterum admonendos. Exemplum diligenter obſeruandum omnibus Chriſtianis.

'Scitis quòd principes Gentium dominẽtur illis: & qui magni ſunt, poteſtatem exerceant in eas.

'Non ita erit inter vos: 'ſed quicunque voluerit 26
inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter:

Scitis quia principes Gentium dominãtur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatẽ exercent inter eos.

Non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter:

ANNOT.

Scitis quòd princip. Gen.] Quidam exiſtimant eum loqui in vniuerſum de ſuis fidelibus. Alii melius ad miniſtros referunt, nec tantùm ad perſonas, ſed & ad munus. De officio certe paſtorum loquitur, docens ad quid vocati ſint. q.d. Vos vocati eſtis vt regnum cælorum annuntietis: hæc veſtra conditio talis non eſt qualis principũ huius mundi: excellens eſt Regum dignitas: verùm non eadem eſt miniſtrorũ meorum ratio quæ Regum. Seruiunt quidem Reges pii, nec debent animum efferre: ſed Domino ſe ſubiicete in obſequium. Differunt autem ipſa officii conditione: debent vtrique eſſe humiles: at regnum aliter adminiſtrandum eſt atque gubernatio ſpiritualis in Eccleſia. Qui principatum gerunt inter Gentes, dominatum exercent in illos quibus imperant: & qui primates ſunt, poteſtatem exercent in ſibi ſubiectos. Magnos, vocat magiſtratus reſpectu ſubditorum: aut magnos, magnates intelligit.

26 Non ita erit inter vos:] Oſtẽdit quid differat paſtor à rege: rex præeſt vt imperet: paſtor ſic regnat vt tamẽ ſit miniſter. Politia quidem eſt in Eccleſia: nam miniſtri præſunt. ſed illa præfectura non debet cenſeri dominium. Reges ſimul ſeruiũt & dominantur. Moſes, Dauid, Ioſias, Ezecias, etſi vt Regibus par erat dominarentur, cæteris tamen omnibus inſeruiebant. Quis vnquam dignitate præſtantior, & authoritate poteſtatéque formidabilior fuit Moſe? at quis ſimul vnquam pluribus magis ſedulo & ſummiſſe ſeruiuit, qui nihil omnino ſibi vel quæſierit vel acceperit vnquã, vt de ſe apud Dominũ gloriaretur, Nume. 16. c. 15, Tu ſcis quòd nec aſellum vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorũ. Non igitur hîc Chriſtus dehortatus eſt nequis Rex eſſet, aut magiſtratu fungeretur, vt quidã hunc locum male interpretãtur, Chriſtũ de omnibus in vniuerſum loqui, ita vt nullus Rex eſſet, nec magiſtratus: ſed dehortatur nequis inter miniſtros verbi ſui ſibi quærat præcellentiam & poteſtatẽ. Qui hæc omnia non ad ſolos Apoſtolos & miniſtros verbi referri volũt, ſed ad magiſtratus Chriſtianos potius, ſic exponunt illud, Scitis quòd principes Gentium, & reliqua. Chriſtus his verbis declarat, affectum illum principatus quem appetebant Apoſtoli, eſſe mũdanum, adeóque prauum & alienũ à regno Dei. q.d. Ita ſolent Gentes, quibus nulla eſt Dei notitia, qui carnis ducuntur affectibus, quibus vos iam ſimiles eſſe pergitis. Solet ſuos, facta Gentium mentione auocare vel ab erroribus, vel corruptis affectibus, vt ſuprà cap. 5. g. 47, vt habent quædã Græca exemplaria: & cap. 6. a. 7. Nam omnino turpe eſt regno cælorum initiatis, iiſdem laborare affectibus quibus laborant & Gentes, nec meliores eſſe Gentibus. Ita & Paulus Chriſtianos vrget ad vitæ innouationẽ, 1. Theſſ. 4. a. 5, & aliis locis. Huc pertinet quod dicit, Inter vos autẽ nõ ſic erit. quod idem eſt cũ eo quod cap. 6. b. 8, dicit, Nolite ſimiles illis eſſe. Non erit, inquit, inter vos vt inter Gẽtes, vt qui principes ſunt & magni inter Chriſtianos, dominiũ exerceãt in ſubditos, & poteſtate aduerſum illas opprimendas vtantur. Non damnat hoc in Gentibus quòd principes & magnates haberent: id quod neceſſarium eſt etiam hodie: neque hoc damnat quòd principes poteſtate vtantur ad caſtigandũ reprobos, & defendendum inſontes, dum iudicium & iuſtitiam exercent: quod non pertinet ad Gentes magis, quàm ad populum Dei, qui tales principes habuit in Scriptura laudatos: ſed dominãdi libidinem & ambitionem qua non quæritur vt populus commodè habeat, ſed vt dominãtibus pro voto omnia cedant. Quo morbo plane Gentili laborabant Apoſtoli, propriam commoditatem & gloriam quærentes. Qualis autem eſſe debeat primatus inter Chriſtianos in regno Dei, qui non ſit Gẽtilis, nec carni tantopere arrideat, nec inferiores opprimat, ſed potius illorum quærat commodũ, docet his verbis, Sed quicũque voluerit inter vos, &c. ſit omnium miniſter & ſeruus. Omnium, nempe inferiorũ, inter quos ipſe magnus eſt & primus. Hoc eſt quod carni non placet, quæ mauult dominari, quàm ſeruire. Seruire autẽ omnibus, eſt omnibus prodeſſe, ſeruire ad aliorum vtilitatem, ſalutem, ac neceſſitatem. Hactenus qui de magiſtratu Chriſtiano hîc locum intelligunt: aliorum tamen expoſitio magis loco conuenit. Sed quicunque vo. &c.] Videtur hîc prima fronte ſuis velle cõcedere vt primatum ambiant. verùm qui ambiunt, inepti ſunt & inutiles ad ſeruiendũ Chriſto: quum nihil magis ab officio paſtoris abhorreat. Corrigit verò hunc prauum dominandi affectum. Vt enim quum dicit, Dilige proximũ tuum ſi-

cur teipsum: non probat amorem sui,sed potius dicit, Corrige hunc affectum quem erga teipsum habes,& in alios transfer: ita & hic dicit, Siquis hoc ambitionis vitio laboret,corrigat, & se ad seruiendum comparet.quam doctrinam suo exemplo in sequentibus confirmat.Summus honor est in Ecclesia Christi vt quisque seruiat.

Et qui voluerit inter vos primus esse,erit vester seru⁹.

27 Et qui voluerit inter vos primus esse, sit vester
seruus.

Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

28 ‖'Sicut Filius hominis nō venit vt sibi ministra- Philip.2.a.7.
retur,sed vt ipse ministraret,'vtque daret animam
suam 'redemptionem 'pro multis.

Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa.

29 ‖Et egredientibus illis ab Hiericho, sequuta est Har.3.34. Mar.10.g.46. luc.18.g.35.
eum turba multa.

Et ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret, & clamauerūt dicētes, Domine, miserere nostri, fili Dauid.

30 'Et ecce duo cæci 'sedētes iuxta viam,quum au-
dissent quòd Iesus transiret,'clamauerūt dicentes,
Domine,'miserere nostri, fili Dauid.

ANNOT.

28 Sicut Filius hom.] Semper memoria repetendum,seruum non esse domino suo maiorem,nec discipulum magistro præstantiorem.De tempore suæ humiliationis loquitur,de qua & Paulus Philipp.2.a.7,Quum in forma Dei esset,semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens,in similitudinem hominum factus,& habitu inuentus vt homo.Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quis hanc conditionem recusabit, quum habeamus Magistri & Domini nostri exemplū? non aliter se gerebat quàm decebat seruū, etiam seruum hominū: nam factus est minister Circūcisionis, Rom.15.b.8. neque tantùm in morte se exhibuit ministrum,sed etiam in reliqua vita. nam in cœna de eadem re suos instruens,exemplum ministerii sui illis proponit,quum dicit, Luc.22.c.27, Nam quis maior est,qui recūbit,an qui ministrat? nónne qui recumbit?ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vtque daret an. s.redemptionem] Vox Græca proprie significat pretium quo redimuntur captiui,aut serui,quod nos vocamus rançon.Paulus Ephes.1.b.7,declarat quæ sit illa redemptio, nempe remissio peccatorū,In quo(ait)habemus redemptionē per sanguinē eius,remissionem peccatorum.Sic Coloss.1.b.14.Et 1.Pet.1.c.18.Hic excluduntur omnia cōmenta de satisfactionibus pro peccatis.hæc enim stare non possunt,si putamus nos posse afferre aliud pretium aut partem aliquam pretii pro remissione peccatorū nostrorum.Hinc etiam docet suos ita prorsus omnium seruos esse debere,vt nō solùm qualiacūque officia impēdant,sed ipsam quoque vitā.

Pro multis.] Dictio Græca aliud quiddā sonat quàm Latinis,apud quos tātùm opponitur paucis:apud illos populi multitudinem sonat, atque id fermè quod Latinis sonat vulgus.

30 Et ecce duo cæci] Matthæus & Marcus scribunt hoc miraculum à Domino æditum quum à Iericho fuisset egressus, Lucas autē,quum oppido appropinquasset. Hæc sic accipienda videntur quibusdā,vt Lucas satis habuerit hanc historiā,vt ex ea Domini benignitas,& in cæco fidei exemplum nobis commendaretur,descripsisse: rum etiam narrasse,hæc prope Iericho accidisse. cæterùm non fuisse sollicitū de tempore,an dum oppidū ingrederetur vel egrederetur ea gesta sint : sicut nullus quidem Euangelistarū huiusmodi circunstantias anxiè persequutus est: quippe qui omnes in eo fuerint,vt Iesum dominū nostrūm ex dictis & factis suis ostenderent Christū seruatorē esse. Sic quum Matthæus de duobus his cæcis mentionem faciat,Marcus & Lucas satis habuerūt Domini bonitatem & virtutem declarasse in vno.Vide tamē Harmoniā,lib.3.cap.32,& 34. Sedentes iuxta viā,] Quòd palàm hūc & alios mēdicare Iudæi passi fuerint,argumento est Legē dilectionis omniū primam,nimium fuisse tum apud eos obliteratam, vtvt vellent videri obseruantissimi ceremoniarū: quod illis Dominus identidem opprobrat. Adhæc peculiariter illis præceptū fuit,neque egere inter se paterētur. Deut.15.a.4. Sed collapsa fide nihil potest pietatis & integritatis præterea cōsistere. Clamauerūt] Signū vehementis affectus. Miserere. n fili Dauid.] Hæc declarata sunt suprà cap.9.d.27. Sentiebant cæci illū esse vnctum Domini: sic nos sentire de Christo debemus,vt audiamus quid de illo Scriptura pronuntiet, non autem quod nostro ingenio comminiscimur.

'Turba autem increpabat eos vt tacerent: at'illi 31
'magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Do-
mine, fili Dauid.
Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, 'Quid vultis 32
vt faciam vobis?
Dicũt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri. 33
'Misertus autẽ *corũ* Iesus, 'tetigit oculos eorum: 34
& confestim visum receperunt oculi illorum, '&
sequuti sunt eum.

CAP. XXI.

Har.3.36. Marc.11.a.1. luc.19.d.29. ET quum appropinquassent Hierosolymis, & 1
venissent 'Bethphage ad montem Oliuarum,
tunc Iesus misit duos discipulos,
Dicens eis, Ite'in castellum 'quod cõtra vos est, 2
&'statim inuenietis asinam alligatam,

Turba autem increpabat eos vt tacerẽt. at illi magis clamabãt, dicẽtes, Domine, miserere nostri, fili Dauid.

Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis?

Dicũt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri.

Misertus autẽ eorum Iesus, tetigit oculos eorum: & confestim viderũt, & secuti sunt eum.

CAP. XXI.

ET quum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Beth-phage ad mõtem Oliueti, tũc Iesus misit duos discipulos,

Dicens eis, Ite in castellũ quod cõtra vos est, & statim inuenietis asinã alligatam,

ANNOT.

31 Turba autem increpabat eos vt] Increpant aut quòd turpe putent mendicos homines Christo negotium facessere, quasi gloriæ illius obesset, rem illi esse cum hominibus sordidis: aut quòd putent eos stipem aliquam petere à Christo, quod sordidum existimabant: aut quia videntes Iesum ad clamorem nihil respondere, suspicentur hoc illi esse molestum (quum ipse potius dissimularet clamorem illorũ, quo magis esset perspicua eorum fides & ardor:) aut potius quòd in turba quidam offenderentur ipsum vocari Christum filium Dauidis, quibus verbis confitebantur eum esse Messiam in Prophetis promissũ. Magis clamabant,] Perseuerant, vtcunque turba prohibeat: fuit igitur constantia fidei in illis, vt non succumberent tentationibus. satan omnem mouet lapidem vt precationes impediat: verùm resistendum est, nec finis faciendus donec impetrauerimus. Sic etiam quisque tum demũ vera intentáque precatione Domini clementiá pulsabit, quũ necessitate pressus sentiet quantopere opis indigeat.

32 Quid vultis, &c.] Non ignorabat Christus quid peterent: verùm quia turbæ non liquebat quòd rem tam magnam & vires humanas excedentem peterent, suspicata forsan illos stipem à Christo petere: ideò rogat vt manifeste profiteantur quid petant, hoc est quantum fidei & fiduciæ erga eum habeant, quem tãto clamore implorabãt. Nam in petitionis vel qualitate vel amplitudine, liquet fidei qualitas & amplitudo.

34 Misertus autem] Vide annotationem suprà cap.9.d.36. Tetigit oculos e:] Vide annotationem suprà cap.9.d.29. Et sequuti sunt eum.] Indicium est animi grati. sequendo autem, beneficium acceptum prædicabãt, & Deum glorificabant. ita & in Luca legitur, Et sequebatur eum, glorificãs Deum. Ad hoc enim illuminamur à Christo, vt eum veram lucem ac lucis authorem sequamur.

IN CAPVT XXI.

1 Bethphage] Villula erat ad radices montis Oliuarum, qui proximus erat vrbi Ierusalem, ab ea spatio duorum millium passuum distans, vt legitur Act.1.b.13.

2 In castellum.] Vox Græca vicũ aut oppidum sonat: nequis putet arcem esse, aut magnatis palatium. Plerique male exposuerũt de Ierusalem: quasi contemptus gratia vrbem eam regiam vocarit vicum. Intelligi autem debet de vico aliquo vrbi vicino, quales plerunque vrbibus adiacere solent, in quibus vehendorum onerum gratia asini in vsu habebantur: fortasse Bethania, aut quis alius pagus ex ea mõtis parte situs in qua erat Bethphage, qui cõspici poterat ab iis qui Bethphage erant. Interiectus autem erat mons Oliuarum vrbi Ierusalem, & vico Bethphage: propterea non poterãt qui Bethphage erant, conspicere Ierusalem. Quod contra vos est:] Id est, quod est e regione vestri: locũ designat in prospectu eorum positum: qui vrbs Ierusalem esse non poterat propter montem interiectum. Bethphage enim sita erat ex altera montis parte ipsi Ierusalem. Statim inuenietis] Qui dominus erat omniũ, pauperũ iumentis vtitur, nec quicquã habet proprii: propter nos pauper factus, 2.Cor.8.b.9, ditissimus omniũ. Mira autẽ præsciẽtia illius, qui tam certo nouerat absens vbi essent, & quales asini

illi quibus vsurus erat. Iohan.1.g.48 tale quid legimus, Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Prius quàm te Philippus vocaret, &c. Aequè certò etiam prædicit neminem prohibiturũ asinos quominus soluantur & abducantur. Nam in Marco dicitur, Et continuo illum dimittet huc. Neque hîc solùm obseruanda præscientia Christi mira, sed ea quoque virtus qua animos mortalium in suam obedientiam potest redigere, vt sua facilè resignent, vbi intellexerint ea exigi in vsum Domini. His etiam voluit suis Apostolis manifestare suam potentiam ac diuinitatem, quominus de se quum paulo pòst cum peccatoribus in cruce moreretur, desperarent.

& pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.
3 Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & cōfestim dimittet eos.
4 Hoc autē factū est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,
5 Dicite filiæ Sion, Ecce

& 'pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.
3 Et 'siquis vobis aliquid dixerit, dicite, Dominus his opus habet: '& confestim emittet eos.
4 'Hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,
5 'Dicite filiæ Sion, |'Ecce

Zach. 9 b.9. Iohan. 12.b.15 esa.62.d.11.

ANNOT.

Pullũ] Marcus & Lucas addũt, alligatũ eum ea, super quem nullus vnquã hominũ sedit.
3 Siquis vobis.al.dixerit,] Marcus & Lucas addunt, Et vos interrogauerit, Cur facitis hoc? quare soluitis? sic dicetis ei, Dominus his opus habet. Non aufert inuitis iumēta, quanuis omnium esset dominus, sed rationē necessitatis voluit ostendi: deinde, eorum assensu quorum erant, solui, & adduci asinos. Et confestim emittet eos.] Verior est lectio futuri emittet, quàm præsentis, emittit, vt quædam Græca exemplaria habent. nam ad asinam & pullum referendum est, vt satis indicat Marcus, cap.11.a.3, Et confestim illũ dimittet huc. Quæ tamen verba Chrysostomus exponit in eũ sensum, vt iusserit discipulos polliceri ipsum asinos, posteaquàm opera eorum esset vsus, in eum locum esse remissurum.

4 Hoc autem totum, &c.] Reddit rationē quare Christus iussisset sibi adduci asinũ, quo conscenso Ierusalem ingrederetur: vt scilicet impleretur quæ prædicta erant à Zacharia propheta. sed & Iohannes cap.12.b.15, eundem locũ propter eandem rationem adduxit, Inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullũ asinæ. Simul etiam locum hunc Scripturæ adduxit Euangelista, vt videamus Christum venisse, non quòd meruissemus, sed ad veritatem Dei comprobandam: quandoquidem multo antè quàm essemus, nobis promissus fuit.

5 Dicite filiæ Sion,] Testimonium hoc sumptũ est ex Zacharia, cap.9.b.9. quãquam Euangelista nec vsquequaque cōuenit cum Hebraica veritate, neque cum LXX. Obseruãdum nanque primùm Euangelistis nequaquam curæ fuisse vt singula verba Prophetarum citarent, sed duxerunt satis esse si sententiam retulissent, fecissentque palàm, quæ illi vaticinati essent, impleta esse: quo nimirum occasionē iniicerent nobis vt ipsi Scripturas consuleremus, lectu ri latius, atque expensuri exactius quæ omisissent: simul visuri, nihil omnino ab illis scriptum quod nō abundè sit impletum atque perfectum. Deinde naturale est, vt qui rem ipsam habet & vaticinii impletionē, de verbis nō sit admodum solicitus. Locus igitur iste Zachariæ Hebraicè legitur, Exulta valde filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, pauper, & ascendēs super asellũ, & super pullum filium asinarum. Hæc nanque Euangelistæ verba, Dicite filiæ Sion: nō sunt apud Prophetã: sed tãquam adhortatio est ad Prophetas & prædicatores, vt nuntiēt sequētia Ecclesiæ Israeliticæ. nã filiorũ nomine, Prophetæ tam vrbes ipsas, quàm vrbium ciues appellarũt. Quoties enim audimus Deum loquentē, toties agnoscãt Prophetæ, Apostoli, & Pastores, sibi præcipi vt nomine Dei loquantur, & perferant eam legationē. Dicite (inquit) filiæ Sion. Præcipit igitur suis ministris vt cœtũ Sãctorum & Ierosolymitanã Ecclesiã alloquãtur, annũtiēntque ei Christi sui aduentũ. Filia Sion, & filia Ierusalē, pro eadē Ecclesia Ierosolymitana ponitur. nã Sion, pars erat vrbis. vide Nominũ Hebraicorũ interpretationē. Euãgelista locũ Prophetæ indicasse contētus, exhortatur ministros Ecclesiæ vt annũtient, Prophetæ vaticiniũ de futuro Messia esse impletũ, quum vident Iesum insidentem asino ingredi Ierosolymam vt prædictũ fuerat. Propheta autem mentes populi Dei ad ingentem lætitiam & exultationē excitauit, dicendo, Exulta vehementer, &c. Ecce] Particula qua nos velut à somno ac infidelitate excitat, vt qui magnũ aliquid, & mirum,

quódque ingens momentum habeat, narraturus sit: quod vt magno desiderio expectandum sit, ita summo nunc cum gaudio debeat meritò excipi.

ᶠrex tuus ᵍvenit tibi ʰmansuetus, | rex tuus venit tibi mansuetus,

ANNOT.

Rex tuus] Id est, qui tibi promissus est, cuius tu in peculiū cessisti, qui vnus te gubernare debet, omissis aliis omnibus, sed in spiritu, nō externo imperio: à quo ita guberneris vt ereptus peccatis, dæmonibus, inferno, carni, & mūdo, ab ipso nūc in gratia, in spiritu, in vita, in cælo, in Deo tegaris & educaris suauissimè: id quod sola fide tibi contingit, qua credis ipsum huiusmodi regē esse, nec aliud imperium exercere, in hoc venire, atque annuntiari. Si enim ista de eo non credideris, nulla profectò re alia, aut opere tuo, ea vnquam assequêris. Qualem namque existimas, talem habes: quicquid de eo tibi pollicetis, id in eo inuenis: & omnino secundum quod credideris, ita fiet tibi, ipso semper eodem manente, & sui simili, qui est nimirum rex vitæ, gratiæ, & fœlicitatis, siue id credatur, siue secus. Venit tibi] Venit ipse: nequaquam enim tu venis ad eum, tibi ipsum adducturus: altius & longius habitat, quàm vt ad ipsum tuis opibus, opera, aut labore queas pertingere: ne scilicet gloriari possis te tuo merito aut dignitate ipsum ad te pellexisse. Venit etiam: quia prædixit in Prophetis atque promisit se venturum, modo fidem pollicitis reddidit, & aduênit. Tibi, ait, in bonum, tibi in peculium. Satis namque Christo non est, vt tyrannide & dominio peccati, mortis & inferni liberos nos reddat, agátque regem nostrū: sed simul sese totū nobis donat, vt nostrum sit propriū quicquid est aut habet. De quo Paulus Rom. 8. f. 32, Proprio filio suo nō pepercit Deus, sed tradidit illum pro nobis omnibus: quomodo igitur nō simul cū eo omnia nobis donaret? Hinc & 1. Corint. 1. d. 30, Christus factus est nobis à Deo iustitia, sapiētia, sanctificatio, & redemptio. In hoc quòd tibi venit, cedit tibi in peculiū: vt potestatem habeas iam in eius propria bona. Velut sponsa ius accipit in ea quæ sponsi sui sunt, vt ornatum quo ipsam condecorauit. Post hæc apud Prophetā legitur, iustus & saluator. Iustus hic prædicatur Christus ob iustitiam qua nos iustificat, non qua iudicat. Nam quæ Deo & Christo seruatori nostro Scriptura tribuit, omnia ad nos referenda sunt: nam ideo non quod Deus in se est, sed quid nobis esse soleat, illa prædicat. Venit igitur tibi iustus, id est, venit vt te iustificet sola sua gratia, per seipsum: non ignorās, te nequaquam iustum esse: vtque iustificeris, id non esse opus tuum, sed suam gratiam, suúmque donum, ita vt ex ipso duntaxat iustitiam consequaris. Hoc sensu vtitur his vocabulis & Paulus Rom. 3. d. 25, vbi ait Christum propositum propitiatorium ostensum à Deo ad ostensionem iustitiæ suæ, &c. vt ipse sit iustus & iustificans. Adhæc, accipiendum esse hoc pacto verbum Iustus, euincit verbum quod continenter adiunctū est, Saluator. Neque enim cuiquam saluator veniret, si cum rigida sua & iudicāte iustitia veniret, sed damnator potius vniuersis: quum vniuersi iniusti sint & peccatores. Nunc autem venit vt non solùm pios & iustos nos reddat, verumetiam saluos, quotquot ipsum recipiunt: vt eum qui solus sit iustus, & saluator, nos tum iustificans, tum saluificans, idque ex sola, ac nullo modo à nobis promerita eius mansuetudine atque bonitate, ac summa gratia peccatoribus vniuersis oblata, solum iustum ac saluatorem agnoscamus. Mansuetus,] Quòd Euangelista Mansuetus habet, vbi apud Prophetā legitur, pauper vel afflictus: nihil diuersitatis est. nemo enim mansuetus est, nisi qui afflictionē æquo animo tolerat, atque ita simul pauper existit. Adhæc non fuit Christus nisi cum mansuetudine pauper. Vide suprà cap. 5. a. 3 & 5. Præterea vox Hebræa AANI, quæ pauperem significat, & qua vtitur hoc loco Zacharias, nō semper significat eum pauperē qui destitutus sit pecunia atque facultatibus, sed qui corde sit afflicto atque humiliato: apud quē vtique nullus esse potest iræ aut arrogantiæ locus, sed nihil nisi māsuetudo. Cuius significationis expressum exemplū habemus in Christo, quum Lucas, cap. 19. f. 41, describit eum in hoc ingressu fleuisse super Ierusalem, atque miseriam eius deplanxisse. Quod itaque gessisse hic Christum legis, id verbū hoc significat, siue pauperem, siue mansuetum interpreteris. Cor eius oppressum est, vt vides, afflictione & compassione super Ierosolymam: hic nihil iræ apparet, nulla vltio vel memoratur, vt præ incomparabili māsuetudine hostium perditionem quoque defleat. Afflictio cordis qua cruciabatur, ita lenem atque mansuetū reddiderat, vt nullius iræ, nullius ferociæ, imò nullius omnino cōminationis, aut dignæ vltionis in mentem ei venire potuerit: nihil nisi compati quibat, & immensam offerre suam beneuolentiam etiam inimicis. En hoc est quod Propheta hic pauperem, & Euangelista mansuetum vocat. Beatus cui datum est sic Christum agnoscere & credere.

sedens super asinam & pullum filium subiugalis.

Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus.

Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerũt.

Plurima autem turba stranerũt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

' & sedens super asinam & pullũ filiũ subiugalis.
6 'Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepe
rat illis Iesus.
7 Et adduxerunt asinam & pullum, & 'imposue-
runt super eos vestimenta sua, & eum super illa
collocarunt.
8 'Plurima autem turba strauerũt vestimenta sua
in via: alii verò cædebant ramos de arboribus, &
sternebant in via.

ANNOT.

Et sedens super asinam & pullum filium subiug.] Dictio Græca vtrunque significat, vt & Hebræa, asinum & asinam. Vertendum fuisse asinum, masculino genere, docent reliqui tres Euangelistæ: nominatim verò Iohannes, qui capite 12.b.14, adducens eundem locum Zachariæ, sic scribit, Inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion, ecce, rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Quod autem scribit Propheta, Ascendens super asinum & super pullum asinarum: vsus est figura Prophetis vsitatissima, qua idem mutatis vocibus geminant. nam pullũ asinarum, more Scripturæ, pro asino posuit. Vox autem Hebræa, pro qua nostri solent reddere pullũ, non pullũ propriè, sed idoneum iam equitationi iumentũ significat: vt ex Iudicũ cap.10.a.4, & cap.12.d.14, liquet, vbi legimus, Et fuerũt ei triginta filii equitantes super triginta pullos. Præterea, pullum asinarum dixit, vt intelligas eo significari pullum fuisse cuiusmodi asinæ habent: nequis existimet pullum equorum fuisse. Porrò quòd Euangelista subiugam asinam dixit, hoc est cuius quotidie vsus fit ad gestãda onera, & ad laborem: quod Propheta non dixit: factum hoc ideò est, vt exprimeret Euãgelista de cuiusmodi asina esset Propheta loquutus. q.d. Prophetia, in ea asina, quæ non ad iter faciendum, vt mos est eius regionis, sed gestãdis oneribus alebatur, impleta est, super cuius pullum ascendit Dominus. adeo humilis & abiecta fuit huius Prophetiæ impletio: nequis magnificum & pompa conspicuum aliquid putet à Propheta prædictum.

6 Euntes autẽ discip.] Obseruãda est promptitudo in discipulis, qui absque mora implerint quod erant iussi. Respõsare enim poterãt se mitti vt alienũ pullũ adducerẽt: præterea periculũ erat infamiæ, quòd insimulari possent furti. Obediũt tamen, & succedit ex sententia. Quod nobis documẽto esse debet, vt acquiescamus mandatis & promissionibus Dei: quòd si impedimenta occurrant, strenuè nihilominus pergamus: præsertim si accedat promissio ad confirmationem. Quidam hîc ludũt allegoriis: & per asinum volunt significari Gentiles: at tutum non est sic allegoriis ludere: & summa reuerentia tractanda est Scriptura.

7 Imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum su. illa coll.] Vox Græca magis significat togas, siue pallia, & summas vestes: quàm vestimenta. Dictum est paulo antè, Christum sedisse super solum pullum, & non super asinam. Quòd verò Matthæus ait, discipulos ipsum super ea, nempe super asinam & pullum collocasse, quasi super vtrunque sederit: id vulgata in Scripturis figura, quæ Synecdoche vocatur, dictum est, qua subinde cõmunitati alicui tribuitur quod tantum aliquibus ex ea conuenit. Sic Matthæus scribit infrà cap.27.e.44, latrones Christum blasphemasse: cum id tantum vnus eorum fecerit, id quod Lucas, cap.23.e.39, scribit. Eadem figura Christus infrà, cap.23.d.37, vsus est quum dicebat, Ierusalem lapidare Prophetas: quod tamen aliqui tantum ex ea fecerunt. Specimen quoddã regni sui Christus antè quàm pateretur, exhibere tum toti populo, tum hostibus suis voluit, vt inde bonos confirmaret in fide erga se, malos redderet inexcusabiles. Magnifica igitur põpa, planéque regia, si desiderium & applausus populi spectes, ac virtutem qua è templo negotiantes eiecit, seséque atrocissimis hostibus suis formidabilem exhibuit: & simul plus quàm plebeia humilitate, insidens asello, nihil minus quàm regio vectore, ac reliqua quoque sui similis, hoc est serui formam præ se ferens, Ierusalem ingressus est.

8 Plurima autem turba, &c.] Admirabile Dei consilium, quòd rudibus & abiectis hominibus, discipulis scilicet, & turbæ, non ciuibus Ierusalem, Scribis, Pharisæis, Sacerdotibus, ad excipiendum Filium suum, & decorãdum illius regni principium vtitur, mentésque illorum

n.it.

ita excitat,tantáque alacritate afficit,vt abiecto omni metu aduersatiæ potestatis & excōmunicationis latæ sententiæ(nam, vt Iohan.9.d.22,legimus,decretum erat in concilio Sacerdotum & Seniorum vt extra synagogam eiicerentur,& excōmunicarentur qui hunc Iesum confiterentur esse Messiam Domini,)publico clamore illum exciperent, veluti regem suū & vnctum Domini, atque ita Seniorum suorum sentētiam & perfidiam damnarent. Quòd autem hæc turba fuerit non ex ciuibus Ierusalem, sed quæ aliunde diei festi gratia aduenerat, videre est in Iohanne,cap.12.b.12,qui sic scribit,In crastinū autem turba multa quæ venerat ad diem festum,quum audissent quòd veniret Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarū,& processerunt obuiam ei,& clamabant, Hosanna, benedictus,&c. Quid itaque mirum, si regnum Christi etiam hodie abscondatur à sapientibus huius mundi, & reueletur rudibus & despicatis hominibus ? Hanc turbæ huius fidem & constantiam imitemur & nos, etiam reclamante sapientia & potentia mundi. Humile & ridiculū est hoc Christi regnum coram mundo:spectaculum ludibrio simile,si carnis iudicium spectemus,vestimēta sterni,& ramos cædi coram rege ingrediente.Interea tamen hæc serio faciunt,&ex animo suam obseruatiā testantur.Regnum est spirituale,omnibus regnis excellentius,quod spiritu suscipiendum est.Has ceremonias cædendorum ramorum de arboribus , è festi tabernaculorū celebritate petiisse videntur. sic enim legis Leuit.23.g.23,Die primo accipite vobis fructū ligni speciosi,ramos palmarum, & ramos arboris densæ,& salices torrentis,lætabiminíque coram Domino Deo vestro.

9 Porrò turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur,clamabant, dicentes, 'Hosanna Filio Dauid:'benedictus qui venit in nomine Domini:

Turbæ autē quæ præcedebant & quæ sequebātur, clamabāt,dicētes,Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini:

ANNOT.

9 Hosanna filio Dauid] Acclamatio ista ex Psalmo 118.d.25,sumpta est,vbi ita legitur post alia ad præsentem Domini pompam proprie respondentia , Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,hic factus est in caput anguli: A Domino factum est istud,& est mirabile in oculis nostris.Hæc dies quam fecit Dominus,exultemus & lætemur in ea.Obsecro Domine salua nunc,obsecro Domine da prosperitatem nunc:Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.Hunc versiculum,Obsecro Domine salua,siue serua nunc,&c.Christo aptarunt:vnde liquet tunc in vsu fuisse Psalmorum exercitium.Est autem fausta precātium acclamatio,quemadmodum magistratum aliquem ineuntibus solemus bene precari,& optare prosperum successum. Eodem modo & hic populus fuit animatus erga Christum:pncabāt auspicaturū iam corporale regnum: ideò bene ei ominabantur,& precabantur salutem.Nam HOSIAH NA, significat Obsecro saluum fac,vel da salutem,vel fortuna huic omnia.Nunc quum addiderint, Filio Dauid:perinde est acsi dixissent,Obsecro Domine da salutem,& redde cuncta fausta ac fœlicia huic Filio Dauid, vt auspicatissime regnū suum auspicetur. Illud autem,Filio Dauid: à verbo HOSIAH regi intelligendū est,quod apud Hebræos dādi casui,aut certe quod ei respondet,iūgitur,vt apud Ezechielem, cap.34.e.22, Item Psal.44.a.4,& Psal.98.a.1.quibus locis verbū illud,datiuo,aut ei quod datiuo æquipollet,iungitur.Verùm apud nos Salua,siue Saluum fac,& apud Græcos SOZO,quod tantūdem potest,semper accusatiuum poscit.Vnde fit vt quod dicebant turbæ,HOSIAH NA filio Dauid,perinde sit acsi dixissent, Saluum fac obsecro filium Dauid , saluum fac inquam tu qui es in altissimis . Quòd autem interpres Matthæi & noster reliquerunt datiuum:nō male fecisse credendum est,quia verbum retinuerunt illum deposcēs casum, aut certe quod eius vice fungitur. Quòd si verbum illud Hebræum nō seruassent, sed dixissent,Salua,siue Saluum fac obsecro:vtique datiuus in accusatiuum fuisset mutandus, & dicēdum,Saluum fac obsecro filium Dauid. Hæc acclamatio idem videtur significare quod illa 1.Samu.10.d.24, Viuat rex Saul.Et 1.Reg.1.e.39,Viuat rex Salomon.

Benedictus qui ve.in no.Domi.] Vox Hebræa in Psalmo ex quo hæc desumpta sunt,BARACH,significat laudare,& bonis aliquē augere. Vnde BARVCH,benedictus,laudatus,bonis auctus.Hac igitur voce bonorū omniū augmentū & prosperū rerū successum Christo regi imprecantur . Repetitio enim esse videtur,Hebræis familiaris:nam quod versu præcedenti imprecati fuerant,Da posteritatem:idem sequenti imprecātur,dicendo,Benedictus qui venit.acsi dicerēt, Hactenus variis tyrannis pressi fuimus: aduenięti huic nostro regi prospere cedat, qui in nomine Domini, hoc est à Deo destinatus, & vnctus nobis aduenit : salua tu qui habitas in altissimis.Nominatim dicit, Qui venit in nomine Do.quòd Messias venturus

esset tanquam missus,& qui se non ingereret, sed mandatũ haberet à Patre. Quòd hac acclamatione bene precati sint regno eius,admodũ clare Marcus testatur:qui præterea ait dixisse illos, Benedictum quod venit regnũ Patris nostri Dauid. Similes,eiusdémque fere sensus erant illæ imprecationes seruorum Salomonis ,1.Reg.1.f.47, Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen Dauidis,& magnificet thronum eius super thronum Dauidis.

Hosanna in altissimis.

Hosanna in altissimis.

Et qnũ intrasset Ierosolymam, cõmota est vniuersa ciuitas,dicẽs, Quis est hic?

10 Et quum intrasset Hierosolyma,'commota est Har.3.37
vniuersa ciuitas,dicens, Quis est hic?

Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta, à Nazareth Galilææ.

11 'Turbæ autem dicebant, Hic est 'Iesus ille Pro-
pheta à Nazareth Galilææ.

Et intrauit Iesus in templũ Dei: & eiiciebat omnes vendẽtes & ementes in templo, & mensas nũmulariorum ,& cathedras vendentium columbas euertit.

12 ‖'Et intrauit Iesus in templum Dei: '& eiiciebat Marc.11.b.11. luc.19.g.45. iohã.2.c.11. Deut.14.c.25.
omnes‖vendentes & ementes in templo:mensásque nummulariorum , & cathedras vendentium B
columbas euertit.

ANNOT.

Hosanna in alt.] Hæc repetitio,magnũ in turba ardorem fuisse ostendit,quæ ex animo recipiebat Christum regem. & solent alioqui acclamationes repeti.q.d. Tu inquam ô Domine Deus,qui habitas in altissimis,salua regem à te missum ad nos.

10 Commota est vniu.ciu.] Hæc nominatim ponit Christus,vt ostendat non infructuosum fuisse Christi aduentũ illo apparatu. Ridiculum poterat hoc videri spectaculum,sed Dei virtus adfuit. Excipitur hic Christus cum admiratione, non ab omnibus, quòd Deus percellat eorum animos.Hæc autem extendi debent ad omnia quæ pertinẽt ad regnum ipsius,quod mundo quidem contemptibile videtur, & illi insanire videntur ministri huius regni: interea tamen Deus labori ipsorum benedicit, & præter hominum opinionem opus suum exequitur. Concutitur totus orbis ad ipsam Christi prædicationem,vt Apostolorum Acta testantur:sed recipitur nihilominus Rex regum à Sanctis,vtvt ferociat mundus.

11 Turbæ autem dicebant,] Turbas scribit dixisse,licet contemnerent sapientes mundi. Hæc confessio, effectus est potentiæ verbi mirificè operantis in turba. effectus quoque est fidei,quæ non offenditur vilitate personæ. Iesus ille Propheta] Voce Iesus,separat turba hũc Prophetam ab aliis Prophetis.reliqui enim proclamatores verbi Dei apud Iudæos, Prophetæ quidem fuerunt,sed non Iesus,hoc est, saluatores. Item in voce Iesus,confitetur turba & promissum Messiam iam adesse, & eius propriũ officium, quod est saluare. Prophetam igitur illum promissum Deut.18.c.15, significat turba,Prophetam de gẽte tua & de fratribus tuis,&c.

A Nazareth Galilææ.] Vbi Christus nutritus fuit,Luc.4.c.16.

12 Et intrauit Iesus in temp.] Hæc(vt clarè ex Marco liquet)postridie quàm insidens asino Ierusalem cum turbis illi fœlicia comprecantibus ingressus fuisset,à Domino gesta sunt: licet à Matthæo & Luca narrata sint , quasi in ipso die illius magnifici ingressus gesta. Quia instabat tempus mortis,voluit Ierosolymis esse frequentior:noctu autẽ subducebat se in montem Oliuarum. Et eiiciebat omnes vend.& em.] Hic agnoscendum est Christi officium, quòd fuerit Pontifex templi, potestatem habens in templo. Deinde Rex, sed spiritualis, imò veritas templi,potestate præditus summa in repurgandis scandalis. Exemplum non ad imitationem propositum: nam non ad omnes promiscue pertinet corrigere quæ corrupta sunt in templo Dei, eorum tantũ est qui potestate præditi sunt in populo. AEstuare quidem zelo debemus omnes,& ingemiscere,si Christi sumus, vbi videmus templũ eius pollui,cæterũ à Domino petere vt Ecclesiam suam repurget vel per se , vel per eos quibus eam potestatem commisit. Vt autem hæc rectius intelligantur, considerandum est, templum fuisse constructum,vt ad vnius veri Dei cultum visibiliter præstandum exequẽdúmque populus vnanimiter colligeretur: abstraheretur autem ab omni idololatria,superstitione, & peregrino cultu. Versabatur verò cultus Dei externus populo traditus circa doctrinam Legis & Prophetarũ,sacramentorum siue sacrificiorum exercitium,& preces publicas. Potissimas partes in his sibi vendicabat doctrina,in qua maxime laborarũt Sacerdotes & Prophetæ veteres.Corruptus autem fuit hic cultus auaritia Sacerdotum,qui sanam doctrinam reliquerant,& humanas quasdam tradi-

tiones docebant,ſine fide & dilectione Dei eaterna modò vrgentes,ſpiritū negligentes prorſum, & omnem Dei cultum eaternum vertentes in priuatum & turpem quæſtum. Quum enim viderent in templo Domini innumerabiles offerri hoſtias, maaime feſtis diebus, taurorum,arietum,hircorum:pauperibus(ne abſque ſacrificio eſſent)pullos columbarum & turtures offerentibus:excogitauerunt quomodo prædam ex populo raperent. In templo igitur,in quo dicebat Deus ſe habitare in medio Cherubim, & in quo nihil niſi quod maieſtatem Dei reſiperet,videri debuerat:in ipſo inquam templo nundinas inſtituerunt,omnia animalia quibus ad ſacrificia opus erat,vendentes: vt & venderent non habentibus,& ipſi empta ſuſciperent rurſus. Ideo autem inuitamenta proponebant,vt ingredientes,iſtis illecebris allicerentur ad emendum quod poſtea offerrent. Offerri quidem iuſſerat Dominus, ſed nolebat ſuum inſtitutum,hominum auaritiæ ſeruire.præterea ſic prophanare templum non ſuſtinebat.qualis enim hæc erat facies templi? Nūmularios etiam conſtituerant,qui mutuam ſub cautione darent pecuniam. In templum itaque ingreſſus Chriſtus,hanc primo omnium fæcem eapurgat: vt declaret quàm ſibi diſpliceant,quámque non ſint ferendi in eccleſia,qui ſub ſpecie pietatis quæſtum exercent. Alia erant in vrbe ſcelera quæ intacta relinquit: vt nos admoneat,ea quæ gloriā Dei propius concernunt, ante omnia eſſe repurganda: quòd nullū malū æque ſit Deo exoſum,neque vllum nocentius,atque id quod ſpecie nominis ac cultus ipſius obtegitur.

Eſa.56.c.7. Et dixit eis,"Scriptum eſt,‖Domus mea,domus 13
Iere.7.b.11. deprecationis vocabitur:‖at vos feciſtis illam,"ſpe-
luncam latronum.

Et dicit eis, Scriptum eſt, Domus mea,domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam, ſpeluncam latronum.

Marc.11.c.17 luc.19 g.46. ‖Et acceſſerunt ad eū"cæci & claudi in templo: 14

Et acceſſerūt ad eum cæci & claudi in templo:

ANNOT.

13 Scriptū eſt, Domus mea, &c.] Reddit rationem facti ſui: quam declarat inducto primū domus Dei fine & certo vſu: deinde ſubiecto illius intolerabili abuſu. Hic locus Domus mea,&c.ex Eſaia ſumptus eſt.tractat autem de Gentium vocatione:prædicens fore vt omnes in templum Domini conueniant, & communi conſenſu Deum adorent. Nam templum Iudæis ſolis conſtructum videbatur: Eſaias verò dicit, Gentes etiam illic inuocaturas nomen Domini: vnde neceſſe eſt vtroſque Spiritui Domini communicare, & eodem Spiritu duci: alioqui nō pateret illis ad Deum acceſſus. Loquitur autē Eſaias cōmuni more Prophetarum, nam templi nomine ſignificat quemcunque locū vbi Deus inuocatur. Nunc enim totus orbis templū Dei eſt,Deo ſacer: neque hic, neque Ieroſolymis, ſed vbique adorabitur Deus. Hoc tamē habe, Ieroſolymā tūc temporis fuiſſe Dei eccleſiam,& locū verè deſtinatū inuocationi Dei,& illinc fluxiſſe inuocationem. Neque ſine cauſa dicit,Domus mea,domus orationis vocabitur. Inde enim primum ſonuit Euangelium: neque Gentes accepiſſent verbum, niſi eductum illud ſonuiſſet à templo Ieruſalem. Non ergo ſimpliciter accipiendū eſt pro templo ſpirituali. Si hanc ſententiam ætati noſtræ accommodare velimus, certum eſt Deum vbique inuocandum eſſe,neque locorum eſſe diſcrimen. Interea tamen locus publicis conuentibus deſtinatus, ſimul & publicis orationibus,ſacer eſt. Non quòd prohibeamur alibi orare, propter loci ſanctitatē:nam loca propter hominū infirmitatē deſtinantur. Ieroſolimitanū templū peculiarem habebat ſignificationē:veritas in nobis eſſe debet,vt templa Dei viua ſimus. Speluncam latronū.] Ex Ieremia adductus locus,vbi accuſat populū quòd abuteretur templo & ceremoniis,vt etiam hypocritæ nomine Dei,quorū proprium eſt cōuertere veritatem Dei in mendacium. Iactabant, templum Dei eſſe apud ſe, & ceremonias: ideo putabant ſe Deum habere obſtrictum,cui non liceret etiam inter alias nationes conſtituere ſuum templum ſuáſque ceremonias:ob id plus ſibi licentiæ ad peccandū permittētes: vt palàm oſtendebāt Chriſti tempore,proſtituentes impiis lucris domum Dei: quam propterea factam eſſe ab ipſis ſpeluncam latronum,iure opprobrat hic Chriſtus. Vt enim latrones in ſpelūcis,hominibus ſpoliandis inſidiantur,ita iſti in templo Dei: & ſub prætextu cultus Dei,venabantur homines ad prædam. Qui enim in domo Dei quæſtum exercent, ſpecie cultus Dei ſeſe obtegunt,vt inde veluti ex inſidiis ſimplicem plebeculam adoriātur ac ſpolient. Nam vt latronem occulit ſpelūcæ obſcuritas,ita hypocriſis & ſpecies cultus Dei, iſtos auaros & latrones obtegit ne agnoſcantur. Alioqui quis obſecro ſpeluncam eſſe latronum agnoſcere potuit templum illud tam ſacroſanctum,tam magnificum ac ſplendidum, in quo nihil aliud prætexebatur,quàm ipſiſſimus cultus Dei,& præcipui cultores Dei?

14 Cæci & claudi] Duo præcipua ſunt Chriſti officia: Vindicare conſcientias ab im-

pietate, id quod in anima fit: & postea sanare in corpore, vt hîc fit. nam accedunt cæci & claudi, certi Christum esse saluatorem. Miraculis autem confirmat potestatem sibi datam à Deo, ne quererentur ipsum temere hoc suscepisse vt hominem priuatum.

& sanauit eos.

& sanauit eos.

Videntes autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes, Hosan-na filio Dauid: indignati sunt,

15 Quum vidissent principes Sacerdotum & Scri
bæ mirabilia quæ fecerat, ʼ& pueros clamantes in
templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid: indi-
gnati sunt,

Et dixerũt ei, Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtique. nunquã legistis, Quia ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem?

16 Et dixerunt ei, ʼAudis quid isti dicunt? Iesus au
tem dicit eis, ʼQuidni? ʼnunquam legistis, ‖ Ex ore Psal. 8. a. 3.
infantium & lactentium perfecisti laudem?

Et relictis illis, abiit foras extra Ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit.

17 ‖ ʼEt relictis illis, exiit è Ciuitate in Bethaniam, Har. 3. 39
& diuersatus est illic.

A N N O T.

15 Et pueros, &c.] Ita & de Pharisæis in Luca capite 19. f. 39, legimus, quomodo Christo, acclamationem discipulorum non ferentes, dixerint, Magister increpa discipulos tuos. Quibus respondit, Dico vobis quòd si hi tacuerint, mox lapides clamabunt. Iam in templo idem faciunt principes Sacerdotum & Scribæ, turpe putantes quòd tacendo agnosceret acclamationẽ puerorum, licet ad se non pertinentẽ: ideóque confidẽter quærũt, Audis quid isti dicunt? Insignis Sacerdotum malitia: de signis quæ viderant nihil dicunt, sed calumniam struunt ex puerorum acclamatione: quum tamẽ absque dubio peius eos haberet splendor ille signorum, quàm vox puerorum. nam fortius Christo dabant testimonium, quàm quod pueri clamabant.

16 Audis quid isti dicunt?] Perinde acsi dicant, Nónne tibi magno dedecori est quòd sic pueri tibi acclament, congratulantes tibi contempto & vili homini, tanquam vero Messiæ & promisso regi à Deo? Per contemptum autem dictum Isti. q. d. pueri qui non norunt quid dicant. Quidni?] Græce est, næ, certe. sub. audio. Nunquam legistis, Ex ore, &c. An ergo (inquit) non videtis tempus adesse, vt etiam pueri, Dei laudem resonent ac decantent? annon hoc Dauid prædixit futurum? quid ergo quotidie legitis? His verbis, sed tectè, Deum se esse innuit. Hic locus Psalmi sic legitur Hebraice, Ex ore infantium & lactẽtium fundasti robur. id est, stabilem esse declarasti, siue confirmasti gloriam & laudem potentiæ tuæ. acsi dicat, Ea quæ mirabiliter agis in infantibus quos omniũ iniuriis opportunos cõseruas, ostẽdunt & loquuntur te illum esse qui res humanas curet, cuius prouidentia omnia fiant & regantur. Non est magna eloquentia opus ad virtutem tuam extollendam: ipsi infantes qui sugunt vbera, eam prædicabunt. Quantum enim miraculum est, quòd Deus fœtum enutriat, mammas aptet cum cibo idoneo, suauissimo, & facillimo ad nutriẽdũ? Sic sol etsi non habeat linguam, est tamẽ præco laudum Dei. quicquid in cælo, quicquid in terra est, etsi lingua careat, tamen Dei laudem annuntiat. Dicit igitur Christus, Si infantes Dei potentiam apud homines prædicant, cur indecorum iudicatis pueros mihi hodie benedicere, qui Deus sum? nam hi magis sunt idonei, quòd linguam habeant. Quidam dicunt Dominum locũ hunc vsurpasse non secundum literam, (quum lactentes non fuerint & infantes qui in templo clamabãt Hosanna: verùm pueri quidem, ætate tamen prouectiores, & in Psalmis Dauidicis instituti) sed secundum spiritum Prophetæ, quem hoc loco non ad infantes ac lactẽtes ætate, verùm ad paruulos spiritu & existimatione respexisse dicunt. Quia testimoniũ diuinæ virtuti dabant paruuli in templo: cui Scribæ & Pharisæi inimici Dei, ac vindictæ cupidi, viri sanguinarii, pertinacissime resistebant: ideo putant versiculum hunc illis à Christo obiectum. Sed hæc expositio coacta est, & à genuino sensu remota. Quod verò Matthæus habet, Perfecisti laudem. ex vulgata tum tralatione Psalmorum, quæ erat L X X interpretum, citauit.

17 Et relictis illis, &c.] Marcus habet, Et circunspectis omnibus, quum iam vespera esset hora, relictis illis exiit, &c. Nulla nocte in ciuitate mansit, præter eam in qua capiendus erat, quòd noluerit ante tempus occasionem dare vt manus iniicerẽt in se. Egreditur autem in Bethaniam, vbi Lazarum suscitauerat, & fideles habebat Mariam ac Martham: malens cum illis agere, quàm in vrbe corrupta. Erat autem illic cum duodecim, vt ait Marcus.

Har.3.40 'Mane autem reuertens in ciuitatem,'esuriit. 18
Mar.11.b.13. Et quum vidisset'fici arborem vnam in via,'ve- 19
nit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantũ:
& ait illi,'Ne posthac ex te fructus nascatur in æ-
ternum. Et arefacta est continuò ficus.
'Et eo viso discipuli mirati sunt, dicẽtes, Quo- 20
modo continuò exaruit ficus?
Respondens autem Iesus ait eis, Amen dico vo 21
bis,'si habueritis fidem,

Mane autem reuertẽs in ciuitatem, esuriit.
Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantùm: & ait illi, Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea.
Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes, Quomodo continuò aruit.
Respondens autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem,

ANNOT.

18 Mane autem reuertens in ciuit.] Reuertens, è Bethania scilicet. nam Marcus habet, quum exissent Bethania. In ciuitatem reuertitur, vt in templo populum doceat. nam legimus in Luca, cap.21.g.37, Erat diebus docens in templo: &c. omnis autem populus mane ibat ad eum in templo audire eum. Et versu 23 dicitur, Et quum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, &c. Discamus hinc Christum eo loco & tempore vbi omnia putabantur deplorata, vt tum videbantur Ierosolymis, institisse prædicationi verbi: non enim erant omnes deplorati, sed aliquot adhuc supererant in quibus veritas locum habere poterat. Esuriit.] Esuriit verè, vt erat nostræ infirmitati obnoxius. esuriit autem nostra causa, vt nos omnium verorum bonorum participes faceret.

19 Fici arborem vnã,] Vel, ficum quandã. Siquidem Hebræi vnũ pro quodam vsurpant. Interpres addidit arborem, ne de fructu acciperemus. Venit ad eam: & nihil inuenit in ea.] Marcus addit, Non enim erat tempus ficorum. Quòd Christus accedit ad ficum, fieri potest vt voluerit quærere an illic esset quo succurreret fami. Quatenus enim homo erat, cibũ quærebat. Nam hæc prudentia adhibenda est in Scripturis, vt quũ de diuinis rebus agitur, Deum ipsum cõsideremus: quum de humanis, hominem: in his autem quæ ad officium mediatoris pertinent, Deum manifestatum in carne. Diuinitas dedit locum quoties opus fuit vt humanitas ageret, & pateretur. Poterat sibi suo verbo parare cibum: non tamen fecit. Præterea vt Deus, sciebat non esse tempus ficorũ. Ne posthac ex te fructus.] Quòd Christus maledicit ficui, non ita accipiendum est vt factum fuisse dicamus iracundia, quasi euomuerit bilem aduersus ficum: vt solent homines qui cæco & impotenti spiritu ducti, rebus inanimatis maledicunt. Verùm occasione accepta, ad docendum & confirmandum suos, quod se offerebat, accommodauit ad gloriam Patris sui: nam hac maledictione quid futurum esset hypocritis, qui speciem pietatis ostentant, quum nihil præter folia habeant, ostendere voluit. Nonnulli ad Iudæos referunt, ita tamen vt sit generalis doctrina quæ ad omnes hypocritas extendi debeat, qui non possunt tandem latere, sed eos maledictio manet. Qui igitur factum istud nihil fere quàm allegoriam loqui dicunt, sic scribunt, Hîc esuries Christi, desiderium est salutis nostræ & gloriæ Patris. Nam cibus meus est, inquit, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Iohan.4.e.34. Ficus ista est Ierosolyma ad quã ibat, specie viridis, fuco sanctimoniæ & cultus diuini conspicua, at reipsa omni cultu Dei & pietate destituta: visitata toties ante Christum quoque à Prophetis, semper inuenta sterilis, nihil habens nisi hypocriseos folia. Maledicitur à Christo: nam ea est iusta pœna sterilitatis deploratæ. Maledicta arescit,imissis foliis, contemptui & igni exposita. Hac scilicet imagine declarare voluit Christus, primùm quid tum esset Ierosolyma, ficus scilicet succulenta quidem, viridis, & probe foliata, rerùm iuxtà fidei & pietatis fructu destituta: deinde quid illi breui futurum esset, nempe vt maledicta aresceret in æternum, & arefacta exterminaretur.

20 Et eo viso discip. mir. s.d.] Ex Marco intelligere est quando discipuli viderũt ficum arefactam, nempe postero die quum iterum mane peteret Ierosolymam Christus, & quomodo huius sit admonitus à Petro.

21 Si habueritis fidem,] Quòd Christus respondit de fidei potentia, & non de mysterio quod agebatur, ex prudentia Spiritus factum est, quæ omnia ad vtilitatem audientium moderatur. Satius erat hoc facto discipulos admonere quæ sit fidei virtus, vt eam obnixe peterẽt, quàm quid factum hoc mystice significaret, exponere. Perinde autem hæc sunt quæ hîc legi-

mus, acsi Christus dicat, Non absque ratione admiramini quod factum est: verùm agnoscite vnde factum sit: nempe ex potentia Dei. quòd si eam volueritis vobis apparere, habete fidem Dei: vt Marcus habet. fides Dei est quâ respicimus in Deũ solũ: ille enim est obiectum fidei. Non est igitur fides opinio confusa de Deo, sed certa persuasio de promissionibus Dei. Hic Christus commẽdat orationẽ & fidem: nam inefficax est oratio vbi deest fides, sine qua nihil fit. Propterea hoc loco amplius dicit Marcus, Omnia quæcũque orantes petitis: credite, &c.

& non hæsitaueritis, nõ solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet.

ʼ& non hæsitaueritis, non solùm hoc *quod accidit*
ficui facietis, verumetiam ʼsi monti huic dixeritis,
Tollere, & proiice te in mare: fiet.

Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

22 ‖Et omnia quæcunque petieritis in deprecatio- Mar.11.c.24. suprà 7.a.7. iohã.15.b.7. 1.iohã.5.d.22
neʼcredentes, accipietis.

Et quum venisset in templum, accesserũt ad eum docentem, principes Sacerdotum & Seniores populi, dicẽtes, In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hãc potestatem?

23 ‖ʼEt quum venisset in templum, ʼaccesserunt ad Har.3.41.
eum docentem, principes Sacerdotum & Senio- Mar.11.d.27. luc.20.a.1.
res populi, dicentes, Qua authoritate hæc facis? C
ʼ& quis dedit tibi istam authoritatem?

ANNOT.

Et non hæsitaueritis,] Græce, diiudicaueritis. Etenim qui diffidit, dispicit ac diiudicat. Marcus habet, Et non hæsitauerit in corde suo. Et tanquam declarans quid sit hæsitare, continuò subiungit, Sed crediderit quòd quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Vbi est hæsitatio, ibi non est fides. Nullus autem est ad Deum accessus nisi fide, quum certo constituimus exaudiri nostras orationes à Deo, & de hac re nihil hæsitamus. Si monti huic, &c.] Non docet hìc Christus montes trãsferre, sed certitudinẽ fidei tradit. Qui Domino certa fide & indubitata hærẽt, etiam quæ carni impossibilia sunt, possunt, Domino ea, dum sibi visum fuerit, dante. Vide annotationem suprà cap.17.c.20.

22 Credentes, accipietis.] Marcus velut exponens quid sit credere, & accipere, scripsit, cap.11.c.23, Et non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quòd quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcũque orantes petitis, credite quòd accipietis, & euenient vobis. Idem continuò addit, Et quum stabitis ad orandum, remittite siquid habetis aduersus aliquẽ, vt & Pater vester qui est in cælis remittat vobis peccata vestra. Quòd si nõ remis. &c.

23 Et quum venisset in templum,] Hoc factum est tertio die postquam Ierosolyma fuisset cum pompa ingressus, vt ex Marco liquet, dicente, Et veniunt rursum Ierosolymam. Videbant principes Sacerdotum, Scribæ, & Seniores populi, miraculorum splendorem, populi feruorem erga Christum, sentiebant quandam authoritatem docentis, & templum repurgantis: ex quibus omnibus nihil expectabant aliud quàm authoritatis ac potestatis suæ cõtemptum, & pristinæ gloriæ obscurationem. Ex consilio itaque & de composito obuiam ire Christi conatibus statuunt, occasionem calumniæ venantes, quoniam aperte nihil audebant. Non audebant autem de doctrina interrogare coram populo, quòd à populo cupidissime tanquam cælestis audiretur: nec miraculorũ splendorem culpare, quòd ille diuinam omnino exprimebat virtutem: ideo alia via calumniam struunt. Videbant hominem, quod ad hoc seculum attinet, nec principalem aliquam, nec sacerdotalem potestatis formam habentem, magnifica ista gerere: quæ siquis citra authoritatem gerat, meritò temerarius & seditiosus habeatur. Veniunt igitur magno apparatu, & potestatis ostentatione, interrogantes qua authoritate, &c. qua interrogatione existimabant se eum posse cõuincere, aut tanquam blasphemũ, si dixisset se Dei potestate suffultũ ista facere, quũ esset homo: aut seditiosum, si propria authoritate se vti respõderet. De doctrina igitur non disputant, sed de formalitate, vt aiunt: acsi dixissent, Etsi doctrina tua vera sit, non debes tamen tibi sumere, vt nulla à nobis accepta potestate doceas. Verebantur scilicet hypocritæ, ne Christus de eorum numero esset, de quibus Ieremias, cap.23.e.21, Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Accesserunt ad eum docentem,] Marcus dicit eum deambulasse in templo, postea ad illum docentem & euangelizantem populum ipsos accessisse, & dixisse, Dic nobis qua, &c. Et quis tibi dedit, &c.] Repetitio est frequens in Scripturis.

Reſpondẽs autem Ieſus dixit eis, 'Interrogabo 24
vos & ego quiddã: quod ſi dixeritis mihi, & ego
vobis dicam qua authoritate hæc faciam:

Reſpõdẽs Ieſus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnũ ſermonẽ: quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicã in qua poteſtate hæc facio:

'Baptiſmus Ioannis vnde erat?'è cælo, an ex ho 25
minibus? At illi cogitabant apud ſe, dicentes, Si
dixerimus, E cælo: dicet nobis, 'Quare ergo non
crediditis illi?

Baptiſmus Iohannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabãt, inter ſe dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidiſtis illi?

Sin autem dixerimus, Ex hominibus: 'timemus 26
turbã. ‖omnes enim 'habent Ioannẽ vt Prophetã.

Suprà 14.a.5. marc. 6.c.20

Si autẽ dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam. omnes enim habent Iohannem ſicut Prophetam.

ANNOT.

24 Interrogabo vos, &c.] Aſtutia illorum intellecta, Dominus non ſimpliciter ad quæſita reſpondet: quòd non interrogarent ſimpliciter vt diſcerent, ſed vt reſpondentem illaquearent: verùm quæſtionem quæſtioni opponit, vt aſtutos in aſtutia ſua comprehendat & confundat. Ideo dicit, Interrogabo vos, &c. Malignius poſſet videri Chriſtus tergiuerſatus, neque voluiſſe rationem ſuæ vocationis reddere, ob id malũ exemplum præbuiſſe. Verùm res non ita habet: nam in hac interrogatione, plena ſuberat reſponſio, qua ſatiſfaciebat aduerſariis. quum enim Iohannes teſtatus eſſet Ieſum eſſe filiũ Dei. Iohannem autem tanquam Prophetam Dei haberent, à Deo miſſum cui fidem habere oportebat: Phariſæi proculdubio à Iohanne edocti agnoſcere debebant Ieſum eſſe Dei legatũ: vnde dubitare non poterant qua authoritate prædicaret, & miracula ederet. Simul Dominus hac interrogatione voluit conſpicuum reddere quàm maligni eſſent Phariſæi & Sacerdotes, non in ſe ſolo impugnãdo, ſed qui & in aliis eandem malitiam demonſtraſſent, nempe in Iohanne Baptiſta, in quo quum nihil potuiſſent culpare, eius tamen doctrinam & baptiſmum reiecerant: vt nihil mirum ſit ſi & hic idem faciant. Quum enim totus populus Iohannem prophetam à Deo miſſum indubitatò crederet, ideóque baptiſmum eius ſuſcepiſſet: Sacerdotes verò, Scribæ & Seniores populi contẽpſiſſent, (vt videre eſt Luc. 7.c.30, vbi conſiliũ Dei ſpreuiſſe dicuntur:) cõmodùm præſente populo Chriſtus hanc ipſorũ peruicaciam refricaturus, iſtam quæſtionem obiicit, vt impoſturam ipſorum detegat, qua volebant videri zelo quodam duci cuſtodiẽdi populi, ne aliena doctrina ſeduceretur per eos qui à Deo nihil haberent poteſtatis.

25 Baptiſmus Iohan.] Intelligit per baptiſmum Iohannis, totam Iohannis functionem, etiam doctrinã. nam mox ſequitur Sacerdotes ex verbis Domini collegiſſe, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidiſtis illi? At credimus doctrinæ. Docuit autem Iohannes Ieſum eſſe filium Dei, & Patrem ipſi omnem poteſtatem dediſſe: Iohan. 1.c.34, & 3.d.36. Nihil tamen peccaueris, ſi per baptiſmum intelligas ipſum baptiſmi ſacramentum: baptizauit enim Iohannes aqua in Chriſtum qui venturus erat, vt dicit Paulus, Act. 19.a.4. E cælo, an ex hominibus?] E cælo eſt, quod diuina inſtitutione & ordinatione vſurpatur inter homines. Ex hominibus eſt, quod humano beneplacito, aut inſtituto humano inuentũ eſt citra aut contra inſtituta Dei. Ita & Gamaliel, Act. 5.g.38, Si eſt ex hominibus, ait, conſilium aut opus hoc, diſſoluetur: ſin ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere. Ex hominibus illud eſſe dicit, quod prauo hominum affectu (ſicut factio Thendæ & Iudæ Galilæi) eſt inuentũ. Senſus igitur verborum Chriſti eſt, Quæro ex vobis, an doctrina & baptiſmus Iohãnis, ab ipſo Iohanne inuenta, an diuinitus ſint ei tradita. Quare ergo non cred. illi?] Subaudi, teſtimoniũ de me perhibenti, me eſſe filium Dei, & ea quæ facio, diuina me facere poteſtate. Si enim faſſi fuiſſet Iohannem prophetam fuiſſe, & ſua illa accepiſſe è cælo, libere confeſſi fuiſſent Ieſum Chriſtum nomine Patris omnia agere quæ agebat. nam Iohãnes dixerat eis Patrẽ dediſſe omnia in manus Filii, Iohan. 3.d.36. Ecce agnoſcũt impii iſti, reprehenſione dignum, ſiquis credẽs doctrinam eſſe ex Deo, illam tamen non apprehendat & ſequatur.

26 Timemus turbam.] Lucas dicit, Vniuerſa plebs lapidabit nos. timent vitæ ſuæ impii. duo enim hæc vitia cognata ſunt impietati, ſtudium inanis gloriæ, & metus, non Dei, ſed mortalium. Habent Ioh. vt Proph.] Lucas velut hæc exponẽs habet, Perſuaſa enim eſt Iohannem eſſe Prophetam. Etiam vetuſti Latini codices ſcripti veteris interpretis legũt, Habent, præſenti tempore, cum Græcis, vt referatur ad ipſos Phariſæos ita cogitantes.

Et reſpondentes Ieſu dixerunt, Neſcimus. Ait illis & ipſe, Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

27 Et reſpondentes Ieſu,dixerunt,'Neſcimus. Ait
illis & ipſe,'Nec ego dico vobis qua authoritate
hæc faciam.

Quid autem vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade, hodie operare in vinea mea.

28 'Quid autem vobis videtur? Homo habebat
duos filios: & accedens ad priorem,dixit,Fili,va-
de,hodie operare in vinea mea.

Ille autem reſpõdens ait, Nolo. poſtea autem pœnitentia motus, abiit.

29 Ille autem reſpondens ait,'Nolo. poſtea verò
pœnitentia motus,abiit.

Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpõdẽs, ait, Ego domine. & non iuit.

30 Accedens autem ad alterum,dixit ſimiliter. At
ille reſpondens ait,'Ego domine. & non abiit.

Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Ieſus, Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedũt vos in regno Dei.

31 Vter è duobus'fecit quod voluit pater?'Et dicũt
ei,Prior.Dicit illis Ieſus,Amẽ dico vobis quòd'pu
blicani & meretrices præcedũt vos in regnũ Dei.

ANNOT.

27 Neſcimus.] Quando neutrum fateri volunt,impudẽtiſſime negant ſe ſcire quod non ignorabant.Diuina Sapientia humanã pudefacit,& in anguſtias ducit,vt reſpondere nihil poſſit. Qui ſibi videbantur ſapientiſſimi & doctiſſimi, iam nihil ſciunt & obmuteſcunt. Nec ego dico,&c.] Debebat ex ordine reſponſionis & ratione oppoſitionis dicere,Nec ego ſcio in qua poteſtate hæc faciam:quia ipſi dixerant, Neſcimus. Verùm non ita dicit:primum quia mentiri non poterat: ſciebat enim qua authoritate faceret. Deinde,quia ſciebat illos non ſimpliciter reſpondiſſe,Neſcimus:ſed ſtudio ignorantiã ſimulaſſe:noluiſſéque potius,quàm non potuiſſe,quod rogati erãt reſpõdere.Huc itaque reſponſionẽ ſuã aptat potius,quàm ad verba ipſorũ.q.d.Quando non vultis quod ſcitis,nolo & ego ad hocquod rogaſtis,reſpõdere. Nam ita pactus erat,dicturum ſe qua poteſtate vteretur,ſi dixiſſent vnde eſſet Iohannis baptiſma.

28 Quid a.vobis videtur?] Subaudi,de eo quod propoſiturus ſum.Obiurgat eos impœnitentiæ,quòd pergant contumaces eſſe aduerſus Deum, nec reſipiſcant: quum tamen videri vellent filii Dei, volũtatem eius facientes.atque huc ſpectat ſequens parabola,vt ipſe exponit mox,verſu 32. In ea autẽ vt turpiſſimam illorũ peruicaciam & malitiam exprimat,vtitur collatione,eáque non ex paribus,ſed ex diſſimilimis contexta.quid enim diſſimilius,principibus ſacerdotum,Scribis,Phariſæis,Senioribus populi:& publicanis ac meretricibus?

29 Nolo.] Hic typum gerebat publicanorũ ac meretricum,quorum vita nihil aliud dicit quàm Nolumus facere volũtatem Dei: quales fuerant Matthæus,Zacchæus, & Peccatrix illa apud Lucam cap.7.f.36.

30 Ego Do.] Ita legitur in Græcis codicibus,& etiam Latinis veteris interpretis:non autem EO:& eſt ſermo ſeſe præſto ac promptũ offerentis: Hebræis peculiaris. Ita puer Samuel quum ſe vocatũ crederet ab Heli,dicebat, Ecce ego.1.Samu.3.a.4.5.6.pro quo Latini dicunt, Præſto ſum.Hic filius formam habebat Sacerdotum,Scribarum,Phariſæorũ,& Seniorum populi,quorum profeſſio & verba dicebant,Ecce nos Domine,faciemus quod iubes.

31 Fecit quod vol.pa.] Facere voluntatem Patris,eſt(vt mox ſequitur)reſipiſcere,& credere Euangelio:quod eſt intrare in regnum Dei. Et dicunt ei,Prior.] Hic extorquet ipſorum cõtra ſeipſos iudiciũ:quomodo Dauidi fecerat Nathan,2.Samu.12.b.5.Ad hanc quæſtionem nequeunt, niſi manifeſta impudentia,coram populo dicere, Neſcimus: ſed coguntur propter apertiſſimam veritatem,quod verum eſt reſpondere. Publicani & meret.præced. vos] Audita ipſorum reſponſione, pronuntiat quorſum parabolam propoſuiſſet,nempe vt oſtenderet, eos ſua impœnitentia ſeipſos regno Dei priuare, quam non nunc duntaxat,ſed & antea in Iohanne demonſtrarint.Præcedunt,præſenti tempore,etiam in vetuſt.Latinis exemplaribus legitur.Significat publicanos & meretrices promptiores fuiſſe ad pœnitentiã agendam, & credẽdum Euangelio, quàm fuerint Sacerdotes & huiuſmodi. Sic exponendum eſſe, docet ſequens verſus. Neque enim illud,Præcedunt,ita intelligendum eſt quòd ipſi Sacerdotes,Scribæ, & Seniores fuerint ſubſequuturi publicanos & meretrices in regnũ cælorũ . nam id ſequentia negant,vbi dicitur,Nec poſtea pœnitentiam egiſtis vt crederetis ei.ſequens item

parabola ſatis declarat quàm fuerint indurati in ſua malitia. Licet enim aliqui ex illis, (vt eſt Act.6.b.7,) poſtea ſint ad fidē conuerſi: tamē ipſum hoc ſacerdotale corpus, vt ita dicam, vel ſtatus hic Sacerdotū, Scribarum, & Seniorum populi in ſua perfidia permanſit. Videmus inſuper hîc quàm ſit difficile ad reſipiſcentiam permouere eos, qui quum ſint impii, ſpecie tamen pietatis ſeſe venditant pro cultoribus Dei: vt multo ſit facilius deploratiſſimos peccatores ad meliora reuocare: nec mirū ſit ſi hodie quoque hoc genus hominum moneri ad reſipiſcentiam nequeat. Non dubium poſtremò quin grauiter tulerint Phariſæi ſe conferri cum peccatoribus, quum indignum putarent vel ſanctiſſimos ſibi conferri.

Venit enim ad vos Ioannes 'per viam iuſtitiæ, 32
&'non credidiſtis ei: publicani autem & meretri-
ces crediderūt ei. vos autem 'quum vidiſſetis, non
fuiſtis cōmoti pœnitentia poſtea, vt crederetis ei.
Har.3.42 Aliam parabolam audite. ‖'Homo quidā erat 33
Marc.12.a.1. Luc.20.b.9. eſa.5.a.1.b.5. Iere.2.d.21. paterfamiliâs 'qui plātauit vineam, '& ſepem cir-
cundedit ei: & fodit in ea torcular, & ædificauit
turrim, '& locauit eam agricolis:

Venit enim ad vos Iohannes in via iuſtitiæ, & nō credidiſtis ei: publicani autem & meretrices crediderūt ei. vos autem videntes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.

Aliā parabolā audite. Homo erat paterfamiliâs qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eā agricolis:

ANNOT.

32 Per viam iuſtitiæ,] Per viam iuſtitiæ venire, Hebraiſmus eſt, pro veram iuſtitiam docere, oſtendere veræ iuſtitiæ viam, nempe ducere homines ad peccatorum ſuorum cognitionem & ad reſipiſcētiam, vt per fidem ſe coniiciant in gratiam à Patre cæleſti per Chriſtū oblatam. Quidam hîc accipiunt iuſtitiæ nomen generaliter, pro omni rectitudine: vt dicat Chriſtus Iohannem rectè functū eſſe ſuo officio, & fideliter: vnde ſequatur, Deo rebelles eſſe omnes qui Iohanni non crederent. Ita dicebat Moſes, Nume.16.b.11, Quis eſt enim Aaron, vt murmuretis contra eum? Quiſquis enim non recipit verum Dei miniſtrum, Deo rebellis eſt. Dicit igitur nullam eſſe excuſationem quam prætexere poſſint, quum Iohānem non receperint. Non credidiſtis ei:] Teſtificanti ſcilicet me eſſe filium Dei, & agnum ſiue hoſtiam Dei expurgantē peccata mundi. Quum vidiſſetis, &c.] Amplificat obſtinationem eorū, quòd nullo exemplo cōmoti ſint: quod ſignū fuit extremæ deſperationis. q.d. Vos quum vidiſſetis præcedere publicanos & meretrices ad regnum Dei per priſtinæ vitæ mutationem ac reſipiſcentiam, doctrina Iohānis permotos, (cui crediderūt prædicāti me eſſe Meſſiā:) nihil prorſus eſtis commoti, vt vel poſtea pœnitentes crederetis ei. Nolūt Sacerdotes arrogātia tumentes & faſtu, eam viam amplecti quam ipſi non ingreſſi ſint priores, etiamſi ſit recta & ad vitam ducens: ne videantur iudicium minorum ſequi, ipſi maiores. Dein, putantes non licere cuiquam tentare aliquid ſine ipſorum poteſtate, & arbitrio, malunt per impœnitentiam perdurare in malo, quàm iſtam induere turpitudinem ac dedecus ſtatus ſacerdotalis, atque ita potius expectare iudiciū Dei horrendum & ſuppliciū æternū, quàm priſtinā amittere gloriā.

33 Homo quidā, &c.] Hac etiam parabola taxat Chriſtus obſtinationem Sacerdotum, vt reddat eos inexcuſabiles, néve ignorantiā prætexere poſſint. Qui plātauit vineam,] Obſerua, vineam eſſe à Deo plantatā: vnde ab Eſaia 60.d.21, germen plantationis dicitur. Etiam dicit Chriſtus, Omnis plātatio quā non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. ſuprà 15.b.13. Parabolam iſtam è monumentis Prophetarū eſſe petitam non ignorabant ii quibuſcum agebat. nā vineæ meminerunt Moſes, Deut.32.e.32. Eſa.5.a.2, Ierem.2.e.21. Pſal.80.b.9. Paterfamiliâs: Deus eſt. Vinea: domus Iſrael, vt dicit Eſaias, cap.5.b.7. Et ſepem circūd. ei, &c.] Diligētia Dei erga populum ſuum exprimitur: vt rectè dixerit, Quid eſt quod vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci ei? Eſa.5.a.4. Significat Deum nihil ad diligentiam reliqui facere quin eccleſiā ſuam omnibus præſidiis muniat, & neceſſariis, nequid omnino nobis deſit per ipſum. Quāto autē eſt maior cura illius circa vineā, tanto grauior eſt culpa eius qui negligit aut perdit illā. Et locauit eam agricolis:] Agricolæ, Sacerdotes, miniſtros, & Paſtores ſignificāt, quibus demādata eſt cura excolēdæ vineæ verbo Dei. Ephe.4.b.11, Quoſdā dedit Apoſtolos, quoſdā Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autē Paſtores & Doctores ad cōſummationem ſanctorū, in opus miniſterii, in ædificationē corporis Chriſti: donec occurramus in vnitatem fidei, &c. Niſi quotidie excolatur vinea, nō poteſt ferre fructū. Ita à Domino ordinatū eſt vt colatur, & ita vult fieri. Meminerint igitur fideles ſe hac cultura opus habere.

& peregre profectus est.

'ac peregre profectus est.

Quum autem tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suus ad agricolas vt acciperent fructus eius.

34 Quum autem tempus fructuum appropinquas- D
set, 'misit seruos suos ad agricolas vt acciperent
fructus ipsius.

Et agricolæ apprehensis seruis eius, aliũ ceciderunt, alium occiderũt, alium verò lapidauerunt.

35 Et agricolæ apprehensis seruis eius, 'alium ceci-
derunt, aliũ occiderunt, alium verò lapidauerunt.

Iterum misit alius seruos plures prioribus: & fecerũt illis similiter.

36 Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fe-
cerunt illis similiter.

Nouissime autem misit ad eos Filium suũ, dicens, Verebuntur fortè Filiũ meum.

37 Nouissime autem misit ad eos Filium suũ, di-
cens, 'Reuerebuntur Filium meum.

Agricolæ autem videntes Filium, dixerũt intra se, Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.

38 Agricolæ autẽ viso Filio, 'dixerũt intra se, ‖Hic Infrà 26.a.3. & 27.a.2. iohan.11.g.53
est hæres, venite, 'occidamus eum, & 'occupemus
hæreditatem eius.

ANNOT.

Ac peregre prof. e.] Ad imitationem & iuxta mores hominũ hoc dicitur, qui postquam possessiones suas colonis elocarunt, abeunt. At Dominus nusquam abest, operatur quotidie omnia in omnibus. Notat tantùm his verbis expectationem quam habet Paterfamiliâs de fructibus vineæ. nã Esaiæ 5.a.4, Dominus de vinea sua loqnẽs, Expectaui vt faceret vuas. Et paulo pôst, versu 7, exponens quid per vuas intelligat, Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas. Mox etiam dicitur, Quum autem tempus fructuum appropinquasset.

34 Misit seruos suos ad agr.] Serui, erãt Prophetæ quibus Dominus vrgebat Sacerdotes vt fructum redderẽt Deo. ipsorũ enim Sacerdotum erat annũtiare verbũ Dei populo, vt illos ad pœnitentiam adducerent, & ad fidem in promissam à Deo per Messiam vitam æternam.

35 Alium ceciderunt, &c.] Sacerdotes Pseudoprophetis mendacia prophetantibus applaudentes, vt ait Ieremias, cap. 5.g.31, veros Dei Prophetas occiderũt. nam eorum impulsu & fraudibus mortui sunt. Quosdam autem ex Prophetis prioribus ceciderunt, vt Ieremiam, & Michæam: quosdam occiderũt, vt Esaiam & Amos: adeóque lapidauerunt in templo, vt Zachariam Barachiæ. Posteriores Prophetas etiam occiderunt, ex quorum numero est Iohãnes Baptista. De his 2. Paralip. 36.c.14, sic legimus, Sed & vniuersi principes Sacerdotum & populus præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gentiũ: & polluerunt domum Domini quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autem Dominus Deus Patrũ suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quòd parceret populo & tabernaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & paruipẽdebant sermones eius, illudebántque Prophetis. Infrà dicit Christus cap. 23.d.34, Dico vobis, ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, &c. Et Luc. 13. g.34, Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te.

37 Reuerebuntur Filium meum.] Hic non additur forte, neque in Græcis codicibus, neque in vetustissimis Latinis scriptis. Ponitur autem à Luca, & affectu humano dicitur à Deo: non enim potuit decipi qui nouerat quid futurum esset.

38 Dixerũt intra se,] Græcis quidem anceps est sermo, vtrum sentiat, intra se, an inter se. quanquam accõmodatius est inter se: vt intelligas eos colloquio conspirasse inter se. Dixerunt autem hæc intra se, quando scilicet (etiam nolentes) arbitrati sunt esse Messiam: & quando dixerũt, Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollẽt nostrum locum & gentem. Iohã. 11.f.48. Occidamus eum,] Istud dixerũt quando ibidẽ versu 50, Caiphas dixit, Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Occupemus hæreditatem eius.] Aut, obtineamus. Ambitio & auaritia Sacerdotum damnatur, qui voluerint sibi vineæ dominium vsurpare, quum serui essent. Exemplũ ministris Ecclesiæ notandum, vt meminerint se Dei seruos esse, nec debere sibi eius dominium vendicare, sed ita colere vt maneat Deo fructus, & illius solius gloriam curent.

Et apprehenſum eum eiecerunt ex vinea, & 39
occiderunt.

Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.

Quum ergo venerit dominus vineæ, quid fa- 40
ciet agricolis illis?

Quum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

Aiunt illi, 'Mali quũ ſint, malè perdet illos: & 41
'vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddẽt ei
fructum temporibus ſuis.

Aiũt illi, Malos malè perdet: & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructũ temporibus ſuis.

Pſal. 118. c. 22. act. 4. b. 11. rom. 9. g. 33. 1. pet. 2. a. 8.

Dicit illis Ieſus, 'Nunquam legiſtis in Scriptu- 42
ris, 'Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, 'hic
factus eſt in caput anguli:

Dicit illis Ieſus, Nunquã legiſtis in Scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli:

ANNOT.

41 Mali qnum ſint, &c.] Cogũtur ore ſuo fateri quod Chriſtus volebat. Hoc faciunt impii, quum res aliorum agitur, facilè ſententiam ferũt: quòd ſi ſua agatur, ſtatim eam retractant. Iſti enim Sacerdotes prima fronte non reputantes hanc parabolam ad ſe pertinere: ſed Chriſtum tantùm loqui de huiuſmodi colonis tam prauis & deploratis: ſtatim protulerunt hanc ſententiam, Malos malè perdendos eſſe. Vbi verò in ſe dictam parabolam intellexerunt, retractarunt ſententiam, atque dixerunt, Abſit. Lucas enim ſcribit, Quum audiſſent autem, dixerunt, Abſit. vt ſcilicet mali perdendi ſint, & ſimus Meſſiam occiſuri. Vineam ſuam loc. al. agr.] Non tantùm contra ſe tulerunt ſententiam, parabola decepti, ſed & merito Gentes eſſe recipiendas in locum ſuum ad Euangelii gratiam prædixerunt, meliore fide culturas vineam, quàm ipſi coluiſſent. Quod confirmat Chriſtus quum verſu 43 dicit, Auferetur à vobis regnum, & dabitur Genti facienti fructus eius.

42 Nunquam legiſtis in Script.] Quia nolebant admittere parabolam quatenus perdendi eſſent mali, & quatenus occidendus eſſet filius Dei, dominus vineæ: (nolebant enim tales haberi qui Chriſtũ à Prophetis promiſſum venientem in vineam ſuam, occiſuri eſſent) Scripturam apertiſſimam adducit ex Propheta, quæ aperte tradit reprobãdum Chriſtũ eſſe à ſuis: deinde reprobatum, admirabili Dei cõſilio & potentia, fore principem & caput domus Dei, idque cum maxima omnium admiratione. Hanc Scripturam negare non poterant, & ſed eam dicere, Abſit. nam de Meſſia compoſitum eſſe hunc Pſalmũ ipſi fatebantur, & eo quoque tempore communi ſenſu vulgi de Meſſia intellectum, teſtatus eſt clamor populi & clamor puerorum acclamantiũ, Hoſiah-na, &c. Benedictus qui, &c. quæ voces ex hoc Pſalmo deſumptæ erant. Præterea vt non poſſit de Dauide intelligi, cogit locus Eſaiæ, cap. 28. c. 16, Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, &c. Lapidẽ q. repr. ædif.] Vt antea Eccleſia comparata fuit vineæ: ita nunc ædificio. Lapis, Chriſtus: AEdificantes, Sacerdotes, Principes populi, & Seniores. Sic enim ipſis dicebat Petrus, Act. 4. b. 11, Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificãtibus, qui factus eſt in caput anguli. AEdificare autẽ pro docere, vſurpat Scriptura. Sacerdotes, quorum partes erant ædificare populum ſuper Chriſtum, & docere illos Chriſtum ſaluatorem promiſſum veniſſe, illi ipſi Chriſtum lapidem angularem, qui ambos parietes, hoc eſt vtrunque populum, Iudaicum & Gẽtilem, ſua morte coniungere debebat, reconcilians eos Deo patri, faciendo pacem, vt eſſent vnum corpus, & vnus nouus homo: Ephe. 2. c. 15: iſtum lapidem reiecerunt, negantes eum eſſe Meſſiam, & tanquam hominem ſeditioſum, & reipublicæ turbatorem occiderunt. Hic factus eſt in caput anguli:] Hebraica figura dictum, pro, poſitus eſt in caput, hoc eſt, in angulo conſtitutus, duos parietes velut cõglutinat & conſeruat, duos videlicet populos, Iudæorũ & Gentiũ, vt dictum eſt præcedenti annotatione. Quæ interpretatio tametſi non eſt reiicienda, quæ docet Chriſtum in caput anguli conſtitutum, vt vtrunque populum coniungat, Iudæorum & Gentium: potius tamen CAPVT hoc loco ſumi debet pro præcipuo & primum locum tenente in ædificio, ſine quo ædificium corrueret. quaſi dicat, qui à moderatoribus populi, tãquam lapis ab ædificantibus, reiectus fuit, factus eſt tamen princeps & caput electorum: velut ſi lapis quem ædificantes reiecerint, vt nullo loco immittendum ædificio, factus ſit tamen caput anguli, præcipuus lapis in angulo conſtitutus, quo tota ſtructura teneatur & claudatur.

Quòd igitur hîc Christus se dicit lapidẽ angularẽ, idem significat quod Pauli illud, 1.Corin. 3.b.11, Nullum aliud esse fundamentum, &c. Quicũque igitur ritè ædificare volent, incipient à Christo, nec discedent ab eo: sed ita retinebunt hoc fundamentũ, vt totum ædificium eo fulciatur. Neque ideò quòd caput & præcipuus lapis dicitur, existimes eum non sufficere solum ad sustinendam Ecclesiam. non enim ita sunt exeutiẽdæ similitudines, vt nihil vnquam desit, & tanquam per omnia conueniant. Est caput quod fulcit & sustinet totum pondus ædificii. Superædificati sumus, inquit Paulus, Ephes.2.d.20, super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo.

A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris?

'A Domino factum est hoc : & est mirabile in oculis nostris?

Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

43 Ideo dico vobis, 'auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Et qui ceciderit super Lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.

44 'Et qui ceciderit super Lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.

Et quum audissent principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerũt quòd de ipsis diceret.

45 Et quũ audissent principes Sacerdotũ ac Pharisæi parabolas ei9, 'cognouerũt quòd de se diceret.

ANNOT.

A Domino fa. est hoc,] Vtrunque videlicet, tum quòd reprobatus est hic lapis ab architectis, tum quòd in caput anguli est factus. Ná vt Petrus Act.2.d.23, dicit, definito Dei consilio traditus fuerat vt crucifigeretur. Videmus hîc quomodo fiat vt opera Dei cognoscãtur: nõ solùm magnifice agit, sed & modis à iudicio rationis nostræ diuersis : qui modi operibus illius (vbi perficiũtur) & notã, qua non humana, sed diuina esse cognoscantur, & admirationẽ afferunt. Declaratur hoc vtroque & Dauidis & Christi exẽplo. Nam vtriusque exaltatio hinc potissimũ à Deo esse apparuit, & admirationem consequuta est, quòd vtrobique reprobatio ab architectis & primoribus, crux videlicet & afflictio, eáque non leuis, sed in Dauide grauis, in Christo verò omniũ, propter mortẽ crucis, deploratissima præcessit. Vnde factũ est, vt quanto deploratius fuerãt abiecti, tanto illorũ exaltatio plus sit gloriæ & admirationis cõsequuta.

43 Auferetur à vobis regnũ Dei,] Parabolæ conclusio & expositio est, quæ grauissimam comminationem non tantùm ad Iudæos pertinentem, quibus ablatum est regnum Dei, & datum Gentibus: sed etiam ad nos, quibus idem certò eueniet nisi fructificemus. Nam propter fructus à Iudæis non redditos ablatum est regnũ Dei, & datum Gentibus vt redderent. Exigit igitur fructus è vinea sua, iustitiam regni sui. neque enim Christus tantũ dicit (suprà cap. 6.d.33) Primum quærite regnũ Dei: sed adiicit, Et iustitiam eius. Neque hîc etiam solùm dicit Facienti fructus: sed addit EIVS: quòd nolit quoslibet fructus, sed tales qui sint peculiares regno suo. Fructus regni Dei sunt, ii quos Spiritus ipse Dei sanctus operatur in filiis eius, de quibus Paulus ad Galat.5.d.22. Regnat in nobis Deus, quum ostendit nobis suam volũtatem, & nos sibi subiicit. Quòd si auferat, annon amplius hîc regnabit? Imò verò semper manebit Ecclesia vbicunque fuerit. Nam etsi pereamus, qui nunc tenemus locum Ecclesiæ, alios sibi deligere poterit. Iudæi soli hoc titulo fruebãtur: tamen ad alios translatum est regnum. Quid ergo de nobis futurum? Nempe quod ait Paulus, Rom.11.c.21, Si naturalibus ramis non pepercit, &c. Ne ergo superbiamus, & gratia Dei abutamur, tanquam Deus sit nobis alligatus. nam horrenda est hæc comminatio.

44 Et qui ceciderit] Cadere super Lapidem, & Offendere in Lapidem Christum, idem significant, nempe non credere Christo: dicente Petro (1. Pet.2.a.7,) Vobis igitur honor credentibus : non credentibus autem, lapis, &c. factus est lapis offensionis & petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quod & positi sunt. Et Paulo, Rom.9.g.33, Pono in Sion Lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur. Christus voluit hoc loco ostendere duplex esse suum officium, nempe consolari fideles, vt nouerint se in tuto esse: & terrere infideles, quibus futuram condemnationem ponit ob oculos. q. d. Qui ceciderit super Lapidem hunc, hoc est, in me impegerit, nec crediderit in me: confringetur & conquassabitur. Fide in Deum viuitur: ea sublata, quid superest nisi mors & perditio? Quanto magis si eò quis insaniæ perueniat, vt etiã gratiã oblatã oppugnet? Eueniet sanè vt & lapis hic super eũ cadat, quũ à me iudicatus æternũ suppliciũ adibit, totus in nihilũ redactus.

45 Cognouerunt] Conscientia nanque ipsorum interpres erat parabolarũ Christi. nam sciebant qui essent, quomodo affecti, & quid molirentur.

Et quærentes illi manus iniicere,'timuerunt tur 46
bas:quoniam' tanquã Prophetam eum habebãt.

CAP. X X I I.

Har.3.43
luc.14.d.16.
apoc.19.b.9.

ET respondens Iesus iterum dixit eis per para- 1
bolas,& ait,

'Simile factũ est regnum cælorum homini re- 2
gi,'qui fecit nuptias filio suo:

'Et emisit seruos suos, vt vocarent inuitatos ad 3
nuptias:&'nolebant venire.

'Rursus emisit alios seruos,dicens, Dicite inui- 4
tatis, Ecce, prandium meum parani, tauri mei &
altilia mactata sunt, & omnia parata : venite ad
nuptias.

'Illi autem neglexerunt:& abierunt, 5

Et quærẽtes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetã eũ habebant.

CAP. X X I I.

ET respondẽs Iesus,dixit iterum in parabolis eis,dicens,

Simile factũ est regnum cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo:

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias : & nolebant venire.

Iterũ misit alios seruos, dicens,Dicite inuitatis,Ecce, prandium meum paraui,tauri mei & altilia occisa sunt,& omnia parata:venite ad nuptias.

Illi autem neglexerunt: & abierunt,

A N N O T.

46 Timuerunt turbas:] Correctionibus vulnerantur impii vsque ad pectus intimũ,non emendantur:vt hic more suo magis efferantur Pharisæi & Sacerdotes:sed quia nondum hora Domini aduenerat,nihil contra ipsum possunt, vano iterũ timore deterriti. Hinc consolatio, Dominum semper suos ercpturum è faucibus leonum. constrictos enim retinet inimicos veluti fræno, vt nihil possint nisi ipso concedente:vt probet patientiam suorum.　Tanquam Proph.e.hab.] Turbæ melius de Christo sentiunt, quàm sapientes, sancti ,magnates, accapita populi.Id quod etiam hodie videmus.

I N C A P V T X X I I.

2 Simile f.est reg.cæl.ho.regi,] Eodem spectat hæc similitudo quò prior. vult enim Iudæis non solùm ingratitudinẽ exprobrare, sed & peruicaciam obstinatam,qui nõ tantùm se gratia Dei indignos reddunt, sed & illam à se furiosè reiiciunt.　Qui fecit nuptias filio suo:] Gratiam Dei quam per verbũ suum iis exhibet, quos eò ad sui cognitionẽ (quæ æterna vita est)vocare dignatur,regiis nuptiis omni apparatu deliciarum instructis assimilat,in quibus nihil est triste, sed omnia læta & iucunda: sic voluit significare, Euangelium, Deíque cognitionem, rem esse valde beatam ac desiderabilem. Qui per filium volunt significari Christũ, illi non male: verùm simplicior parabolæ sensus esse videtur, vt Deus ab initio mũdi nihil aliud quæsierit,quum Prophetas ordinauit,quàm vt ad se vocaret homines quos reficeret cõuiuio, veluti quum quis conuiuas vocat ad conuiuium.

3 Et emisit ser.s.vt vocarent inu.✝ Quoties audimus Dei Prophetas & seruos, intelligimus nos vocari, & nobis proponi Dei gratiam. Prima inuitatio fuit in fœdere facto cum Abraham,Ero Deus tuus,& seminis tui post te.Gene.17.a.7. Quicunque erant è semine,inuitati sunt.　Nolebãt venire.] Hic neglectus duplicẽ habet ingratitudinem: & quòd Deum, & quòd epulas verbi,quibus reficimur,reiiciamus.

4 Rursus emisit al.ser.] Non contentus Deus prima inuitatione,misit Prophetas seruos suos, quos etiamsi non misisset,circuncisio ipsa sufficere potuisset ad inuitationem. Moses igitur,& Samuel, & Prophetæ missi sunt vt nuntiarent iam paratam esse cœnã, vt eos expergefacerent. Hinc videmus nihil quenquam à Deo posse requirere quod non præstiterit Iudæis: vnde aucta est eorum ingratitudo.

5 Illi autem negl.& ab.] Duplex hominũ genus hac parabola ponitur,qui nuptias cælestes contemnunt.Priores,qui negligũt venire, vel athei prorsus,& præfracti contẽptores rerum cælestium: quorum hodie quoque ingens est multitudo. vel qui vocati,gaudent quidem quòd liberati sint à doctrina satanæ,qua ne Christum agnoscerent solum saluatorem,impediebantur: veruntamen rerum temporalium cura abstracti,venire negligunt, occupati sollicitudinibus huius mundi, & diuitiarum fallacia, & voluptatibus,de quibus hoc versu, & suprà 13. c.22,in parabola seminantis,& Luca,cap.8.b.14. Alterum versu sequenti describitur.

alius in villã ſuam,alius verò ad negotiationem ſuam.
Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.
Rex autem quum audiſſet,iratus eſt:& miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorum ſuccendit.
Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni.
Ite ergo ad exitus viarũ, & quoſcunque inueneritis vocate ad nuptias.
Et egreſſi ſerui eiꝰ in vias, congregauerũt omnes quos inuenerunt, malos & bonos:& impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

alius'in villá ſuá,alius verò ad negotiationẽ ſuam.
6 Reliqui verò'tenuerũt ſeruos eius,& contume-
liis affectos occiderunt.
7 Rex autem quum audiſſet,iratus eſt: & 'miſſis
exercitibus ſuis,perdidit homicidas illos,& ciuita
tem illorum ſuccendit.
8 Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ quidem paratæ
ſunt,ſed qui inuitati erant,'non fuerunt digni.
9 Ite ergo'ad exitus viarum, & quotcunque inue
neritis,'vocate ad nuptias.
10 Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt o-
mnes quotquot inuenerunt,'malos pariter ac bo-
nos:& impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus.

ANNOT.

In villam ſuam,] Ad verbum,In propriũ agrũ: hoc eſt,in rus ſuum,vt ſenſus exprimatur.

6 Tenuerunt ſeruos] Hoc ſecundum genus eſt hypocritarũ,qui inhumanitatem & crudelitatem contemptui coniungunt, & ſeruos Chriſti,per quos ad nuptias vocantur,contumelia afficiunt, atque ideo occidunt. Tales erant quos ipſe alloquitur, Sacerdotes,Scribæ,Phariſæi,Seniores populi,ad quos dicit infrà 23.d.34, Ecce,ego mitto ad vos Prophetas,&c.

7 Miſſis exercit.ſuis.] Prædicit Iudæis ſuum exitium, quòd ſemel & iterum reſpuerent Dei gratiam,& furioſe inſurgerent. Quod factum eſt per exercitum Romanorum,qui Ieruſalem vaſtarunt, bello occiderũt ac perdiderunt plus quàm vndecies centena millia hominum: deinde ciuitatem ſuccenderunt,ſolóque adæquarũt.Notandum autem,hic Romanorum exercitum,Dei exercitus dici.Ita & Babyloniorum rex,ſeruus Dei in Propheta Ieremia,cap.25.b.9, dicitur, quòd per eum,populum ſuum caſtigaret. Sic Deus dicitur Dominus exercituum. Hæc autem ad nos etiã pertinere cogitemus,vt expergiſcamur quoties audimus verbum eius, & quæramus Deum dum prope eſt. neque enim contemptores verbi ſui feret Dominus, nec dormiet ſemper,aliquando ingratitudinem vlciſcetur.

8 Non fuerunt digni.] In eandem ſententiam cum ſequenti verſu dixit Paulus,Act.13.g.46,etiam ipſis Iudæis contradicentibus iis quæ ab ipſo & Barnaba dicebantur,Vobis oportebat primum loqui verbum Dei,ſed quoniam repellitis illud,& indignos vos iudicatis æternæ vitæ:ecce conuertimur ad Gentes.De indignis,vide ſuprà,10.b.11.

9 Ad exitus viarum,] Significat loca publica vbi ambulant homines ignoti & aduenæ.q.d.Diſcurrite quoquouerſum per compita & triuia. Apud Marcum,cap.16.d.15,præcipit Apoſtolis, Ite in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Prædicit Gentium vocationem:quia Iudæi ſuperbiebant quòd eſſent electi à Deo, exiſtimabántque illum non poſſe carere tali populo. Oſtendit igitur alios poſſe vocari. Nõ erit irrita gratia, etiamſi omnes Iudæi indignos ſe reddant:neque peribit cœna,etiã ſi inuitati nõ veniãt.Magnum negotium Prophetis iſtud exhibuit,poſſe hanc fiduciam Iudæis excutere.Ideò Prophetæ prædicebant vocationem Gentium: quod occultum myſterium, planius declarat Chriſtus, apertis verbis docens aliam Eccleſiam ſibi delecturum Dominum, & nouam eccleſiam creaturum. quòd ſi ea quæ hodie eſt, etiam defecerit, alios accerſet. reperiet ſemper vbi gratiã ſuam exerat: verax erit in promiſſis. Vocate ad nupt.] Iſta eſt vniuerſalis illa vocatio, qua per externam verbi prædicationem omnes pariter ad ſe inuitat Deus.

10 Malos pariter ac bonos:] Hoc eſt,Promiſcue quoſvis congregate,ſine delectu,nemine excluſo,niſi aperte incredulis & contradictoribus. Idem hic dicere videtur quod in parabola Zizaniorũ,& Verriculi iacti in mare,ſuprà cap.13.e.38.f.47. Quidam volunt hunc eſſe ſenſum vt Boni,pertineat ad Iudæos,qui ſibi & hodie videntur boni: Mali,ad Gentes: & ex Iudæorum affectu loquutum eſſe Chriſtum,quum vtrique fuerint mali. Verum hic de Gẽtium vocatione tantum loquitur:prius autem de Iudæorum. Venire autem ad nuptias,eſt vtcunque Euangeliũ amplecti, etiamſi non habeat quis veram fidem, det tamen nomen Chriſto,& velit cenſeri de Eccleſia.Hæc autem profeſſio communis eſt etiam hypocritis.

o.i.

'Ingressus autem rex vt videret discumbentes, 11
vbi vidit illic hominē non vestitū'veste nuptiali:
B Ait illi, Amice, quomodo huc intrasti, non ha- 12
bens vestem nuptialem? At ille'obmutuit.
·Tunc dixit rex ministris, Ligatis pedibus & 13
manibus eius, 'mittite eū in tenebras exteriores:
Suprà 8.b.12 & 13.f.42. ||ibi erit fletus & stridor dentium.
infrà 25 c 30 'Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. 14
Ha.3.44. ||Tunc abeuntes Pharisæi consilium ceperunt, 15
Mar.12.b.13. luc.20.d.26. 'vt illaquearent eum in sermone.

11 Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali:
12 Et ait illi, Amice, q̄modo huc intrasti nō habens vestē nuptialē? At ille obmutuit.
13 Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.
14 Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.
15 Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent eum in sermone.

ANNOT.

11 Ingressus autem rex.] Quia digni & indigni, boni & mali admissi sunt à rege ad nuptias, ingreditur vt hypocritas & falsos Christianos discernat, & à suo conuiuio reiiciat. Iste autē ingressus futurus est in die iudicii, in quo separabūtur reprobi ab electis, vt ipse exponit in parabola Zizaniorū & Verriculi in mare iacti, suprà cap.13.f.40, & g.49. Veste nuptiali.] Varie exponitur hæc vestis: aliis fides, aliis charitas, aliis perseuerantia. Videtur verò simpliciter accipienda pro puro affectu & syncera cōscientia, quum cor purificatur fide per Spiritum, vt nō tantùm Ecclesiam Dei ingrediatur quis, sed ita comparatus sit animo, vt dignus sit participatione cōuiuii, ea dignitate qua dignos nos reddit Deus: quæ est quū eam gratiam non recipimus leuitate aliqua mobili & infructuosa, sed vt augeamur in bono, & proficiamus de gratia in gratiā. Qua nuptiali veste induūtur qui Christo Iesu Domino nostro induuntur. Rom.13.d.14. & nouo homine qui secūdum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, Ephes.4.b.4. Et vt vestis nuptialis ostendit animum erga nuptiale cōuiuium hilariter affectum, ac reuerentem: ita etiam hac veste nuptiali exigitur vt tales sint cōuiuæ, qui cum gaudio, cum reuerentia maiestatis diuinæ, cum gratiarum actione potiantur cælestibus bonis.

12 Obmutuit.] Condemnatio ex propria conscientia. Ita obmutescent ad ingressum regis in consummatione seculi, qui nunc sunt loquacissimi, & de sua sanctitate ficta gloriantur.

13 Mittite eum in teneb. ext.] Vide suprà cap.8.b.12.

14 Multi enim sunt vocati, &c.] De externa generali vocatione per prædicationem Euangelii, loquitur Christus: cuius tres sunt gradus. Omnes vocantur, etiam qui non audiūt: qui accedunt, & surdi sunt mente, etiam vocantur. Secundi intrant, & profitentur se velle seruire Deo: interea autem sibi imponunt, quòd non habeant veram radicem. vt Simon magus qui non simulabat se fidelem, sed cōuictus in animo veritate Euangelii, profitebatur eam, at non habebat radicem. tales certe sunt quibus Dominus impertitur suum Spiritū, & quos ad tempus duntaxat illuminat, deinde suæ ingratitudinis merito deserit, & maiori percutit cæcitate. Tertia est specialis, & efficax, qua vt plurimū solos fideles & electos dignatur Deus: dum interiori sui Spiritus illuminatione efficit vt verbum prædicatum cordibus eorum insideat. his eodem suo Spiritu dat testimonium quòd sint adoptati. Non possumus iudicare qui sint electi, qui reprobi: sed iudicium hoc Deo debemus relinquere. Quisque electus certum habet apud se vocationis suæ testimoniū: quod quotidie cernimus: nam multi introducūtur in Ecclesiam, qui postea deficiūt, aut persecutione deterriti, aut alia aliqua victi tentatione. tales de hoc vocatorum quidem sunt numero, non tamen electi. nam electio inde probatur, siquis ad extremum vsque perstet. Hìc electionis nomen, tantùm segregationem significat: quòd ita discernantur electi vt habeant peculiarem sortem, vt in iudicibus fieri solet.

15 Vt illaquearent eum in ser.] Hoc consilium, non Pharisæorū tantum, sed & principum Sacerdotum, Scribarum, atque Seniorum fuit, qui ad dolum cōuersi sunt, quum vi nihil auderent. Tāta erat cæcitas, vt toties re frustra tētata nō cōquiescerent. Miserūt ergo insidiatores, qui se iustos simularent, vt ait Lucas, hoc est, qui quæstione proposita prætexerent timorem Dei & studium veritatis. est enim pars iustitiæ, solicitum esse de veritate cognoscenda, quid Deo placeat, quid non. Ipse Dominus paulo pòst vocat hypocritas. Illaqueare in sermone, est proponere quæstionem ancipitem & periculosam, è qua nō possit quis, veluti è laqueo quodam, se extricare. Marcus habet, Vt eum venarentur. Lucas, Caperent eum in sermone.

Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicẽtes, Magiſter, ſcim⁹ quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum.

16 Et ad illum emittunt'diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes,'Magiſter, 'ſcimus quòd verax ſis,' & viam Dei in veritate doceas, 'neque cures quenquam: nõ enim reſpicis perſonã hominum.

Dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet cenſum dare Cæſari, an non?

17 Dic ergo nobis, quid tibi videtur?'Licet cẽſum dare Cæſari, an non?

Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ?

18 Cognita autem Ieſus'malitia eorum, ait, Quid me tentatis, hypocritæ?

ANNOT.

16 Diſcipulos ſuos cũ Herodianis,] Nolũt ire Phariſæi, vt antea fruſtra fecerãt: ſed emittunt diſcipulos ſuos, quorũ illum nullam vel notitiam vel rationem habiturũ ſperabãt. Herodianos vocat qui Cæſaris partes tuebãtur. Quũ Iudæa iam cœpiſſet eſſe tributaria Romanis, præfectus eſt ab Auguſto cenſui colligendo rex Herodes Antipatri filius. Atque hac de re non erat omnium ſententia eadem. Quibuſdam enim indignum videbatur, populum Deo ſacrum pendere tributum Principibus idololatris. Atque hac in ſententia erant qui Phariſæis adhærebant. Rurſus erant qui Cæſari fauentes, dicerent oportere ſolui tributum: & huius opinionis defenſores, Herodiani dicti ſunt, quòd Herodes (vt dictum eſt) tributo colligẽdo præfectus eſſet. Magiſter,] Non pudet eos inconſtantiæ, qui nunc magiſtrũ appellant, quum antea calumniati ſint illum habere ſpiritum Beelzebub. Hæc eſt tamen inescatio, quũ vocant eum magiſtrum: vt credat ſe habiturum hic diſcipulos, qui ad ſe, tanquam ad doctorem venerint. Scimus quòd verax ſis,] Laudant eum à ſtudio veritatis, quòd abeſſet ab omni ſimulatione: quòd neque aſſentiretur cuiquam, nec ſimularet quicquam. Et viam Dei in veritate doceas,] His verbis declarãt quid intelligerẽt præcedentibus, Verax es. Hoc eſt, voluntatem Dei, quódque illi eſt placitum, fideliter & verè doces, non quod hominibus. Hic ſe iuſtos ſimulant, & tales qui viam Dei quærentes, ad veritatis doctorem veniant: quíque nõ ſentiant cum Scribis & Phariſæis, qui dixerant, In qua poteſtate hæc facis: ſed credant eum eſſe veritatis doctorem à Deo miſſum. Neque cures quenq. non e. reſp. perſ. ho.] q.d. per ea quæ cum Sacerdotibus noſtris, Scribis, Phariſæis, & Senioribus populi egiſti, declaraſti, fidémque nobis feciſti quòd non ſis acceptor perſonarum, nec cures quenquam, neque populum, neque magnates ac potentes, nec Cæſarem, nec Herodem, ſed ſolũ Deum reſpicias: dic ergo aperte quod verum eſſe noſti. Hic diſcimus etiam ex impiorum confeſſione quodnam ſit officium boni concionatoris, veracem videlicet, fidelem, & cõſtantem eſſe: viam Dei, religionem inquam diuinam in veritate, id eſt verè, ſimpliciter, integre, & recte docere: non curare quenquam, neque perſonam reſpicere cuiuſquam. Non curare quenquam, & non reſpicere perſonam hominis, idem ſignificant. Perſona autem accipitur pro omni cõſideratione quæ eſt extra cauſam & rem: vt cognatio, opes, commendationes hominũ, ætas, forma, & quicquid conciliat gratiam erga homines: & ex aduerſo, paupertatem, inopiam, & ea omnia quæ contemptibiles nos reddunt coram mundo. Nam in iudicio ſi diſcernatur inter bonum & malum virum, id non eſt ex aſpectu perſonæ, ſed de re & cauſa ipſa eſt.

17 Licet cenſum dare Cæſ. an non?] Hic eſt laqueus, nõ ſimplex, ſed geminus. Periculum erat tacere: nam ſic viſus fuiſſet reſpicere perſonam hominum, & humano metu teneri, eóque veritatem occulere in re tanti momenti. Reſpondere, rurſum periculoſum. putabant enim vel aſſerturum pro Cæſare, ideóque incurſurum in odium populi, vt liceret poſtea illum cum minore metu populi occidere. Vel negaturũ contra Cæſarem, atque ea ratione lapſurũ tãquam ſeditioſum, in manus Cæſareæ poteſtatis: ídque eſt quod Lucas dicit, Vt traderent eum principatui & poteſtati præſidis. vt per illos, veluti maieſtatis reus, ac ſeditionis author, occideretur, cauſa nihil ad Phariſæos attinente. Quàm enim periculoſum fuerit palàm negare tributum Cæſari, exemplo ſuo docuerunt Theudas & Iudas, de quibus videre eſt in Actis, cap. 5. ſ. 36.37. & in Ioſepho. Marcus addit, Dabimus, an non dabimus?

18 Malitia] Non ſolum malitia, ſed & verſutia, vt ait Lucas: & ſimulatione, vt Marcus. Vt oſtenderet Ieſus ſe non falli illorum inſidioſa blandiloquentia, ita temperauit reſponſum admirabili ſua ſapientia, vt neutri parti ſe redderet obnoxium.

Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtule 19
runt ei 'denarium.
Et ait illis, 'Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? 20
Rom.13.c.7. ‖Dicunt ei, Cæſaris. Tũc ait illis, 'Reddite ergo 21
quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.
Et his auditis, mirati ſunt: & 'omiſſo eo abierũt. 22
Har.3.45 ‖In illo die 'acceſſerunt ad eum Sadducæi, ‖(qui 23
Mar.12.b.19. luc.20.d.27. Act.13.b.6. dicunt non eſſe reſurrectionem,) & interrogaue-
runt eum,
Deut.25.a.5. Dicentes, Magiſter, 'Moſes ‖dixit, Siquis mor- 24
tuus fuerit non habens filium, vt ducat

Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium.
Et ait illis Ieſus, Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio?
Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.
Et audientes mirati ſunt: & relicto eo abierunt.
In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi (qui dicũt nõ eſſe reſurrectionem) & interrogauerunt eum.
Dicẽtes, Magiſter, Moyſes dixit, Siquis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat

ANNOT.

19 Denarium, &c.] Romani numiſmatis genus, de quo ſuprà cap.20.a.2. Solebant Romani deuictis Gentibus in tributo argentum imperare, non aurum, vt ſcribit Plinius lib.33.cap.3. Hinc denarii mentio facta eſt hoc loco, quem pro cenſu annuo Iudæi in ſingulos viros Romanis penſitabant. Qua de re vide ſuprà cap.17.d.24.

20 Cuius eſt imago hæc & inſcriptio?] In numiſmate ſolebant principes Romani ſe ſcribere Parthicos, Aſiaticos, Germanicos, Syriacos, &c. à ſubiugatis videlicet Gentibus. Habuit igitur hic denarius, Tiberii, vel Auguſti Cæſaris imaginem & inſcriptionem, fortaſſis imperii Cæſaris in Iudæos nonnihil continentem. Iubet Dominus oſtendi numiſma velut ignotum: vbi oſtenſum eſt, ſic agit quaſi non agnoſcat imaginem neque inſcriptionem. non ignorabat tamen quod quærebat: ſed quia negotium habebat cum illis qui inſidias tendebãt verbis eius, ideo viciſſim extorquet ex ipſorum verbis vnde capiantur.

21 Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: &c.] q.d. Quũ numiſma ipſum quo vtimini, referat Cæſaris ſupra vos poteſtatẽ per imaginem & inſcriptionẽ, & Cæſar nihil aliud exigat quàm denarium pro tributo: reddite igitur ei tributum illud. Notanda eſt autem partitio iſta: nam Iudæi nõ putabãt ſibi tantùm fieri iniuriã, ſed violari etiã Dei maieſtatẽ, quòd eſſent redacti in ſeruitutẽ hominũ. Chriſtus verò pronũtiat cenſum hunc nõ eſſe aduerſus Deũ: quòd numiſma, ſit politiæ pars, nec impediat politia quominus Deo ſeruiatur. Seruitus & ſubiectio externa nõ impedit quominus ſimus Deo liberi, & filii eius, eũque bona cõſcientia colamus. Non debemus quidẽ ita eſſe ſerui hominũ, vt Chriſtus nõ obtineat regnũ in nobis: ſed à Deo incipiẽdum eſt qui obtineat ſuum imperiũ in vita noſtra: poſtea principibus noſtris obediamus, quod ad politiam ſpectat. Non poterit Deo præſtari quod ſuũ eſt, niſi & præſtemus hominibus quod illis Deus præſtari vult. qui enim reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: Roman.13.a.2. Hoc pacto reddemus quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Hîc ſub nomine Cæſaris comprehenduntur quiuis magiſtratus. Neque tantùm ius gladii approbat, quo puniuntur ſontes: ſed & tributa, vectigalia, & quicquid ſpectat ad politiam: neque enim aliter munus illud cõſeruari poteſt. Quum autem Chriſtus ita loquitur, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo: nõ propterea dicit nõ eſſe Dei omnia: ſed vulgari more loquitur. nam quum paremus magiſtratui, obedimus etiam Deo: Iudæi verò peruerſa hac opinione occupati erant, (vt dictum eſt,) minui aliquid de cultu Dei, quum non fruebantur libertate ſibi à Deo conceſſa. Accommodat ergo ſe Chriſtus ad illorum captum.

22 Omiſſo eo abierunt.] Hinc agnoſcamus, Deum ſemper è certamine diſcedere victorem: patitur quidem ſatanam & ſua organa aduerſus ſuam doctrinam: at tandem confundit cum cum ſuis machinationibus.

23 Acceſſerunt ad eũ Sadd.] Idem omnibus eſt ſtudiũ impugnandi Chriſtũ, qui aliquid videri volunt in mundo, etiam ſi inter ſe plurimum diſſentiant. Quàm non cõuenerit Phariſæis cũ Sadducæis, videre eſt ſuprà cap.3.b.7. Et tamen hîc, poſtquam nihil effecerunt Phariſæi contra Chriſtum, ſuccedunt Sadducæi tentaturi num ipſi poſſint quod non potuerant ipſi Scribæ & Phariſæi.

24 Moſes dixit, &c.] Hîc proponunt quæſtionem Chriſto, vt ſpecie abſurditatis, doctrinam de reſurrectione damnẽt. Non tantùm autem de reſurrectione carnis intelligitur, ſed &

de futura vita poſt reſurrectionem:nam non reſurrectionem tantũ negabant,ſed & animæ immortalitatem.Citant Moſem,vt hæc ſeptem coniugia,& legitima,& ex ordinatione Dei eſſe, pateat. Sperabant autem Sadducæi Chriſtum vel negaturum reſurrectionem odio Phariſæorum,atque ita repugnaturum ſuæ doctrinæ:vel ſi illam aſſereret, abſurditate ſententiæ pudefieri poſſe.nam putabant,ſi futura eſſet reſurrectio,eundem fore neceſſariò ſtatum futuri ſeculi qui nunc eſt:inde autem innumera euentura abſurda & incredibilia.

ʹfrater eius vxorẽ illius,& ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
25 Erant autem apud nos ſeptem fratres:& primus
vxore ducta defunctus eſt: ac non habens ſemen
reliquit vxorem ſuam fratri ſuo.
26 Similiter ſecũdus & tertius, vſque ad ſeptimũ.
27 Nouiſſime autẽ omniũ defuncta eſt & mulier.
28 ʹIn reſurrectione ergo, cuius è ſeptem illius erit
vxor?omnes enim habuerunt eam.
29 Reſpondens autem Ieſus ait illis, ʹErratis, ʹneſcientes Scripturas, ʹneque virtutem Dei.
30 ʹIn reſurrectione enim neque matrimoniũ contrahunt,neque elocãtur:ſed ſunt ſicut angeli Dei
in cælo.

frater eius vxorem illius,& ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
Erãt autem apud nos ſeptem fratres : & primus vxore ducta defunctus eſt:& non habens ſemen,reliquit vxorem ſuam fratri ſuo.
Similiter ſecundus & tertius,vſque ad ſeptimum.
Nouiſſime autem omniũ & mulier defuncta eſt.
In reſurrectione ergo,cuius erit de ſeptem vxor? omnes enim habuerunt eam.
Reſpondens autem Ieſus ait illis, Erratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei.
In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cælo.

ANNOT.

Frater eius.] Fratris nomine continentur & alii gradus proximiores, vt cognati, & patrueles,aliique ex eadem cognatione.

28 In reſurrectione ergo,] Hoc eſt,in futura vita æterna,quam adipiſcimur poſt reſurrectionem ex mortuis.

29 Erratis,] Admonet eos erroris in genere,quòd negarent reſurrectionem:dein, ſi futura eſſet,rediturum cum ſtatum ſeculi qui in hac vita eſt: ea quæ ſunt præſentis vitæ, ad regnũ Dei trahentes. Neſcientes Scripturas,] Quòd hæc velut errorum cauſæ, ſubiecta ſint,ex Marco liquet, vbi ſic legitur , Annon propterea erratis quòd neſciatis Scripturas, neque,&c. Errabãt igitur quòd Scripturas torquerent,ſenſum Scripturæ ignorãtes. Hinc videmus quid afferat Scripturarum ignorãtia,errores ſcilicet. & meritò:nam verbũ Dei eſt lucerna pedum noſtrorum,Pſal.119,in Nun. & lucet in hoc ſeculo velut lux in tenebris. Vide 2. Timoth.3.d. 16,Omnis Scriptura diuinitus inſpirata,&c. Neque virtutem Dei.] Reſurrectionem negantes,Dei virtutem ignorabant,quæ potiſſimum in reſurrectione declaratur,quam etiã Paulus in reſurrectione Chriſti ſæpe ſpectandam proponit.Docemur hoc loco,vt in iis fidei noſtræ articulis qui vires exigunt humanis maiores,adeóque rationi noſtræ videntur impoſſibiles,confugiamus ad virtutem Dei:cuius virtutis cognitio,inſtinctu Spiritus Dei,aſſidua Scripturarum lectione,& diligenti operum Dei obſeruatione acquirenda eſt.

30 In reſurrect.e.neque, &c.] Docet nos de ſtatu illorum qui poſt reſurrectionem fœlices erunt : abſurditatis opinionem de ſtatu futuri ſeculi amouens . Vtitur autem diſtinctione temporum, præſentis & futuri: quam copioſius & ſignificantius exprimit Lucas, dicens,Filii huius ſeculi ducunt vxores, & nuptũ dant:qui verò digni iudicabuntur vt ſeculi illius conſortes ſint,& reſurrectionis è mortuis, neque matrimonia contrahent, neque nuptũ dabũtur.Filios ſeculi vocat quotquot in hoc ſeculo viuunt.Dignos præterea futuro ſeculo vocat eos qui futurã fœlicitatẽ apprehendent. Adiungit rurſum Lucas,Neque enim vltrà mori poſſunt. addit rationes:Sunt enim ſicut angeli Dei,qui ſunt in cælis:& filii Dei,quũ ſint filii reſurrectionis.Qui ſemel mortui ſunt,& excitati è mortuis, vltrà non poſſunt mori: quia ſunt ſicut angeli Dei, qui mori non poſſunt, cũ quibus vitam viuent æternam:& quia filii Dei ſunt,ad quos bonorum Dei hæreditas pertinet:qui filii reſurrectionis dicuntur,quòd beneficiis reſurrectionis fruẽtur,quæ ſunt ſempiternum gaudium & perpetua fœlicitas.Etiam in vetuſtioribus Latinis codicibus legitur præſenti tempore,Sunt ſicut angeli Dei.

'De resurrectione verò mortuorum 'nō legistis 31
quod vobis dictum est à Deo,qui ait,
Exod.3.b.6. |'Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & 32
Deus Iacob? Deus,non est Deus mortuorum,sed
viuentium.
'Et quum audissent turbæ, obstupuerũt de do- 33
ctrina eius.
Ha.3.46 Mar.12.c.28. |Pharisæi autẽ quũ audissent quòd obthurasset 34
os Sadducæis,conuenerunt in vnum:
Et interrogauit eum 'vnus ex eis Legis doctor 35
quispiam,tentans eum, & dicens,
Magister,quod est 'mãdatum magnũ in Lege? 36
Deut.6.a.5. luc.10.c.27. Ait illi Iesus,|'Diliges Dominum Deum tuum 37

31 De resurrectione autem mortuorũ nō legistis quod dictũ est à Deo,dicẽte vobis,
32 Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? non est Deus mortuorum,sed viuentium.
33 Et audiẽtes turbæ, mirabantur in doctrina eius.
34 Pharisæi autem audiẽtes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum:
35 Et interrogauit eũ vnus ex eis Legis doctor, tentãs eum,
36 Magister,quod est mãdatum magnum in Lege?
37 Ait illi Iesus,Diliges Dominum Deum tuũ ex toto

ANNOT.

31 De resurrectione verò mortuorũ] Id est quod Marcus habet, De mortuis autẽ quòd resurgant. Et Lucas,Quòd verò resurgant mortui. Non legistis quod vobis dictum est à Deo, qui ait,] Marcus habet,Non legistis in libro Mosis, super rubum quomodo dixerit illi Deus,inquiens,Ego,&c. Lucas verò, Et Moses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum, &c. Marci verba,Lucam exponunt. Quasi digito notat locũ Mosis quum dicit,Super rubum: hoc est,quando Deus apparuit in rubo. Videamus hîc vt Christus primo loco contrarias obiectiones refellat, postea afferat quod ab authoritate verbi Dei profectum est. Sunt quidem & alii loci de resurrectione clariores. Verùm Christus,eiúsque Apostoli,nō colligere solẽt omnes locos qui conueniũt instituto, sed vt res occurrũt,alio atque alio loco vtũtur,in eadem etiam causa. Producit autem ex Mose testimonium, non ex Prophetis, quòd illis parum tribuerent Sadducæi: fortasse eo loco habebant illos quo nos Chrysostomum, Ambrosium,& similes.

32 Ego sum Deus Abraham] Vide vt argutè hoc collegerit Christus. Deum esse alicui, est illius esse seruatorem & viuificatorem perpetuum: quod non potest esse prorsus mortuis, hoc est, quibus omnis vitæ spes adempta sit. Cui enim Deus,est Deus, illi bene facit, id est, Deum se ei exhibet: iam si vita in totum expertes essent mortui,(vt Sadducæi existimabãt,) & in eam nunquã reuocandi, quomodo eis bene faceret? Non sunt igitur Sãcti extra participationẽ vitæ. Dixissent Sadducæi,Deũ esse Deum Abrahã,Isaac,& Iacob,nemo negat. Propterea addit Christus,Non est Deus mortuorũ,sed viuentiũ. Atqui mortui erant,Abrahã,Isaac, & Iacob. Verum: Deo autẽ non erãt mortui: tantùm isti seculo & carni erãt mortui,Deo verò viuebant,& etiamnum viuũt.omnes enim illi viuunt,ait Lucas. Viuimus Deo,quando illi, non carni nostræ viuimus. Dicimur etiam Deo viuere, quando vita nostra pendet ex virtute eius, non ex nobis. Hîc autem,Omnes viuũt Deo, significat illorum vitam esse diuinæ vitæ, neque quicquam habere simile huic mortali vitæ,sed illos diuina vita frui.ab initio promissa est vita æterna Patribus,qui semper sperarunt aliam vitam sibi repositã,quàm quæ esset visibilis in hoc mundo. Post hæc scribit Marcus Christum dixisse iterum, Vos ergo multum erratis. Lucas verò addit,Respondentes quidam Scribarum dixerunt,Magister,bene dixisti.

33 Et quũ audiss.turbæ,obst.] Turbæ stupẽt ob gratiam admirabilẽ: obstinatio autem rabiosa est,& nunquã quiescit: impietas abripitur furioso impetu etiã vbi virtus Dei apparet.

35 Vnus ex eis Legis doctor q.] Marcus habet Scribã,dicẽs, Et accessit vnus Scribarũ qui audierat eos disputantes,sciens quòd bene illi respondisset,interrogauit,&c. Videtur hic subornatus fuisse qui quæstionem ex Lege obiiceret,non discendi,sed tentandi gratia.

36 Mandatum magnum] Marcus habet,Primũ omnium mandatum. Primum,id est, maximum & præcipuum,ad quod cætera referri queant. Magnum,positiuus est pro superlatiuo. Vtrunque mox coniungit,primum & magnum.

37 Diliges,&c.] Marcus plura dixisse Christum refert,nempe, Primum omnium mandatorũ est,Audi Israel,Dominus Deus noster, Deus vnus est,& diliges,&c. Ita & apud Mosem legitur. Hæc ex Deut.cap.6.a.5,Christus affert,vbi Moses præcepta Domini explicat. Il-

lo igitur, Dominus Deus,&c.non taotum hoc agit vt Deus sit vnus, quantom vt à nobis habeatur pro vno.siqnidem esse Deom voum,oihil nobis confert:haberi autem pro voo,& pro Deo nostro,salus & vita est,omniúmque præceptorum plenitudo. Sic Gene.28.d.21,dicit Iacob, Erit mihi Dominus io Deum. Quasi verò aotea noo fuerit: verùm significat se statuere vt eerto ritu & cultu vno solum Domioum pro Deo habeat. Dicit igitur Domioum Deum nostrum pro vno habendum esse, idest, noo colẽdum aliis atque aliis cultibus à nobis repertis,sed voico illo à sese cõstituto.Hoc autem fide fit. nemo enim potest vnum Deum habere, nisi peodeat ab ipso solo, & ei soli fidat: alioqui in varietatẽ operum rapietur,& varios Deos finget. Quando dicit, Diliges Dominum: excitat hilarem & liberam Dei seruituiem. Hæc dilectio ex fide proueoit: quum enim omnem fiduciam in eum reiicimus , ex eo pendemus, omoiáque ex ipso fluere iotelligimus,& illi nos esse coræ: necessariò sequitur dulcis amor erga eum.Quando verò Deum verè diligo,volo omnia quæ vult Deus:nec dulcius quicquam quàm andire & facere quæ ipse vult: vt etiam earnalis amor facit cum suo amato. Iohan.14. c.23,Siquis diligit me,sermonem meum seruabit.

corde tuo, & in tota anima tua,& in tota mente tua.

'ex toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua.

Hoc est maximum & primum mandatum.

38 Hoc est primum & magnum mandatum.

Secundum autem simile est huic,Diliges proximum tuum

39 'Secũdum autem, simile est huic,|'Diliges proximum tuum Leui.19.d.18 mar.12.c.31.

ANNOT.

Ex toto corde tuo,&c.] Non tãtùm iubet vt diligamos,sed & modũ & mensuram præscribit.exigit enim veram,syncerã, & perfectam dilectionem. COR pro intelligẽtia:vt Deut. 29.a.4,Et oon dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes,&c. Sigoificat & voluntatem: Ecclesiastis cap.10.a.2,Cor sapientis in dextera eius.Hic autẽ pro intelligentia sumitur, tametsi apud Marcum vbi Legisdoctor verba Christi repetit,addatur vox intelligẽtia: nam idem duobus verbis repetit. Quidam tamen scribũt Marcum posuisse pro mente quæ hic legitur. Alii,toto corde,exponũt intimo & toto affectu.Anima vt pro vita ferè,ita & pro virtute sensibili accipi solet, vt Gene.34.a.8, de Sichẽ filio Hemor scribitur, Et adhæsit anima eius Dinæ:pro eo quod est, adhæsit Dinæ affectus eius, vel potius,amauit Dinam. Sic cap.44.g.30, de Iacob & Beoiamin, Anima huius colligata est aoimæ istius:pro,Toto affectu diligit Beniamin.Tertio loco dicit,Ex tota mẽte:quibus Marcus addit,Et ex totis viribus. Hæc verò omnia vocabula comprehẽdunt omoes facultates seu potentias hominis. Perindéque hæc Mosis verba sunt acsi dixisset, Ita diliges ex aoimo Deum tuũ, vt cuoctam naturã omnésque vires tuas amor eius peruadat & possideat: quicqoid in te est,io amorem eius confer.mens eum ante omnia cogitet ineffabilem virtute & bonitate,volontas io eo tota delectetur,cunctæque vires ad placita ipsius rapiãtur. Quæ vtique dilectio,solidæ fidei primos fructus existit. Non antẽ hæc ita dicũtur,vt nulla alia diligere debeamus,quũ omnia quæ fecit Deus,sint valde booa, & amãda:sed quòd nihil sit æquandũ aot præferendũ in amore Deo, & iis quæ Dei suot, & omnisi amor vrgẽdus ad consummaodũ amorẽ Dei.Ex his colligimus,omnes mortales lõgè abesse à perfecta iustitia: neqoe quenquã esse qui noo in vtroqne deficiat,tam io vno Deo habendo,quàm diligẽdo: quãdo nullus est qui nõ aliquãdo trepidet in fide,& alia simul cum Deo diligat.Notandum autem,præcepta primæ tabulæ compreheodi hoc præcepto.

39 Secuodum autem,simile est hoic,] Secundum ordine vocat,quòd ordine prius sit diligere Deum,quàm diligere proximum.Simile autem dicit,quòd consentiat & congruat priori: oam dilectio proximi manat ex Dei dilectione, quæ causa esse debet amoris proximi. Alii simile propterea dici voluot,tum quòd vtrinque præcipitur affectus dilectioois verus & perfectus :tum quòd vt dilectio Dei caput est omoium eorum quæ Deo debentur,quæ summatim cõprehensa suot in eo vt Deum diligamos ex,&c.ita & dilectio prosimi caput est omnium eorum quæ proximo debẽtur,quæ in hoc præcepto comprehendũtur, Dilige proximum sicut teipsum. Et hoc est quod Apostolus scribit ad Roma.13.c.8,& Galat.5.b.14. Diliges proximum tuom] Proximi vocabulum , non cognatos modò, & amicos, aut qoi aliqua nobiscum necessitudine cooiuocti suot,significat, sed etiam eos qui nobis incogniti sunt, adeóque inimicos. ex voo sumus omoes, omoes ad imaginem Dei creati : neque est tam barbarus qui non sit nobis coniũctus hoc vinculo: quod sacrosanctum est & inuiolabile,oec vllius pra

uitate aboleri potest. Vniuersum hominum genus vno charitatis affectu est amplexandum: nullũ debet esse discrimen Barbari aut Græci, digni vel indigni, amici vel inimici: quoniã in Deo, non in seipsis cõsiderandi sunt. A quo intuitu si deflectimus, non mirũ est si multis erroribus implicamur. Non propterea negauerimus, vt quisque est nobis coniunctissimus, ita officiis nostris esse familiarius adiuuandum, ita enim fert humanitatis ratio, vt eo plura homines inter se officia communicent, quo arctioribus inter se aut cognationis, aut familiaritatis, aut viciniæ vinculis connectuntur.

'perinde atque teipsum. — sicut teipsum.

40 'In his duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent. — In his duobus mandatis vniuersa Lex pendet & Prophetæ.

Marc.12.d.35. luc.20.g.41.

41 [Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, — Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,

42 Dicens, 'Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. — Dicens, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.

43 Ait illis, 'Quomodo ergo Dauid 'in Spiritu vocat eum Dominum, dicens, — Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eũ Dominum, dicens,

ANNOT.

Perinde atque teipsum. Quò exprimeret magis Dominus quanta propensione nos in proximorum dilectionem agi oporteret: ad nostri amorem, (quia nullũ habebat vehementiorem aut validiorẽ affectũ,) tanquam ad regulã, exegit. Amor nostri non est hic positus pro regula: nam qualis regula esset amor nostri damnatus à Deo? sed hoc dicit, Sicut quisque se diligere solet, ita diligat & proximũ. Vbi naturali prauitate solebat amoris affectus in nobis residere, ostendit aliò iam oportere diffundi: vt non minori alacritate, ardore, solicitudine, parati simus ad benefaciendum proximo, quàm nobisipsis.

40 In his duobus mand. &c.] Quomodo Lex & Prophetæ pendeant ab his duobus præceptis, vide suprà cap.7.b.12. Quicquid de doctrina vitæ in Lege docetur & Prophetis, ab illis adimpletur qui Deum diligunt & proximum. Post hæc addit Marcus, Et dixit ei Scriba, Bene magister in veritate dixisti quòd vnus sit Deus, &c. quæ suo loco explicantur.

42 Quid vobis vi de Christo?] Hic vltimus Christi sermo ad Pharisæos & aduersarios suos fuit, quo ad agnoscendũ se, illos prouocare est annisus: exceptis iis quæ iam ab eis captus, ipsis respondit. Hic ergo regni sui eos admonere, & erigere simul animos eorũ, præsertim siqui inter eos sanabiles erãt, voluit: vt Christũ maiorem rege carnali, imò & Dauide patre suo expectarent. Carnales enim nihil nisi carnale sperabãt. Satis opportunè antẽ quæstioni de Lege, interrogationem de se Christo & regno suo subiunxit: tacite innuens quòd multo præstitisset ipsos sciscitari de Christo, à quo verè demum iustificari, & Legis implendæ virtutem accipere possent: quum à Lege, non nisi peccati cognitio expectãda esset, & iustificatio nequaquam. Ad hoc enim faciebat agnouisse Christum Dauide præstãtiorem, nimirum regem spiritualem, & animorum purgatorem atque saluatorem.

43 Quomodo ergo Dauid, &c.] Non reprehendit Christus Pharisæos quòd faterentur ipsum esse filium Dauidis: sed quum vulgo nihil aliud de eo sentiretur quàm quòd esset futurus terrenus quidam rex, qui populum Dei in terrenam quãdam libertatem assereret, regnúmque terrenũ ad fines vsque terræ dilataret, idque, futurus ex tribu Dauidis: voluit etiã reliquis astantibus dare ansam de gloria & maiestate regni sui ampliora cogitãdi, nempe quòd nõ solùm Dauidis filius esset secundum carnem, sed & filius Dei esset, & Dominus Dauidis. nam quatenus ex Maria carnem accepit, filius est Dauidis: quatenus verò ex Spiritu sancto conceptus est, filius est Dei, & Dominus Dauidis. Nõ est igitur hic nouus error, aut nuper inuentus: nam etiam illa impietas apud Pharisæos regnabat antequam veniret in mũdum. ita diabolus ab initio in hoc incubuit vt Christo eriperet suam deitatẽ: vt sic tota salus hominum à fundamento euerteretur. In Spiritu] Marcus cap.12.d.35, dicit, In Spiritu sancto. Hoc est, per Spiritum sanctum, siue Spiritu sancto afflatus, & ab eo impulsus. Lucas verò cap.20.g.42, pro his habet, In libro Psalmorum. Nominatim autem positum est, In Spiritu sancto: nequis errore factum à Dauide putaret quòd Dominum illum vocaret: sed quòd dirigente os eius Spiritu sancto sic loquutus sit.

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis: Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

44 Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris Psal.109.a.1.
meis: Donec ponam inimicos tuos subselliũ pe-
dum tuorum.

Si ergo Dauid vocat eum Dominum: quomodo filius eius est?

45 Si ergo Dauid vocat eum Dominum: quomo-
do filius eius est?

Et nemo poterat ei respõdere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eũ amplius interrogare.

46 Et nemo poterat ei respondere quicquam: ne-
que ausus fuit quisquam ex eo die eum amplius
interrogare.

CAP. XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos,
Dicens, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi.

1 Tunc Iesus loquutus est ad turbas & ad disci- Har.3 47
pulos suos,
2 Dicens, In cathedra Mosis sedent Scribæ & 2.Esdr.8.a.4.
Pharisæi.

ANNOT.

44 Dominus Domino meo,] Priore loco apud Hebræos legitur IEHOVA, secũdo autem loco ADONAI. q.d. Deus æternus dixit Domino meo Christo. Excellẽtiorem Dauide Christum ex eo voluit agnosci, quòd ipse Dauid eum Dominum suum appellet. nam pater, filium nõ appellasset Dominum, nisi ipsum maiorẽ se agnouisset. Dicet quis compositũ fuisse à Dauide Psalmum vt postea à populo caneretur: & illum quidem scripsisse, sed in persona populi loquutum. Verùm, vtcũque populo proponeret, erat etiam ipse populi membrum in Ecclesia, & vnus ex fidelibus qui cũ aliis canebat: & tanquam priuatus homo, vocabat Christum Dominum suũ pro modestia sua. Sede à dex. me.] Sedere à dextris Dei, est regnare Dei nomine, ita vt meritò censeatur eandem potestatem tenere: vbique regnans, Dei personam sustinere. vt enim legatus personam regis sustinet, ita Deus omnia gubernat per manum Christi sui. Quomodo Christus sedeat à dextris Patris, vide Ephes.1.d.20, & ad Hebr.1.a.3.

Donec po. ini. tu.] Istud DONEC, non significat aliquid futurum, vel nõ futurum, sed tempus quod præcedit, tantum designat. Aduerte autem quàm in loco vtatur testimonio Psalmi huius, quo non solùm se esse Dominum Dauidis declarat, sed etiam inuictam regni sui potentiam & victoriam contra hostes suos significat. q.d. Nihil miseri omittitis quo me impugnetis: tantũ autem abest vt me expugnaturi sitis, vt paulo pòst ad dexteram suam Pater sit me collocaturus, in summã rerum omniũ potestatem, quam exercebo donec vos & omnes hostes mei subsellium pedum meorũ positi fuerint. Subselliũ pedum tu.] His verbis absolutam subiectionem significat. Tale quid & illud Philipp.2.b.10, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Habent ista minas contra hostes Christi. Huc respexit & Stephanus Act.7.g.56, Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Marcus addit, Et pleraque turba audiuit eum libenter.

46 Et nemo poterat, &c.] Animaduertebant diuinam vim in responsis, quibus resistere non poterant, ne Deo resistere viderẽtur, idque frustra. Hæc autem adiecta sunt ab Euangelista, partim vt declaret inuictam veritatis lucem: partim innuat quàm nequeat inuicta impiorum malitia superari. licet enim nihil potuerint respondere, nec ausi sint vltrà eum tentando interrogare, odisse tamen non destiterunt.

IN CAPVT XXIII.

1 Tunc Iesus, &c.] Posteaquam abũde satis declarata est Sacerdotum, Scribarũ & Pharisæorum cæcitas & obstinata malitia: ad populum & discipulos instruendos & admonendos conuertitur, quibus ob oculos fermentum Pharisæorum & Scribarum, vt caueri possit, exponit: simul adiungens quàm arduum & graue illos iudicium Dei maneat, maxime ciuitatem Ierusalem. Tunc igitur, obserato scilicet Scribarum & Pharisæorum ore.

2 In cathedra Mosis sed.] Cathedra nõ significat hic authoritatem Mosis qua abutebãtur Scribæ, sed locũ ex quo Mosis legẽ populo purè prælegebãt & explicabant. Eiusmodi sedem vel suggestũ fuisse Musach sabbathi quod Achas legitur deposuisse, 2.Reg.16.d.18, quidã putant. Certe Ezras (lib.2.cap.8.a.4) legitur stetisse super turriculã ligneam ad loquẽdum populo, indéque Legem Dei recitasse. Qu ùmque mos ille apud eos vsque perseuerauerit vt sabba-

this Lex Dei legeretur, fuisse eis ad id propriam cathedram verisimile est, eámque vocatã Cathedram Mosis. Ex ea ergo cathedra quum sola Dei mãdata Scribæ & Pharisæi seruare iuberent, recte Christus præcepit ea seruare. Quoniam autem Scribarum Pharisæorúmque vitia grauiter reprehensurus erat, sciebátque ita comparatũ esse vulgus, vt vbi in ministris religionis fugienda quædam monstrantur, statim soleat illos in vniuersum abiicere: & nõ solum quæ praua sunt relinquere, sed & quæ bona sunt contemnere: ideo hac præfatione vtitur, qua saluam vult in illis Mosaicæ legis authoritatem: vt intelligant non Mosaicæ legis ministerium in illis, sed quæ male contra Mosem & docebant & viuebant, impugnare se & carpere. Volebat enim saluam semper manere verbi Diuini authoritatẽ: nec propterea minoris faciendam esse doctrinã quã ipsis ex Mose proponerent, quòd ipsi male viuerẽt. Quod SEDENT vertit præsenti tempore, Græce in præterito legitur sederunt: quod certe pro Sedent positum videtur. In his enim verbis sic vsurpamus vocem præteriti temporis, vt intelligamus actum etiamnum manentem. Sedere in cathedra Mosis, est docere non suo nomine, sed Dei: non sua somnia, sed quod à Mose profectum est, qui fuit seruus Dei. Legem enim Mosis, sabbathis solebant Scribæ & Pharisæi populo legere & interpretari: simul etiam Prophetas, vt ex Actis, cap. 13.g.15, videmus: Post lectionem (ait Lucas) Legis & Prophetarum. Sensus verborum Domini hic est, Nolo quisquam sacrum docendi ministerium, aut ipsam doctrinam sacram contemnat propter corruptos Sacerdotum mores. Imò si ipsi Pharisæi docuerint in cathedra sacra, & pro concione publica Legem Domini & verbum Prophetarũ, omnino iubeo prædicationem recipere, & mandatis eorum obtẽperare. Sic hodie audiendi qui in cathedra Christi sederint, qui, quæ Christi sunt, nõ sua inuenta docuerint. Vocem, inquit, meam audient. Iohan. 10.c.16.

'Omnia ergo quæcunque iusserint vos seruare, 3 Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere: dicũt enim, & non faciunt.
seruate'& facite:'secundum verò opera eorum nolite facere:'dicunt enim, & non faciunt.

Luc. 11.f.41. act. 15.b.10. |'Colligant enim onera grauia, difficiliáque 4 Alligãt autem onera grauia & importabilia,

ANNOT.

3 Omnia ergo quæcũque, &c.] Non generaliter loquitur Christus: sed quãdiu sedebant in cathedra Mosis, & ex libro Legis quæ Dominus Mosi tradiderat facienda, docebant: quicquid tunc iubebant seruari oportere, seruandum erat & faciendũ: etsi vita illorum non responderet doctrinæ. Neque enim hîc de doctrina & traditionibus, quas præter verbum Dei tradebãt Pharisæi & Scribæ, loquitur Dominus, à quibus ipse suprà cap. 16.b.12, cauere iussit discipulos. Et facite.] Nõ enim auditores Legis iusti sunt apud Deũ, sed factores, Ro. 2.b.13, & Iac. 1.d.22, & suprà, 7.c.21. Secund. v. opera, &c.] Hæc ideò dicit, quòd sciret doctoris vitam magis ad exemplum trahi, quàm doctrinam ad obedientiam. Potissimum autem loquitur de eorum hypocrisi, qua omnia sua opera, etiam per se bona, contaminabant & perdebant. Vnde paulo pòst subiungit, Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Dicunt, & non faciunt.] Postea tamen dicit, versu quinto, Omnia verò opera sua faciunt, &c. en opera faciunt, sed ita distingue, Dicebant siue docebant quidem ex Mose vt ex vera fide, iustóque timore Domini omnia fierent, veritas & æquitas colerentur, Quisque proximo ita faceret vt sibi vellet fieri, In ceremoniis Legis cor vere credulum & Dei gloriæ debitum haberent, Suam voluntatem nusquam sequerentur: & huiusmodi. Dicebant hæc: sed non faciebant: nam siue præstarent eleemosynam, siue precarẽtur, siue ieiunarent, aut ceremoniarũ aliquid perficerent, omnia hæc faciebant vt ab hominibus spectarentur, nõ vt Deo probarentur: vt dictum est suprà cap. 6.a.2. vbique sua quærebant, interea aberat ab eis misericordia, iudicium, & fides: vt eis paulo pòst exprobrat ipse Dominus versu 23. Sic autem facere & operari, perinde est apud Deum atque nihil prorsus facere. Propterea dicit, Et non faciunt.

4 Colligant e. onera gra.] Onera grauia, difficiliáque portatu, quæ colligata, in humeros hominũ imponebant, mãdata Dei erant ad viuũ exacta, quæ & Petrus, (Act. 15.b.10.) testatus est neque se, qui tũ erãt Iudæi, neque Patres ipsorũ portare potuisse. Quis enim vnquã eo spiritu præditus fuit, vt tot ritus, tótque ceremonias, ita vt Lex præscribit, potuerit sine vlla trãsgressione seruare? Taceo ea quæ Legis nomine propriè cẽsentur, & ad vitæ pietatẽ faciũt, decalogi præcepta, quæ præter Christum, nemo adhuc impleuit. Vtitur autẽ similitudine ab eo qui onera ferẽda colligat, partitúrque quid quisque ferat, & humeris singulorũ seueriter, absque vlla cõmiseratione imponit grãdia & importabilia, quæ ne digito quidẽ contingere velit

vt ſuis humeris imponat,& ferat.Lucas cap.11 f.46, habet,Oneratis homines oneribus difficilibus portatu,& ipſi vno digito veſtio nō tangitis ſarcinas. Taxat autē,non Legē,ſed rationem quam habebāt in docendo. cū auſteritate enim & potētia dominabātur, exigētes magno cum ſupercilio quæ Deus præcepiſſet. Illis verò decalogi mādatis, & rituū ac ceremoniarum præceptis importabilibus voluit Dominus populū humiliari, & ad ambiendā ſuam miſericordiam(qua ſola mortalibus ſalus contingere poteſt)velut compellere.

& imponūt in humeros hominum: digito autē ſuo nolunt ea mouere.

portatu, & imponunt in humeros hominum:cæ
terum digito ſuo nolunt ea mouere.

Omnia verò opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus. dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.

5 'Omnia verò opera ſua faciunt in hoc vt ſpe-
ctentur ab hominibus: 'dilatant autem‖phylacte Deut.6.b.8.
ria ſua, '&‖magnificāt fimbrias palliorū ſuorum. & 22.b.12. Num.15.d.38

Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis.

6 ‖Amántque primos accubitus'in cœnis,& pri- Mar.12.d.38
mo ſedere loco 'in conciliis, luc.11.f.43. & 20.g.46.

Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominib⁹, Rabbi.

7 Et 'ſalutationes in foro, & vocari ab hominib⁹
'Rabbi.

ANNOT.

5 Omnia verò op.ſ.fac.] Faciunt,vt ſuprà verſu 3,dictum eſt. Reprehendit eorum ambitionem & hypocriſim.q.d.ſiquid habēt ſpeciei, non eſt rectū: quia nihil aliud ſtudent quàm placere hominibus.Phariſæi igitur vel tranſgrediebantur Legē Dei apertè:aut ita ſimulabant vt viderentur probi,quum non eſſent.Ambitionem eorum etiam ſuprà cap.6.a.2,detexit.

Dilatant autem phylacteria ſua,] Phylacterion,vox Græca, Latinis eſt conſeruatorium, quòd in his ſeruaretur memoria Legis.Erāt autem phylacteria,vt ſcribit Hieronymus,membranæ in quibus decalogus Legis ſcriptus erat, quas complicantes & ligantes in fronte,quaſi coronam capiti inde faciebant,vt ſemper ante oculos mouerentur.Hunc morem ad ſuum vſque tempus Iudæis per Iudæam,Perſiam,& Babyloniam ſeruatū,idem teſtatur: eúmque qui hoc habuiſſet,iudicatum religioſum.Porro morem hūc ex Moſe,Deut.6.b.8,deſumpſiſſe putantur,vbi legitur,Erúntque verba hæc,&c.Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua,erúntque memoriale inter oculos tuos, ſcribéſque,&c. Qui igitur videri volebant reliquis diuinæ Legis obſeruantiores, quales erant Scribæ & Phariſæi,phylacteria ſua ſolito ampliora faciebant, vt plures diuinæ Legis ſentētiæ inſcribi poſſent. Et magnificant fimbrias] Eodem hæc ſpectabant quò phylacteriorum dilatatio: quò quiſque enim latiores fimbrias circunferebat, hòc religioſior haberi volebat apud ſuperſtitioſos ac ſimplices. De fimbriis palliorum præceptum eſt Nume.15.d.38,Loquere filiis Iſrael,inquit Dominus, & dic ad eos vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum,ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas quum viderint,recordentur omnium mandatorum Domini,ne ſequantur cogitationes ſuas,&c.

6 In cœnis, Vox Græca etiam conuiuia ſignificat. In conciliis,] Græcè eſt,in ſynagogis,id eſt,conuentibus eccleſiaſticis.

7 Salut.in foro,] Nō tantùm ſalutari amāt Scribæ & Phariſæi,ſed priores ſalutari,quod præcipuorum eſt:ídque in foro,id eſt in loco frequenti,multis ſpectantibus. Rabbi.] In omnibus noſtris Græcis codicibus cōgeminatur,Rabbi rabbi. Ad eūdem modū & Iudas ſalutat Dominum, (Mar.14.e.45) Rabbi rabbi. Videtur autem ea cōduplicatio apud Hebræos honoris aliquid habere.Vnde morem hunc exprimens Chriſtus, Non omnis (inquit)qui dicit mihi Domine Domine,intrabit,&c.ſuprà cap.7.c.21. Chaldæa vox eſt Rabbi, quæ magiſtrum ſignificat:quam velut exponēs Chriſtus,vbi dixit,Nolite vocari rabbi:mox ſubiungit, Vnus eſt enim magiſter veſter. In ambitione Phariſaica hoc etiam mali erat, quòd ſumebant ſibi quod erat Chriſti proprium: ita enim volebant vocari rabbi, vt à ſe docere exiſtimarentur, quaſi penes quos eſſet Scripturas pro ſuo arbitrio exponere & intelligere: quod ſolius Chriſti eſt,quem ſolum Pater ordinauit nobis doctorem,dicēdo,Ipſum audite, ſuprà cap.17. a.5.quæcunque enim bona & ſalutaria ab hominibus docentur, à Spiritu ipſius proficiſcuntur.Huic ergo ſubeſſe debent quotquot docent populum,ab hoc vno doctrinam eos accipere oportet, & eandem doctrinam quam ipſe docuit,eos docere conuenit,tāquam à ſe miſſos,neque extra præſcriptum eius quicquam populo annūtiare.Hunc vnū Scribæ & Phariſæi præ-

dicare debebāt populo Israelitico saluatorem venturum, ceremoniis tunc adumbratum, in Lege & Prophetis & Psalmis promissum: quod vt facerent, Spiritu ipsius Christi duci & doceri eos oportebat: quo mouente & afflante, nunquam sua somnia neque suas traditiones populo loco verbi Dei proposuissent: quibus sese ostentabant tanquam magistros solos, nō à Dei Spiritu, sed à suo edoctos. Hinc Rabbi vocari volebant, deserto Christo: superbi & elati. At qui Spiritu Dei ducuntur, ministros Dei se agnoscunt, omnia illi tribuunt, nec huiusmodi titulos ambire possunt.

'Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim 8
magister vester, *nempe* Christus: 'omnes autem
vos, fratres estis.

Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester: omnes autē vos, fratres estis.

Mala.1.b.6. ‖'Et patrem nolite vocare vobis in terra: vnus 9
est enim Pater vester, qui in cælis est.

Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cælis est.

'Nec vocemini magistri: vnus enim vester est 10
magister, *nempe* Christus.

Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est, Christus.

'Qui maximus est vestrū, erit minister vester. 11

Qui maior est vestrum, erit minister vester.

ANNOT.

8 Vos autem nol. vo. Rabbi:] Affectum damnat Christus, non appellationem. non enim vetat quominus præceptores nostros, magistros appellemus, sed ambitionis & arrogantiæ affectus reprimit. nam 2. Timoth. 1. c. 11, Paulus vocat se magistrum Gentium: sed sub Christo docentem quæ Christi erant. Sic nos existimet homo (1. Corin. 4. a. 1) vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Et capite 3. a. 5, Quid igitur est Paulus, quid verò Apollo, nisi ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit? Hæc igitur Christi verba perinde valent acsi dixisset, Ne propterea quòd mitto vos vt Euangeliū meum prædicetis, & omnes Gentes doceatis, inducatis in animum vt velitis vocari magistri, tanquam à vobis & vestro spiritu proficiscantur doctrinæ verba, vt hinc superbiatis, tanquam dominantes in hæreditate Dei, 1. Pet. 5. a. 3. De hoc Apostolos admonet, quòd ambitus primatus eos iam diuexare cœperat, vt suprà dictū est cap. 18. a. 1, & 20. d. 26. Omnes a. vos, fratres e.] Quum vnum Patrem omnes habeamus Deum, & omnes nos simus fratres, inter quos Christus est primogenitus, Rom. 8. f. 29: par est tantam esse inter nos concordiam, vt nemo alteri se præferat, quantumvis magnis donis à Deo sit donatus in vsum & vtilitatem aliorum fratrum. Hæc exponuntur sequentibus verbis, versu 12, Qui se exaltauerit, humiliabitur.

9 Et Patrem nol.] Nudam patris appellationem non vetuit, quum & carnales genitores patris nomine dignetur, iubens patri & matri benefacere, suprà cap. 15. a. 4. fiduciā enim, non appellationem vult à nobis esse sublatam. Sic etiam Paulus Corinthiorum se in Domino patrem vocat, 1. Corin. 4. d. 15, Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. nam in Christo Iesu per Euāgelium ego vos genui. Vult igitur Christus vt vnum patrem in cælis Deum agnoscamus, à quo solo omnem vitæ curā atque prouidentiam, tum veram hæreditatē expectemus: certi ab ipso nos filios & hæredes agnosci. Quidam scribunt hîc potius sectarum authores taxari, qui patres se haberi volunt, nequis sectarum authores sibi eligat. Loqui enim hîc Christū de religione, nō de republica: quòd sermo eius sit contra Sacerdotes, Legisperitos, & Pharisæos institutus: & cauere ne Apostoli sui, qui succedebāt Veteris testamēti Sacerdotibus, similes illis essent hypocrisi, ambitione, auaritia, & factionibus.

10 Nec voc. magistri:] Repetit hoc, vnū magistrum nostrum esse Christum: quòd nimium altas radices in humanis cordibus honoris & præcellētiæ cupiditas egerit. Etenim simulatque vel mediocre aliquid per nos Deus effecerit, si vel minimo dono nos ornarit, inde mox nobis placemus, aliísque nos anteponimus. Iterum igitur monet eum qui maximus sit, omnibus debere ministrum sese exhibere.

11 Qui maximus est ve.] His satis indicat quomodo prohibuerit suos vocari Rabbi & magistros, nempe contra primatus ambitum, dominandíque libidinem. neque enim prohibet, gradus esse in Ecclesia: sed vult vt ii qui reliquos donis Dei excellunt, ad omnium ministerium sese demittant. Maximus autē gradus in ea, est ministerium verbi Dei: quod non potest exerceri nisi quis sit minister Ecclesiæ, vt dictum est suprà versu 8. Quāuis verò hæc Christi doctrina præcipuè in Apostolos quadret, omnia tamen officia formar, etiam ea quæ sunt in re-

bus publicis:vt ſciat quicſique in officio eſt,ſe ſeruum & miniſtrum eſſe. Qui officium duntaxat ambit, aut nomen,aut gloriam, aut lucrum, non ducitur Spiritu Dei. Qui verò ſumma fide officium gerit,ac ſumma charitate aliis adminiſtrat:hunc ſi gloria & laus ſequitur, nemo damnat: ipſe tamen gloriam ambire non debet.

Quĩ autẽ ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit,exaltabitur. Væ autẽ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnũ cælorũ ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarũ, orationes longas orãtes: pro-

12 ‖ʼQui autem ſe exaltauerit,humiliabitur:& qui Luc.14.c.11. & 18.c.14.
ſe humiliauerit,exaltabitur.
13 ‖ʼVæ autẽ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, Har.3.48
quiaʼclauditis regnum cælorũ ante homines: vos B
enimʼnon intratis, nec aduenientes ſinitis intrare.
14 ‖ʼVæ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ,ʼquia Mar.12.d.40 luc.20.g.47.
comeditis domos viduarũ, ʼídque prætextu prolixæ orationis: propter hoc

ANNOT.

12 Qui autẽ ſe exalt.] Exaltare ſe,eſt vel nimium ſibi tribuere,aut velle apparere,aut ſecreta opinione ſibi aliquid vſurpare. Humiliare ſe, nihil ſe reputare coram Deo, agnoſcere ſe nihil habere propriũ,ſed à Deo omnia: & ſe facilẽ & humanũ præbere inter homines. Vnde ferocia & deſpectus fratrum,niſi ex arrogantia, & falſa noſtri opinione? Omnes inuicem (ait Petrus, primæ epiſt.cap.5.b.5) humilitatem inſinuate: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei,vt vos exaltet. Iaco.4.b.10, Humiliamini in cõſpectu Dei,& exaltabit vos. Hanc ſententiã bis à Domino aliis locis dictam, Lucas commemorat cap.14.c.11,vbi modeſtiæ admonet eos qui primos accubitus ſibi quærerent in conuiuio: & cap.18.c.14,vbi corrigit quorundam arrogantiam,qui videbantur ſibi iuſti,& aſpernabantur cæteros: quibus & parabolã de Publicano & Phariſæo proponit. Ex his apparet hanc ſentẽtiam in communi vſu fuiſſe Chriſto, atque etiam vulgo celebrem, & prouerbii loco iactatam.

13 Væ au. vobis Scribæ & Phar.] Inuehitur aduerſus Scribas & Phariſæos, vſus tamen præfatione prædicta. Verbi authoritas vileſcere poterat eorũ contẽptu,ideo occurrit:nũc pleno ore eorum hypocriſim aggreditur: quibus diſcimus,nullum hominum genus vt peſtilentius & nocẽtius,ita maiori quoque maledictioni obnoxium eſſe iſtis hypocritis & ſimilibus.

Clauditis reg.cæl.ante hom.] Regnum cælorũ,doctrina Chriſti,Euãgelium regni:quod qui receperit, ciuis cælorũ efficiatur. Huius regni oſtium apertum erat per aduentum Euangelicæ prædicationis:quod illi ante homines claudebant, dum eos ab eius ingreſſu,hoc eſt à fide Euangelii,arcebant,damnantes Chriſti doctrinam,ne populus eam reciperet. Claues habebant, alioqui non potuiſſent claudere: hac lege ordinati erant vt docerent populum fidem in Meſſiam,quem reiiciebãt. Non intratis,nec adue.ſi.intrare.] Duobus modis claudebant regnum cælorum ante homines: primo, quòd ipſi non ingrederentur. plurimum enim remorabatur ſimplices authoritas illorũ.ita dicebant,Iohan.7.g.48, Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum,aut ex Phariſæis? ſed turba hæc quæ nõ nouit Legem,maledicti ſunt. Ecce,credere in Chriſtum,idem quod ingredi in regnum cælorum. Secũdo,quòd & ingredi cupientes prohibebant,tum ſiniſtra Legis interpretatione,vindicando ſibiipſis clauem ſcientiæ, nec ferendo aliquã Legis & Prophetarũ intelligentiam quam ipſi non docuiſſent:tum etiam excommunicationis comminatione ac terrore. Iam enim conſpirauerãt in hoc,vt Chriſti confeſſores extra ſynagogam eiicerent,Iohan.9.d.22.quod ſanè non ſolùm corporales afferebat moleſtias,ſed & conſcientiis religione populi Dei obſtrictis admodũ graue videbatur.

14 Quia comeditis domos vid.] Et hîc & in ſequentibus,vbique in vetuſtioribus & emendatioribus ſcriptis codicibus Latinis veteris interpretis legitur, Quia,vt & Græcè. Venalem religionem improperat. nam quum preces nominat, etiam reliqua quæ cultus externi ſunt omnia intelligit. quanquam & precibus ſingulariter quæſtum facerẽt, hypocriſique ſua hîc pluribus imponerẽt,vt & ſuprà cap.6.a.5,notauit Dominus. Domos poſuit pro opibus & ſubſtantia. Viduarum nomine,inopes,& ad rapinam expoſitos,bonos & ſimplices homines, humiliores in populo, quibus deſunt patroni, intelligit: præcipuè tamen viduas, quæ magis procliues ſunt ad ſuperſtitionem,fallique poſſunt facilius ſanctimoniæ prætextu. Sacra res eſt

intelligitur nomine auri. Mira profectò insania, pluris facere iurare per aurum templi, quàm per templum & altare ipsum: in quam superstitionem ideò populũ adduxerant, & ea imbuerant vt quo pluris faceret populus ipse donaria & oblationes, tanquam sacratiores, & Deo magis acceptas, quàm ipsum templum aut altare, eo plures afferret in templum, quibus ipsorum Scribarum auaritia amplius aleretur. Sic etiam lucri gratia, suprà cap.15.a.5, docebant pluris esse munus templo oblatum, quàm pietatem in parentes. Semper vias inuenit auaritia quibus sua procuret. Quòd quidam Iurare hîc accipiũt pro aliquid templo addicere sacramẽto: non ita esse accipiendũ docemur ex eo quod Christus addit, versu 22, Et qui iurauerit per cælum. nam iurando per cælũ, nihil addici poterat templo: & tamen eodẽ ordine ponit, in eundémque sensum adducit Christus quo per templũ, & templi aurum, aut per altare, siue per donum altaris iurare. Obseruandũ autem, Christũ his verbis voluisse abducere populũ ab admiratione Pharisæorum, falsáque opinione quam de ipsis habebãt. quid alioqui profuisset Christi doctrina? Ostendendum igitur quales sint hostes veritatis, ne aliis sint impedimento. Pendebit enim semper populus ab huiusmodi idolis, nisi illis larua auferatur.

debitor est.

'reus est.

Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?

17 'Stulti & cæci, vtrum enim maius est, aurum, an
templum 'quod sanctificat aurum?

Et quicunque iurauerit in altari, nihil est. quicũque autem iurauerit in dono quod est super illud, debet.

18 Et quicunque iurauerit per altare, nihil est: quicunque autem iurauerit per donum quod est super illud, reus est.

Cæci, quid enim maius est, donũ, an altare quod sanctificat donum?

19 Stulti ac cæci, vtrum enim maius est, donũ, an altare quod sanctificat donum?

Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt.

20 'Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipsum & per omnia quæ super illud sunt.

Et quicũque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso.

21 |Et qui iurauerit per templum, iurat per illud '& 1.Reg.8.b.13 2.par.6.a.2.
per eum qui habitat in ipso.

Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum.

22 Et qui iurauerit per cælum, iurat per thronum Dei, & per eum qui sedet super illum.

ANNOT.

Reus est.] Græce, debitor est, id est reus est, siue debitor est pœnæ, & peccat, vt suprà dictum est. Hunc errorem & falsam legis interpretationem corrigit Christus & suprà cap.5.c.33, qui locus ex isto facile intelligitur.

17 Stulti & cæci,] Sic eos appellat cum propter inopiã iudicii imperitiámque Scripturarum, tum propter auaritiam & malitiam ingenii insignem. Quod sanctificat aurum?] Sanctum dicitur insigne & separatum: sanctificari verò, à prophanis vsibus separari ad sanctum vsum. Itaque templũ sanctificat, & altare sanctificat, nõ ipso quidem cõtactu, sed vsu. De externa enim illa sanctitate loquitur, quæ in eo sita erat, quòd ista in templũ Dei illata, diuinis vsibus secundũ verbum Dei erant consecrata. nam vigebat etiam tunc cultus ille externus.

20 Qui ergo iur. per al.] Quia docebant eos non peccare contra præceptum iuramenti qui per altare, templum, & cælum iurassent, quòd nomen Dei non interponeretur: docet eos per Deum iurare non solùm qui per donum altaris iurassent, (quod sanctius reputabant, superstitione suorum doctorum imbuti,) sed & qui per ipsum altare. nam quũ per aliquid iuratur, iuramentum etiam & ad omnia ea pertinet quæ illi coniuncta sunt, aut quæ illi consecrata & addicta sunt. Vt siquis temere aut falsò per aliquid iuret, sciat & in nomen cui deditum est illud per quod iurat, se peccare, & illud inhonorare.

21 Et per eum qui habitat in ipso.] Neminem offendere debet, quòd Dominus hîc innuere videtur Deum in tẽplo habitare. Verè enim in templo illo Ierosolymitano Deus habitauit, antequam venisset hora vt neque in eo, neque alio loco, sed in spiritu & veritate adoraretur. Voluit enim ibi peculiariter inuocari & coli, gratiæque suæ responsa dare, vt Salomoni regi promiserat, 1.Reg.9.a.3. Sed nihil hoc ad nostra delubra. nosipsos oportet templum Dei

esse,1.Corin.3.c.16.Ista autem Dei habitatio nihil aliud erat quàm singularis illius gratia qua sibi populum elegit cuius esset Deus: & beneuolentia illa qua se ad illius protectionem ac salutem præsto exhibebat. Dictum est autem ad formam principis, qui tutandi populi sui gratia in medio illius habitat. Alioqui non potest domus aliqua Deo construi, qui omnia complet, Esa.66.a.1, Act.7.f.48.

|Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia 23
'decimatis mẽtham & anethum '& cyminum, &
reliquistis quæ 'grauiora sunt Legis, 'iudicium, &
misericordiam, ac fidem. 'hæc oportuit facere, &
illa non omittere.

Duces cæci, 'excolantes culicem, camelum au- 24
tem glutientes.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui decimatis mẽtham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt Legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

ANNOT.

23 Decimatis] Pharisæorum hypocrisim reprehendit, qui leuiculis obseruationibus se venditabant apud homines: interea omittebant quæ præcipua Legis erãt. sic est mos hypocritarum. Decimare hoc loco significat decimas dare, non accipere: tametsi vox Græca vtrunque significat. quo sensu & Luc.18.c.12, sumitur, vbi Pharisæus inter cætera dicit, Decimas do omnium quæ possideo. Ita solet iudicium humanũ, quum ad veram iustitiã præ amore sui peruenire nequit, sibi aliqua deligere quibus iustitiã falsò ostentet. Et cyminũ,] Lucas cap. 11.f.42, addit, Et quodvis olus. Grauiora sunt legis.] Grauiora legis vocat quæ magis referunt animi, Dei studiosi, pietatem: & ad ingenium diuinũ, ad quod reformandi sumus, propius accedũt: vt sunt, fides, iudiciũ, misericordia, dilectio Dei & proximi, spes, patientia in aduersis, & quæ alia cõsimilis sunt momenti. Grauia autem vocat æstimatione: præterea & factu grauia, quòd nonnisi à iustis ac piis præstari possunt per Spiritum Dei. Leuia sunt quæ externis operibus implentur, qualis erat decimatio, cuius hîc fit mẽtio: & quæ typica erãt, vt Sabbathi, nouiluniorum, purgationum, ciborum, & circũcisionis præcepta. Iudicium & mis. ac f.] Hæc ad secundam tabulam pertinent. iudicium vocat quando nos opponimus iniuriis hominum improborum, nec patimur vt vexent innocentes. Iudicium enim & iustitiam facere, in Scripturis, est iustè & cum æquitate viuere inter homines, vel talem gubernando vitam apud alios instituere. Misericordia est, quum subuenimus fratribus. Fides, nõ est ea qua credimus, sed veritas & synceritas, candórque animi & recta cõscientia, vbi candide cũ proximis agimus, & promissam illis fidem seruamus. quod certum est indicium, nos Deum timere, quum vnicuique quod suũ est reddimus. Lucas habet, Iudiciũ & charitatem Dei. in quibus vt Legis cõsummatio, ita & solida sita est iustitia pietásque. Hæc op.fac. & illa non om.] Non culpantur quòd exacte decimas de omnibus sibi prouenĩetibus darẽt: (oportebat enim & hæc facere:) sed quòd illa maiora omitterent, sine quibus nulla omnino poterat pietas consistere. Hinc ius decimarum quidam à Domino confirmatum iactant: quum longe alia nostrorum qui decimas accipiunt, & eorum quibus ex Lege debebantur, ratio sit. Tota tribus Leui nullas sceeperat possessiones in terra Chanaã, quòd eã ministerio tabernaculi Deus deputasset: quare & statuerat vt ipsis decimæ persoluerentur ab Israelitis reliquis. Nume.18.b.8, Deuter. 14.d.28. Durante itaque horum ministerio & externo tabernaculi cultu, Israelitæ decimas persoluere iuxta Legẽ debebant: at trãslato sacerdotio, Lex translata fuit. Christus noster summus sacerdos est, & in cælestibus: cui nõ opus est partem oblationum & decimas dare: sed vt illi nos totos offeramus oportet, in iugem vitæ cælestis meditationem. Interim quibuslibet egentibus sedulo necessaria ministranda sunt: tum & ii duplici honore prosequendi presbyteri qui bene præsunt, & in verbo atque doctrina recte laborant: 1.Timoth.5.c.17. Siue autẽ hæc per decimas, siue quamlibet aliam portionem substãtiæ quæ Domini benedictione nobis obuenerit, fecerimus, perinde Deo erit, modo nihil nobis quæramus, & syncero corde necessitatem patientibus impertiamus.

24 Excolantes culicẽ, ca.a.glu.] Præcedentibus appendit grauẽ hanc exclamationẽ prouerbiali figura ornatã, aduersariorũ cõscientias feriens. Sermo autẽ videtur petitus è vulgo, vt & ille, Facilius est camelũ, &c. Participiũ præsens pro indicatiuo, Excolatis. q.d. Vos estis similes iis, qui, si fortè culex in vinũ illorũ inciderit, excolãt vinũ, ne cũ vino animalculũ illud haurientes, strangulentur: interea camelũ animal crassum & immane nõ modo comedunt, sed ne

deglutire quidem dubitant: ſimiles inquam vos Phariſæi,& hypocritæ omnes eſtis: qui minima Legis omittere non vultis: at quæ grauiſſima Legis ſunt negligitis , abſque vllo conſcientiæ ſenſu. Tales ſunt qui in abſtinētia carnium,confeſſione, & huiuſmodi nugis maximi ſunt obſeruatores: in charitate verò & bona conſcientia nullam Dei rationem habent.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod déforis eſt, calicis & paropſidis: intus autẽ pleni eſtis rapina & immũditia.

25 ‖Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ,'quia purgatis exteriorem poculi patinæque partẽ: cæterùm intus'plena ſunt'rapina & intemperantia. Luc.11.f.39.

Phariſæe cæce, mũda prius quod intus eſt, calicis & paropſidis, vt fiat & id quod déforis eſt, mundum.

26 Phariſæe cæce,'purga prius quod eſt intra poculum & patinam, vt & exteriores horum partes puræ reddantur.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ aforis parẽt hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.

27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis 'ſepulchris dealbatis, quæ foris quidẽ apparent ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, omníque ſpurcitia.

Sic & vos aforis quidem paretis hominibus iuſti:

28 Sic & vos foris quidẽ apparetis hominib' iuſti:

A N N O T.

25 Quia purgatis ext.poc.par.] De externa poculorum ablutione à Phariſæis obſeruata ſic Marcus cap.7.a.3, Phariſæi & omnes Iudæi niſi crebro lauerint manus, non capiũt cibum, tenẽtes inſtituta maiorũ. Et à foro venientes, niſi loti fuerint, non comedũt: & alia multa ſunt quæ ſuſceperunt ſeruanda, nempe lotiones poculorũ,& vrceorum,& æramentorum,& lectorum . Hypocriſim Phariſæorum damnat, vt etiam poſtea pluribus faciet : exprobrat inquam quòd ſuperſtitioſi eſſent in externa munditia poculorum, interiorem verò cordis munditiam negligerent. Plena ſunt] Sic etiam legunt Latina exemplaria ſcripta, non, Pleni eſtis: vt pertineat non ad Phariſæos, ſed ad poculũ & catinũ. Eſt autem ſenſus, Pocula & patinas Phariſæis foris eſſe nitidas, ac bene lotas : cæterùm ipſum vinũ, ipſóſque cibos eſſe immũdos, vtpote partos rapinis & fraude, vt & ſuprà dixit, Comeditis domos viduarũ,&c. atque hanc immunditiam præcipuè vitandã iis qui verè mundi videri velint. Lucas cap.11.f.39, refert ad interiora & mentes Phariſæorum, quum ait, Interiora poculi, catiníque mũdatis: & quod intus eſt veſtri plenum eſt rapina & malitia. vbi partim figurata, partim ſimplex eſt loquutio. Lucæ & Matthæi idem eſt ſenſus. Vaſa mundare, nõ eſt per ſe malum: volebat enim Deus externis illis populum ſuum exerceri, ita tamen vt ex munditie illa externa intelligerent ei diſplicere animi ſordes, & repellendos eſſe omnes prauos affectus . Indicat & hîc Chriſtus veram cibi ac potus puritatẽ eũ primis eſſe quærendã, eámque in hoc conſiſtere, vt quibus veſcimur, iuſtè ſint parta, & vt nõ luxui, ſed neceſſitati ſeruiant. Immũdæ ſunt igitur patinæ, immũda pocula auarorum, rapacium, fœneratorũ, comeſſatorum,& luxuriantiũ, etiam ſi argento & auro vbique ſplendeant.. Rapina & intem.] Duo tantùm vitia enumerat, quibus & alios prauos affectus & corruptos notat. Hinc diſcamus, ſemper Deo placuiſſe internã munditiem. Intemperantiam vocat impotẽtiam quandam animi qua fit vt voluptati obtemperetur , modúſque & neceſſitatis ratio in rebus ſiue agendo, ſiue loquendo, ſiue edendo excedatur. hanc poſſumus vocare incontinentiam. Dum illam hîc Chriſtus immũditiæ condemnat,& rapinæ coniungit, apertè ſignificat nihil habere excuſationis eos qui ſatis putant ad innocentiam eſſe, ſi facultates ſuas non ſint per rapinam & iniuriam proximorũ adepti: quaſi licitum ſit rectè partis intemperanter vti. Quædam exemplaria Græca legunt, rapina & iniuſtitia.

26 Purga prius quod eſt intra,&c.] Ex animo enim puro per fidẽ (Act.15.b.9,) cogitationes, dicta , & facta munda exoriuntur : animo impuro nihil puritatis conferunt quæcunque foris adhibentur. Figurata eſt locutio: nam legitimus ordo mundãdi eſt ab interiori incipere, vt deinde externa mũdities ſequatur, quæ nihil aliud eſt quàm effectus internæ munditiei. Lucas addit cap.11.f.40, Stulti, nónne qui fecit quod foris eſt, etiã id quod intus eſt fecit? Cur ergo non vtraque munda curatis?

27 Sepul.dealbatis,] Id eſt incruſtatis: quod opus, albarium dicitur. incruſtantur enim gypſo, aut calce. Magis propria comparatio afferri non potuit: in ſepulchris enim maxima ſem-

per fuit ambitio : vnde ſepulchra quàm palatia ſæpius viſuntur. Dealbationi ſimilia erát quæ hoc capite illis opprobrauit, vtpote quod fimbrias dilatabant, phylacteria amplificabant, & alia: horum quippe gratia reddebantur hominibus conſpicui, velut iuſti. Nomine Phariſæorum, omnes hypocritæ comprehenduntur.

'intus autem pleni eſtis fictione & iniquitate.

intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

Har.3.49 ‖Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ,'quia 29
ædificatis ſepulchra Prophetarum,& ornatis mo
numenta iuſtorum:

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum:

Et dicitis,'Si fuiſſemus in diebus patrũ noſtro- 30
D rum, 'nó fuiſſemus ſocii eorum in ſanguine Pro-
phetarum.

Et dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum.

Itaque 'teſtimonio eſtis vobiſmetipſis quòd fi- 31
lii ſitis eorum qui Prophetas occiderunt.

Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis q̃ filii eſtis eorũ qui Prophetas occiderunt.

Vos quoque 'implete menſurá patrũ veſtrorũ. 32

Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.

ANNOT.

28 Intus autem pleni eſtis fictione & iniquit.] Comparationem ſuam explicat. Ad interiora ſemper penetrat,& conſcientiam docet purgare.nam externam perſonam immutare facillimum eſt. Fictionem vocat,quòd apparere vellent hominibus iuſti,quum eſſent iniqui,falſa tantùm religionis ſpecie ſplendentes.

29 Quia ædificatis,&c.] Reprehendit hic commune omnibus hypocritis vitiũ,vt libenter colant Sanctos mortuos, viuos autẽ negligant: neque id modò,ſed etiá oderint,doctrinam illorum perſequentes.Hac ædificatione monumentorum ſignificabant ſe memoriam Sanctorum honore proſequi, atque hac re populo ſeſe venditabant: quaſi magnopere colerent quos ipſorũ maiores interemiſſent,Prophetas & iuſtos. Idem etiam apud Chriſtianos hucuſque factũ eſt quod apud Iudæos: apud quos dũ occiderẽtur Prophetæ,parricidæ illos dánabant pro impiis & ſeditioſis turbatoribus Eccleſiæ: vnde ipſis nulla dedicabant mauſolea,imò ſepultura indignos arbitrabantur. qui tunc viuebant pii, in doctrinam & fidem Prophetarum animi oculos conuertebant, corpora ipſorum mandabant terræ. At qui inſequebantur poſteri,non adeò purè tenentes doctrinam Prophetarum,ſed in traditionibus potius ſuperſtitioſis exercitati,ſepulchra ceperunt erigere Prophetis: hoc modo & hac ratione gloriam,& ſanctimoniæ opinionem ſibi paraturi apud plebeculam ſimplicem.Atque illius quidem adeò erant cupidi vt patrum quoque ſuorum facta improbarẽt atque condemnarent: in illorum videlicet vituperatione laudem propriam quærentes.

30 Si fuiſſemus,&c.] Quia gloriabantur ſe eſſe filios Abrahæ, Chriſtus ipſorum verbis euincit eos non eſſe filios Abrahæ,ſed homicidarũ qui Prophetas occidiſſent: gloriá quam cupiebant,in ignominiam cõuertens.Solent autem genuini filii referre patres. Non fuiſ.ſocii e. in ſang.Proph.] Hebraiſmus,pro,Non conſenſiſſemus in necem illorum.

31 Teſtimonio eſtis,&c.] Quod illi faciebant,ædificantes ſepulchra Prophetarum, atque ornátes monumenta iuſtorum,quò ſe maioribus ſuis diſſimiles declararent: Dominus eò rapuit, vt teſtimonium interpretaretur quo illi teſtarentur ſe illorum filios eſſe qui Sáctos peremiſſent, neque natura ſolùm, ſed & impietate, crudelitatéque in aſſertores veritatis. Vnde apud Lucam legimus cap.11.g.47, Dominum eis dixiſſe,Profectò teſtamini quòd comprobatis facta patrum veſtrorum: quoniam illi quidem eos occiderunt,vos autem ædificatis ſepulchra eorum. Quaſi diceret, Vos,ædificádo Prophetarum ſepulchra, videri vultis colere Prophetas,& damnare patres veſtros qui ipſos occiderũt: ſed ſiquis ex veſtro corde æſtimare velit,quo æquè vt patres veſtri,contra Prophetas Dei furitis,rectius dicet vos patrũ veſtrorum crudelitatem approbare, atque velut per monumenta iſta iactare: damnare verò Sáctos quos patres veſtri iure interemiſſent. Exponit igitur Chriſtus, ſepulchra ædificata & ornata,fuiſſe velut trophæa quæ patribus ſuis Phariſæi erexiſſent,tanquam veſtigia egregii facinoris ab illis patrati: minátes ſimul per hoc omnibus qui Prophetarum veſtigia ſequerentur,ſimile exitium: ſe eſſe filios qui patres ſequi velint,ſiqui libertate reprehendendi vterentur.

32 Implete m.] Reſipit tota hæc oratio commotum animum.nam ira ſuccenſi ſolent con-

ciſo,abrupto, & tropis variato vti orationis genere. Per ironiam certe hæc ſunt pronuntiata: nam Deus non præcipit parricidia. Solemus autem illa quæ certo nouimus complenda, per ironiam iubere,& quaſi præcipere: non verè tamē præcipere,ſed quod futurū eſt,veluti prænuntiare,quanquā amarulentius.Non eſt autē Scripturis infrequens,imperatiuos ponere pro futuris indicatiui, Implete pro implebitis:quod & ſequēti verſu declarat.Implere verò menſurā,prouerbialiter dicitur pro abſoluere impietatē,& quod videbatur deeſſe,adiicere impietati.

Serpentes, genimina viperarū, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?

33 'Serpentes,progenies viperarum,quomodo effugietis 'iudicium gehennæ?

Ideo ecce, ego mitto ad vos,Prophetas & Sapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.

34 'Ideo ecce,ego 'mitto ad vos,Prophetas & 'Sapientes & Scribas,& illorum aliquot occidetis crucifigetíſque, & illorum nonnullos flagellabitis in ſynagogis veſtris , & perſequemini de ciuitate in ciuitatem:

ANNOT.

33 Serpentes,prog.vip.] Ex abrupto irruit in parricidas,annuntians eis quòd iudiciū Dei declinare non poſſint,grauiſſimè puniendi, & in tartara præcipitandi. Extulit per interrogationem,quòd hoc ſchemate oratio magis incandeat.nam prorſus ardet hæc oratio. Huiuſmodi oratione vſus eſt & Iohānes Baptiſta aduerſus eoſdē,ſuprà cap.3.b.7.Quia obſtinati erant, & parū proficiebat eius doctrina:ideò vt terreāt, ſic eos alloquitur,quos vulgus niſi cum magna reuerētia nō cōpellabat.Vbi enim doctrina ſola nō ſufficit,adiūgenda admonitio:quæ ſi nihil proficiat,acris obiurgatio adhibēda quoque eſt. Iudic. gehennæ?] Sententiā Dei intelligit aduerſus illos,qua adiudicaturus eos erat æternæ morti.De gehēna vide ſuprà 5.d.22.

34 Ideo ecce,ego mitto] Hæc ſententia eclipſim habet, quæ ſic poteſt impleri, Ideo verò dixi vos menſuram impleturos patrum,quòd ſciam qualiter meos illos legatos ad vos mittendos ſitis excepturi:non vultis videri homicidæ Prophetarum,patribus ſimiles: proinde opus eſt vt certo vos experimēto prodatis:id quod & breui facietis. nā ecce,ego mitto ad vos,Prophetas,&c.in quibus declarabitis qui ſitis.Lucas habet,Propterea & Sapiētia Dei dixit,Id eſt, (vt ipſe Matthæus declarat hîc,)Ego qui æterna ſum Dei ſapiētia. Quidam putant illatiuam particulā Ideo,poſitam eſſe pro aduerſatiua.q.d. tametſi fruſtra laborauerunt Prophetæ apud vos,tamen alios mittā. In quem finem? Vt compleatis veſtra mala.Propterea ſæpius admonet & inuitat incredulos Deus vt reſipiſcāt,quòd non ſtatim ſe ſubiiciant ei:quúmque obſtinata ſit eorum voluntas,vt reddantur inexcuſabiles, grauiórque reddatur eorum vitio. Prophetas ſuos mittit,tametſi mundo abſurdum videatur. Licet enim obſtinati aliter facere non poſſint quàm vt Deo reſiſtant ad extremum vſque,non tamen Deum culpare debent,nec eſt illis excuſatio:nam rebellionis ſemper cauſa eſt illorū malitia. Subinde alios atque alios mittit Prophetas reprobis,licet id ipſis in ruinā cedat: vt illis obſtruat os,quòd calumniādi finē non faciant.Interea ſuſpiciendū hoc Dei admirabile iudiciū,& exclamandū cum Paulo,Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius , Rom.11.d.33. & cum vera animi humilitate adorandum quod nobis eſt incognitum. Mitto] Hinc apparet,miniſtros ſalutis non venire niſi diuinitus mittantur.Rom.10.c.15, Quomodo prædicabunt,niſi mittantur? Vnde & ſuprà dixit cap.9.d.38, Rogate igitur dominum meſſis vt extrudat operarios in meſſem ſuam . Simul oſtendit ſtudium ſuum in ſaluando Iſraele,mittendo Prophetas,&c.Notat etiam ſummam huius populi cæcitatem,qui miſſos ad ſalutē Prophetas occiſuri erant.Ad patientiam verò Chriſti pertinet, quòd ſe reprobato, dignatus ſit adhuc Apoſtolos mittere ad illos ſuppliciū promeritos æternū. Sapiētes & Scribas,] Id eſt, Apoſtolos & ſimiles, qui inſtinctu Dei verba vitæ, verámque Dei ſapientiā, atque genuinū Scripturarum ſenſum afferent,& annuntiabunt.Ad varietatē donorū Spiritus pertinet hic locus, inter quæ locū habēt non ſolùm Prophetia de futuris vaticinans,voluntatémque Dei annuntians:& Sapientia eorum qui ex Spiritu Dei citra cognitionem Scripturarum loquūtur : ſed & cognitio Scripturarum quam habent Scribæ, de quibus ſuprà cap.2.a.4. Satis autem fuerat nominaſſe Prophetas:verùm addidit,Sapiētes & Scribas,amplificādi gratia.q.d.nulla ex parte tibi deero,vt videas te tua culpa perire. Hîc nihil loquitur Chriſtus de prædeſtinatione, & æterna Dei ordinatione, quid de hominibus ſtatuerit: vt quidam exiſtimant ,arripientes hunc locū & ſimiles,vt coactos ho-

mines peccare dicant,& Deo culpā imputent.non enim ita statuit vt ex bonis malos faceret: sed hominis malitia causa est,& corruptela,quæ Deo creatori cōtraria est. dedit Deus voluntatem,at non vitiosam & corruptam. Nequis igitur prædestinationē cum præscientia & prædictione confundat,de qua hic locus intelligi debet.non enim sunt confundenda quæ distincta sunt.Neque debet quis inquirere quid Deus de hominibus statuerit, nisi audaciæ suæ pœnas dare velit. Præscientia Dei non efficit vt magis peccent homines: non enim futurum est quia Deus præsciuit: sed quia futurum erat, præsciuit.Idem sentiendum de prædictione: prædicit quia futurum est:non futuri sunt mali quia prædixit.Non loquitur inquam hic de prædestinatione,& ordinatione Dei patris,sed quid futurum sit denuntiat.

'Vt veniat super vos omnis'sanguis iustus , qui 35
Gene.4.b.8. heb.11.a.4. 2.Par.24.f.22 effusus est super terram,‖'à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinē Zachariæ filii Barachiæ,‖'quem occidistis

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis

ANNOT.

35 Vt veniat super vos,&c.] Venire sanguinem iustum super aliquem,est sanguinis reum fieri, requiri ab eo sanguinem, hoc est,sanguinē in eo vindicari, eúmque pœnas dare propter sanguinem iusti fusum.Minatur vindictam sanguinis iustorum:nunquam enim inultus relinquitur,quòd ad Deum clamet pro vindicta,Gene.4.b.10.Minatur autem non solùm eorū vindictam quos ipsi erant occisuri,sed simul & eorum quos occiderant maiores ipsorum:qua re nihil aliud significauit,quàm gentis huius excidium,& omnimodam vastationem. Christum enim caput sanctorum omniū, & Apostolos eius omnibus sanctis maiores,vt qui pleniorem Dei cognitionem mundo attulerint, isti occiderunt:eóque velut omnium maiorum,qui Prophetarum sanguinem innocentem fuderant,crudelitatem superarūt,non consummarunt tantùm:vt ita quemadmodū omniū illorum sæuitiam cōsummatam habuerunt,sic reos sese fecerint vniuersi sanguinis iusti qui ab illis vnquā effusus fuit. Vt enim sancti omnes à primo vsque ad vltimū,idem corpus sunt,Christū caput habentes:& quæ Dominus beneficia posteris largitur, dicit se patribus eorum dare:Sic & mali vniuersi vnum corpus existūt, caput habentes Satanā: dicimúsque retribui illis vltionem,pœnásque de illis sumi,quæ similiter nō sentiantur ab illis in hac vita viuentibus quibus intentantur,atque etiam verè infliguntur: sed à posteris eorum primum sumūtur.Sic Amalecitæ oppugnarāt Israelem quum ex AEgypto egrederetur,Exod.17.c.8. Id iusserat Dominus scribere in librū ad memoriam,& commendari auribus Iosue , promittens se eum populum omnino deleturum , vt nulla eius reliqua esset memoria,Ibidem,d.14.Id verò per Saulem primùm præstitit post annos circiter quadringentos quā populus ille hoc peccauerat.ita de iis vltio eius sceleris sumpta fuit,qui ipsum nequaquam externo quidem opere cōmiserant.Neque tamen iniustus Deus fuit in eis vlciscens quod patres ipsorum admiserant.etenim patrum impietatem hi demum penitus impleuerant atque consummarant,vt ea in ipsis externas illas pœnas dare primū digna esset.Ad hunc ergo modum,& omniū qui vnquā sanguinem iustum fuderunt,crudelitas atque impietas,in hisce demum Iudæis qui per Titum vastati sunt,ad summū peruenit,eámque mensuram quæ summam vltionē mereretur impleuit. In ipsis ergo iure vindicata fuit, deditque in exemplū orbi meritas pœnas. Interim tamen, etiā qui hos antecesserant, scelerū suorū pœnas nihilominus dederunt,sed priuatas:publica verò & insignior illa fuit per Titum vltio.Horribilis hæc maledictio:si communicemus impiorum sceleribus,non tantùm sceleris nostri pœnas feremus, sed etiam omnium illorū. Á sanguine Abel iusti,&c.] Nominat primum & vltimū Dei martyrem:& hisce,ceu limitibus,includit alios Dei martyres. Quòd autem potissimum meminit Zachariæ huius,filii Barachiæ,qui idem Ioiada(vt existimat etiam Chrysostomus)dictus est, causa videtur, quòd huius mors in Scripturis sit celebris,& post illum de nullo Propheta occiso in Scripturis legatur:tum etiam quòd eadē omnino causa suscepta,nempe quòd impietatis suæ populum & regem arguisset, ob quam & isti Christū atque Apostolos erant occisuri.De nece Zachariæ historia legitur 2.Paral.24.f.21.Quidā autem putant quòd huius pater Ioiada,Barachia, id est Benedictus Dei, cognominatus sit ob eximiū illū zelū pro cultu Dei & fœlici statu regni,quo admodū & fœliciter flagrauerat. Hieronymus refert hūc Barachiā,in Euāgelio Nazarenorū,quū hæc historia refertur,Zachariā non Barachiæ dici filiū,sed Ioiadæ:nimirum in[illegible]ns in codicibus,librariorū errore pro Ioiada scriptū Barachiā.Quidā

intelligunt hæc Domini verba de Zacharia filio Barachiæ, eo inquam qui numeratur vnus inter Prophetas duodecim. Nam hic videtur occiſus inter templum & altare, id eſt eo tempore quo ara quidem fuerat extructa, nondum autem templum ædificatum, abſolutúmve. neque enim de loco, ſed tempore, verba Domini, Inter templum & altare, exponenda eſſe videntur. Et Zacharias quidem Propheta docuit ſecundo Darii regis anno, templum verò abſolutum eſt eiuſdẽ regis anno ſexto. Interea verò grauiter increpauit Zacharias mores & Sacerdotum & plebis: quo fortaſſis nomine ab ingratis cæſus eſt. De cuius morte Scriptura nuſquam expreſſè meminit.

inter templum & altare.

ᶠinter templum & altare.

Amen dico vobis, venięt hæc omnia ſuper generationem iſtam.

36 ᵍAmen dico vobis, veniet hæc omnia ſuper ge
nerationem iſtam.

Ieruſalem Ieruſalẽ, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas,

37 ‖ʰIeruſalem, Ieruſalem, ⁱquæ occidis Prophetas, Luc.13.g.34.
& lapidas eos qui ᵏad te miſſi ſunt, ˡquoties volui
ᵐcongregare ⁿfilios tuos, ‖ᵒquemadmodum gallina 4.Eſd.1.c.
congregat pullos ſuos ſub alas.

ANNOT.

Inter templum & altare.] Altare holocauſti intelligit: & nomine templi, atrium populi, veſtibulũ, quod & porticus Salomonis dicebatur. Expreſſit autẽ locũ vt augeret & amplificaret ſæuitiam & rabiem Iudæorũ, qui ſanctitate loci non ſint moti quominus in ſanctum Prophetam manus iniicerent.

36 Amen dico vobis, venient, &c.] Aſſeueratio iſta, quò magis terrerentur Iudæi, adiecta eſt. q.d. Nec eſt vt quiſquam ſperet ſe iudicium Dei declinaturum. nam certò deuoluentur cælitus in illam viperinam progeniem omnia mala quæ in parricidarum nefandiſſimos ſeſe effuſurum minatur verax & potens Dominus. Hæc autem ſibi quoque dicta putent, quibus pium hodie videtur perſequi veritatem Euangelicam, & illius confeſſores.

37 Ieruſalem, Ieruſ.] Nimii erga gentem hanc amoris hæc deploratio fuit. Magni affectus notam habet quòd ipſam vrbem appellat, quódque illius appellationem ingeminat. Quæ occidis] Quoniam participio præſentis temporis vſus eſt Matthæus, & ſermo Chriſti ad vtrunque tempus reſpicit, accipi poteſt actus citra temporis certam rationem, perinde quaſi dicas, Interfectrix Prophetarũ, quæ & occidiſti, & occidis, & occiſura es. Ieruſalem nomine, quæ caput erat Iudææ, totam intelligi regionem putant nonnulli. Ad te miſſi ſunt,] Vt te ab errore & obſtinatione reuocarent. Mitti dicit Prophetas, vt prius, Ecce ego mitto. Quoties volui congr.] Hæc verba ſimpliciſſimè accipienda ſunt de diuina voluntate, vt Chriſtus intelligatur hæc loquutus vt Deus: ſed more Scripturæ, quæ de Deo, vt homine, ſubinde loquitur propter ſimpliciores. Sic Gene.6.b.6, teſtatur pœnitẽtia ductũ conditi hominis, quum Deus pœnitudine nequeat affici. Sic ſubinde iratum meminit, quum Deus omnibus affectibus vacet. Item Gene.11.a.5, legitur deſcẽdiſſe vt videret ædificium turris Babel, quum Deus immotus ſemper maneat, & ſit vbique. Et in pſalmis crebro dicitur, Surge Domine, quare obdormis? quum Deus neque dormiat, neque iaceat, aut procul abſit. Hæc verò omnia dicuntur de Deo ſecundum noſtrum ſenſum & captum, non ſecundum eius naturam. Quare non ſunt rapienda in ſublimiores illas ſpeculationes, de diuino conſilio & volũtate: ſed accipienda vt nos ſolemus hæc cognoſcere. nobis enim ita agere videtur vt verba ſonant. Habet autem in ſe magnam conſolationem, quòd ſic de Deo Scriptura loquitur: demittit enim eum ad noſtram paruitatem, ac minime terribilem oſtendit. Ergo quod hic dicit, Quoties volui, &c. ſignificat Deum ſic cum Iudæis egiſſe vt nemo aliter cogitare aut intelligere potuerit, quàm magnopere voluiſſe colligere eos. ita enim ſe habuit vt ſe haberet homo qui id vellet. Quum autem dicit, Quoties: ita loquitur vt non tantùm de ſuo tempore dixiſſe videatur, ſed ſignificare ſe id & antea quàm eſſet homo natus, ſæpe voluiſſe. Congregare] Notandũ verbum: diſperſi enim ſunt quicunque ab ipſo alieni ſunt: quod & illud Iohannis teſtatur, 11.g.52, Vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnũ. Hoc etiam fecit Deus ab initio mundi, & hodie facit: hoc vnũ ſemper agit, vt quum ſui diſſipati ſunt per peccatũ, reducat ad ſe per Chriſtum, corpori eius inſerẽdos. Filios tuos,] Comparat Ieruſalẽ matri, more Scripturæ quæ ciues ſolet vocare filios. Quemadm. gallina, &c.] Expende hæc verba & hanc ſimilitudinem diligentius, quàm ſerio affectu & ardenti corde illam propoſuerit, & videbis in hac,

atque cognosces quomodo te erga Christũ habere, quomodo ipso frui conueniat, ac quidnam tibi vtilitatis afferat. Aspice tantùm & considera gallinam & pullos, Christũ graphicè depictum vides, atque expressius quàm vllus queat pictor. Vix aliud animal est quod tãta cura & sollicitudine pro natis suis distringatur, tantóque conamine & periculo, & adeò pertinaciter eos tueatur. Certum est animas nostras, Christi pullos esse: milui ipsis insidiantes in aere, sunt dæmones multò astutius & pertinacius nostris insidiãtes animabus, quàm milui pullis gallinaceis. Sub alis & protectione Christi sumus, quum vera fide nobisipsis nequaquam, aut vlla re quam habemus, nitimur, sed solo Christo fidimus, illi totos nos committimus, & sub ipsius iustitiã nos recipimus, quam ducimus nostrã esse protectionem & tutelam: vt pulli neque suo robore, neque suo cursu freti vitam tuentur, sed abdunt se sub corpus & alas gallinæ. Nam is qui consistere in Dei iudicio voluerit, is ne dicat, Credo, & sum præditus gratia, ideo securus ero: sed Christi iustitiam obiiciat Patri, eam examinari diuino iudicio sinat, quæ & victrix sola abibit. Sub hanc recipiat & recondat se quisquis ad salutem ordinatus est, credat & fidat se illa fore saluum, quod & assequetur per istam fidem: non tamen suo, aut suæ fidei merito, sed propter Christum, & iustitiam eius sub quam se abdidit. Nam neque vera fides est quæ aliter fuerit comparata. Hæc eadem vult Scriptura & Psalmo 91.a.1, vbi sic habetur, Qui sub protectione Altissimi sederit, & sub vmbra Omnipotentis moratus fuerit, is dicet Domino, Mea fiducia tu, & mea Petra Deus meus in quem confido. Eripiet me de laqueo venatoris, &c. quæ omnia de fide Christi dicta sunt, quomodo illa consistat & tuta maneat ab omni periculo & perditione doctrinæ humanæ, atque tentationũ quæ à diabolo sunt, tam spiritualiũ quàm carnaliũ. Huc pertinet & illud Malach.4.a.2, Sol iustitiæ orietur vobis timẽtibus nomẽ meum, & salus sub pennis eius. Eadem causa Christus Rom.3.d.25, Propitiatorium vocatur ab Apostolo, qui vbique docet, per eum & sub eo salutem consequi credentes.

ᵉ& noluistis?

Ecce, ᶠrelinquitur vobis domus vestra deserta. 38

Dico enim vobis, ᵍhaudquaquam me videbitis 39 posthac, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

ᵉ& noluisti?

Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.

Dico enim vobis, nõ me videbitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

ANNOT.

Et noluistis?] Ingratitudinẽ exprobrat. q.d. Quòd estis perituri, nõ potestis in me cõferre culpã: volui enim vos congregare: sed vestra obstinatione factũ est vt nõ cõgregemini. Malè quidã, imò impiè obiiciũt, Quomodo dicit se voluisse? si enim vult Deus, cur nõ facit? nã omnia quæ voluit fecit, Psal.15.a.3. Præterea non possumus aliter congregari quàm per Spiritum eius, qui vbi adest, efficaciter corda hominum mouet. Quibus respondemus, non esse arcanum Dei iudicium inquirendum, sed opus ipsius spectandum: vult nos congregari quoties vexillũ erigit, vt dux militiæ. illud respiciamus, nec penetremus in arcanũ eius iudiciũ. Spiritu suo efficaciter agit in electis tantùm. Omnes tamẽ communiter vocat: nec dicit se fecisse quicquid potuit, sed quicquid necesse erat, quantúmque opus erat.

38 Relinquitur vobis do.v.des.] Præsenti tempore, pro futuro tamen, etiam in vetustioribus Latinis scriptis codicibus legitur. O immanem vltionẽ, quam & sumptã de Iudæis videmus. tam diu, tótque Prophetas occiderunt, vt nullos eis amplius miserit Deus. Quingẽtis iam annis dimisit eos absque prædicatore & Propheta: abstulit ab eis verbũ suũ: ideo manet domus eorum deserta, animas ipsorũ nemo ædificat: Deus nequaquam inter eos amplius habitat: accidit quod voluerunt, (vt Psal.109.c.17, dicitur,) noluerũt benedictionem, & elongabitur ab eis: voluerũt maledictionem, & veniet eis. Similia in Esaia cap.5.b.5, legis, Ostendam vobis quid facturus sim vineæ meæ, Demoliar sepem eius, & dabo ipsam in direptionem: diruam maceriam eius, & dabo eam in conculcationem, & relinquetur deserta. non putabitur, neque fodietur: spinæ & tribuli in ea nascẽtur: mandabo nubibus meis ne pluant super eã. O verba horrẽda, quæ & nobis Gẽtibus æquè considerãda sunt. neque enim melius nos, si non peius quàm Iudæi, habuimus: & nos in fide nequaquam perstitimus: quare similiter factũ est vt desertam nobis domum nostram reliquerit, & desolatam vineam.

39 Haudquaquam me vid. posth. &c.] Quidam locum hunc malè interpretantur de futuro iudicio, vbi nulli tum Christo occinent, Benedictus, &c. nisi qui & hîc ipsum Christum agnouerint, & quibus hîc quoque in nomine Domini venit, eo aduentu de quo suprà cap.16.

d.28. Mali enim in iudicio handquaquam vt benedictum Domini excipient. Dicit igitur, Postquam omnia frustra erga vos tẽtaui, en relinquã vos, atque valere sinam, testórque quòd posthac, hoc est, breuiusculũ hoc tẽporis quo in carne hac mortali in mũdo sũ, me handquaquam videbitis, donec aliqui saltẽ ex vobis Spiritu Patris donati, & mihi attracti, me eũ qui sum agnouerint, ortúsque illis dies ille salutis fuerit, vt syncera in me fide mihi occinãt, Benedictus &c. Ita quidam. Alii verò sic, Hoc in consolationem Iudæorum dixit, qui semel quidem hac acclamatione Christum exceperunt die Palmarum, sed ea hoc vaticinium non est impletum: quia post illum die Palmarũ populi applausum, hoc Christus dixit. Non est igitur intelligendum ex his verbis quòd nõ essent eum visuri corporaliter, (nam postea crucifixerũt) sed quòd non visuri essent vt prædicatorem atque Christũ, ad quod missus erat. In officio enim illo suo prædicationis ab eo tẽpore nunquã viderunt. Quare velut valedicere eis, suámque ad Iudæos prædicationem his verbis concludere, intelligendum est. Proinde certũ est, Iudæos adhuc dicturos Christo, Benedictus qui, &c. Hoc idem & Deut. 4. e. 30, prædictum est, In nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuũ, & audies vocem eius. Misericors enim est Dominus Deus tuus, non in totum deseret te, neque penitus abolebit, aut obliuiscetur penitus fœderis quod pepigit cum patribus tuis. Et Oseæ 3. b. 4, Filii Israel longo tempore sedebunt absque rege, absque principe, absque Sacerdote, absque altari, absque ephod, & sine theraphim. Et posthæc reuertentur filii Israel, & quærẽt Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, (id est Christum) & reuerebuntur Dominum, & bonitatem eius in diebus nouissimis. Et Azarias filius Oded, (2. Paral. 15. a. 3) Si Deum deserueritis, deseret vicissim vos. Multi dies transibunt in Israel sine vero Deo, sine Sacerdote, sine doctore, & sine Lege. Quúmque reuersi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israel, inuenient eum. Hæc vaticinia non possunt nisi de Iudæis præsentis temporis intelligi: quòd antea nunquã sine rege, sine doctore, & Lege fuerint. Paulus his astipulatur (Rom. 11. c. 25) Excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo Gentium aduenerit: & sic totus Israel saluus erit.

CAP. XXIIII.

ET egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi.

Ipse autem respõdens dixit illis, Videtis hæc õnia?

CAP. XXIIII.

1 ET egressus Iesus discedebat à templo, & acces- Har. 4. 1.
serunt discipuli eius, vt ostẽderent ei structu- Marc. 13. a. 1. Luc. 21. a. 5.
ras templi.
2 Iesus autem dixit illis, Nónne videtis hæc

ANNOT.

1 Egressus Iesus discedebat è templo,] Duo in hoc capite narrantur: alterum, Vrbis Ierusalem excidium, & futuræ vastationis signa, à primo hoc versu vsque ad 29. Alterum, de extremo die & fine mũdi. Quidam dicunt Iesum cum indignatione egressum esse è templo, ex eo quòd non tantùm Matthæus dixerit, Et egressus: sed addiderit, discedebat è templo: tanquam posthac non reuersurus. nam dixerat, Posthac non videbitis me, &c. Marcus scribit, egrediente ipso è templo, vnum ex discipulis dixisse, Magister, vide quales lapides & quales structuræ. Matthæus verò, egresso & discedente, eadem dixisse Apostolos narrat. Fuerat hoc templum non à Patribus è Babylone redeuntibus, cuius fit mentio in libro Ezræ, cap. 5: sed ab Herode rege extructum, vt narrat Iosephus lib. 15. Antiquit. cap. 14. Inter alia, Antiquis (inquit) fundamentis solutis noua imposuit, super quæ templum erexit longitudine centum cubitorum, latitudine centum cubitorum, altitudine centũ viginti. Ædificatũ est autem templum ex lapidibus albis & tenacissimis: quorũ magnitudo in longitudine, viginti quinque cubitorum, altitudine octo, latitudine duodecim erat. Opus fuit per totũ orbem memorabile. Laborauerunt in eo extruẽdo decem milia peritissimorũ artificũ, & amplius multò, per integros annos octo. Vnde non abs re narrat Marcus dixisse discipulũ quẽdam, Vides quales lapides, & quales substructiones. Et Lucas cap. 21. a. 5, Et quibusdã dicẽtibus de templo quòd pulchris lapidibus & donis ornatũ esset, &c. Meminit huius templi & Egesippus, libro. 5, de excidio Ierosolymitano, cap. 35. Vt hæc dicerẽt Apostoli videntur esse cõmoti ex verbis Christi apud Lucam, cap. 19. f. 43, dicentis, Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, &c. velut commiserati tam splendidas structuras, indignas quæ diruerẽtur: vt appareat eos humano affectu ductos. vel fortè quòd incredibile foret, templũ adeò sumptuosum, mox, vt Christus dixerat, excisum iri.

2 Nónne videtis hæc omnia? Amen dico, &c.] q.d. Inspicite hæc diligenter, & admira-

mini etiam: at omnia collabentur, vtcunque magnifica & splendida sint. Exaggeratio est cum asseueratione: indicat enim ita omnia esse diruẽda, vt non solùm pars illorũ aliqua, sed omnia prorsus & templi & vrbis ædificia aboleantur. Lucas habet, Ex his quæ videtis, venient dies in quibus non relinq. &c. Robustissimum fuisse huius templi ædificium, ex eo apparet, quòd capta Ierosolyma, aliquandiu negotium fecerit Romanis militibus, vt videre est in Iosepho, belli Iudaici lib. 7. cap. 9 & 10.

Luc. 19. g. 44. omnia? Amen dico vobis, ‖ 'nõ relinquetur hîc la-
pis super lapidem qui non destruetur.
'Sedẽte autem eo in monte Oliuarum, accesse- 3
runt ad eum 'discipuli secretò, dicẽtes, Dic nobis,
quando hæc erunt? & quod signum aduẽtus tui,
& consummationis seculi?
Ephes. 5. b. 6. colos. 2. c. 18. Et respõdens Iesus dixit eis, ‖ 'Videte nequis vos 4
seducat.

Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.

Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserũt ad eum discipuli secretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?

Et respondẽs Iesus dixit eis, Videte nequis vos seducat.

ANNOT.

Non relinquetur hîc lapis su. la.] Hîc, aduerbium est loci, id est, in hac structura. siquidem hoc animo discipuli ostendebant structuras templi, vt Christus commotus operis magnificentia, mutaret sententiam, nec sineret euenire quod euẽturum paulo antè (vt dictum est primo versu ex Luca) prædixerat: aut certe sentiebãt opus esse maius, aut munitius quàm vequisquam posset demoliri.

3 Sedẽte a. eo in m. Oliu.] Marcus addit, E regione templi. Dicitur in Luca cap. 21. g. 37, his diebus solitum fuisse Dominũ sub vesperam egredi Ierosolymis in montem Oliuarum: id ergo & hoc tertio die obseruauit: post quem nullus Euangelistarum memorat eum Ierusalem reuersum vsque in diem azymorum, hoc est, quintum ab eo quo vrbem cum pompa fuerat ingressus. Hinc obtinuit opinio & apud veteres, die quarto eum Bethaniæ mansisse.

Discipuli secretò,] Marcus dicit fuisse Petrũ, Iacobũ, Iohannẽ, & Andreã, (quibus & alia mysteria retexerat:) sperantes fortasse vel sibi solis hoc, vt pleraque alia, aperturũ. Secretò, siue seorsim, aut priuatim, hoc est, semotis turbis, hoc interrogarũt, quòd hac de re quicquã loqui periculosum esset, vt apparet ex Actorum cap. 6. d. 14. Ob id autem verisimile est istos rogare voluisse de tempore futuræ huius vastationis, aduentúsque Christi, quòd adhuc terrenũ illius regnum somniarent, de quo & post resurrectionem sciscitati sunt, Act. 1. a. 6.

4 Videte nequis vos seducat.] Id est, Cauete. nã sic vtũtur & Hebræi verbo vidẽdi. Non de hoc respondet Christus quod curiosè ipsi scire cupiebãt, sed magis quod ad ipsorũ vtilitatem faciebat: vnde redderentur vel ad declinanda, vel ad constanter ferenda futura rerum discrimina, cautiores & instructiores. Perinde igitur accipiẽda sunt hæc verba atque si dixisset, Mittite rogare de aduentu meo, finéque seculi, præsertim quando hæc futura sint. Antè enim euenient quæ vt vestra magis intersunt, ita multò præstat habere cognita. Primùm ergo, post discessum meum scitote ventụros multos in nomine meo, qui de se dicent, Ego sum Christus: & seducẽt minime paucos: ab his ergo vobis cauete nequis eorum vos seducat, vt me reiecto ipsos, tanquã ego ipse sim, sequamini. Id quod superciliosis istis Iudæis eueniet, sicut eis prædixi. Nam me, qui nomine Patris mei veni, noluerũt recipere: ideo meruerũt in eam cæcitatem prolabi vt recipiant alium qui nomine suo veniet: id est, sua ipsius voluntate, próque seruatore falsò insinuabit sese, quamuis nomẽ meum, Patrísque legationem prætexturus sit. Ita enim diuinitus comparatum est, vt qui veritatem Dei respuit, mendacio postea credat: vt ex Deut. 13. a. 3, Esa. 29. e. 10, & 2. Thess. 2. c. 11, atque innumeris ferè aliis Scripturæ locis satis liquet. Porrò quum Christi nomen atque officium sit, tyrannide malorum liberare, gubernaréque fœliciter, Christi nomine Iudæis se insinuarunt quotquot se populi fore liberatores saluatorésque polliciti sunt: quorũ certe multos ante excidium habuerunt, qui tametsi id se esse non persuaserint toti populo, multos tamen seduxerunt, vt hîc Christus prædixit. Inter hos fuit Theudas, siue Theodas, cuius meminit Iosephus lib. 20. Antiq. cap. 4. Quẽ præcesserat Iudas Galilæus, de quo etiã scribit Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 18. & vtriusque mentionẽ facit Gamaliel, Act. 5. f. 36. Præterea verò scribit idẽ Iosephus lib. 20. Antiq. cap. 11, latronum & magorum

hominũ turba populũ ſeducentiũ,prouinciã fuiſſe repletã.Per magos autẽ intelligit eos qui ſe Prophetarum nomine inſinuabant.Rurſum cap.12,de AEgyptio quodã pſeudopropheta meminit:de quo & lib.2.bel.Iudaic.cap.12,ſcribit quòd arrogata ſibi Prophetæ opinione, triginta ferme millia congregarit, quæ ex ſolitudine in montem ducẽs Oliuarum, Ieruſalem capere anniſus fuerat:ſed oppreſſi fuere à Felice tum præſide.huius fit mentio & Act.21.g.38.Poſtremò de alio ſcribit etiam Ioſephus, cap.14, qui populo ſalutem & requiem malorum promittebat,ſi ſe in deſertum ſequerentur.Talibus multis deluſus fuit Iudæorum populus:qui omnes quatenus libertatem & ſalutem populo promiſerunt, eatenus ſe Chriſtos aſſeruerunt: quanquam peculiariter hoc etiam nomine pro vero atque in Scripturis promiſſo Meſſia ſeſe venditarunt.Eiuſmodi & Simon magus fuit,qui Samaritanis perſuaſerat ſe virtutem Dei eſſe quæ vocaretur magna.Act.8.b.9.

Multi enim veniẽt in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent.

5 Multi enim 'venient in nomine meo, dicentes,
Ego ſum Chriſtus:multóſque ſeducent.

Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri:

6 'Audituri enim eſtis bella,& rumores bellorũ.
Videte ne'turbemini:'oportet enim omnia fieri:

ANNOT.

5 Venient in nomine meo,&c.] Vide præcedentem verſum.

6 Audituri enim eſtis bella.] Iam,ne ob plurimos ſanè & horrendos tumultus bellicos & ſeditiones,quibus Gens Iudæorum prius quàm funditus periret, exagitanda erat,plus nimio turbarentur,etiam de illis præmonuit nequid inde læderentur.Simul etiam vt reuocaret eos, (vt etiam infrà,verſu 23) à falſa illa opinione qua pollicebantur ſibi regnũ tranquillum,quod rebus omnibus floreret. Non ſimpliciter autem hic loquitur, ſed per comparationem: fuiſſe quidem ſemper bella,ſed grauiora nũquam. oam ſub aduentus Chriſti initiũ, initióve Euangelii inualuerunt magis ac magis.Porrò iſti rumores bellorum & bella,hoc eſt motus,ſeditiooes, & cædes, ceperunt potiſſimum ſub præſide Cumano, qui Tiberio Alexãdro ſucceſſerat. de quo Ioſephus Antiquitatum libro 20,capite 6: & Belli Iudaici libr.2. cap 11. Mox ſequutus eſt alius tumultus inter Iudæos & Samaritanos,multa cum ſtrage hominum,locorúmque deuaſtatione.Tertius mox tumultus ſecutus eſt apud Cæſareã.Quum verò Felici ſucceſſiſſet P.Feſtus(de qua ſucceſſione & Act.24.g.28)conatus quidem hic fuit prouinciam latronibus liberare, ſed vrgente vltione Dei non potuit.Cui quum Albinus,& huic C.Florus ſucceſſiſſet,ſemel omne genus malorum inundauit.Nam vt hi duo,potiſſimũ autem Florus,ad crudeliſſimam tyrannidem, manifeſtã vim & rapinas nihil reliquũ faciebant : ita pariter ſeditioſorũ apud Iudæos audacia in dies creſcebat, vnde cõtinuo motus,latrocinia,direptiones,cædes paſſim ædebantur,& indicibilibus quotidie malis & calamitatibus populus exterminabatur, donec ad iuſtam rebellionem fuere velut compulſi:tam inaudita vi & crudelitate ſæuiebat in eos Florus.Agrippa rex multis quidẽ à rebellando dehortari Iudæos conatus fuit, ſed omnia fruſtra.Tandem ergo vbi qui nouandis rebus ſtudebant,præualuiſſent,præſidiũ Romanũ atque regis Agrippæ Ieroſolymis aperto Marte oppugnant:cõpulſúmque ad deditionem,poſtquam datis dextris & ſacramento,vitam promiſiſſent,præter vnum præfectum eorum Mutilium,omnes trucidant.Inde iuſto bello aggreſſus eſt eos Ceſtius Syriæ præfectus. Sed quum Ieroſolymorum obſidione ſoluta, vim Iudæorum fuga declinaſſet, audentiores facti fuere rebellionis authores:omnémque poteſtatem nacti,inenarrabilẽ malorũ iliada ſibi & ſuis inuexerunt,donec prorſus per Titum exterminarentur.De quibus omnibus fuſe ſcribit Ioſephus ab vndecimo capite ſecũdi libri belli Iudaici,vſque ad finẽ ſeptimi libri. Turbemini:] Turbari propter bella,eſt dubitare de veritate verbi.id quod fit quando verbum ex euẽtibus æſtimamus. Vt hodie accidit apud eos qui propter præſentes euentus aut dubitare incipiunt de Euãgelio,aut ſuſpectum habere,aut prorſus damnare. Oportet e.hæc o.fi.] Verbũ iſtud OPORTET, non vulgarem in ſe habet conſolationem.quis enim prudens affligetur pro re quæ aliter habere nequeat?Sed quis Deo fidẽs turbetur,quũ euenit quod ex Dei ordinatione euenire oportet,id quod neceſſe eſt eſſe optimum,& ſanctis ſemper ſalutare? Non vult in his rerum turbinibus neceſſariis ac diuturnis turbari ſuos,ſed eſſe animo forti,vt qui ſciãt ita diuinitus decretũ eſſe.Oportere fieri dicit,neque tamẽ reddit cauſam.Verùm hæc vna cauſa nobis ſatiſfaciat,quòd piorum ſuorũ conſtantiã probare vult:ſunt enim experimenta noſtræ patientiæ.His etiam nobis demonſtrat Dominus regnũ ſuũ nõ afferre nobis delicias,& alias cõmoditates,ſed eſſe ſpirituale:& quaſi digito oſtendit,aliò quàm in terram, & commoda vitæ

re præsentis, inspiciēdum. Neque OPORTET sonat aliquid fatale, vt quidam fanatici putant: nam semper subest causa: & vtile est fieri propter supradictas causas.

ʼsed nondum est finis.

ʻConsurget enim gens contra gentē, & regnum 7
contra regnum: & erūt ʼpestilentiæʻ & fames, & ter-
ræmotus variis locis.

Hæc autem omnia, ʻinitia sunt dolorum. 8

‖ʻTunc tradent vos in afflictionem, & occident 9
vos, & ʼeritis inuisi cunctis gentibus propter no-
men meum.

Iohā. 15. c. 20, 16. a. 2. sos. 10. b. 17. luc. 21. c. 12.

sed nondum est finis.

Cōsurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilētiæ & fames, & terræmotus per loca.

Hæc autem omnia initia sunt dolorum.

Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

ANNOT.

Sed nondum est finis.] Non modo seculi, sed ne gentis quidem & vrbis Iudæorū. His verbis ostendit seditiones istas fore diuturnas. Vtilis autem admonitio, ne putarent se defunctos esse, si vnum atque alterum periculū euasissent, sed vt parati semper essent ad nouum certamen. Quū enim militia sit hominis vita super terram, Iob 7. a. 1: non debemus nobis promittere tranquillum statum in mundo.

7 Consurget e.] Id nimis verū apparuit Cæsareæ, Scythopoli, Ascalone, Ptolemaide, Alexādriæ, postea Damasci, vbi decē milia trucidata fuere, deniq; moto regno Agrippæ, totáque Syria & vicinis regnis, de quibus Iosephus lib. de Bel. Iudai. Pestilentiæ] Tertio loco ponit ea signa iræ Dei, & futuræ cladis, quæ cælitus erāt ventura. De illis, quomodo huic populo per Mosen sint prædicta, vide Leuit. 26. b. 14, Deute. 28. b. 15. Et fames,] De fame quæ ita Ierosolymis inualuerat, vt multi egestate fuerint cōsumpti, Iosephus memorat li. 20. Anti. cap. 2. in Actis quoque cap. 11. d. 28, legimus ab Agabo magnā famē prædictā in toto orbe terrarū, quæ accidit sub Claudio Cæsare. Vnde Paulus & Barnabas à Gentibus eleemosynas & subsidia acceperunt quæ fratribus in Iudæa deportarent. Hinc quiuis videat Iudæā potissimū fame fuisse afflictā, forte ob alias assiduas calamitates quibus iam fere exhausta erat. Sic & mala alia, bella, pestilentias, atque terræmotus, terriculamēta, signáque magna de cælo in hāc potissimū regionē incubuisse, intelligendū est: quia Dominus de gentis huius calamitatibus futuris hic potissimum voluit prædicere. Lucas addit terriculamenta, & signa de cælo magna: quæ multis verbis narrat Iosephus belli Iudaic. lib. 7. cap. 12. Per annum enim ante obsidionem sydus suprà vrbem viderunt simile gladio. Nona hora nocturna lux diem superans, in templo affulsit, & per dimidiam horam durauit. In aere visi cōmissi exercitus. Audita vox in templo, Migremus hinc. Lege locum citatum.

8 Initia sunt dolorum.] q. d. Nemo speret his tametsi grauissimis plagis, adhuc diuinæ satisfactū iræ atque vindictæ. quanquā enim horrenda sint, & stupenda, videbuntur tamen leuia & tolerabilia esse si conferantur cum iis quæ cōsequentur. Propterea abesse à vobis debet, his fieri incipientibus, animi abiectio, vt ad multa grauiora vos præparetis. Hæc peculiariter ad Iudæos pertinent, qui Messiam suum expectabant per quem liberarentur ab omni malo: quos vult existimare has grauissimas calamitates esse illis tantum præludia.

9 Tunc tradent vos in afflictionem,] Marcus dicit, Cauete vos vobis: tradent enim, &c. Vide suprà, cap. 10. b. 17. Respōdet Christus Apostolis de alio quā rogassent. Ipsi de regno & gloria interrogarant: prædicūtur verò eis, post à pseudapostolis pericula, post gentis Iudaicæ communes calamitates, (quibus & ipsos etsi nō lædi, exerceri tamē oportuit,) persecutio, crux, ignominia, grauiáque præterea scādala multorum à recepta veritate deficientium, denique & à pseudapostolis ac Prophetis pericula. Lucas velut exponens verba Matthæi, habet, Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus, & (ait Marcus) persequentur. Antequam calamitates prædictæ gentem Iudæorum corripiant: tunc quum Euangelium prædicare cœperitis, persequentur vos. De his Dominus iam eos admonuerat suprà ca. 10. b. 17. Huiusmodi persecutionē senserunt mox à nece Stephani, Act. 8. a. 1. Quā promouebat Paulus, ibidē a. 3. Postea & Herodes rex vt affligeret quosdā de Ecclesia manus iniecit, & Iacobum occidit, Petrúmque in vincula cōiecit, Act. 12. a. 1. Quas verò Paulus persecutiones expertus sit tam à Iudæis quā Gētibus, cū Acta Apostolorū, tū ipse in Epistolis suis, præsertim posterioris ad Corinth. cap. 11. f. 24, testatur. Nihil sanè hic prædixit Christus quod illi nō sint experti. Eritis inuisi cūct. g.] Vide

eadem suprà cap.10.c.22. Huius odii causa erat flagellum Dei quo percutiebãtur & Iudæi & Gentes gratiæ Dei reluctãtes,vt in Tertulliano videre est.causas nanque bellorũ, pestilentiæ, famis,terræmotuũ, & similiũ,Christianis assignabãt,quasi in illos excãdesceret læsa diuini numinis maiestas.Eodẽ odio flagrãt hodie Euãgelii ministri,& qui Euãgelicã gratiã recipiunt.

Et tunc scandalizabũtur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.

10 Et tunc offendiculum patientur multi: & alius aliũ inuicẽ tradent, seque odio habebunt inuicẽ.

Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducẽt multos.

11 Et multi pseudoprophetæ surgẽt, ac seducent multos.

Et quoniam abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

12 Et quoniã abundabit iniquitas,refrigescet charitas multorum.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

13 Qui autem perseuerauerit vsque ad finem,hic saluus erit. B

ANNOT.

10 Offendiculum pat.m.] Etiam hac aduersitate exercendi erant discipuli,quæ plus molestiæ sæpe dat,magisque affligit veros Christi ministros, quàm ipsa persecutio. Ne ergo supra modum turbarentur,multis deficientibus,(vt semper paucus est electorum numerus,)de his quoque voluit præmonere.nam non solùm defecturi multi erant,passi offendiculum, sed ex fratribus quoque futuri hostes, quod & ipsum Paulus expertus est, vt 1.Timoth.1.d.19, & cap.6.b.10,scribit.De hoc offendiculo admonuit etiam Dominus suprà cap.13.c.21. Hæc tentatio est periculosissima, quum videmus eos deficere qui Christum professi erant. Est autem duplex istud scandalum:nam qui deficiunt,patiuntur scandalum:deinde alius qui eos deficere vident, generant scandalum: quod secundum, valde periculosum est: vnde hac præmonitione erat valde opus. De iis autem qui videbantur esse domestici Ecclesiæ, exponenda existimant qui locum propius intuentur. Seque odio habe. inuicem.] Referendum hoc ad odia,quibus prosequuturi erant increduli eos qui verbum Euangelii annũtiarent.Causam odii significat Christus fratribus suis,his verbis, Nõ potest mũdus odisse vos:me autem odit, quia ego testimonium fero de illo,quòd opera eius mala sint,Iohan.7.a.7. Qui autem Christum odit,odit & ministros eius.Si mũdus vos odit, scitis quòd me prius quàm vos,odio habuerit. Et paulo pòst, Non est seruus maior Domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur:si sermonem meũ seruauerũt,& vestrũ seruabũt. Hoc genere dicendi idem significat quod suprà cap.10.c.22,Et eritis odio habiti ab omnibus.Infidelis fidelem prosequetur odio.

11 Et multi pseudoprophetæ sur.] Pseudopropheta significat prophetam mendacem, & qui falso nomine propheta vocatur: vt pseudapostolus,qui sibi vẽdicat eum titulũ falsò. Exorituros prædicit doctores falsos,imò apostolos satanæ, contra quos magna semper Paulo pugna fuit,2. Corinth.11.c.13.Hi fuerunt serui ventris,non Iesu Christi, Rom.16.c.18.Ambientes vt se æmularentur Galatæ,quos ipsi labefactabant,Galat.4.c.17.Canes, mali operarii,inimici crucis Christi,quorũ Deus venter, &c.Philip.3.a.2.d.18. Deceptores per philosophiam & inanem deceptionem,verbo tenus habentes speciem sapientiæ,&c.Coloss.2.b.8. Prædixit quoque Petrus in posteriore sua epistola,cap.2.a.1, (quo loco apertissime docet quales sint,& quid doceant,)venturis temporibus ad consummationem vsque seculi,plurimos pseudoprophetas exorituros. Ac seducent multos.] Petrus dicit, Et multi sequentur eorum luxurias,2.Pet.2.a.2.

12 Iniquitas, &c.] Hoc est,prauitas illa naturæ,qua sibi tantùm homines student, ab omni beneficentia erga suos alieni: qua abundante, necesse est vtique charitatẽ refrigescere. Quam refrixisse suo tempore haud obscure Paulus quoque indicat. Sanè abũdantis iniquitatis, & refrigescẽtis, imò gelatæ charitatis erat, quòd omnes in Asia ipsum auersati fuerant,2.Timoth.1.d.15. Sermonẽ inuersum esse annotãt nõnulli, Quia refrigescet charitas,omne scelus inundabit. Deus,charitas est:vbi Deus est,illic operatur,vt ignis sine operatione non est. Eleganter autem frigere dicitur charitas, quũ Spiritus vigore carens,ad sua officia torpescit.Hoc autem scandalum difficulter repellitur,quum circundemur malis exemplis.nã quũ videmus omnia plena fraudũ,putamus idem nobis licere quod alii sibi permittũt:boni, malitia hominum reflectuntur. Cautos igitur his verbis suos reddere voluit,nõ eis excusationem præbere. Propterea addit,Qui perseuerauerit,&c.

13 Qui autem perseuerauerit] Vide eadem suprà cap.10.c.22. Constantia & perseueran-

tia in fide, quantũvis diræ persecutiones exerceãtur, grauia à deficientibus scandala obiiciantur, insidiosa à pseudoprophetis impostura fidẽ oppugnet, salutẽ tãdem animarũ reportamus: qui finis est fidei nostræ, vt ait Petrus, prioris epistolæ cap.1.b.9. Cœpisse parum profuerit, nisi perseueres. Qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitimẽ certauerit: 2. Timot.2.a.5. Proinde forti & infracto animo omnia nobis mala perferenda quæ Dominus imposuerit.

14 'Et prædicabitur hoc Euangeliũ regni 'in vniuerso orbe, 'in testimonium omnibus gẽtibus: '& tunc veniet consummatio.

Et prædicabitur hoc Euãgelium regni in vniuerso orbe, in testimoniũ omnibus gentibus: & tũc veniet consummatio.

Har.4.2. Marc.13.b.14 luc.21.d.20.

15 |'Quum ergo videritis abominationem desolationis,

Quũ ergo videritis abominationem desolationis,

ANNOT.

14 Et prædic.hoc Euãg.regni] Quid sit Euangelium regni vide suprà cap.4.d.23. Marcus habet, Et in omnes gentes oportet primùm prædicare Euangelium. Occupatio est, siquis fortè obiecisset, Quorsum opus tanta diligentia, perseuerantiáque, quum in tantis turbis & imposturis ac seductionibus, seditionibus & certaminibus nullum possit prædicari Euangelium? Respondet Dominus, Labor vester & diligentia nõ carebit suo fructu: quantũvis enim mundus insaniat, Euangelium tamẽ prædicabitur. Quidam, copulam Et, hic accipiũt pro aduersatiua, eodem sensu.q.d. quantumvis turbentur omnia, tamen hoc Euangelium prædicabitur. Voluit enim hoc vltimo signo cõsolationem adiicere, vt intelligerẽt sibi fortiter pugnandum esse eo magis, quòd intelligerent se victores. Timor deiicit homines: verùm sub vexillo Christi extra periculũ sumus, quòd sciamus illum esse diabolo potentiorẽ. Hoc autem ipsum tempore Apostolorum completum fuit, antequam Ierusalem vastaretur. Certe quum Paulus scripserit, Coloss.1.a.6, Euangelium tum in toto orbe fructificasse: omnibus Gentibus prædicatum fuit, hoc est bonæ parti Gentiũ. Etenim quàm late illud vel vnus Paulus sparserit, ipse de se Rom.15.d.16, testatur: nempe à Ierusalẽ & circumiacẽtibus regionibus vsque ad Illyricũ. Item 1. Timoth.3.d.16, dicit, Deus manifeststus est in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est Gentibus: fides illi habita est in mundo. In vniuerso orbe,] Iuxta illud Psal.19.a.5, In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. In vniuerso orbe, id est tã apud Gentes, quàm Iudæos. in hos enim duos populos totus terrarum orbis diuiditur. Synecdoche autem est, figura Scripturis frequentissima. In testimonium o.gen.] Vide suprà cap.10.b.18. Testimonium, pro Lege & doctrina Dei, in Scripturis accipi, vel Psalmus 119, abunde declarat. Hinc Psal.78.a.5, Et statuit testimoniũ in Iacob, & Legem posuit in Israel. Hic Testimonium & Lex, pro eodem accipiũtur. Vt igitur Lex Iudæis data fuit, variæque illæ ceremoniæ in testimoniũ, (vt crebro in Scripturis legitur) quibus nimirum Deus de sua voluntate testatus fuit, atque ita officii ipsorum eos admonuit: ita postea Euangelium oportuit prædicari cunctis Gentibus, vt & ipsæ testimonium de Deo haberent, quo vt de ipsius bonitate edocerentur, ita ad fidem in ipsum, pietatísque studium prouocarentur. Apud electos igitur ex Gẽtibus prædicatũ est & prædicatur etiã hodie Euangeliũ in testimoniũ, hoc est quo eruditi sunt & erudiũtur ad salutẽ: reprobis autem prædicatũ est & prædicatur in testimonium, quo impietatis conuincantur qui oblatam vltrò Dei gratiam respuant. Et tũc ve.consummatio.] Sine, finis. Hic Græce additur articulus, quasi dicas, Ille finis qui expectabatur. facit enim articulus vt certum finem intelligas. Consummatio itaque, nimirum templi, cultus, vrbis, & gentis Iudæorũ. Ita quidam, sequuti Chrysostomum. Alii verò de fine mũdi accipiũt.q.d. inter bella & tumultus resonabit vox Euãgelii: neque id in angulo Iudææ, sed in toto orbe: neque hoc fiet momẽto, sed perseuerabit vsque in finem, vtcunque bella bellis succedant, & Satan perpetuo oppugnet regnum meum. Hic videtur esse geminus sensus. miscet enim Christus sermonem de vltimo iudicio, cum calamitatibus Iudæorũ: nam de eo simul interrogauerant Apostoli.

15 Quũ ergo vid.abo.desol.] Tandẽ & post varias admonitiones, plene & aperte respõdet ad quæstionem discipulorum quærentium, Quando hæc erunt? id est, quãdo excindetur cũ vrbe templum? Tũc, inquit, quando exercitus Romanorũ obsidione graui ac pertinaci vrbem Ierusalẽ cinxerit. Tunc enim capietur & diripietur vrbs, & vastabitur, ardebítque templũ Dei sanctũ. Marcus verba Saluatoris sic extulit, Quũ videritis abominationẽ desolationis, de qua dictũ est à Daniele Propheta, stantem vbi non oportet. Pro, Stantem vbi non oportet:

Matthæus poſuit, In Loco ſancto,vt & infrà cap.27.f.53,vocat ciuitatẽ ſanctã. Lucas apertius verba Chriſti referens, pro verbis Matthæi & Marci poſuit, Quum videritis circundari ab exercitibus Ieruſalem, tunc ſcitote quòd immineat deſolatio eius. Per Abominationem itaque deſolationis,(iuxta idioma ſermonis Hebraici,Latinè,abominãdam deſolationem) intellexit Dominus horribilẽ Terræ ſanctæ vaſtationẽ, vrbíſque obſidionem grauiſſimam.Stupendum enim & abominabile erat quòd Dominus illam gentem, quam hactenus ardentiſſimè amauerat,tũc traderet Ethnicorũ pedibus calcandam. Hi enim primò vaſtarũt Galilæam & Samariam crudeliſſime: dein legiones & aquilas ſuas ad mœnia vrbis ſanctæ adduxerunt.

quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtãtem in Loco ſancto:(qui legit intelligat)

'quæ dicta eſt à Daniele Propheta,ſtantẽ in Loco ſancto:('qui legit intelligat) Dan.9.g.17.

Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes:

16 Tunc qui in Iudæa ſunt,'fugiant ad montes:

Et qui in tecto,nõ deſcendat tollere aliquid de domo ſua:

17 'Qui in tecto, non deſcẽdat vt tollat quicquam de domo ſua:

Et qui in agro, nõ reuertatur tollere tunicam ſuam.

18 Et qui ĩ agro,nõ reuertatur vt tollat veſtes ſuas.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

19 'Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.

ANNOT.

Quæ dicta eſt à Daniele Propheta,] Hic prouidentiæ Dei maximum argumentum eſt, quòd Daniel plus quingentis annis antea ſignum propoſuerat,vt in tempore monerentur, & ſibi cauerent. Chriſtus locum Danielis, obſcuriorem alioqui, clare explicat, qui ſic legitur cap.9.g.27,iuxta veterem interpretem,LXX interpretes ad verbum ferè ſequentem,Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificiũ: & erit in tẽplo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationẽ & finẽ perſeuerabit deſolatio.Iuxta horũ LXX interpretum verſionem dixit Euãgeliſta, Quum videritis abominationẽ deſolationis ſtantẽ in Loco ſancto: nam pro, Et erit in templo abominatio deſolationis,ſiue deſolationum,vt LXX habent:Hebraicè legitur,Et propter alam abominationum deſtruetur:id eſt,propter magnas abominationes. nam alam ſiue extenſionem abominationum vocat longam ſeriem abominationũ, ſiue multiplices abominationes. In annotationibus in Danielem omnia diligẽter explicantur. Tantùm præſenti loco congruentia hic exponimus, Græcã ſcilicet verſionẽ, vt à Chriſto adducitur. Qui legit intelligat] Quum impiis citius eueniant quæ prædicuntur eis mala,quàm credant ea ſibi euentura, ideo monet hic vt qui legit hoc Danielis vaticiniũ,intelligat,hoc eſt, diligenter ipſum perpendat,vt quæ eo prædicta ſunt,percipiat & credat. Simul etiam hic Iudæorum cæcitas taxatur, qui ſcripturas Propheticas oſcitãter ſine intellectu legebãt: & etiam admonentur Apoſtoli, vt in legendis illis vigilantes ſint,déque intellectu ſolliciti.

16 Fugiant ad montes:] Conſulit quid facere debeant tum fideles, circũdata vrbe ab exercitu Romanorũ,nempe fugiendũ in mõtes,vbi tutior habitatio: ſignificãs nullas tunc ciuitates ſecuras fore in omni Iudæa. Ita angelus iubebat Lot aſcendere ad montẽ,vt ibi ſeruaretur.Gene.19.d.17. Hoc dixit diſcipulis,vt poſtea illius admonerẽt credẽtes.Euſebius in hiſtoria Eccleſ.lib.3.cap.5, ſcribit, Chriſtianos qui tum Ieroſolymis adhuc erant, diuino oraculo ad ciuitatem quãdam,Pellam nomine, trans Iordanẽ fugere iuſſos. Hinc admonemur ne confidentes ſimus, quaſi vel viribus noſtris, vel prudentia poſſimus, vel diuino miraculo debeamus liberari:ſed magis,ſi id datur,per fugam cedere.

17 Qui in tecto,&c.] De tectis planis domorum Iudææ regionis,vide ſuprà cap.10.e.27. De tecto deſcendere,aut agro reuerti,hyperbolica loquutione (quæ Iudæis frequens eſt) dicuntur. ſignificãt autem magnam feſtinationem & velociſſimam fugam: vt quis ea feſtinatione fugiat,vt ſi in tecto domus ſit, non deſcẽdat in domum vt inde quicquam ſecum auferat: & ſi in agro eum deprehẽderit tempus illud, vt recta quoque ad montem confugiat,neque reuertatur in domum,vt vel commodas fugæ veſtes accipiat.Lucas addit,Quia dies vltionis hi ſunt,vt impleãtur omnia quæ ſcripta ſunt.q.d. non vulgaris erit hæc afflictio, ſed atrox vltio Dei corripiet regionem hanc omnem,& populum hũc tot ſeculis rebellem: cui prædixerant Prophetæ talia futura,niſi reſipiſcerent:maximè Daniel.nihil autem fruſtra prædicit Dominus,impleri oportet aliquãdo, quantũvis tardet & differat,expectãs reſipiſcentiã. Rom.2.a.4.

19 Væ autem præg.] Non ſemper cõdemnationis notam habet Væ,ſed plerunque tem-

porariæ alicuius miseriæ, vt hîc videmus. Neque hæc ita dicta sunt quasi peccatũ sit, tempore huiusmodi calamitatum gestare vterum, vel lactare infantem: sed quòd miserum sit ac molestum, & à fuga & liberatione impediat. Prouerbiales sunt formulæ.

'Orate autem vt nõ fiat fuga vestra hyeme, ne- 20
Act.1.b.12. que ||sabbato.
'Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit 21
'ab initio mũdi ad hoc vsque tempus, neque fiet.
'Et nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret 'sal- 22
ua omnis caro: ||'sed propter electos decurtabũtur
dies illi.

Orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbatho.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.

Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.

ANNOT.

20 Orate autem, &c.] His significatur, malum fore præceps & ingens, ex quo vix liceat cuiquã sese subducere. Habet hæc sententia ænigma, & inuolucrũ quoddam, cuius hic est sensus, Orate vt fuga vestra expedita sit, nullis impedita remoris vel tẽpestatis vel religionis. nam tempestas incommoda, hyeme significãtur. hyems enim ad iter faciendũ est incommoda tum ob frigoris rigorem, tum ob dierũ lucísque breuitatẽ. Sabbatho autẽ significata videtur religio: nam sabbathis nephas erat Iudæis iter facere nisi ad pauca stadia, vt quidã dicũt, ad mille passus, ex instituto maiorum: vnde & Act.1.b.12, legimus, Sabbathi habens iter.

21 Erit enim tunc affl.] Rationem tam vrgentis ad fugiendum necessitatis reddit. Lucas habet, Erit enim angustia magna super terrã, & ira in populo hoc: & cadent acie gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes. Terram Iudææ intelligit: nam mox sequitur, in populo hoc: quod idem est. Per iram significat iram & indignationem Dei de cælo, vt ait Paulus Rom.2. b.8. hoc est, afflictiones & calamitates maximas à Deo cælitus reuelatas & missas, vt Rom.1. b.18, quæ illum iratum ostendunt. Angustiam & iram coniunxit, quòd Deus iratus angustias immittat. q.d. hac magna angustia ostendet Dominus se iratũ aduersus populum hũc terram Iudææ inhabitantem. Qualis autem futura esset ea angustia, postea declarat, quum dicit, Et cadent acie gladii, &c. Et, pro nam. Hæc vtique vera esse agnoscet facile quicunque Iosephi historiam legerit. Præter indicibilia enim mala quæ obsessi pertulere, innumeris assiduè pereuntibus, partim mutuis cædibus, partim fame, (quæ vsque eò inualuerat, vt præter omnium abominabilium cibos, quædam mulier proprium filium sibi coxerit) capta toto belli tempore fuere milia nonaginta & septẽ: mortua verò per totũ tempus obsidionis, decies cẽtena milia, vt scribit Iosephus lib.7. Iudaici belli, cap.18. Quòd si Dominus tam seuere vltus est gentem illam, quam sibi elegerat, vt sancta sibi esset, quid nobis futurũ sit cogitemus, nisi vocationem nostrã his exemplis moniti sequamur. Ab initio mundi,] Marcus habet, Ab initio creaturæ quam creauit Deus. Mundum, creaturam Dei vocans, vt & Rom.8.c.19.

22 Et nisi decurtati fuissent] Subaudi, à Domino. Nam Marcus habet, Nisi Dominus decurtasset dies illos. Id est, imposuisset illis finem. q.d. Si Dominus permisisset vt calamitas illa vt erat vehemẽs, ita fuisset diuturna: si item tantũ & tam diu permisisset hostibus sæuire quantum libuisset, nemo omnium ex gente illa euasisset. Salua o. caro:] Carnem pro homine, Hebræorum more posuit. De Iudæis intellige, vt dictum est, non de toto genere humano, vt malè quidam. q.d. nullus hominum superfuisset incolumis. Sed propter electos decurtabuntur] Marcus, Decurtauit dies illos. Quia electos adhuc aliquos ex hac gente habebat, & habiturus erat, decurtauit hosce calamitatis dies Dominus, ne genus Iudæorum in totum extingueretur. Nouit Dominus (2.Pet.2.b.9.) pios de tẽtatione eripere, iniquos verò in diem iudicii reseruare cruciandos. Octauũ Noe iustitiæ præconem custodiuit, quum diluuium mundo impiorum induceret: & iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria eripuit, Ibidem, versu 5 & 7. Hæc insignem profectò habent consolationem, Dominum suis semper parcere, ac etiamsi vnà cum reprobis nõnunquam cõmunibus immergãtur huius seculi malis, illũ tamen eos nullibi negligere. Hæc pios in tribulationibus constitutos consolari debent. Notandũ & hîc confirmari quod Paulus dicit Rom.11.a.2, populũ Iudaicũ non fuisse ita reiectũ quin manserint reliquiæ. Calcari tamen oportebat (vt Lucas addit) Ierusalẽ à Gẽtibus, donec implerentur tempora nationum. quod accipiendum est vt illud Rom.11.c.25, Excæcatio ex parte contigit Israeli, donec plenitudo Gẽtium aduenerit: & sic totus Israel saluus erit. Alii verò expo-

nunt, Donec compleatur tempus quo Deus permittet imperium Gentibus aduerſus Iudæos. Iidem tamen exiſtimant alium eſſe ſenſum, eúmque genuinum, & veriſſimum, nempe, donec Dominus puniat Gentes: vt quemadmodum hæc vltio ad Iudæos pertinet, ita Gẽtes ordine ſuo plectantur. Obiici enim poterat, Iudæi punientur, Gentes verò impune euadent. Quam obiectionem anticipat Chriſtus, ac dicit, Deum fore etiam vltorẽ aduerſus nationes reliquas, verùm nondum eſſe tempus completum.

Tunc ſiquis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere.

23 Tunc ſiquis vobis dixerit, Ecce hîc Chriſtus, aut illic: nolite credere.

ANNOT.

23 Tunc ſiquis v. dix.] Tunc, quum ſcilicet vaſta diſſipatio in gente fuerit: ſiquis vobis dixerit, Ecce hic Chriſtus, aut illic: hoc eſt, carnalem aliquem ſaluatorẽ demonſtrauerit, qualem illorũ reliquiæ expectabunt: nolite credere: vnus ſeruator omnium ſum, & æternus Chriſtus, qui in humilitate modò in mundo verſor, iam mox carne eum deſerturus, donec glorioſus redeam. Prædico nanque vobis, falſos Chriſtos ſurrecturos, eóſque etiam habituros ſuos falſos prophetas, qui homines ad ſe alliciãt ac prouocent, non verbis tantùm, ſed ſignis quoque & prodigiis magnis, ita vt electi etiam in errorem inducantur, ſi fieri poſſit. Ita ſimpliciter hæc accipiẽda ſunt. Certũ nanque eſt Dominum hîc voluiſſe ſuis reſpondere quid de aduentu regni Dei, quod ſemper audierãt per Chriſtũ reſtituendũ, ſentire deberent. Neque dubium eſt, eos carnale regnũ, externámque fœlicitatẽ ſemper ſomniaſſe: eóque Dominum ab eo errore, vt & aliâs, & etiã ſuprà verſu 4, reuocare illos hîc quoque voluiſſe. Tum negari non poteſt pſeudochriſtos fuiſſe, qui externam fœlicitatẽ polliciti, ſeduxerint multos Iudæorum. Scopus itaque reſponſionis Chriſti hoc loco fuit, diſcipulis perſuadere, non eſſe regnum Dei cum externa fœlicitate & gloria, in præſenti quidẽ reſtituendũ, ſed ſpiritu & fide, idque cum ſumma ciuium huius regni afflictione & tentationibus grauiſſimis. futuros autem multos pſeudochriſtos, & illos quidem externam fœlicitatem promiſſuros, ſed falſò, eóque ſimul à ſpiritali & externa ſuos ſectatores auerſuros. Ideo cauendum eſſe ab omnibus qui in hoc ſeculo regnum Dei externum pollicerentur, aut loco certo illud addicerent: nimirũ quod ſit longè auguſtius & diuinius. Hæc vel ex reſponſione Chriſti apud Lucam cap. 17. d. 20, Phariſæis data, manifeſta fiunt. Rogantibus enim illis quando eſſet regnum Dei venturũ, reſpondiſſe Chriſtũ illic legimus, Non veniet regnũ Dei cum obſeruatione, neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic. ecce enim regnũ Dei intra vos eſt. Quid hæc aliud ſunt, quàm, Non eſt regnum Dei, vt vos ſomniatis, carnale, quod certo loco demonſtrari poſſit? Aut enim in fide ſitum eſt & nuſquã videtur, licet fructus ſuos, vbicũque fuerit, luculẽter proferat, eos tamen cum ſumma perſecutione & afflictione carnis. Aut ita manifeſta toti orbi gloria aderit, vt iterum obſeruatione nulla opus habeat: aut dicẽtibus, Ecce hîc, aut ecce illic. Iã enim intra vos eſt, habetis regẽ eius præſentem, habetis veros eius ciues, hoſce meos diſcipulos. Sed videtur hæc noſtra vobis aliena à regno Dei & gloria Meſſiæ: ita tamen comparatũ diuinitus eſt, vt oporteat me pati prius multa, & reprobari à natione hac, quàm glorioſus ſim regnaturus. Hinc eſt iſta quæ vos offendit, mea meorúmque humilitas. Perpẽdat lector verba Lucæ. Hinc iã patet qui propriè pſeudochriſti à vero Chriſto notẽtur, quales fuerũt quos memorauimus ſuprà, cum multis aliis: qui omnes, ſuos pſeudoprophetas ſuáque ſigna & prodigia habuerũt. Diligẽter autẽ notandum, aliud eſſe Pſeudochriſtũ, & aliud Antichriſtum. Antichriſti multi ab initio regni Chriſti vſque in hunc diem fuere, nempe quotquot vnquam docuerũt aliquid quo homines ab eo abduci potuerint, ne fidẽ in Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ haberẽt, perſuaſi ſola ipſius morte in vitam ſe æternã aſſertos, 1. Iohã. 2. c. 18. d. 22. Pſeudochriſti autẽ propriè fuerunt, qui ſeipſos pro Chriſto venditarũt, vt Iudæis aliquot venerũt. Cæteri qui fuerunt errorũ authores, rectius pſeudoprophetæ quàm pſeudochriſti vocãtur. Quòd iam quidã hunc locũ contra Papiſtarum & Machometi impoſturas adducunt, eouſque rectè faciũt, quod quũ hîc Chriſtus regnum Dei, fide in ſe conſiſtere, neque in hoc mundo certo loco addictum eſſe, teſtatus ſit: iſti tamẽ regnum Dei in externis rebus quærere docuerũt. Sed propriè de his hîc prædictũ eſſe, nemo rectè doceat. Sunt alii loci, vt 2. Theſſ. 2. a. 3, & 2. Timo. 3. a. 1, & 2. Pet. 3. a. 3, de his prædicẽtes. Neque enim Papa ſe Chriſtũ vnquã dixit eſſe, illũ ſcilicet libertatis & omnis fœlicitatis reſtitutorem, qui in præſenti exhibere velit quæ de Meſſia Prophetæ prædixerunt: Machometus verò propius ad hanc inſaniam acceſſit. Porrò vt impoſtura ſemper ſua ſigna & prodigia habet, quo ſeducantur ad credendum mendacio, qui veritati noluerunt credere: & nullum ſeculũ ſuis pſeudoprophetis caret: vt denique omnis ſuperſtitio ex carne ortum ha

bet,& ad commoditatẽ carnis ſeſe attẽperat: ita nihil horum eſt quæ hic Dominus prædixit, quod nõ ſuo modo etiã nobis occurrat. vnde ſane diligenter omnibus iſtæ Domini præmonitiones expendẽdæ & animo recõdendæ ſunt. Etſi enim nulli ſint hodie qui palàm ſe Chriſtos profiteantur, ſunt plurimi tamen pſeudoprophetæ & Antichriſti, qui ab vno vero Chriſto animos hominũ ad opera ſua, miſſas, precéſque alias, item ad propria ieiunia, delectúmque ciborum, veſtium, & idgenus alia egena mundi elementa, tum ad merita atque interceſſiones Diuorũ detorquere conantur: eoſque pſeudoprophetis & pſeudochriſtis (de quibus propriè hic Chriſtus ſuos præmonuit) ſimiles, quòd à veritate ad mendacium ſeducunt, & carnalem Chriſtum, cultum & fœlicitatem falsò pollicentur. nam per alia quàm per viuam in Chriſtũ fidem, ſalutem quærere docent, permittúntque homines ſuo arbitrio viuere: per Miſſas deinde, & alia eiuſdem farinæ commenta, expiationẽ à peccatis, & cum Deo reconciliationem illis pollicentes. Hinc ergo agnoſcere iſtos oportebat, & quidem vt pſeudoprophetas vitare. Sed quibus Chriſtus à Patre non oſtenditur, haudquaquam mirum eſt ſi ab antichriſtis & pſeudoprophetis ſeducantur.

Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophe 24
tæ, & dabũt 'ſigna magna & prodigia: 'ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam electi.

Ecce prædixi vobis. 25

Luc.17.c.23. |Si ergo dixerint vobis, 'Ecce in deſerto eſt: no- 26
lite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere.

Surgẽt enĩ pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & dabũt ſigna magna, & prodigia: ita vt in errorẽ inducãtur (ſi fieri poteſt) etiã electi.

Ecce prædixi vobis.

Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere.

ANNOT.

24 Signa & prodigia:] Non eſt igitur tutum credere quibuſvis ſignis: neque enim ſtatim veritatem habẽt qui ſignis pollent. Miracula à Chriſto, Apoſtolis, & ſucceſſoribus edita, Spiritus Dei virtute fiebant, vt confirmaretur verbũ illorum, vt vides Mar.16.d.20, Iohan.5.f.36, Act.4.f.29, & verũ eſſe comprobaretur quod prædicabant, Chriſtũ nempe eſſe Dei filiũ ſaluatorẽ, promiſſum, & miſſum: cui qui crederet, ſaluaretur. Et verbo Dei ita coniũcta erant, vt ſine eo eſſe nõ poſſent. Pſeudochriſtorũ autem & pſeudoprophetarũ miracula, quibus increduli à Chriſto ſaluatore abducuntur, operatione ſatanæ fiunt, & ſine verbo Dei ſunt: qualia fiunt ſub antichriſto: de quibus Paulus 2. Theſ.2.e.9, de ipſo antichriſto loquens, cuius iſtĩ ſunt præcones, & quare ea fiant admonens: Quem, inquit, Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eũ cuius eſt aduentus ſecundũ operationem ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis nõ receperunt vt ſalui fierent. ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerũt iniquitati. Ita vt in errorem ind. ſi fie. p. e. elect.] Tentantur quidem & electi ſubinde erroribus, ſigniſque nonnihil mouentur: verum vt prorſus à veritate abducantur, & à Chriſto ſaluatore, id demum eſt impoſſibile. Quos enim Pater dedit Filio, è manu illius eripi nequeunt: Iohan.10.e.28. Solicite tamen nobis vigilandum eſt, nec debemus ſegnes eſſe: ſed conſiderantes imbecillitatem noſtram, commendare nos debemus Deo, ne patiatur nos vinci aut obrui. Marcus poſteaquã dixit, Dabunt ſigna magna & prodigia: addit, Ad ſeducendũ: vt videas in quo differãt miracula pſeudoprophetarũ à verorũ Prophetarũ miraculis.

25 Ecce prædi. vob.] Iſtæ admonitiones, Prædixi, Nolite exire, Nolite credere: oſtendunt quàm etiam electi, licet ipſi perdi nequeant, cautione tamen opus habeant ne ſeducantur. Impii itaque ſtultè obiiciũt, Si de electis ſum, dãnari nequeo. Electorũ eſt vt ſint cauti & diligentes: nã quòd ſeduci nequeũt, à ſe nõ habẽt, ſed à diuina prouidentia & gratia Chriſti, quæ non debet illis negligentiæ ac temeritatis argumentum, ſed magis diligentiæ ac ſtudii cautionem præbere. alioqui quid opus erat iſtis admonitionibus adeò ſeriis, támque diligẽter ingeminatis & inculcatis? Marcus his verbis præpoſuit, Vos autem cauete.

26 Ecce in deſerto,] Qui ad tempora excidium Ieruſalem præcedentia, hæc referũt, intelligunt de iis qui ſe Iudæis Chriſtos venditabant, vt AEgyptius ille ſub Felice, de quo ſuprà in verſu 5, quem eundem Iudæi Ben Cuziba vocant. Ecce in penetralibus, vt ille alter Ben Cuziba, qui in Bitter ſeſe pro Chriſto extulit. Penetralia vocat loca in ædibus ſine tẽplis abſtruſiora, penitioráque, in quæ reponimus quæ volumus eſſe tutiſſima. Qui de ſubſequẽtibus

excidium temporibus intelligunt, dicunt per epexegesim siue explicationem superioris versus 23, Ecce hic, aut illic: hæc esse dicta. acsi dicat, siue procul, siue prope Christum adesse dicant, nolite credere, neque moueamini. Ostendit nō se esse quærendū, nisi vbi se ostendit. Nunc in cælo quærendus est per doctrinā Euangelii, non alia via. qui aliter quærunt, nunquā ad ipsum perueniunt: vt sunt qui in seueriore illa disciplina monastica, in claustris illis, vt vocant, obseratis, docent vitam mereri beatam.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem, ita erit & aduentus Filii hominis.

27 ˹Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque in Occidentem: ita erit & aduētus Filii hominis. C

Vbicūque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

28 ‖˹Vbicunque enim fuerit cadauer, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc.17.g.37.

ANNOT.

27 Sicut enim fulgur, &c.] Nihil fulgure celerius: & quanquam fulgur non pertingit ab Oriente vsque in Occidentem, tamen nobis ita videtur. certe breuissimo tempore immēsum conficit spatium. Fulgur non emicat è cælo, sed regione nubium: neque Dominus dicit quòd fulgur ab Oriente pertingat vsque ad Occasum: sed quòd emicans ab Oriēte, subito appareat in diuersa parte cæli. Lucas dicit, capite 17.e.24, emicare de sub cælo in ea quæ sub cælo sunt. Quòd siquis dicat non congruere Christo, iactare apparentia pro veris, respondeamus, ad exprimendum subitum & inexpectatū, verūtamen omnibus cōspicuum aduentum Christi, satis esse accommodare quod apparet oculis nostris. Tonitru expectatur viso fulgure: sed quādo fit erupturum fulgur, nullo indicio præsentitur: sed antequam expectes, iam emicuit & abiit. Dicit igitur, Quum pseudochristi & pseudoprophetæ pollicebūtur salutē, & congregabunt exercitum vt Iudæos violenta manu defendant, & ab omnibus malis liberēt, nolite vos fidem eis adhibete, nolite eos sectari. Regnum enim meum, vt non est corporale, ita nec corporali exercitu in vno tātum aut altero loco, vel in vrbe Ierusalem, vel in deserto administrabitur: sed sicut fulgur è cælo coruscans non in vnum tantùm angulū detruditur, sed dispergitur in totam illam regionē quæ ei parti cæli subiecta est: ita regnū meum nō in vnum tantū locū vel vrbis vel deserti cōcludetur, sed dilatabitur in totum orbem terrarū: & dilatabitur nō exercitu militari, sed prædicatione Euangelii. Sic esse intelligendum hunc locum, sequētia apud Lucam docent, dicētem, Sed primùm oportet illum multa pati, &c. Quidam de extremo suo aduentu Christum loqui intelligunt, vt dicat se ad Patrem ascensurum, & rursum apparitur ū: siquis interim oboriretur qui se Christum iactaret, ne crederent. q.d. Regnum meū gloriosum longe maiore cum luce & maiestate mundo aderit, quàm vt mortalibus præconibus indigeat, sicut pseudochristi illi suos pseudoprophetas habebūt, nunc ipsos in deserto, nunc in penetralibus, hoc est vrbibus & aulis regiis demonstrantes. Non sic obscure regnum Dei & Christi mundo adueniet, sed sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque in Occidētem: ita erit aduentus Filii hominis in die suo: quod apud Lucā additur. Et vltro ad ipsum confluent quotquot ipsum desiderant, nemine inuitāte, aut apparentem per se omnibus Christum indicante: sicut illuc continuo congregantur aquilæ vbicunque cadauer fuerit. Etenim eos qui obdormierunt per Iesum, adducet Deus cum illo: reliqui cum his simul rapientur in nubibus, in occursum illi in aera, vt semper sint cum ipso, 1.Thess.4.d.14.

28 Vbicunque enim fu.cad.] De hoc vide & in fine præcedētis versus. Luc.17.g.37, legitur quòd discipuli interrogarint Christum quò essent tollendi electi: quòd diceret, In illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur, &c. quódque Christus hac similitudine responderit, Vbicunque fuerit corpus. Varia sunt aquilarum genera: inter quæ vnum est vulturina specie, magnitudine antecellens reliqua. Vultures autem, vt testantur scriptores, biduo, aut etiam triduo antè volant vbi cadauera futura sunt. Et Iob de aquila cap.39. d.33, ait, Vbicunque cadauer fuerit, statim adest. Verisimile igitur est ab hoc aquilarū genere, quod est specie vulturina, publicum prouerbium ortum: vt qui significare volunt, ea quæ natura sua coniunguntur, non opus esse magno studio ad coniungendum, dicant, Vbi est cadauer, illuc cōgregātur aquilæ. Confidite, non est quòd timeatis ne non sitis mecum in tanta rerum confusione: vbicūque corpus meum (quod iudicio mundi velut cadauer est, in quo nihil vitæ aut spei sit) illuc vos electi, velut aquilæ cælestes, ad me congregabimini. non deerunt capiti sua membra. Vt aquilæ & cadauer facilimè cōgregantur, ita ego & vos semper vnà erimus.

q.i.

Iterum veniam,& assumam vos ad meipsum:vt vbi sum ego,& vos sitis,Iohan.14.a.3.Poterat dicere,Ad me congregabuntur electi:sed maluit hac similitudine sine prouerbio hanc solicitudinem animis credentium eximere. Ne cogitemus ergo vbinam locorum agemus, & quò rapiemur:ad Christum rapiemur,& cũ Christo erimus,vbivbi ille sit futurus,1.Thess.4.d.17. Aquila rationem locorũ non habet,sed cadaueris,ad illud volat absq; vllo locorũ discrimine, cõtenta reperto cadauere.Ita & Christiani hoc vno debent esse cõtenti,quòd apud Christum perpetuo sunt futuri. Vbi ego sum,(inquit Iohã.12.d.26)illic & minister meus erit.Et ca.17. d.24,Pater,quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego,&illi sint mecũ:vt videãt gloriã meam quã dedisti mihi. Quidã scribũt discipulos,Christũ interrogasse vbi ipsi in tãta calamitate tutum locũ habituri essent,ne vnà cũ impiis perirent. Quibus Christus respõderit,Vos bono estote animo:tutissimũ me habebitis asylum,quo in omnibus aduersis seruabimini: congregabimini ad me,vt aquilæ ad cadauer:semper vnà erimus,nũquam vos deserã:Heb.13.a.5.adero semper vobiscũ vt vos ab omni malo defendã.Si ambulauero in medio vmbræ mortis,nõ timebo: quoniam tu mecum es,Psal.23.4. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, infrà 28.d.19. nam etiãsi occisi, aut in exiliũ relegati fuerunt discipuli ante excidiũ Ierusalem,aduersitas tamen illa longe minor fuit,& velut quædã liberatio,si consyderemus crudelitatem eius calamitatis quæ postea Iudæis accidit. Alii sic exponunt, Vbi cadauer,ibi aquilæ.Non erit periculũ ne mei excidant aut pereant in istis turbis & erroribus.Vt enim impii rebus adhærent turpibus,fœdis & putidis, quibus delectantur ceu corui & vultures cadaueribus:ita pii mihi adhærebunt,rebus sanctis atque bonis.Itaque & in iudicio impii cõgregabuntur cum diabolo,quemadmodum pii cum Christo.

Har.4.3. Marc.13.c.24 luc.21.c.25. ezech.32.b.7 esa.13.b.10. ioel 2.g.31, & 3.c.15.

‖ Statim autem post afflictionem dierũ illorum, 29
sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum,

Statim autem post tribulationem dierum illorũ sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum,

ANNOT.

29 Statim au.post affl.dierum ill.&c.] Nunc de aduentu suo, mundique fine respondet Christus discipulis. Dominus vult omni momento suos, vt hinc migrent, paratos esse: proptereáque noluit tempus aduentus sui indicare:& tamẽ eos omni hora illum expectare. Ideò tam suis,quàm Apostolorũ sermonibus, non longe abesse diem suum,palàm voluit prædicari.Ita Petrus(1.Petr.4.b.7,)Porrò rerum omniũ finis imminet.Et Paulus,1. Cor.10.c.11, Nos sumus in quos termini ætatum inciderunt.Sic ergo & in præsenti ait Christus,Statim autem post afflictionem,&c.Sed nequaquam per hoc prædicere voluit,certo post tempore diẽ suum instare.A qua opinione Thessalonicenses suos Paulus summopere dehortatur, ita eis(2.Thes. 2.a.2)scribens, Neque turbemini neque per spiritũ, neque per sermonẽ, neque per epistolam tanquam per nos missam,quasi instet dies Christi.Nequis vos decipiat vllo modo,quoniã nõ adueniet Dominus nisi venerit defectio prius,&c.Proinde quod hic legimus Statim,nõ plus significat quã quod in Marco legimus cap.13.c.24,Cæterum in illis diebus.q.d.Post tribulationẽ dierũ illorũ,quibus scilicet gẽs Iudæorũ incõparabili atrocitate vastabitur,nulla similis expectãda est: sed statim(quanquã tempore incerto,quúmque homines minime putarint)aderit finis seculi, summo cũ terrore hominũ qui mihi nõ crediderint.Statim dico tũ finẽ mũdi adfuturũ, quia nihil insigne postea edetur, nullã tam apertam de impietate mortalium vltionem sumã,donec dies ille aduenerit quo redibo iudicaturus omnem carnẽ: qui denique, Dei æstimatione (nam mille anni sunt illi perinde atque dies vnus,2. Pet.3.b.8)non longe aberit.

Sol obsc.&c.] Hæc sunt illa signa in sole,luna & stellis,à Luca cap.21.e.25.cõmemorata. Quæ verba Lucæ non ita accipienda sunt,quasi illa signa præcedere oporteat diem Domini: sed signa hîc pro rebus insolentibus & miraculis accipiuntur, quæ non ipsum diem Domini, sed iram potius in sceleratos non tam portendent, quàm præsentem exhibebunt: sicut & signum Christi apparriturum in cælo,de quo infrà versu 30. De obscuratione solis, & aliis,varia est exponentium sententia,etiam veterum scriptorum.Videtur verò retinenda esse simplicitas verborum Christi.Dicit solem obscurandum,lunam lumen suum amissuram,stellas casuras de cælo, &c.credamus ergo ita futurum. Quid opus est de modo quo ventura sint hæc signa,disputare?Certum est seruitutem hanc creaturarum,qua vanitati subiectæ sunt,cessaturam, inque aliam conditionem tempore liberationis ac gloriæ filiorum Dei commutandam. Qua de re vide Rom.8.d.19.Psal.102.d.27.Heb.1.d.11,& 2.Pet.3.c.10.Porrò quãquam immutatis ad immortalitatem electis,immutata erunt reipsa omnia, stabítque cælũ nouum & terra noua,(quã immutationẽ solicita modo creatura expectat,vanitati subiecta,non volens, Rom,

8.d.19:)mos tamen Scripturæ eſt, per obſcuratione͞ ſolis & lunæ, ſtellarúmque,& ſimilia quæ hic prædicuntur,ſummas vltionis diuinæ tempeſtates ſignificare.ſic Eſa.13.b.9,& 24.d.23,& 34.a.4,Ierem.15.b.9,Ezech.32.b.7,Ioel.2.g.31,& 3.c.15,Amos 8.c.9, Mich.3.b.6, & locis aliis legimus Dei vltionem nunc Iudæis,nunc aliis Gentibus prædictam.Etenim in ſumma anguſtia conſtitutis videtur totus mundus perturbari,ſol obſcurari, luna eſſe ſanguinea, ſtellæ lucem ſuam retrahere,terra tremere,mare fremere,& cuncta ruinam minari:nõ quòd reipſa ita accidat,ſed quòd adeò anguſtiis vrgeãtur homines, acſi illa acciderent.Verũtamen quũ inſigniores illæ vltiones Dei,quales de Babyloniis,Tyriis,AEgyptiis,Iudæis,& aliis nõnunquã Gentibus fuere ſumptæ, omnino ſupremi iudicii quædã velut ſpecimina dederint:mirũ non eſt ſi deſcriptæ ſint p ea quæ in ſupremi iudicii die reipſa euentura ſũt: quæ etſi in illis reipſa non ita euenerint,iis tamen quæ in eis euenerũt,fuerunt præfigurata: & qui illas vltiones experti ſunt,non aliter anguſtiati fuerũt,atque ſi reipſa omnia illa accidiſſent. Lucas addit,Et in terra anxietas gentiũ,in mentis inopia(ſiue per deſperationem)quòd reſonent mare & fluctus,& quòd extabeſcãt homines præ timore & expectatione eorũ quæ superueniẽt orbi.Nã non omnes dormiemus,vt ait Paulus(1.Corin.15.g.51)licet omnes immutandi ſimus.Ii enim qui tum reliqui erunt, in puncto temporis, in ictu oculi, ſonante ſuprema tuba, immutati ad iudicium Domini rapientur.Aliud nãque Paulo eſt obdormire, id eſt,modo naturæ mori,ſiue morbo,ſiue vi:& aliud, ſubito rapi, & immutari ad vitam aliam,nullo dormitionis ſpatio intercedente.Hi igitur ſentient ita omnia miſceri,& totam mundi machinam ruere:indéque vt par eſt,præ ſumma anxietate & deſperatione,plane exareſcent.

& ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.

'& ſtellæ cadent de cælo,& 'virtutes cælorũ commouebuntur.

Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filiũ hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate.

30 Et tunc apparebit 'ſignum Filii hominis in cælo, '& tũc plangent omnes tribus terræ:‖'& videbunt Filium hominis venientem 'in nubibus cæli cum virtute & gloria multa. Apoca.1.b.7.

ANNOT.

Et ſtellæ cadent de cælo,] Id eſt,lumen ſuum amittent. Virtutes cæl.cõm.] More Scripturæ ſic vocauit omnem cæli exercitum, omnem militiam, omnes planetas, aut omnia elementa ex quibus cõſtant cæli: ſiue cælos ipſos,tanquã fortes ac robuſtos,virtutes cælorum vocauit:cui expoſitioni verbum Græcum,quod moueri,quaſſari,concuti,cõcutiendóque periclitari ſignificat,competit: nõ angelis,quos hic intelligi,per virtutes cælorũ nõnulli dicũt.

30 Signum Filii homi.] Alludit ad morem regum ac principum ſeculi,qui in militiam ac pugnam egreſſuri,prius ſigna,ad quæ miles ſpectet ac congregetur,proferunt.Signum hic alii volunt eſſe ipſum Chriſti corpus,teſtimonia paſſionis habens,vulnera manuum,pedũ,ac lateris.Alii ſignum crucis intelligunt. Simplicior,veróque propior eſt expoſitio eorum, qui ſignum pro ſignificatione accipiunt.q.d. his prodigiis fideles admonebuntur vt filium Dei expectent è cælo. Et tũc plangent omnes trib.terræ:] Tribus terræ,intelligit terrenos & carnales homines,nullũ ius ſupernæ & cæleſtis ciuitatis adeptos.hi Chriſtũ ſaluatorem ignorantes plãgent ab apparente in nubibus ſigno Filii hominis, & aduentũ eius glorioſum prædicente,ſentiẽtes intolerabile ſibi iudiciũ imminere.Emphaſim habet TUNC.q.d. qui nũc oblatã gratiã regni Dei reſpuũt,contemnúntque ac perſequũtur illius miniſtros , olim videbunt quid contẽpſerint, & plãgent. Et vid.Fil.hom.] Emphaſis in eo ꝙ nõ ſimpliciter dicit,Et venient,ſed,Videbunt.q.d.quem nunc contemnunt & perſequuntur, ſummo cũ terrore videbunt venientem ad iudiciũ cum virtute & gloria magna.Ita & infrà,cap.26.f.64,in concilio Sacerdotũ cõſtitutus,dicit, Amodo videbitis Filiũ hominis venientem in nubibus. Et Ioh.19.f.37,ex Propheta citatur,Videbunt quem tranſfixerunt.Videbunt, inquam, Filium hominis:nam quũ in cælos aſcendit,non depoſuit humanã naturã, ſed clarificauit.ſignificat igitur ſe in eadẽ forma & ſubſtãtia deſcenſurũ, qua aſcẽdit in cælũ. In nubibus cæli] Ita abiit:Act.1.b.9, Et nubes ſubduxit illum ab oculis eorum.Ita reuertetur:Sic veniet(dicebant angeli,Act.1.b.11)quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.Et nos in nubibus obuiam rapiemur Chriſto in aera,1.Theſſ.4.d.17.Quoties ergo nubes videbimus, admoneamur harum rerum. ſunt enim illæ & erunt miniſtræ Chriſti & noſtræ: cogitemus illas fore currum noſtrum,quo ad cæleſtem gloriam ſubuehemur.

1.Co.15.g.52.
1.thes.4.d.16

Et mittet angelos suos cũ tubæ voce magna: 31
& congregabunt electos eius à quatuor ventis, à
summis cælorum vsque ad terminos eorum.
Ab arbore auté fici discite similitudiné: quum 32
iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata,
scitis quòd prope sit æstas.
Ita & vos, quum videritis hæc omnia, scitote 33

Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.

Ab arbore autem fici discite parabolam: quum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas.

Ita & vos, quum videritis

ANNOT.

31 Et mittet angelos s. cũ tubæ voce magna.] Vel, cum tuba vocis magnæ. nam varia est lectio Græca. Quædam exemplaria Græca legũt, cum tuba & voce magna, eodem sensu: pro, tuba vocis magnæ, hoc est tuba vocali & procul sonante. Sonora autem & vocalissima tuba qua electi vndique conuocabuntur, efficacissima illa tam mortuorum quàm viuorum ad tribunal Christi cõuocatio est, quæ ministerio angelorum fiet. Videtur verò allusum ad morem Israelitarum, qui per Leuitas sonitu tubarum conuocari solebãt. Nume.10.a.1. Adhæc audiebatur tubarum sonitus, quando Lex Israeli dabatur, Exo.19.c.16: in quo specimen quoddam æditũ fuit huius vltimæ populi Dei congregationis: quam non ita absurdũ est & ipsam corporali sonitu futuram esse, quando & corporibus, sed immutatis ad gloriã. Sancti Domino sistentur. Licet quidã nolint hìc quicquam carnale imaginari: sed significari tantùm fore conuocationem, quemadmodum exercitus solet cõgregari ad tubæ sonitum, ita exaudiendã esse vocem angelorũ, qui mittentur ad conuocandos electos. Paulus 1.Thess.4.d.16, coniũgit hortatũ & vocẽ archangeli cũ tuba Dei, Dominus (inquit) cũ hortatu & voce archangeli, ac tuba Dei descendet de cælo, & mortui resurgent primùm, &c. Idem Paulus vocat extremã tubam, 1.Cor.15.g.52. Congregabunt electos eius.] Consolationis gratia indicat quid futurũ sit electis. Non dicit, congregabunt Christianos, quorum maxima pars reproba est: nec iustos, à peccatis puros, bene meritos: sed, electos, vt gratiam electionis commendet. Notãdum autem dici per angelos congregari electos: sunt igitur electorum ministri, angeli, Hebr.1.d.14, & suprà cap.13.e.39. Præterea hìc est synecdoche: nam pars pro toto ponitur, quando nomine electorum congregandorum, impii etiam congregãdi intelliguntur, sed ad iudicium & pœnam æternam. Hìc autem tantùm consolari electos suos voluit. q.d. tametsi sitis dispersi, tamẽ tuba vos cõgregabit. Marcus habet, Et congregabit electos suos. Agit enim per ministros, & nomine eius omnia agunt ministri. A quatuor ventis, à summis cæl.] Id est, ab extremitate orbis vna, vsque ad alteram. Marcus habet, A quatuor ventis, ab extremo terræ vsque ad extremum cæli. Significat autem vndique terrarum electos congregandos esse.

32 Ab arbore autem fici dis. parab.] Lucas habet, Et dixit illis similitudinem, Videtis ficum & omnes arbores, quum protrudũt iam gemmas, &c. Quàm certum est adesse æstatem vbi ficus & reliquæ arbores gemmas protrudunt, & folia producunt, tam certos vult nos esse de regni sui aduẽtu, nostráque redemptione ac liberatione, vbi viderimus ista signa quæ prædixit futura, adimpleri. De aduentu nanque suo loquitur, non de excidio Ierusalẽ, vt apparet ex Luca cap.21.f.28, dicente, His autem fieri incipientibus, suspicite, & attollite capita vestra: quoniã appropinquat redẽptio vestra. Et paulo pòst, versu 31, Quũ videritis hæc fieri, scitote quòd instet regnũ Dei. Redemptionem vocat diem aduentus Christi in iudicium, in quo redemptionem ab eo pro nobis factam recipiemus (nam dum viuimus in hoc mũdo, speramus) hoc est, in hæreditatis promissæ possessionem inducemur. Sic Paulus Ephes.4.g.30, Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. Regnũ Dei postea vocat. Sensus igitur verborũ Lucæ hic est, Prædixi vobis multa & planè formidabilia, quorum bonam partẽ, imò præter extremũ diem, omnia ipsi quoque experiemini: sed videte ne id vos frangat. Tam abest enim, si rectè senseritis, vt ea vos perturbare debeát, vt etiam par sit, incipientibus illis fieri, vos attollere capita vestra, summámque alacritatem & hilaritatem cum animo habere, tũ & omni vita vestra præ vobis ferre. Appropinquat enim tanto magis redemptio vestra, quanto plura horum transierint. Nam vt tum demum malis omnibus plenè liberamur, quum finis atque immutatio rerũ omnium aduenerit: ita quando hæc accesserint propius, tanto & vicinior fuerit nobis redemptio.

33 Quum videritis hæc omnia,] Quemadmodũ visis in arbore fici gemmis, non è vesti-

gio plenam æſtatem, ſed primùm florem, inde ficuum incrementum, & demum ſuo tempore ficus maturas, atque iuſtam æſtatem adfore ſcimus: ita agnoſcamus, & quæ hic Chriſtus prædixit, non ſimul, ſed ordine cuncta eſſe complẽda: vt viſis prioribus, media continuò affutura non dubitemus, donec & poſtrema eueniãt. Ita quum diſcipuli ſtatim viderũt primùm quoſdam pro Chriſtis ſeſe extollere, & multos ſeducere, agnouerũt mox bella & rumores ſecuturos, non tamẽ continuò vaſtandam Ieruſalem, atque Iudæorũ gentem, ſed ſe autè multis perſecutionibus agitandos, atque Euangelium vbique prædicandũ. Inde futuram deſolationem Vrbis ſanctæ expectarũt, poſtea inualituras multas pſeudochriſtorũ & pſeudoprophetarum impoſturas: & inde nihil aliud nouum aut inſigne, quàm diẽ extremum, futurũ crediderunt. Ad eundem modum quum ficus pridem nobis defloruerit, & multa ſciamus eorum quæ hic Dominus prædixit, euenisse: debemus agnoſcere in foribus adeſſe regnum Dei, & diem Domini, eóque expectandum omni momento, atque ideò pietati vigilantiſſimè ſtudendum eſſe. Si nanque Dei æſtimationem ſequamur, (vt in his ſanè oportet) mille anni nobis, velut vnus dies apud illum, imò vigilia in nocte. 2. Pet. 3. b. 8. Pſal. 90. a. 4.

hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. — 'quòd prope ſit in foribus.

Amen dico vobis quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. — 34 'Amen dico vobis 'nõ præteribit ætas hæc, donec omnia iſta fiant.

Cælum & terra tranſibũt: verba autem mea non præteribunt. — 35 'Cælum & terra præteribũt: verba autem mea non præteribunt. Mar. 13. d. 31.

De die autem illa & hora — 36 Cæterùm 'de die illo & hora nemo ſcit,

ANNOT.

Quòd propè ſit in foribus.] Nempe, regnum Dei, & redemptio veſtra, vt dictũ eſt præcedenti verſu. In foribus autẽ adeſſe, dicitur allegoria prouerbiali de eo quod inſtat, iámque in proximo eſt.

34 Amen dico vobis] Nequis de rebus tantis vel tantillũ dubitaret, aut, tanquam vanas & inflatas minas, contemnendas exiſtimaret, iureiurando, moréque Prophetico ſuperiora de calamitatibus futuris confirmat, dicendo, Amen, &c. Non præteribit ætas hæc, &c.] Vox Græca, pro qua ætatem hic vertit interpres, non tantùm pro natione & gente, ſed & pro eo quod Latini nunc ætatem vocant, nunc memoriam, nonnunquam & ſeculum: quo modo hic accipiendum videtur. Hebræis D O R dicitur. & Gene. 15. c. 13, d. 16, vbi quatuor generationes, & quater centum anni pro eodem accipiuntur, aperte pro eo quod ſeculum Romanis erat, id eſt pro ſpatio centũ annorũ, legimus vſurpatũ. Quũ ergo quæcunque hic Chriſtus prædixit, excepto ſolo extremo die (de quo mox verſu 36, ſubiecit, cum ſoli Patri cognitum eſſe) intra ætatem illam, hoc eſt centum annos qui tum fluebãt, euenerint, rectè dixit, non præterituram eam, in qua loquebatur, ætatẽ, donec omnia illa fierent. Certe in ea auditi fuerũt apud Iudæos rumores bellorum, prælia multa commiſſa, impoſtura valuit pſeudoprophetarum, perſecutionem tulerunt ſancti, prædicatũ eſt vbique Euangelium regni, exciſa Ieruſalem, rurſum pſeudochriſti & pſeudoprophetæ ſeduxerũt multos, & ſeducent dum Chriſtus redeat. Atque hæc omnia ſunt quæ euentura illa ſua ætate Chriſtus prædixit: quibus vt dies extremus adnumerari nõ poteſt, quia ſoli Patri notus: ita nec ea quæ die illo futura prædixit, nẽpe ſolis lunæque defectio, ſtellarum caſus, & virtutum cæli concuſſio, terror & pauor hominum, &c.

35 Cælum & terra præterib.] Comparatio eſt Hebraica: pro qua Latinus diceret, Cælum & terra citius peribũt, quàm verba mea. Non præteribũt cælum & terra abolitione ſui, vt ait Hieronymus, ſed immutatione: non decidet igitur quicquam à verbo Dei. Ad eandem prædictorum à ſe certitudinem comprobandã pertinent hæc. Vide eadẽ ſuprà cap. 5. c. 18: vbi quid ſignificet iſtud, Verba mea non præteribunt, ipſe Dominus explicat, dum aliis verbis dicit, Iota vnum aut apex vnus non præteribit à Lege, donec omnia fiãt. Significat igitur, Verba mea non præteribunt: nihil de verbis meis præteribit quod non euenturum ſit.

36 De die illo & hora] Magna mortaliũ curioſitate fit, vt neceſſaria cognitu negligamus, ea verò curioſiſſimè ſcire cupiamus quæ Deus nobis reuelare dignatus non eſt: qua curioſitate ipſi quoque Apoſtoli laborauerunt, vt vides Actorum 1. a. 6: vbi à Domino audiunt, Non eſt veſtrum ſcire tempora & articulos temporum quos Pater in ſua ipſius cõſtituit poteſtate. Vt igitur ab iſta curioſitate ſuos auocet, omnémque ſciſcitãdi occaſionem amputet, poſtquam

de aduẽtu suo,& his quæ in illo sunt futura,disseruit,statim subiicit,De die autẽ,&c.Ad hunc modum & Apostolus, 1.Thess.5.a.1, quum de extremis temporibus & Christi aduentu quædam consolationis gratia prædixisset, mox contra istam curiositatem adiecit,Porrò de temporibus & articulis temporum non est opus vt vobis scribam.

'ne angeli quidẽ cælorum,nisi Pater meus solus.
'Sed sicut *erant* dies Noe, ita erit & aduẽtus Fi- 37
lii hominis.
‖Sicut enim erant ‖in diebus qui præcesserunt 38
diluuium ,'edentes & bibentes,contrahentes ma
trimonium, & nuptum dãtes, vsque ad eum diem
quo intrauit Noe in arcam:

Luc.17.f.26. Gene.7.b.5. 1.pet.3 c.20.

nemo scit, neque angeli cælorum,nisi solus Pater.
Sicut autẽ in diebus Noe, ita erit & aduẽtus Filii hominis.
Sicut enim erant in diebus ante diluuiũ,comedentes & bibentes,nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diẽ quo intrauit Noe in arcam:

ANNOT.

Ne angeli quid.] Admonet ne indigne feramus si nos lateat, quando angelis ipsis quos æquius erat scire,reuelare noluerit.Ignoremus libenter quod voluit nos ignorare.Non igitur omnia sciunt angeli, vtut faciem Dei videant. Proinde nemo extra eas res quæ salutem nostram spectant,& Scripturis sanctis comprehensæ sunt,fidem habeat. Marcus addit, Neque ipse Filius.Secundum diuinam naturam nihil ignorat Filius, sed omnia nouit cum Patre. At idem ille seipsum exinaniuit, hominibus per omnia similis factus, excepto peccato. Vt ergo omnia alia humanæ infirmitatis in se recepit, ita etiam humanam scientiam ac ignorantiam: rationem videlicet, mentémque verè humanam,quæ per interualla augetur, siue increscit,atque diminuitur, assumpsit: secundum quam nimirũ aliquid nescire dicitur. Ideo Luc.2.g.52, habetur,Iesus proficiebat sapientia,& ætate,& gratia apud Deum & homines.

37 Sed sicut in dieb. Noe,] In Luca,cap.17.f.28, ad hæc Sodomorum exemplum addit. Significauit autem his Dominus, diem iudicii(quem vocat aduentum Filii hominis,& in Luca suprà dicto loco,versu 30,diem in quo reuelabitur Filius hominis)hominibus seculi omninoinopinãtibus,atque curis ac deliciis vitæ huius penitus immersis,nihil etiã minus quàm id expectantibus superuenturum, & quidem sicut diluuium atque vltio Sodomorũ impiis olim superuenit,cum horrendo ipsorum exterminio. Non similitudinem, sed rem gestam,& talem quæ olim accidit vniuerso orbi, & quæ antequam fieret non credebatur,ad hoc cõmemorat, vt qui futura non credunt,vel ex præterito isto exemplo commoueantur.Meminit horũ & Apostolus Petrus,(2.Pet.2.a.5,b.7)ostendens illa ad hoc à Deo posita vt sint exemplum eorum qui impiè acturi sunt. Quàm fuerint tẽporibus Noe omnia corrupta, vide Gene.6.a.5.Hinc monemur quòd paruo numeroersit fideles qui attollent animos ad Christum & spem aduentus eius.Illud vero genus dicendi obscurius,Sicut dies Noe, ita erit & aduẽtus Filii hominis: Lucas exponit quum dicit cap.17.e.26, Sicut factũ est in diebus Noe,ita erit & in diebus Filii hominis.In genere primùm dicit, Tale omnino seculũ erit sub aduẽtum Domini, quale fuit temporibus Noe ante diluuium. Deinde illud ipsum speciatim ac veluti per partes copiosius persequitur,Edebant,bibebant,&c.secundum hæc erit dies quo Filius hominis reuelabitur.

38 Edentes & bibẽtes,&c.] Hominum in illis diebus male viuentium securitatem describit. Neque enim malum est edere, bibere, nubere,nuptum dare: quum ea omnia sint à Deo ordinata.Verùm ista declarabant quàm non essent soliciti de futuro exitio,sed prorsus securi. Quis enim nubere,& (vt in Luca est,cap.17.f.28)plantare,& ædificare voluisset, idque vsque in eum diẽ quo Noe ingressus est arcam,nisi fuisset ista securitas?quæ non tam ad præsentem, quàm ad futurum vsum destinantur. Luxus simul per hæc taxatur,ob id quòd in ipsis non rectus (qui necessitatis est & ad gloriã Dei destinatus)vsus sit seruatus:sed magis seruierint concupiscentiis & affectibus carnis.immergebãtur deliciis,& nunquam oculos in cælum attollebant.Quòd autem regnatura sit ante Christi aduentum summa securitas,testatur Apostolus, 1.Thess.5.a.3,Quũ dixerint(inquit)Pax & securitas:tunc repẽtinus eis superueniet interitus. Quòd item regnaturi sint carnales affectus edendo,bibendo,nubendo,ædificando, Christus ipse satis innuit, quũ Luc.21.f 34, dicit,Cauete autem vobis nequãdo grauentur corda vestra crapula,& ebrietate,& curis huius vitæ,subitúsque vobis ingruat dies ille.Quid ista admonitio aliud indicat,quàm regnatura ista vitia ante mundi finem?

Et nõ cognouerũt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduetus Filii hominis.

39 'Et non cognouerũt, donec venisset diluuium, D
'& sustulisset vniuersos: 'ita erit & aduentus Filii
hominis.

Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur:

40 ||'Tunc duo erunt in agro, 'vnus assumitur, & Luc.17.g.43.
alter relinquitur.

Duæ molẽtes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur
Duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur.

41 'Duæ molentes in mola, vna assumitur, & alte-
42 ra relinquitur:'

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.

43 ||'Vigilate ergo, 'quia nescitis qua hora Domi- Har.4.4.
nus vester venturus sit. Mar.13.d.13.

Illud autẽ scitote, quoniam si sciret paterfamiliâs

44 ||'Illud autẽ scitote, quòd 'si scisset paterfamiliâs Luc.12.e.39. 1.thess.5.a.2. apoc.16.c.18.

ANNOT.

39 Et non cognouerũt donec, &c.] Non cognoscere, pro Non velle scire, accipi videtur. Sunt enim qui ignorare, & scientes ac prudẽtes errare volunt. Aut, Non cognouerunt, hoc est non crediderunt fore diluuiũ, donec viderent iam ipsum adesse diluuium. Et sustuliss. vniuersos:] Notat paucitatem eorũ qui liberati fuerũt & seruati ex diluuio, nimirum octo animæ, teste Scriptura. Ita erit & aduentus, &c.] Vide finem 37 versus.

40 Tunc duo, &c.] Mirum futurum delectum ostendit: docet etiam paucitatem eorũ qui saluabũtur in aduentu suo. simúlque per hæc admonet vt solicite vigilemus, vt ex iis simus qui assumentur ad vitam æternam. q.d. Quemadmodum in diluuio pauci assumpti in arcam, seruati sunt, cæteri foris relicti perierunt: ita tum subito diuidentur perituri à seruandis. Neque cuiquam parcet Deus, nec summo, nec infimo, impari tamen ratione: electi enim assumentur, damnati in carcerẽ detrudentur. Duo erunt laborãtes in eodem agro, socii mercedis & operæ: quorum hic assumetur, alter relinquetur. Erunt duæ molentes in eadẽ mola: vna assumetur, altera relinquetur. Quin & è duobus (vt Lucas habet, cap.17.g.34) quos idem lectus iungebat: vnus assumetur, & alter relinquetur. Non enim opus, aut locus, aut vitæ genus beabit hominem, sed sola in me fides. Vnus assum. al. rel.] quasi dicat, Deus nouit suos: non deserentur electi, sed colligentur & recipientur ad me: etiamsi eos terror aliquis primùm occupet subitaneus, statim fides interueniens metum pellet. Assumere, vocabulum gratiæ est.

41 Duæ molentes] Ex legibus & historiis veterum notũ est, seruos atque ancillas in pistrinum molámque relegari solitos, vt & ad metalla & in lapidicinas. Exod.11.a.5, vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam. Vnum tantùm exemplar Græcum vidimus in quo posthæc legebatur quod est in veteri interprete, Duo in lecto: vnus, &c. quod in scriptis quoque Latinis codicibus non legitur.

43 Vigilate ergo,] Ab incertitudine aduẽtus sui adhortatur ad vigilantiam. Quid sit vigilare, declarat per hoc quod dicit versu 44, Estote parati. Nihil enim aliud est vigilanter expectare aduentum Domini, quàm paratum esse ad excipiendum illum cum gaudio. Non loquitur de vigiliis corporis, sed mentis, hoc est de irremissa cura & solicitudine bene viuẽdi, & iugi expectatione ac desiderio venturi Domini. Lucas cap.20.g.36, addit, Omni tempore. Ne existimemus ad tempus esse vigilandũ, sed perpetuo & continẽter. Marcus præterea cap. 13.d.33, vigilantiæ coniungit orationem, dicens, Vigilate & orate. Lucas, velut exponens quid orandum, ibidem addit, Deprecãtes vt digni habeamini effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. Quia nescitis qua hora, &c.] Versu 44 repetit istud, paucu lis mutatis, Quia qua hora non putatis, ea Filius hominis venturus est. Hæc est ratio propter quam admonet vt vigilemus. Et hac ratione simul innuitur ad quid voluerit Deus aduẽtum filii sui nemini cognitũ esse: nempe vt vigilemus, paratíque simus. Capite sequenti, a.13, idem inculcat, Vigilate itaque: quia nescitis diem, neque horam in qua Filius hominis veniet.

44 Illud a. scitote.] Hac similitudine docemur quàm inexpectatus sit futurus Christi aduentus. summũ enim studium est furibus vt non expectati surrepãt: ideo nocte intẽpesta, vbi putant vniuersam domũ alto somno oppressam, insidias struũt. Paulus dicit, diem Domini, vt furem in nocte, ita venturum: 1.Thess.5.a.2. Idem dicit Petrus, 2.Pet.3.e.10. Si scisset paterfamiliâs] Præterito perfecto vtitur, quòd fingat alicui parum vigilanti domum perfossam à furibus, non id passuro si scisset tempus nocturnum quo fures erant aggressuri. Porrò

Furem vult intelligi diem illum extremum: Pstremfamiliâs, vnum quemlibet nostrum. Ergo quum ille, veluti fur, obrepere tẽtet, & iocertũ sit quo tempore: nobis videlicet iugiter est excubandum, ne dormitantes opprimat.

'qua hora fur venturus fuisset, vigilasset vtique, &
non siuisset perfodi domum suam.

qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domũ suam.

Ideo & vos 'estote parati: quia qua hora nõ pu- 45
tatis, ea Filius hominis venturus est.

Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora, Filius hominis venturus est.

Luc. 12. e. 42. 'Quisnam est fidelis seruus & prudens, 'quem 46
præfecit dominus 'famulitio suo, 'vt det illis cibũ
in tempore?

Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suã, vt det illis cibum in tempore?

'Beatus seruus ille, quem, 'quum venerit domi- 47
nus eius, 'inuenerit sic facientem.

Beatus ille seruus, quem, quũ venerit dominus eius, inuenerit sic facientem.

Amen dico vobis, 'super omnia bona sua con- 48
stituet eum.

Amen dico vobis, quoniã super omnia bona sua constituet eum.

ANNOT.

Qua hora] Nostra exemplaria Græca omnia legunt, Qua custodia. Vocat autem custodiam tempus excubisrum. Veteres enim noctem in quatuor excubias diuidebant, quss vocabant vigilias, de quibus suprà cap. 14. c. 25, & Marc. 13. d. 35. Colligimus hîc de nouissimis temporibus prædictum esse, quòd regnatura sit in illis multa mortalium cæcitas, & carnalis vitæ ac negligentiæ somnus. Qua de re vide 1. Thess. 5. a. 1, vsqoe ad 9 versum. Proinde si vnquam, certe istis temporibus opus est vt luci verbi Dei intendatur, caroaliúmque affectuum somnolentia excutiatur.

45 Estote parsti:] Vide suprà versu 42.

46 Quisnam est fidelis seruus & prudens,] Hæc à Lnca narrantur cap. 12. f. 42. Prius generaliter loquutus est: nunc specialiter ad eos qni munus aliquod gerunt in Ecclesia: tametsi etiam boc ad omoes pertiocat, licet non æqualiter: qnsndo noo est æqualis omnium conditio. Quòd si omoes vigilare debemus, quaoto magis qui officium habent alios excitandi? Significat autem bæc interrogatio, nõ vulgo, neque passim reperiri tales: multi quidem habent nomen, verùm pauci suo officio & ministerio fungũtur. Duo requirit in ministro suo, fidem & prudentiam. Fidelis est qui quod commissum est, ad Domini sui vtilitatem fideliter, non ad proprium quæstum dispensat. Prndens est, qui quod dispẽsat, suo tempore scite dispensat: vel qui in officio vsque ad Domini sui aduentũ perseuerat. Lucas pro Seruo, scripsit Dispensatorem. De dispensatoribus antem, qui sint, sic Paulus 1. Corin. 4. a. 1, Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, sc dispẽsatores mysteriorum Dei. Quod superest antem, illnd requiritur in dispensatoribus vt fidus aliquis reperiatur. Hæc fides comprehendit etiam alias dotes quibus præditus esse debet minister. Vide 1. Timoth. 3. a. 2. Quem præfecit Do.] Vocari oportet à Domino, & mitti. nam qui currunt à Domino nõ missi, qui ascendũt aliunde, fures sunt & latrones. Ioban. 10. a. 1. Famulitio suo,] Intelligitnr fuisse præfectus famulis, & seruis. Conseruorũ postea meminit. Vt det illis cibũ] More vulgari loquitur. nã hoc erat officium primarii serui vt distribueret cuique sunm demensum: nõ constituebatur vt aliorũ esset dominus. Cibus, verbũ Euangelü purum, quo cibãtur & aluntur bomines ad vitam æternam.

47 Beatus seruus ille] Subaudi, apud dominum. nam fidelis œconomus non admodum gratus est ei famnlitio qnod vel nnllam, vel modicam habet Domini rationem. Ostendit, non frustra mioistros fore fideles & prudentes, qui prudcoter gubernariot familiam Domini.

Quum venerit dominus] Nunc abest Christus carnis præsentia: veniet autem ad iudicium, vt sequenti capite dicitur, versu 31. Inuenerit sic fac.] Beatitudo ministri Christi est in eo vt iouenistur à Christo Domino suo fidelis, non à muodo. ita Paulus non curat qoalis iudicetur ab bumanó die, sed vnnm hoc curat vt fidelis à Domioo inueniatur. 1. Corin. 4. a. 3. Hæc clarius intelliguotur collata cum iis qnæ de malo seruo mox narrantur.

48 Super omnia bona] Hac similitudinis parte nibil aliud ionuit quàm magno in futurum honore afficiendum esse fidelem Christi ministrũ, & propemodũ Domino suo æquandum. Dum enim Ioseph omnibus thesauris regiis præficeretur, secundus à rege salutabatur.

Et Dominus Luc.22.e.29, Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et cap.12.e.37, Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et Paulus, 2. Timoth.4.b.7, Cursum cōsummaui, fidem seruaui: quod reliquum est, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Qualis autem futurus sit honor ille in se, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis vnquam ascendit.1.Corinth.2.b.9.

Si autē dixerit malus seruus ille in corde suo, Morā facit dominus meus venire:

49 Quòd si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cunctatur dominus meus venire:

Et cœperit percutere conseruos suos, manducet autē & bibat cum ebriosis:

50 Cœperítque percutere conseruos, imò edere & bibere cum ebriis:

Veniet dominus serui illius in die qua nō sperat, & hora qua ignorat:

51 Veniet dominus serui illius in die quo non expectat, & hora qua ignorat:

Et diuidet eū, partémque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dētium.

52 Et dissecabit eum, partémque eius ponet cum hypocritis: illic erit ploratus & stridor dentium. Suprà 13.f.42 & 25.e.19.

CAP. XXV.

Tunc simile erit regnū cælorum decem virginibus, quæ

CAP. XXV.

1 Tunc simile fiet regnū cælorum decem virginibus, quæ Har.45.

ANNOT.

49 Si dixerit seruus ille malus in corde suo,] Ex aduerso minatur exitiū ministris & aliis qui in aliquem gradū euecti, nō reputant se præfectos esse cōseruis, reddendámque esse Christo rationem: se primùm substantiam domini dilapidant: dein tyrannidem exercent aduersus illos. In corde dicere, more Hebraico dictū est pro, occulta quadam persuasione teneri. Ita de impio scriptū est quòd in corde dicat, Nō est Deus (Psal.14.a.1) hoc est, quòd persuadeat sibiipsi vanū esse quicquid de Deo prædicatur. Sic malus seruus hac persuasione tenetur quā sibiipse mente concepit, quòd nihil sit periculi vtut functionem suam obeat, eo quòd moram faciat dominus, nō statim, vel certe nunquā rediturus. Seruus hic ex eorū numero est de quibus Petrus, (2.Pet.3.a.4) illud primū scientes, vēturos in extremis diebus illusores qui iuxta proprias cōcupiscentias ambulent, & dicant, Vbi est pollicitatio aduentus eius? siquidem ex quo patres obdormierunt, sic omnia permanent ab initio conditionis.

50 Cœperítque perc.] Vsurpat dominiū in clerū Domini, tanquam in seruos emptitios. Præterea in bonis Domini luxuriose & prodige delicîatur. Nec hoc cōtentus, homines extraneos & ascititios, Domino inutiles sibi adiungit, quibus tanquā sociis vtitur ad dilapidandam Domini substantiam. Nō anxie diuinandū est quinam illi hodie sint in Ecclesia Christi quos ista mali serui similitudo perstringat. Certe describuntur nō vulgares aliqui, sed tales qui dominium exercere possint in clerum Domini.

51 Veniet dom.seru.il.in die] Reducit in memoriam, expectandum esse in horas singulas suum aduentum: & pœnam quæ manet malos Christi ministros declarat, nempe inopinatum adfuturum illorum interitum.

52 Et dissecabit e.] Dissecabantur apud veteres corpora perfidorum qui fidem atque pacta dissoluissent. Vide hac de re disputationē apud A.Gelliū lib.Noct.Atticarū 20, cap.1, circa finem. Partémque eius po.cū hyp.] Partē pro hæreditate vsurpat, vt & Dauid, Psal.37. d.26, Pars mea Deus in æternū. Dicit eos cōiungendos hypocritis, hoc est, pœna hypocritarū puniendos. hypocrisis autē illorū est quòd ore agnoscūt Dominū, séque Domini ministros faciūt, & seruos seruorū Dei, quū sint in Ecclesia nihil aliud quàm ventres, nō quæ Domini, sed quæ sua sunt ipsorū quærētes, Philip.2.c.21. Suprà cap.8.b.12, & 22.b.3, pro eo quod hîc ponit Partémque eius ponet cū hypocritis: dixerat, Mittite eū in tenebras exteriores: coniungendo quod hîc subiunxit, Illic erit fletus, & c. quod certe addidit, nequis ignoraret quæ esset hæreditas parata hypocritis. Nā Iob 13.e.16, legitur, Nō veniet in conspectū eius vllus hypocrita. Mittere igitur aliquem in tenebras exteriores, & partē eius ponere cū hypocritis, est in gehennam mitti in ignem æternum, de quo suprà 5.d.22.

IN CAPVT XXV.

1 Simile fiet reg.cæl.] Ad eundem scopum pertinent sequentes duæ parabolæ, ad quem

& præteritæ similitudioes spectant, nēpe ad id vt vigilemus, paratósque nos seruemus ad occurreodū Domino: quoniam aduētus eius hora ioeognita est & ioeerta: quod ipse parabolæ apertis verbis subiecit: oe si, vbi veoerit, imparati fuerimus, excludamur, & perpetuam condēnarionem subeamus. Obseruandū autem, hac parabola non adumbrari quid in aduentu Domioi futurum sit incredulis, (ii enim iam iudicati sunt) sed iis qui Christiani censeotur, & ciues regni cælorum vocantur. q. d. Tuoc illis qui ad regnum cælorum vel pertioeot, vel pertinere videotur, idem accidet quod decem virginibus. Regnum cælorum vocat regnum cuius possessionem Christus Euangelij prædicatione adiit, & præsertim post resurrectionem suam, quum discipuli Christi io totum orbem ad prædicādum Euangelium omni creaturæ mitterentur: vt suprà cap. 13. c. 24, dictum est.

'sumptis lampadibus suis, exierunt in occursum 'sponso.

accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ.

Quinque autem ex eis erant 'fatuæ, & quinque prudentes. 2

Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.

Quæ erāt 'fatuæ, acceptis lampadibus suis, non sumpserant oleum secum. 3

Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, nō sumpserunt oleum secum.

ANNOT.

Sumptis lampadibus s. exierunt, &c.] Iuxta vulgarē morem & ritum nuptiarum Iudaici populi loquitur: qui talis fuisse videtur, vt non ante mediam noctem ad spoosam veoiret spōsus: venienti autem chorus Iudaicarū puellarum tædis instructus obuiam effunderetur, deduceretque spoosum ad sponsam: quæ noo prodibat, eeo sponsi auida, sed domi sedebat operiens sponsum. Sponso.] Corruptè apud veterem interpretem additur, & spoosæ: quum in nullis Græcis codicibus legatur: sed nec apud Chrysostomum & Hilarium vlla fit spoosæ mentio: neqoe apud Theophylactum. Etenim Christus spoosus est: & huc spectat tota parabola, vt illi iam aduenienti obuiam eamus. Ad sponsam nulla parabolæ pars pertinet, imò illi ipsi qui bene occurrunt, sponsa sunt. Augostinus locū hunc edisserens sermone de verbis Domini ex Matthæo, 22, nec legit, nec enarrat sponsæ vocabulum.

2 Fatuæ,] Nō agit hic de ioeredulis, vt iam dictū est: sed de stultis ac negligētibus Christianis. Neq; hic est philosophandū de virginitate, nihil de numero denario: nec de eo quòd totidē dicitur fuisse prudentes, quot fatuæ. De Christianis veris ac falsis agitur, quorū omnium professio est vt Dominū veoturū expectēt, seséque ad illius occursum paratos exhibeant. Illi in hac vita absque discrimine misti sunt, & professionis titulo coniuncti: omnes vocantur Christiani, omnes baptizati sunt, omoes fidem in Christum, & aduētus ipsius expectationem cum vita æterna profitentur. verùm vbi Dominus venerit, conspicuum erit qui synceri sint, qui non: qoi parati sint, qui nō sint: qui admittēdi, qui excludendi: quos Christus sit pro suis agniturus, quos reprobaturus. Omnes sunt virgines professione, omnes habent lampades, omnes ad nuptias & ad excipiendum sponsum vocati sunt: dispares verò quomodo sint, apparebit in aduentu sponsi.

3 Fatuæ, acc. lampad.] Tametsi hic nihil aliud agatur, quàm quòd mos excipiendi sponsos qui in illis regionibus fuit, ad hoc propooitur, vt per illū admoneātur credētes, quomodo ipsi debeant esse parati ad occurrendum spooso cælesti Christo, ne imparati, ab illius nuptiis excludaotur: profuerit tamē per lampades hic mysticè intelligi omnem externom cultū, conuersationem, iustitiā, honestatē, & charitatis opera omnia. Per Oleum verò, Spiritus per Euangelium donati præsentiam, vt qui & in nobis fidē operetur, & omnium bonorū operū author sit. nam oleum lampadi subministrat vt ardeat, nō lampas oleo. Fides autē quam Spiritus ille in oobis operatur, (per oleū significatus,) apprehendit verbū Dei & Euangelium, in quo nobis meritum Christi, tanquam consummatio salutis nostræ, offertur & prædicatur. Huic fides innititur, ita vt nullis aliis operibus iustitiam suam tribuat, præterquam solius Christi merito, vt Rom. 3. c. 22, Iustitia enim Dei per fidem Iesu Christi in omoes & super omnes qui credunt in eum. non enim est distioctio: omoes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et quia in meritum Christi respicit, minime hic fallitur, sed certò quod quærebat inuenit. Quando itaque regnum Dei prædicatur, quidam ex aoimo afficiuntur, & vt rem seriam amplexantur, verbo credunt, & prorumpunt bonis operibus, lampades suas lucere faciunt corā mundo. Hi, prudentes sunt virgines. Alii sunt qui & ipsi Euangelium amplectūtur, verùm somnolenter,

nec ſerium quiddam eſſe credũt: ſedulo quidem in operibus exercentur, ſed fide defecti ſunt: perſuaſionem ſibi induunt quòd operibus rem expediant: ſecuri agitant, & cogitãt nihil quicquam periculi inſtare, Deum operibus placari. Hi nobis per fatuas virgines ſignificantur.

Prudentes verò acceperũt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

4 Prudentes verò ſumpſerant oleum in vaſis ſuis
vnà cum lampadibus.

Morà autem faciente ſpõſo, dormitauerunt omnes & dormierunt.

5 'Tardante verò ſponſo, 'dormitauerunt omnes
ac dormierunt.

Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce, ſponſus venit, exite obuiam ei.

6 Porro 'medio noctis clamor fact' eſt, Ecce, ſpõ-
ſus venit, exite obuiam ei.

Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerũt lampades ſuas.

7 Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ap-
parauerunt lampades ſuas.

Fatuæ autem ſapientibus dixerunt, Date nobis de oleo veſtro: quia lãpades noſtræ extinguntur.

8 Fatuæ autem prudentibus dixerũt, 'Date nobis
de oleo veſtro: quia lãpades noſtræ extinguntur.

Reſponderũt prudentes, dicentes, Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis:

9 At reſponderunt prudentes, dicentes, *Nequa-
quam*, ne non ſufficiat nobis & vobis: ſed

ANNOT.

5 Tardante verò ſpõſo,] His verbis ſignificat ſe tarde reuerſurũ. reſeruatus eſt enim reditus Chriſti in finem mundi, & nouiſſima tempora. Oportet namque & numerum electorum compleri: ne qui præceſſerunt ſancti, ſine poſtremis conſummentur: Heb.11.d.40. & mundi huius iniquitatem & malitiam, antequam iudicetur & damnetur, ſuam aſſequi plenitudinem: quemadmodũ de Sodomitis, deinde Chananæis legimus, Gene.15.d.16, & 18.c.20: quorũ ſupplicium diuina patientia tandiu diſtulit, donec per malitiæ plenitudinem maturum redderetur. Aſſignat Petrus & aliam tarditatis huius cauſam, dicens, (2.Pet.3.b.9,) Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolẽs aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Iſta cõſideranda ſunt, ne tarditatem aduentus Domini, cum impiis, in argumentum incredulitatis & negligentiæ trahamus. Dormitau. & dorm.] Prudentes & fatuæ dormiunt. Dormitionem & ſomnum non reprehendit, tanquam vitium: verùm oſtendit non ſolum negligentes ac fatuos inter Chriſtianos, ſed & prudentes dormituros, hoc eſt negligentius acturos, velut tarditatis tædio ſuperatos. Mille auocamẽtis diſtrahimur, ſed tamen repoſitum oleum ſemper habere debemus, quacũque hora vocauerit. Fieri nõ poteſt quin mentes occupatas habeamus: miris modis nos ſolicitat ſatan: interea oleo ne deſtituamur, vt oſtendamus nos non eſſe imparatos. Infidelis vocatus à Domino, mox turbatur, de lampade cogitat, nihil verò in promptu habet. Fidelis contrà, nunquam imparatus deprehenditur. Vnde ſponſa, Cantic.5.a.2, Ego dormio, & cor meum vigilat.

6 Medio noctis,] Chriſti aduẽtus deſcribitur. Media nocte, inquit, id eſt altum dormientibus hominibus, mentis ſcilicet, non corporis ſomnum. Somnus enim circa noctis mediũ ſolet eſſe profundiſſimus. Innuitur ergo, ſomnum hunc mundi duraturum ad ipſum vſque Chriſti aduentum: tãmque abeſſe vt ante illum experrecturi ſint mortales, vt potius ſint in ipſo illius articulo altiſſimum dormituri, & nonniſi clamore illius euigilaturi. Quòd autem clamorem aſſignat aduentui ſuo, ſiue is erit angelorũ, ſiue hominum conclamãtium, certe oſtendit, ſe non ita vt antea, tecte & abſcondite venturum.

8 Date nobis de oleo veſtro:] Fatuorum anxietatem animi ſignificat, qui de oleo procurando ante Chriſti aduentum nõ fuerunt ſoliciti: cõfugientium ad electorũ patrocinia & merita, quorum poſſint participatione ſaluari. Hæc à morituris fide deſtitutis, qui cõſcientia anxie torquẽtur, ſæpe audiuntur, qui eunt emptum oleum à monachis & ſacrificiis, dato pretio, iræ diuinæ reconciliationem ambientes: fruſtra tamen.

9 Nequaquã,] Græcè tantum legitur, Ne non ſufficiat, &c. Inabſoluta eſt oratio, niſi ſubaudias, timemus: aut, periculũ eſt: aut, non faciemus. intelligitur enim id quod non explicatur, prudentes virgines negaſſe illis oleum. Hic oſtendunt virgines Prudentes, propria fide vnicuique opus eſſe. neque enim abs re dicũt, Ne forte non ſufficiat nobis & vobis. Sic Habacuc inquit, cap.2.a.4, Iuſtus ex fide ſua viuet. Sua, inquit, non aliena. Vides igitur ad quid opera ſupererogationis valeant. Quid hic, qui meritis Sanctorum & aliorũ fidunt, quum nullus quod

sibiipsi sufficiat, habeat, tantum abest vt quid superfluat quod aliis largiatur. Vbi igitur mercatores bonorum operum?

'ite potius ad eos qui vendūt, & emite vobisipsis.
Porro dum irent emptū, venit sponsus: & 'quæ 10
paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: clau
sáque est ianua.
Postea verò veniunt & reliquæ virgines, dicen 11
tes, 'Domine, Domine, aperi nobis.
At ille respondens ait, Amen dico vobis, 'non 12
noui vos.
Supr. 24.d.43 marc.13.d.33. ‖'Vigilate itaque, quia nescitis diem neque ho- 13
ram in qua Filius hominis veniet.
Luc.19.b.12. ‖'Sicut enim homo quidam 'peregre proficiscēs, 14
'vocauit seruos suos,

Ite potius ad vendentes, & emite vobis.
Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cū eo ad nuptias, & clausa est ianua.
Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Dñe, Dñe, aperi nobis.
At ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos.
Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.
Sicut enim homo peregre proficiscēs, vocauit seruos suos,

ANNOT.

Ite potius ad eos qui vendunt,] Non propterea hoc dicit Christus vt putemus oleum hoc emi posse, quum fides sit donum Dei, quam dat solis iis tātum quorum miseretur, & electis: vel quòd iusti in fine seculi missuri sint fatuos aliquò emptū hoc oleum: sed vt ostendatur nihil tum rationis futurum qua negligentiam suam resarcire queāt qui imparati erunt in aduentu Christi. Per ironiam hæc dicta intelligi debent.

10 Quæ paratæ erant intr.] Fide instructæ ingrediuntur ad æterna gaudia.

11 Domine, Do. ap. no.] Hoc est præmium incredulitatis. Vide suprà 7.c.21,23. Promisit quidem Dominus se inuocantes exauditurum: fatuæ tamen hic non exaudiuntur, quòd nulla fretæ misericordia nec promissionibus eius inuocent eū. frustra plorabimus nobis ademptam esse occasionem: éstque hoc, illud quod Hebræis scribit Paulus, cap.12.d.17, Nequis fornicator aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua: scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionē, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquā cum lachrymis inquisisset eam. Non ex fide orabat, quin obstrepebat aduersus Deum. Tales sunt querimoniæ omnium reproborū, qui sciunt se exclusos, nec possunt clamare ex affectu cordis.

14 Sicut enim homo] Superiore parabola vigilandum esse admonuit, quòd dies aduētus sui ignoretur: Ista autem, quid futurū sit in aduentu suo, declarat, maximè seruis ac ministris suis, quorū est, accepta dona, bona fide pro cuiusque persona & conditione, ad regni Dei profectum & augmentum dispensare. Similitudine autem peregrinationis, tacitè discipulorū opinioni occurrit, quam de regno confestim manifestando conceperant: ostendens abiturum se ex hac vita, nec statim, sed post multum temporis, ad manifestandam regni Dei gloriam reditur ū. Qua de re manifestus est locus Lucæ 19.b.11, vbi & ista parabola ponitur. Peregre prof.] Se vel Deum patrem cōparat Christus homini peregre proficiscēti: quæ impropria videtur similitudo, quum tamen nō sit. nam vtcūque præsens sit Deus, tamen ita viuimus acsi Deus abesset: serui autem licentiosiores reddūtur absentia Domini. nā reueremur eius cōspectum cui sumus subiecti. Si Deus se videndū nobis exhiberet, alius esset in nobis ardor. Fatemur quidē, illi omnia esse conspicua, illū nihil latere, ne affectus quidē nostros: interea tamen nō cōsideramus, nos sub oculis eius viuere. erubescimus quū quod male egimus, aut cogitauimus, in notitiam hominū venit: quòd si homines reueremur, cur non magis Deū? Hoc ex stupore & hebetudine nostra prouenit, vt non possimus penetrare ad illam Dei præsentiā. Abest igitur: quia non possumus percipere eius præsentiam. Vocauit ser. s.] Seruorum nomine non tantū prædicatores, sed etiam omnes qui sunt in Ecclesia, intelligit: quos ad id prouocat vt quisq; pro sua portione & facultate proximis inseruiat. Magis tamē ministros respicit. Dona Spiritus non debent esse otiosa, sed cū fructu exerceri, vt promoueatur gloria Dei. Vocasse seruos dicit: vt videamus vocationem esse necessariam, ita vt nequeat quisquā sine illa verum Christi ministrum agere. Vocatis dantur dona cælestia, Ecclesiæ communicāda. Qui sponte sua currunt, vel ab hominibus tantum præficiuntur: vt à Domino non sunt vocati, ita & bo-

norum illius diſtributione deſtituuntur. Vocationis autem certitudo occultior, agnoſcitur ex bonis cæleſtibus, illis nimirum quæ non ſunt vulgaria, ſed ad regnum Dei prouehendum accommoda. Vbi illa deprehenduntur, ibi certum eſt adeſſe vocationem, occultã illam, quæ Dei eſt, miuiſtros ſuos in vineam ſuam extrudentis.

& tradidit illis bona ſua:

'& tradidit illis bona ſua:

Et vni dedit quinque talenta, alii autẽ duo, alii verò vnum: vnicuique ſecundum propriam virtutem. & profectus eſt ſtatim.

15 Et huic quidem 'dedit quinque talenta, alii au- B
tem duo, alii verò vnum: 'vnicuique ſecũdũ pro-
priam facultatem. & profectus eſt ſtatim.

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis: & lucratus eſt alia quinque.

16 'Abiit autem qui quinque talenta acceperat, &
'negotiatus eſt per ea: '& confecit altera quinque
talenta.

Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.

17 Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt &
ipſe altera duo.

ANNOT.

Et trad. ill. bona ſ.] Nihil igitur habemus proprium: quicquid in nobis eſt, depoſitum Dei eſt, hac tamen lege, vt illius reddẽda ſit ratio. Nemo ergo ſibi quicquam arrogare debet tanquam propriũ, quantumvis magnis dotibus præcellat cæteros. Quid habes, quod nõ accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris tanquam non acceperis? 1. Cor. 4. b. 7. Non eſt autem hoc ita intelligendũ, quòd dederit illis ad hoc bona ſua vt eſſent ipſis propria, quibus pro arbitrio vti poſſent, ſed quòd diſpenſanda dederit. Sic Epheſ. 4. b. 8, Aſcendens in altũ, dedit dona hominibus. Quicquid enim miniſtris Chriſti datum eſt, magis Eccleſiæ, quàm ipſis datũ eſt.

15 Dedit quinque tal.] Non omnibus eadem aut paria data ſunt, ſed aliis plus, aliis minus. De varietate donorum, vide Epheſ. 4. b. 11, Rom. 12. b. 6, & 1. Cor. 12. a. 4. Non æqualiter effunditur gratia in omnes, ſed pro mẽſura, prout opus eſt, pro officio cõmiſſo. Propterea non tantùm reſpicere debemus quid acceperimus, ſed & quid requirat vocatio, & munus iniunctum. Vnicuique ſec. prop. facultatem:] Vel, poteſtatem. Ad vires refertur, non ad probitatẽ: nequis in veteri interprete fallatur, qui vertit, Virtutem. Reſpicit Dominus quid vniuſcuiuſque natura ferat: nouit enim nos, ideo quantùm opus eſt, diſtribuit vnicuique. Hoc ad prouidentiam eius pertinet, omnia, vt competere videt, moderantem. Par eſt magis, vt qui plus habet facultatis, plus etiam negotii gerendi ſubeat, quàm qui viribus eſt inferior. Cauendum tamen ne putemus, in regno Chriſti cuiquã aliquid eſſe facultatis quod de ſuo habeat, ſed fatendum eſt, non ſolùm ipſa officia, ſed & adminiſtrandorum illorum facultatem qualemcunque, ex Domino eſſe. Non quòd ſimus (inquit Apoſtolus, 2. Corin. 3. b. 5) ſufficiẽtes aliquid cogitare ex nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Et 1. Pet. 4. c. 11, Siquis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus. Lucas addit, Negotiemini donec veniam. Quibus verbis demandauit Apoſtolis & concionatoribus officium & miniſterium prædicandi Euangelii. per illud enim, vt ædificatur Eccleſia, ita augẽtur opes Chriſti, quæ ſunt homines conſequentes ſalutem per fidem in Chriſtum. Perinde igitur eſt, Negotiemini donec veniam: atque illud, Ite in mũdum vniuerſum, & prædicate Euangeliũ omni creaturæ, Mar. 16. c. 15. Et infrà 28. d. 19, Euntes docete omnes gẽtes.

16 Abiit autem qui q.] Abeundi verbum ad id reſpicit quod modò dictũ eſt ex Matthæo & Marco, Ite in vniuerſum mundum, &c. Et, Euntes docete omnes gentes, &c. Et, Illi autem profecti prædicauerunt vbique, &c. Marc. 16. d. 20. Negotiatus eſt] Negotiandi verbo exprimitur ſedulitas ac finis Apoſtolicæ functionis. Vt enim ſeruus negotiatoris & terras & maria circuit, vt pecuniam domini ſui ad quæſtũ & lucrum collocet, multóque cum fœnore domum aliquando reuertatur: ſic & Chriſti Apoſtoli & miniſtri, ex Domini ſui mandato, in vniuerſum mundum egreſſi ſunt, bona eius, Euangelium, ſecum ferentes, vt illa ad augmentum regni eius diſpenſarent. Et confecit altera q.] Lucrum hoc nihil aliud eſt, quàm rectus vſus donorum, vbi promouetur Dei gloria. Quid enim lucri afferre illi poſſumus? Ego elegi vos (inquit) vt eatis, & fructum afferatis, Iohã. 15. c. 16. Deus fructũ accipit à nobis, quia vult opera noſtra promoueri gloriam ſuam. Indigni quidẽ ſumus, ſed nos dignatur ea gratia: vt vſus eſt Apoſtolatu Pauli ad ſpargendũ Euangeliũ per diuerſas regiones, qui omnibus ſeipſũ ſeruũ fecit, vt plures Chriſto lucrifaceret. 1. Cor. 9. c. 19. Hoc eſt lucrũ quod fecit Paulus.

Qui autem vnũ acceperat, 'abiens fodit in ter- 18
ram, & abſcondit pecuniam domini ſui.
Poſt multum verò temporis 'venit dominus ſer 19
uorum illorum, '& ponit rationem cum eis.
Et accedens is qui 'quinque taléta acceperat, at- 20
tulit altera quinque taléta, dicẽs, Domine, 'quin-
que talenta tradidiſti mihi, ecce, altera quinque
talenta lucratus ſum per ea.
Ait illi dominus eius, 'Euge ſerue bone & fide- 21
lis: 'ſuper pauca fuiſti fidelis, 'ſuper multa te cõſti-
tuam: intra in 'gaudium domini tui.
Accedens autem & qui duo talenta acceperat, 22

Qui autem vnum accepe rat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.

Poſt multũ verò temporis venit domin' ſeruorũ illorũ, & poſuit rationem cum eis.

Et accedens qui quinque taléta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Domine, quinque taléta tradidiſti mihi, ecce, alia quinque ſuper lucratus ſum.

Ait illi dominus ei', Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã: intra in gaudium domini tui.

Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Do

ANNOT.

18 Abiens fodit in ter.] Hic illos ſignificat, qui munus ſuum pro facultate quam à Deo habent, non obeunt: ſed à negotiis, labore, moleſtia, & periculis functionis Euágelicæ, paci ac tranquillitati ſuæ conſulentes, abhorrent. Horum quamplurimi fuerũt etiam tempore Pauli, qui relicta functione Euangelii, ad ſeculũ redierunt: 2. Timoth. 4. b. 10. Illi ſatis putant ſi acceptum talentũ conſeruent, nihil de lucro ſolliciti: interea egregiè diſſimulant & abſcondũt acceptum munus. Hoc hominum genus quoniam ſe culpari poſſe non arbitratur hoc nomine quòd non impediat quominus alii officiũ ſuum faciant, declarare hîc voluit Chriſtus quàm ſit condemnandum, tanquam reprobum & perfidum: quò ſic ſuos admoneat vt officium diligenter & fideliter præſtent.

19 Venit dominus] Licet poſt multum temporis, venturus tamen Chriſtus ad iudicium: ne quis negligentius ſe gerat, tanquam eo non ſtatim venturo. Et ponit rat. cum eis.] Indicat non ſimpliciter datũ eſſe quicquid accepimus à Domino, ſed hac lege, vt ratio reddenda ſit, vt dictum eſt. Ideo autem plerũque ſecuri ſumus, & minus ſedulo impendimus nos in obſequium Dei, propterea quòd quæ accepimus, noſtra eſſe putamus: vt qui facultates habet, ſi negligit rem ſuam, putat id deperdi de ſuo, neque eſt illi curæ admodum, quòd nulli reddenda ſit iacturæ illius ratio. qui verò rem alienam adminiſtrat, eam vſque ad minimum obolum curat: ſubinde reputans reddendam eſſe rationem.

20 Quinque talenta trad.] Iam dictum eſt non exigenda eſſe ſingula verba parabolarum ſcrupuloſius. Quia reddendæ rationis meminit, ideo quæ in reddẽda ratione dici ſolẽt apud homines, ſimpliciter narrat. nõ enim in vltimo iudicio boni narraturi ſunt quid & quantum profecerint, regnóque Dei lucrati ſint. neque enim cognituri ſunt quantũ lucrũ regno Chriſti miniſterio ſuo attulerint: qui infrà dicturi ſunt, Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus, &c. Verùm Dominus ipſe, cui omnia nuda ſunt & aperta, nihil ignorabit eorum quæ fideliter vel perfidè fuerint acta.

21 Euge ſerue bone] Græcè eſt, Bene, ſeu rectè ſerue. quæ vox eſt collaudantis & applaudentis ei qui functus eſt ſuo officio. Licet idẽ polleat, Euge, vox Græca, quæ ſignificat Bene ſane. Laudat in ipſo bonitatẽ & fidem, quæ præcipua ſunt in diſpenſatoribus. Super pauca fu. fid.] Lucas habet, In minimo fuiſti fidelis. Sua bona, quæ miniſtris ſuis diſpẽſanda tradit, quũ tãta ſint & talia ſine quibus ſaluari nequeamus, (quæ Apoſtolus virtutem & ſapientiá Dei, 1. Corin. 1. d. 24: & theſaurũ vocat, 2. Corin. 4. b. 7, ininueſtigabiléſque diuitias Dei, Eph. 3. b. 8: & Chriſtus ipſe ſuprà 7. a. 6, margaritas appellauit:) pauca vocat, & minimũ, reſpectu videlicet eorum quæ accepturi ſumus poſt hanc vitam. Inde admonemur quanta ſint futuræ vitæ bona. Laudat id in primis, quòd eximiam fidẽ in re exigua præſtitit. Nam iuxta vulgare illud prouerbium, Quem repéreris in re exigua infidelem, ei ne commiſeris quicquam præſtantioris. Super multa te conſt. intra in gaud. do. t.] Super multa, inquit: nam & Paulus dicit, Non reputo pares eſſe afflictiones præſentis temporis ad gloriá quæ reuelabitur erga nos, Rom. 8. d. 18. Ineffabilia ergo bona rependũtur fidelibus ſeruis à Domino. Nam, Intra, ait, in gloriá ac gaudium domini tui, eodẽ inquã regno, eodẽ gaudio, eadẽ gloria mecũ fruere.

mine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum.

ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce, alia
duo lucratus sum per ea.

Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituã: intra in gaudium domini tui.

23 Ait illi dominus eius, 'Euge serue bone & fide-
lis: super pauca fuisti fidelis, super multa te con-
stituam: intra in gaudium domini tui.

Accedens autẽ & qui vnũ talentum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti.

24 Accedens autem & qui vnum talentum acce-
perat, ait, Domine, 'noueram te quòd homo du-
rus sis, metens vbi non seminasti, & inde congre
gans vbi non sparsisti:

Et timens abii, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.

25 Ac territus abii, abscõdíque talentum tuum in C
terra: ecce habes quod tuum est.

Respõdens autem dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi:

26 Respondens autem dominus eius, dixit ei, 'Ser
ue male & piger, sciebas quòd metam vbi non se-
minaui, & congregem illinc vbi non sparsi:

Oportuit ergo te cõmittere pecuniã meam nummulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est, cum vsura.

27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam
mensariis, & veniens ego recepissem vtique quod
meum est, cum vsura.

Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

28 'Tollite itaque ab eo talentum, ' & date ei qui
habet decem talenta.

Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui nõ habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

29 ¶'Omni enim habenti dabitur, & abũdabit: qui Supra 13.d.12
verò non habet, etiam id quod habet, auferetur mar.4.c.25.
ab eo. luc 8.c.18 & 19.d.26.

ANNOT.

23 Euge serue bone & fid.] Hic pari beneuolentia impares ministri acceptãtur, laudantur ac remunerantur. Vterque bonus & fidelis prædicatur, vterque in gaudium Domini assumitur. Nemo ergo se putet à Domino contemptum iri si modicam dispensationem habeat, modò munus suum fideliter obeat. Non enim perpenditur quãtum habueris facultatis, & quàm arduum munus administraueris, sed quanta fide erga Dominum fueris.

24 Noueram te quòd durus s.] Hæc non pertinent ad finem ad quem tendit parabola: tametsi hoc verũ sit Deum seuerè rationẽ exacturũ à nobis. Interea etiam serui inertis, stertentísque ingenium omni nequitia corruptissimum depingit, talentũ Domini inutiliter reconditum tenentis, omnium insuper impiorum blasphemas voces, & omnium hypocritarum impias excusationes pulchre refert.

26 Serue male & piger,] Vbi malũ & pigrum vocat, indicat nõ ex metu seueritatis ipsius, sed ex propria socordia & pigritia negotiationem detrectauisse. Lucas ante hæc verba habet, De ore tuo te iudico. Ex ore proprio iudicatur, per inuersionem: ita vt quod falsò prætexebat ad excusandam ignauiam, magis illi cedat ad condemnationem: acsi dicat, Sciebas me esse seuerum exactorem lucri: quare ergo nõ vel ex metu seueritatis meæ cõmisisti pecuniã meam nummulariis: & ego qui lucrum venor illinc vbi non feci sumptum, vtique venturus eram, ac meam pecuniam exacturus cũ vsura, hoc est, inde messurus vbi non seminaueram? mea erat sors, non tua: industriam tuam seruus debebas domino.

28 Tollite itaque, &c.] Hinc admonemur, quòd qui doctrinæ gratiã ad vtilitatem aliorum accepit, nec vtitur ea, gratiam quoque ipsam omnino perditurus sit. Et date ei qui habet] Quum audimus primũ illum iam habere decem talẽta, agnoscimus nihil nobis decedere quando communicamus proximis nostris dona nobis à Deo collata: quin potius augescimus in Domino. Sic lucrum est Domini, vt tamen nihil seruo depereat. Imò magis abundabimus, si communicando studeamus eius dona vtilia reddere in ædificationem cõmunem.

29 Omni enim habenti dabitur,] Hæc exponũtur suprà cap.13.b.12. Habenti dicit: nam

verè illi dona Dei poſſident,qui illis recte vtũtur:qui verò ſepulta tenent,nõ vere poſſident. Auari à pecunia potius habentur, quòd non teneant rectũ vſum poſſidendi. Ita de donis ſpiritualibus: qui prouehit gloriã Dei pro ſua facultate, is verè habet. Significat ergo, Deum remunerari rectum vſum priorũ ſuorũ donorũ poſterioribus gratiis: ſed interea hoc totum acceptum illi ferendum eſt,& quòd accepimus,& quòd recte vtamur.Ita eſt remuneratio, vt ſit gratuita:nam nihil nobis debet,imò potius ſumus illi obnoxii.Hæc maxima eſt fidelibus conſolatio, quũ audiũt, Deum ſibi hactenus ita benefeciſſe vt nouis ſubinde incrementis ornandi ſint. Debétque hæc promiſſio ſtudium & ſedulitatem in filiis Dei accendere, vt quantum poſſunt,lucrum faciant non ſibi,ſed Domino.

Suprà 8.b.12, & 22.b.13.

Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exterio 30
res:illic erit fletus & ſtridor dentium.

Et inutilẽ ſeruũ eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dẽtium.

Har. 4.6.

Quum autem venerit Filius hominis in gloria 31
ſua, & omnes ſancti angeli cum eo, tunc ſedebit
ſuper ſedem gloriæ ſuæ:

Quũ autẽ venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cũ eo,tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ:

ANNOT.

30 Inutilem ſeruum] Notandum hîc, nõ ſolùm eum eſſe malum ſeruum qui bona domini ſui dilapidat,& in proprium vſum cõuertit:ſed & eum qui bona domini illibata conſeruat quæ ad diſpenſandum acceperat.Vt mala arbor vocatur,nõ ea duntaxat quæ malos,ſed & quæ nullos fructus affert. In tenebr.exter.] Vide ſuprà 8.b.12.

31 Quum autem venerit in glo.ſ.] Hæc pertinent ad ea quæ capite præcedenti dixerat, verſu 30, Videbunt Filiũ hominis venientem,&c.q.d.Dixi vobis quòd Filius hominis ſit venturus:quũ igitur venerit,iudicabit terrã.Tandẽ verò reuocat ſuos ad diẽ iudicii, vt ſciant quãdo recepturi ſint fructum laborũ. Quãdiu reſpicimus vitam præſentem,videmur fruſtra ſeruire Deo: nam nulla apparet merces.Impii interea eſſe beati conantur quantũ poſſunt, at pii miſere fatigantur. Neceſſe eſt igitur vt nos ſurſum erigat,proponendo nobis diem in quo recipiemus fructum laborum.Nunc Chriſtus abſconditus eſt nobis: nam non cernimus oculis æternam vitam quam promiſit. In gloria ſua dicit, quæ illi cum nulla creatura communis erit,ne cum angelis quidem.In priore ſuo aduentu apparuit humilis,in forma ſerui: in poſteriore apparebit ſublimis,in forma regis regum,ac omniũ iudicis.In priore obnoxius fuit probris & ignominiis:in poſteriore adueniet cum gloria. Gloria autem hæc, eſt gloria vnigeniti Dei,& Domini omnium,cui Pater omnem poteſtatem dedit & in cælo & in terra,& quem conſtituit iudicẽ omniũ:vt idem ſit,Quũ venerit in gloria ſua Filius hominis, atque,Quum venerit cum virtute diuina,& ſplendore cæleſti,glorioſus omnium iudex,ſuſpiciendus ac tremendus omnibus totius orbis habitatoribus.Ad hanc gloriã facit ipſa corporis Chriſti glorificatio, cuius imaginem aliquam viderant Apoſtoli ſuprà 17.a.2.vide 2.Pet.1.d.17. Dein & comitatus omnium angelorum. Tertiò & poteſtas iudicandi: vnde & hîc dicit,Tunc ſedebit ſuper ſedem gloriæ ſuæ. Et omnes ſ.angeli cum eo,] q.d.Qui nunc paruo veſtro & cõtemptibili comitatu humilis appareo, tunc apparebo comitatus vniuerſis militiæ cæleſtis exercitibus.Vult enim exprimere cum quanta potentia & virtute ſit venturus.Et Apoſtolus,2.Theſſ.1.b.6, ad terrorem impiorum & conſolationem piorum, aduentum Chriſti glorioſum deſcribẽs,angelos cum Chriſto vẽturos,vocat angelos virtutis, quum dicit,Siquidem iuſtum eſt apud Deum,retribuere tribulationem iis qui vos tribulant : & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum,in reuelatione Domini noſtri Ieſu de cælo,cum angelis virtutis eius in flamma ignis dãtis vindictam iis qui non nouerunt Deum , & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabũt , interitũ æternum à facie Domini & à gloria virtutis eius,quum venerit glorificari in ſanctis ſuis,&c.Quanta ſit angelorum virtus,videre eſt in vno angelo qui totum exercitũ Aſſyriorũ occiſis 185000,diſturbauit.2.Reg.19.g.35. Quãta verò illorum multitudo ventura ſit cum Chriſto, in eo admonemur quod dicit , Et omnes ſancti angeli cum eo.Et Dani.7.c.10,vbi iſte Chriſti aduentus deſcribitur , ita legitur, Mille millia miniſtrabant ei,& decem mille myriades coram eo ſtabant. Vt intelligas infinitam eſſe & innumerabilẽ angelorũ multitudinem. Super ſ. glo.] Hebraiſmus eſt pro glorioſa & magnifica ſede.Quæ ad finẽ vſque capitis huius dicũtur, per ſimilitudinem fori iudiciarii dicta videntur. Quæ verò ſit illa ſedes iudiciaria futura , nemo curioſus in re tam ſeria quærat: certum eſt in nubibus cæli corporaliter ac viſibiliter,omniũ etiã impiorũ oculis appariturũ. Sic veniet(dicebant angeli, Act.1.b.11) quemadmodũ vidiſtis eum euntem in cælũ. Et ſuprà

cap.24.c.30, Et tunc videbunt Filiū hominis venientem in nubibus cæli cum virtute & gloria multa. Sedes ista quàm sit terribilis futura impiis, Danie.7.c.10, exprimitur, vbi Propheta thronū Christi videt similem esse flammæ ignis. Non dicit illū fore flammam ignis: sed terroris gratia, similem flammæ ignis. More item Scripturarū dicitur Dominus sedere pro tribunali, quando iusto iudicio liberat innoxios, & punit reprobos. Sic Psal.9.a.5, Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronū qui iudicas iuste. Quod sane non ita intelligendū, quasi nō hodie quoque Christus sedeat in sede regni sui, dominus omnium, omnia gubernans: sed quòd tum demum omnia sit vocaturus ad iudicium.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis.

32 'Et congregabuntur 'ante eum 'omnes gentes, '& separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hœdis.

Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris.

33 Et statuet oues quidē à dextris suis, hœdos autem à sinistris.

Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnum

34 'Tunc dicet Rex his qui à dextris sibi erūt, Venite 'benedicti Patris mei, 'possidete regnum

ANNOT.

32 Et congregabuntur] Ab omnibus videlicet mūdi partibus, vt suprà, 24.c.31. Ante eum] Pro tribunali videlicet sedentem. Omnes gentes,] Mortuos, & eos qui tum die illo viuentes reperientur, vt docet Paulus, 1.Thess.4.d.15. Dicit etiam 2.Corin.5.b.10, Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, &c. Et separabit eos, &c.] Hæc separatio etiam suprà aliquot similitudinibus proposita est, per vētilationem & purgationem areæ, cap.3.c.12. Et cap.13.c.40, per similitudinem zizaniorum. Præterea & sagenæ missæ in mare, ibidem, f.48. Et hoc loco similitudine ouium & hœdorum, in qua allusisse videtur ad locum Ezechielis, cap.34.d.17, qui loquitur de hypocritis. Non tantū autem in mundo, sed & in Ecclesia, nunc boni sunt permisti malis: at consolatur nos hac promissione, quòd aliquando reducet omnia in suum ordinem. veniet enim dies quum segregabit oues ab hœdis.

33 A dextris] Dextra, fœlicitatis & dignitatis locus est: Sinistra, infœlicitatis & miseriæ. Vnde veteres pro dextera, reposuere beatā vitā: pro sinistra, perpetuā dānationem. Ita verò & dexterā Dei dixerunt esse gloriam æternam: sinistram, opprobriū suppliciúmque perpetuū.

34 Tūc dicet Rex his qui, &c. Venite] Vides solius Christi (qui se hîc Regem vocat, vt & Iohā.18.g.37) officium esse segregare bonos à malis, sed nonnisi illo die vltimo. Interea diligenter enitendum Ministris, vt lupos & hœdos, ouésque morbidas segregent ab ouibus integris: nam ad hūc finem instituta est disciplina Ecclesiastica. Vbi tamē fuerint suo officio functi, nihilominus adhuc manebit permistio vsque ad finem mundi: quia hoc Christus sibi vni vēdicat, penitus Ecclesiā purgare, & eiusmodi purgationē vsque ad diem extremū differt. Singularis cuiusdam fauoris & amici complexus affectū notat hæc vox, Venite. Quem affectum & in mundo quum esset, declarauit, quum diceret (suprà 11.d.28) Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Quis quæso ad iudicem hunc viuorū & mortuorum accederet, nisi accedendi se fiduciam ipse vltrò animis nostris esset inditurus? Benedicti Pa.m.] Id est, Patri dilecti, in gratia & fauore Patris constituti. His opponuntur maledicti, id est à gratia Domini reiecti, & iræ Dei obnoxii. Fuit apud veteres id moris, vt propè his verbis exciperent hospites, quos ex animo, tanquam amicos Dei, complectebātur, vt de seruo Abrahæ legimus, Gene.24.d.31, ad quem dicebat Laban, Veni benedicte Domini. Itaque hac amica appellatione excipientes hospites, significamus nos amico illos & iucūdo affectu venientes cōplecti, vt sciant se venisse ad amicos: ita plane videtur Christus appellatione illa amica ob id vsurus, vt bona fiducia ad se veniant, certi quòd omnium sint acceptissimi. Certe benedictos hîc vocat electos, quos vltrò in gratiam recepit, vt palàm faciat adoptionem, quæ prius arcana erat. Benedicit Deus, quum spiritualibus donis declarat gratuitā electionem. Ephes.1.a.3. Possidete regnum] Siue, hæreditariò possidete. Docet quo iure nobis obueniat regnum Dei, vita illa beata, nempe hæreditariò. Si est hæreditas: obuenit, quia filii Dei sumus, non natura quidem, nō meritis, sed adoptione gratuita. Salus igitur manat ex gratuita misericordia, nō meritis aut dignitate. Hoc animis nostris infixum esse debet, regnū Dei esse hæreditatem obuenientem nobis qui filii Dei sumus. Regni dictione, attollit animos electorum ad cogitandum cælestium & futurorum bonorum splendorem: sumpta à regnis mundi huius formula.

'paratum vobis ab exordio mundi.
Esa.58.b.7. ezech.18.b.7. |'Esuriui enim,& dedistis mihi edere: sitiui,& 35
dedistis mihi bibere:hospes erã,& collegistis me.
D Nudus, & operuistis me: |infirmus, & visita- 36
Eccli.7.d.39. stis me:in carcere eram,& venistis ad me.
Tunc respondebunt ei 'iusti, dicentes, Domi- 37
ne,'quando te vidimus esurientem, & pauimus?
aut sitientem,& dedimus tibi potum?
Quando autem te vidimus hospitem, & col- 38
legimus te?aut nudum,& cooperuimus te?
Aut quando te vidimus infirmum, aut in car- 39
cere:& venimus ad te?

à constitutione mundi.
35 Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere:hospes eram, & collegistis me.
36 Nud⁹,& operuistis me: ĩfirmus,& visitastis me:ĩ carcere erã, & venistis ad me.
37 Tunc respondebunt ei iusti,dicentes,Domine,quando te vidimus esuriẽtem, & pauimus:aut sitiẽtem,& dedimus tibi potum?
38 Quãdo autem te vidimus hospitem,& collegimus te: aut nudũ,& cooperuim⁹te?
39 Aut quãdo te vidimus infirmum,aut in carcere: & venimus ad te?

ANNOT.

Paratum vobis ab exor.m.] Non intelligit duntaxat regnũ Dei fuisse æternũ:sed nobis, qui sumus adoptati à Deo,paratũ fuisse & destinatũ ab æterno. Merita hîc excludũtur, quum destinauerit nobis antequã essemus nati. Cauillantur nonnulli destinatũ à Deo iis quos prænidebat dignos. Sed quid Deus in nobis præuidere potuit,nisi peccatum,quod naturaliter nobis inest?Certe elegit nos vt essemus sanctificati,non quòd præuiderit nos sanctificatos.

35 Esuriui e.] Ex eo quòd opera dilectionis subiiciuntur,superstitionum defensores contendũt regnũ Dei nos mereri per nostra opera. Quod falsum esse animaduertet facilè qui diligenter annotata in præcedentẽ versum legerit. Præterea familiarissimũ est Scripturæ,tribuere posteriori, quod prioris est: operibus nempe,quod magis est fidei: & rursus fidei,quod vnicè propriũ est electionis diuinæ. Vnde hæc subiecta nõ ita accipiẽda sunt, quasi propter hæc opera Deus sit electos ad possessionẽ regni vocaturus,sed ꝙ opera illa testẽtur eos benedictos Patris,& ad possessionẽ regni fuisse ante conditũ mundũ electos:quibus luculẽter scilicet declarauerũt,se Spiritus Patris præditos fuisse.inopibus enim benefacere,nõ est nisi Spiritus Patris opus. Opera charitatis hîc solùm nominat:sunt enim hæc vera exercitia Christianorum,vt benefaciãt proximis.Ephes.1.a.4,Vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.Nota igitur sanctitatẽ nostrã non esse positam in exercitiis voluntariis,sed Deũ occupari nos velle benefaciẽdo proximis. Hac enim ratione Deus experimentũ capit de nobis, an illũ diligamus.Charitas est testimoniũ pietatis.ideo secũda tabula ostẽdit an verè Deũ timeamus. Quũ enim hypocritæ simulent se seruire Deo,illis ex secũda tabula ostenditur esse falsum.nã qui furatur,maledicit,&c. etsi assiduus sit in precibus, prodit impietatẽ suãi vt qui benefacit, pietatẽ suã declarat omnibus.Sũt certe aliquãdo impii innoxii inter homines,& interea idololatræ.Ideò vtrunque cõplectere,pietatẽ & charitatẽ.neque enim sufficit sola charitas, neque præfertur fidei & Dei inuocationi:nã cu[illegible]Dei præstantior est quovis humano officio:quũ officia quæ hominibus præstantur,ex cultu & pietate in Deũ manent,vt dictũ est.Sunt & alia praeclara opera quæ absque dubio illo die in Christianis agnoscẽtur,& probabũtur:cuiusmodi,quòd pro Christo omnia, imò etiã vitã reliquerint, quòd fideliter Domino in dispensandis mysteriis ministrarint, & alia multa:verũ ea enumerat quæ generaliter possunt conuenire Christianis omnibus: ita vt qui insyncerus hîc deprehendatur, sit repudiandus, tanquam ad Christũ nõ pertinẽs.Ex istis sex quæ hîc enumerãtur,quidã sex opera misericordiæ fecerunt, quũ tamen multo plura sint quã sex:& Christus Hebraico more quædã paucula,eáque præcipua,ex multis enumerauerit,sub quibus alia intelligẽda relinquit.Istum numerũ præscriptum obseruant perpetuò operarii,qui nõ syncero affectu nec studio Christiano pauperes, vel saltẽ mendicos alũt,opus operatũ nescio quod hic sibi fingẽtes. Quid his verbis, Esuriui,&c. significet Christus,quomodo esuriat,& pascatur:declarat versu 40,Quatenus fecistis vni,&c.

37 Iusti,] Quos versu 34 vocauerat benedictos Patris, nũc iustos dicit:vt sciamus iustitiã ex æterna Dei benedictione fluere. Quando te vidimus,&c.] Delineatur hoc colloquio,sanctorũ modestia & humilitas. Nã vt impii & hypocritæ Deo arguẽti peccata ipsorũ, respõsant,neque peccata agnoscũt obiecta,sed excusant magis: ita sancti omnẽ gloriã tribuũt Deo,nihil alti,neque magnifice admodũ sentientes de suis operibus.Ideò enim nunc dicunt, Quãdo te vidimus esurientẽ? Alioqui enim nõ ignorãt qua fide fecerint omnia, & cuius no-

mine: & quòd omnia dona, Dei sunt: propterea nō fidunt vllis operibus, nec in illis glorian-tur. Paradoxon sanè & præter opinionem videbatur, quod dicturū se aiebat, Esuriui, &c. insolens enim videtur vt esuriat is & pascatur, qui extra huius vitæ conditionem & miseriā cælos petiit, & in cælestibus nullius indigus regnat. Vt igitur locus esset declarationi quā subiiciet, inducit iustos admiraturos ac dicturos, Quando te vidimus esurientem, &c.

Et respondens rex dicet illis, Amē dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

40 Et respōdens rex dicet illis, 'Amen dico vobis, quatenus fecistis vni 'de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Tūc dicet & his qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

41 Tunc dicet & his qui à sinistris erunt, ‖'Discedite à me 'maledicti 'in ignem æternū, 'qui paratus est diabolo & angelis eius. Psal. 6.c.9. suprà 7.c.23, luc. 13.f.27.

ANNOT.

40 Amen dico vobis,] Asseueratione excutit nobis omnē dubitationē, qua quis dubitare posset an sibi fieri reputaret quod suis fidelibus fieret. De his fratribus meis minimis,] Summam habet hæc particula consolationē. Cōmendatur enim nobis supra modum Christi beneuolētia in suos, quos ita charos habet, vt etiam minimos illorū agnoscat non pro suis tantùm, sed etiā pro fratribus: quum interea mundus illos, imò etiam hi qui Christiani videri volunt, contemnāt & abiiciant. Idem affectus & suprà declaratus est, cap. 18.b.10, Videte ne contemnatis vnū ex his pusillis. Et versu 14, Non est voluntas coram Patre vestro vt pereat vnus de pusillis istis. Fratrum nomine cēsentur omnes fideles Christi filii Dei. Sunt autē filii Dei qui credūt in nomen eius, Iohā. 1.b.12. Et filii Dei, sunt fratres Christi, Heb. 2.c.11, & 13.d.17. Agnoscēdus ergo Christus in suis fidelibus, qui Christiani vocantur. Deinde non licet quenquam abiicere, tanquam ad Christum non pertinentem, cui benefaciēdum est: neque discernere quenquam à grege fidelium. dicit enim, Quod vni ex minimis istis. quibus verbis ostendit neminem esse excipiendū, quisquis sit ille. Hæc nos ad munificentiam animare debent. quæ erit indignitas quicquā Filio Dei negare? omnes merito execrabuntur istam inhumanitatem. Quisquis eget, & propter Christū postulat auxiliū, Christi frater est. Christum contemnis, si hunc contempseris. nam ad Saulum quoque dicebat, Saule, Saule quid me persequeris? Act. 9.a.4: quum ipsius persequeretur Ecclesiam.

41 Discedite à me] Hæc Apostolis, tametsi electis & benedictis, proponit Christus, quòd piis etiam vtile sit comminationes æternæ damnationis audire quæ impios manēt. nā metus gehennæ suum locū habet etiam in electis. Sunt enim pii in carne cōstituti sub disciplina Spiritus Dei, quæ illos ad spontaneam quidem pietatem instituit: verùm nō promissionibus tantùm vitæ æternæ ad illā allicit, sed & æterni supplicii metu à malis actibus abarcet. Præterea vt consolationem in rebus aduersis caperent, ex eo quòd audiunt maledictos esse & ad ipsum non pertinere, quicūque esurientem, sitientem, & reliqua aduersa in se patientem Christum non recreauerint. Calamitosissimū autèm, à conspectu Dei abiici: nam Psal. 16.11, Satietas gaudiorū in conspectu tuo est, & iucunditates in dextera tua in perpetuum. Maledicti] Per fidem in Christum aufertur maledictio, & confertur benedictio: Christus enim maledictum sustulit, Galat. 3.c.13. ita per incredulitatem retinetur & manet maledictio. Nam Iohannes cap. 3.d.38, Qui credit in Filium, ait, habet vitā æternam: qui autē incredulus est Filio, non videbit vitā, sed ira Dei manet super eum. In ignem æternum,] De igne æterno multū disputatum est. nam hæc est hominū curiositas vt ingenium exerceant in rebus minime necessariis: imò necessaria prætermittant, & ingenium conferāt in id quod nullius est momenti. Incognitus nobis est ignis iste, nisi coniecturis. Neque disputādum est (vt solent illi qui omnia rationis iudicio metiuntur, nec quicquam firmum putāt quod ratione humana comprehendi nequeat) quomodo corpus perpetuo ardeat, nec cōsumatur: quomodo præterea ignis possit exurere etiā malos spiritus, quibus nulla sunt corpora. Non est contra naturam quod Dei fit voluntate: considerandúmque, rerum conditarum naturam esse & habere quod sunt, & habent, non ex seipsis, sed ex volūtate Dei: neque aliquo pacto fieri posse vt voluntati & imperio Dei non obediant à quo sunt conditæ. Quare nonnulli Ignem pro ingēti dolore ac pœnitudinē animarum intelligūt (qui certe dolor voluntate Domini tantus erit impiis, vt illius cruciatus, ignis corpora comburētis cruciatū superaturus sit) dicemus in Marco, cap. 9.g.44. Huius ignis cognitio certe iudici ipsi relinquenda est: magis autem curandum, vt qualis sit, ne in futurum experiamur. Vtvt futurus sit, humanum sensum excedet. Qui paratus est diabolo & ang. e.] Paratus in pœnam & supplicium. Per diabolum intelligere possumus eum qui ca-

Hebræis diem à vespera incipere. Leuit.23.e.32, A vespera vsque ad vesperã celebrabitis sabbatha vestra. Dies præterea ab ingressu illo magnifico in Ierusalem vsque ad resurrectionis diem, nominari posse quadrifariam: vt ex paradigmate subiecto demonstratur.

	MORE HEbræorum	MORE GENtilium	MORE CHRIstianorum	RATIONE mysteriorum
1	Prima sabbathi,	Dies Solis,	Dominica,	Dies ingressus in Ierus.
2	Secunda	Lunæ,	Secunda feria	Dies maledictæ arboris
3	Tertia	Martis,	Tertia	Dies conuiuii
4	Quarta	Mercurii,	Quarta	Dies venditionis
5	Quinta.	Iouis,	Quinta	Dies præcedens azyma
6	Parasceue magni sabbathi.	Veneris,	Sexta.	Dies prima azymorũ cœnæ, sacr. pass. & sepulc.
7	Sabbathum.	Saturni,	Sabbathum.	Dies quietis in sepulch.
8	Prima sabbathorũ.	Solis.	Dominica.	Dies resurrectionis.

In descriptione tamen, penultima nomenclatura communis est inter Iudæos & Christianos: quia quum Iudæi septimã diem vocauerint sabbathũ, id est quietẽ, ratione creationis mundi, quòd Deus ea die, consummato vniuerso opere quod patrarat, quieuerit: Christiani vetus nomen liberè retinuerũt, non habito numeri respectu. quanquam sunt qui putẽt aliud spectasse, quòd scilicet Christus Dominus vitæ illa tota die quieuerit in sepulchro. Post biduum igitur dixisse videtur, tertia (vt docuimus) die à regio eius ingressu in Ierusalẽ. nam biduo exacto, sexta ab eodẽ ingressu die in vespera ipsam incipiente (quæ Christianis à medio noctis diem incipientibus, est vespera & noctis pars diei Veneris) manducauit Dominus pascha. Et nocte vesperã illã subsequente traditus est, & perductus ad principes Sacerdotũ: de quo subdit, Et Filius hominis tradetur vt crucifigatur. Quòd Christus celebrauerit pascha præscripto die in Lege, Exod.12.a.6.c.18, decimaquarta videlicet die mẽsis Martii ad vesperã, conuenit inter omnes: propterea dixisse, Post biduum pascha fiet. Apud Marcum, Ac primo die azymorũ, quum pascha immolarent. Apud Lucam, Venit autem dies azymorũ in quo necesse erat immolari pascha. atque ita constat Christum eodem die & typicum pascha celebrasse, & ipsum verum pascha immolatum fuisse. Verùm quo die comederint Iudæi, duplex est opinio. Nam quidam scribunt publicum Pascha Iudæis postridie quàm Dominus passus est, illo anno fuisse celebratum, hoc est in ipso sabbatho. Alii dicũt omnes Iudæos tunc eadem vespera, qua & Dominus, immolasse pascha, nec licuisse illis vel immolare vel comedere in vespera magni sabbathi. Qui priorem opinionẽ tuentur, sic scribunt, Aperte ex Iohanne patet, sextum illum diem, quo Christus passus est, parasceuen, hoc est diem præparatorium ad solennitatem Paschæ fuisse. Etenim ille cap.13.a.1, descripturus lotionẽ pedum, quæ à cœna paschali facta fuit, quũ iam dies sextus, ac Domino paschæ solennitas esset, scribit, Ante festũ paschæ, id est pridie paschæ. Item cap.18.e.28, de Iudæis, Non introierũt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Inde cap.19.c.14, memorans tempus in quo Christus condemnatus fuit, scribit, Erat autẽ parasceue paschæ. Parasceue ergo nõ sabbathi, sed paschæ erat is dies in quo Christus fuit crucifixus. Sic tũ & sancti habuerunt: Nicodemus enim & Ioseph ab Arimathæa emerunt eo die, vnguenta & sindonẽ, atque Dominum vnctum sepelierũt: quæ non magis in ipso die paschæ quàm sabbatho licuissent. Marc.15.d.46, Luc.23.g.53. Sic & mulieres illæ quæ cum Domino erãt, sua quoque vnguenta mercatæ fuere, & pararunt hoc ipso die parasceues, vt postridie quiescerent secundum Legem, Luc.23.g.56. Hæc nequaquam sibi in ipso die Paschæ permisissent, ne ad vesperam quidem qua finẽ accepit, quum insequutum continuo sabbathũ fuisset. Proinde, nisi vim verbis Iohãnis afferre libeat, fatendum est publicum pascha Iudæis, postridie quàm Dominus passus est, illo anno fuisse celebratum, hoc est in ipso sabbatho: vnde & magnus iste dies sabbathi dicebatur, Iohan.19.f.31, in quo scilicet & paschalis & sabbathi celebritas conuenissent. Celebrarũt autem eo die pascha iuxta traditionem Patrũ, quam fuisse constitutã affirmãt à Rabbi Eliezer, consummata domo Dei secũda, postquam à Babyloniis in terrã suam rediissent: ex subtili scilicet quadam dierũ obseruatione ex lunæ cursu institutam: ne duo quieti sacri dies continui incidissent, in quibus nephas erat quicquam operis facere: quod molestum tanto populo fuisset. Eam constitutionem pluri-

bus tractat Paulus Burgensis in sua annotatione in hunc locũ, commentariis Nicolai de Lira adiuncta. Non desũt qui dicãt Iudæos præter morẽ pascha distulisse auiditate occidendi Dominũ. quod quo modo ausi fuissent non video: quum tanta vndique multitudo ad festum hoc venire fuerit solita. Iam verò qui Iudæos omnes eadem vespera, qua & Dominus, pascha immolasse dicunt, suam hoc pacto tuentur opinionem. Quum Dominus noster fuerit Legis Patris sui obseruantissimus, nemini dubiũ esse debet eum & immolasse & manducasse pascha decimaquarta die inter duas vesperas, vt præceptũ est Exod.12.a.6, Immolabítque eum vniuersa multitudo filiorum Israel inter duas vesperas. Quæ duæ vesperæ non significant vesperam decimæquintæ diei & vesperã decimæsextæ: tanquam Dominus iussisset intra decimamquintam diẽ pascha omnino immolari oportere, & comedi, neque differẽdum in sextam diem. sed duas vesperas incipientis decimiquinti diei intellexisse apparet ex eo quod ibidem versu 10, legitur, Et nõ relinquetis ex eo vsque mane: quódque relictũ fuerit ex eo vsque mane, igni comburetis. Duas igitur vesperas præcessisse oportuit antequã esset ipsum mane: quarum prima ab occasu solis incipit, & tandiu durat quandiu crepusculum. secunda à finita prima vespera, id est à finito crepusculo, ad mane vsque. Inter hanc primam & secundam vesperam immolandum erat pascha: non enim licebat ante solis occasum immolare, vt etiam dicitur Deut.16.b.6, Immolabísque phase ad solis occasum. Secunda autem vespera, quæ est nox, comedendum erat pascha. Estque prima vespera sesquihorariæ ferme durationis: secunda nouẽ ferme horarum. Primam vesperã subindicat Matthæus quum dicit, Prima die azymorum accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha? De secunda dicitur Exod.12.b.8, Et comedent carnes nocte ipsa assas igni: & infermẽtata. Quod etiam ex Matthæo deprehenditur, vbi ait, Vespere autẽ facto discũbebat cum duodecim discipulis suis. Eadẽ autem vespera qua Christus, Iudæos eo ãno immolasse pascha, apparet ex eo quod Marcus dicit, Primo die azymorum quando pascha immolabãt. Quid enim illud immolabant, nisi quando cæteri Hebræi qui Ierosolymis erant, pascha immolabant? Et Lucas, Venit autem dies azymorũ in qua oportebat occidi pascha. Si oportebat in ea occidi pascha, cur non intelligamus omnes ea vespera etiam necessariò immolasse pascha? Parasceue autẽ paschæ dicebatur dies ille in cuius vespera Dominus comedit pascha: quæ sanè parasceue, dies erat festus & solennis, vt apparet Exod.12.b.15, Septem diebus azyma comedetis. Et subditur versu sequenti, Prima dies erit sancta atque solennis. Hæc prima dies, erat parasceue. Et Leuit.23.a.5, Mense primo, quartadecima mensis inter duas vesperas, est phase Domini: & quintadecima huius, solennitas azymorum Domino. At vespera quartædecimæ lunæ, initium est diei quintædecimæ. Erat ergo parasceue, qua Dominus pascha suum celebrauit, dies festus. Verum est tamen eum diem qui noctem paschæ sequitur, quíque à mane incipit, & finit in vesperam, & ab Astronomis dicitur dies artificialis, peculiariter diem solennẽ tam paschæ, quàm azymorum dici: luci vt potiori, tributa denominatione: vt Nume.28.c.16, videmus, & Leuit.23.a.6. Dies autem noctem & lucem amplectitur, vt videmus in Luca, 21.a.1, Instabat autẽ dies festus azymorum in qua necesse erat occidi pascha. Nam si oportebat in die azymorũ occidi pascha, & pascha nõ occidebatur nisi inter duas vesperas, id est in crepusculo ante noctẽ: ergo crepusculũ cum nocte, erat pars diei azymorũ, quare & diei paschæ, quum idẽ sint. Proinde quum in Euãgelio legimus diem festum, siue diem solennem: per ea festiuitatem siue solennitatem intelligere debemus, ne homonymia fallamur. nam illa diem quoque sanctum atque celebrem significant. Igitur, Ante diem festum paschæ, perinde est ac, Ante festiuitatem paschæ, vtpote nocte præcedẽte lucem festiuitatis paschalis. Iohan.13.a.1. Quòd Iudæi non celebrarint pascha eodẽ die quo Christus, quidam obiiciunt illud Iohan.19.c.14, Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta: quo probare conantur, parasceuen paschæ fuisse diem illum in quo passus est Christus, propterea pascha celebratũ fuisse à Iudæis in vespera sabbathi sequentis. Verùm locus ille sic potest distingui, Erat autẽ parasceue: paschæ hora ferè sexta: vbi PASCHAE cum HORA iungitur. Vnde sequitur tunc diei paschæ fuisse horam diurnam fermè sextam, & illum diem fuisse festum paschæ, ac immolatum pascha inter duas vesperas, & manducatum nocte præcedente, & parsceuen illã, fuisse sabbathi parasceuen, non paschæ. Hinc Marcus, 15.d.42, Quoniam erat parasceue quæ præcedit sabbathum. Et Lucas, 23.g.54, Et dies erat parasceue, & sabbathum illucescebat. Et Iohan.19.g.42, Ibi ergo propter parasceuẽ Iudæorum, quòd in propinquo esset monumentũ, posuerũt Iesum. At quam obsecro vocant parasceuen Iudæorum, nisi eam diem quæ proximè præcedit sabbathum, sic dictam, quòd in ea apparabantur omnia quæ erant sab

batho necessaria, in quo non licebat quicquam apparari? Adde quòd non propriè diceretur, dies præcedens Pascha, parasceue Paschæ: quia nihil in die præcedente apparabatur pro Pascha, neque ex Lege licet, sed in vespera ipsa, cœpta iam die Paschæ quæ incipit ab ipsa vespera. Sed esto, nō ita distinguatur locus, quidnā aliud intelligetur per parasceuē Paschæ, nisi parasceuen quæ erat vna è diebus paschalibus? Obiiciunt & illud Iohā.19.f.31, Erat enim magnus dies ille sabbathi: quum tamen non vocet magnū sabbathi diem, quòd sabbathū esset & insuper Pascha: sed quia duplex erat solennitas, sabbathi scilicet & azymorum. erat enim secunda dies azymorum, sicut scriptum est Exod.23.c.15, Solennitatem azymorum custodies: septem diebus comedes azyma, &c. Opponūt & illud Ioh.18.e.28, Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarēt pascha. Erat (inquit) mane. At cuius diei? Certè parasceues. Et non manducauerunt pascha. Ergo manducaturi erāt illud in vespera sabbathi. quod vltimū imus inficias. nam in prima vespera parasceues immolauerunt pascha: etsi forte multi eorum nondum manducauerant: quòd nocte illa adeò occupati fuissent in capiendo & tenendo Domino, timentes ne iam venditus elabi posset, vt non esset eis ad edendum pascha satis otii. Et hoc loco Iohannes videtur non de vera comestione paschæ mentionem facere: sed eos duplicis erroris taxare, nimiæ vigilantiæ in perdendo innocente, & nimiæ negligentiæ, quòd non manducarent pascha debito tempore, studio comprehendēdi Dominum: quòd sperarēt, quum adhuc mane esset, se posse, si non intrarent prætorium, pascha manducare: quod tamen Lex iubeat citra mane manducandū, dicente Scriptura, Non remanebit quicquam ex eo vsque mane. Sed quid si etiam illa nocte, licet multum occupati, pascha māducauerint? Et tunc Pascha intelligemus cibum paschalem, id est azyma: quia ea dies quæ à mane sequebatur noctem Paschæ, dicebatur solēnitas Paschæ, & solennitas azymorū: vt Nume.28.c.16, Mense autē primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit, & quintadecima die solēnitas. Et Leu.23.a.6, Quintadecima mēsis huius solēnitas azymorum Domini est. Non licebat autē, nisi mundis, azyma comesse. Quòd verò parasceue in qua Dominus manducauerit pascha, & etiam passus sit, dies festus fuerit, videtur nonnulla aduersari: Primò, illud Matth.26.a.5, & Marc.14.a.2, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Ergo non in die festo comprehenderunt & occiderunt eum. Quanquam non comprehenderint eum in festiuitate, quum festinitas de luce tantùm dici soleat: comprehenderūt tamen eum in die festo, nimirum nocte præcedente festiuitatem, quæ cum festiuitate dies vnus sanctus quidem ac solēnis est. Quod haud temere factum fuit: nam pascha typicum solùm in die festo immolari oportebat: quare multo magis & ipsum, quod solū erat verū, qui est Christus pro omnium salute immolatus. Dicebant autem, Non in die festo: non quòd omnino ac simpliciter nollent eum in die festo capi, sed quòd timerent ne tumultus fieret in populo. Et Iudas tradidit eis modum quo sine tumultu populi capi posset, nocte scilicet adductis militibus, id est tribunitia cohorte. Noctu igitur die festo, quum scirent non potuisse tunc excitari tumultum in populo, apprehenderunt eum: & antè condemnarunt, & tradiderūt Præsidi adiudicandū morti, quàm populus quicquā sciret, aut tumultus excitari posset. Cæterùm quando passus est, festiuitatē fuisse, ex factis Pilati intelligere possumus, dicente Matthæo, 27.b.15, Marco, 15.a.6, & Luca, 23.c.17, In festo autem consueuerat Præses turbæ dimittere vnum vinctum. Et Iohanne, 18.g.39, Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Quid est, in festo, nisi in festiuitate? quam festiuitatem exprimit Iohannes, quum Pascha vocat. Proferunt & illud Iohan.13.a.1, Ante festum autē Paschæ, sciens Iesus, &c. Et cœna facta quum diabolus, & quæ sequuntur. quæ, mysteria in nocte parasceues facta cōtinere, certò cognoscūtur. Ergo nondū erat dies festus Paschæ. Fatemur illa mysteria facta fuisse in Parasceue, ante diem festum Paschæ, id est ante festiuitatem Paschæ: sed nō ante diem Paschæ. nam aliud est festiuitas Paschæ, & dies Paschæ. His adiiciūt quod eodem capite scribitur, versu 29, Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum. Ergo tunc non erat dies festus. Imò ex hoc crediderim magis Euangelistam innuisse diem illum fuisse festum, perinde acsi illi sic intellexissent, Eme ea quæ nobis opus sunt ad solennitatem, quæ scilicet proximè illam noctem à mane sequebatur. tunc enim erat nox vesperæ quartædecimæ diei: dies autē proximè à mane sequens, solennitas Paschæ. Postremò aliquis dicat, Si dies ille fuisset festus, non licuisset illa fieri quæ in eo facta fuere. In die Paschæ, & aliis diebus azymorum, excepto sabbatho, licebat multa facere quæ non licebat sabbatho. Has duas opiniones proposuimus tibi Lector, vt vtram voles sequaris: ne etiam in sequentibus sæpius de eadem re dicendum sit cum molestia, & obscurius fortasse.

'Paſcha fit, &'Filius hominis 'traditur vt crucifigatur.

Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.

Iohã.11.f.47. ‖Tunc 'congregati ſunt principes Sacerdotum 3
& Scribæ,& Seniores populi 'in atrium principis Sacerdotum,'qui dicebatur Caiapha:

Tunc cõgregati ſunt principes Sacerdotũ & Seniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:

ANNOT.

Paſcha fit.] De vocabulo PASCHA, aduertendum videtur,quòd Hebræi dicunt PESAH: Latini qui ad nos ex Hebræo tranſtulerunt, PHASE: Syri ſiue Chaldæi, PASHA, quod nos & Græci Heth in ch mutato,dicimus Paſcha. Qui autẽ pro PESAH,dicunt phaſe,ex p faciũt ph,& ex e faciunt a,vt Perez Pharez,Peleg Phaleg. & ex Heth faciunt e, vt Noach Noe, Chorach Chore.Syri verò ex primo e faciunt a:& ſecũda vocali detracta,vltimæ literæ ſubnectunt a, vt PESAH, PASHA, quod vtplurimum facere ſolent quum ex Hebræis ſua facere volũt,quorum frequentiſſimus eſt vſus in Nouo teſtamento.talia autem ſunt,abba, racha,gabatha,golgoltha, & alia idgenus non pauca. Græci autem non inflectũt hoc nomen Paſcha:Latini malè in tertia declinatione,paſchatis: rectius, ſi flectendum eſt, per ſecundam fecerint,paſchæ.Idem igitur ſignificãt Peſah,Paſcha,& Phaſe,nempe tranſitũ,præteritionem, & tranſilitionẽ. Erat antẽ dies Paſchæ dies feſtus qui magna religione celebrabatur apud Hebræos,anniuerſariam ſibi memoriam renouantes eius diei,quo quondam apud AEgyptios agni ſanguine poſtibus illito, liberati ſunt ab angelo interfectore. ſic enim Exod.12.a.7, legimus, Et tollent è ſanguine,& ponẽt in ambobus poſtibus & in ſuperliminari,in domibus in quibus comedẽt eum.Et paulo pòſt,verſu 12, Et trãſibo per terrã AEgypti nocte iſta, & percutiam omne primogenitum in terra AEgypti,ab homine vſque ad animal,& in cunctis diis AEgypti faciam iudicia,Ego Dominus. Et erit ſanguis vobis in ſignum in domibus in quibus vos eritis: & videbo ſanguinẽ,& tranſibo iuxta vos,& nõ erit in vobis plaga ad perditionem quando percutiam terram AEgypti.Ererit dies iſte vobis ad memoriam,& celebrabitis eum feſtũ Domino in generationibus veſtris, ſtatuto perpetuo celebrabitis eum. Non simpliciter dicit,Poſt biduum tradetur,&c.ſed,Scitis quòd poſt biduum Paſcha fiet,& Filius hominis,&c. vt innueret Paſchatis tempus præfixum eſſe quo crucifigeretur: deinde ſe fore verum Paſcha,pro mũdi redemptione immolandũ,cuius typus & figura erat Paſcha quod à Iudæis quotãnis celebrabatur. Marcus,pro,Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet:ſcripſit,Erat autẽ Paſcha & Azyma poſt biduũ.Id eſt,vt Lucas habet, Appropinquabat feſtũ azymorum, quod dicitur Paſcha,hoc eſt,eſus agni paſchalis,& panum non fermentatorum.In ſupradicto enim capite Exodi,vbi præceptum eſt quomodo celebrandum ſit Paſcha,ſtatim ſubiungitur, verſu 15, Septem diebus infermentata comedetis, &c. Filius hominis] Seipſum intelligit.Vide annotationẽ ſuprà cap.8.c.20. Traditur vt crucifig.] Præſens pro futuro,Tradetur,à Iuda ſcilicet,Sacerdotibus: ab his,Pontio Pilato: ab hoc,carnificibus ad crucẽ.Breui ſententia multa cõplectitur. Aliquoties de morte ſua diſcipulos præmonuerat,non ſine certo conſilio: de quo vide ſuprà cap.20.c.18. Quum ergo iam illa pro foribus eſſet, viſum eſt denuo de ea præmonere,vt hoc minus offenderentur. Toties tamen moniti,adhuc concidunt: ea eſt noſtra imbecillitas,niſi aſſiduè excitemur.

3 Congregati ſunt princip. Sacerd.] Tametſi mors Chriſti diuinitus fuerit ordinata,& à Dei,non hominũ conſilio pependerit,exigebat tamẽ ipſa hiſtoriæ narratio vt quibus,& quorum illa machinis ſtructa ſit conſcriberetur:vt ſciamus non eſſe aliquod hominum genus regno Chriſti infenſius quàm eorũ qui ſub ſpecie pietatis in populo Dei regnãt & tyrannidem exercent.Expende autem qui hìc dicantur conueniſſe:ii certe qui nomen Eccleſiæ habebant. quis innocentum ab iſtorum conuentu ſibi metueret? In atrium princ.Sacerd.] Hic erat caput regni ſacerdotalis, de huius authoritate res iſta gerenda erat. Scopus vnus & idem erat omnibus illis,defendẽdi ſcilicet & conſeruãdi regnum illud ſacerdotale. Qui diceb.Caiaphas.] Apud Græcos,quatuor ſyllabis conſtat Caïaphas.Huic Caiapha,Ioſepho aliàs nomen fuit,qui ſucceſſit in ſacerdotio Simoni Camithi filio, præfectus ſacris à Grato tũ Præſide,cui ſucceſſit Pilatus.Remotus rurſum à ſacerdotio fuit per Vitellium Proconſulem Syriæ,ſubrogato ipſi Ionatha filio Annæ.Lege Ioſephũ Antiq.Iud.lib.18.cap.4,& 8.Omnia enim etiam ſacra officia per auaritiam & ambitionem ſacerdotum iam pridem à Romanis conferri ſole-

bant vt quæ abolitioni proximè accesserant. Fuit hic Caiaphas homo corruptissimus auaritia, libidine, superbia & ambitione turgidus, nulla ad summi sacerdotii dignitatem legitima ordinatione vocatus, sed propter munera & fauorē impiissimorum præsidum Ethnicorum è fæce sublatus in eminentiam summi præsulatus. En præses in concilio sacerdotum.

Et consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.

4 Et consiliū inierunt vt Iesum dolo caperent, &
occiderent.

Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

5 Dicebant autem, 'Non in die festo, ne tumultus
fiat in populo.

Quū autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis Leprosi,

6 ‖ 'Quum autem Iesus esset in Bethania in do- Iohan.12.a.3; & 11.a.2. marc.14.a.3.
mo Simonis Leprosi,

ANNOT.

4 Vt Iesum dolo caperent, & occid.] Dolo, ait: id est, non palàm, nec vi, sed prætextu aliquo, quod effecit Iudas, qui amicitiam simulans, osculo eum prodidit. Consilium istud quale fuerit, author libri Sapientiæ, cap.2.c.12, suis coloribus depingit, quū ait, Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata Legis. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat: redarguit etiam cogitationes nostras, &c. Ostendit idipsum copiose & Iohannes cap.11.f.47, inquiens, Congregauerunt Pontifices & Pharisæi concilium, dicentes, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si permiserimus eum sic, omnes credent ei, &c. Vnus autem ex ipsis Caiaphas nomine, quum esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec perpenditis quòd expedit nobis vt vnus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat.

5 Non in die festo, ne tumul.] Quanquam vehementer sitiebant sanguinem innoxium, tamen visum est in aliud tempus differre cædem, quòd immineret in proximo dies ille præcipuè sacer ac festus Iudæis, ad quem vndique locorum cōfluebat populus maxima frequentia. Verebantur enim ne si illū aggressi fuissent eo die quo populus solet frequentissimus conuenire, tumultus aliquis exoriretur, propterea quòd non pauci essent in populo qui miraculis conspectis, & audita doctrina mirabili, & animaduersa incredibili morum mansuetudine, magnifice de illo sentirent. Imò tanquam prophetam habebāt, vt suprà cap.21.g.46, dicitur. Pro Fiat, legi potest &, Fieret. melius tamē Fiat: vt referatur ad personam Pharisæorum his verbis inter se consultantiū, Nequid tentemus in die festo, ne tumultus oriatur in plebe per occasionem diei festi. Nolebāt in die festo: & tamen in festo Christū occiderūt. Itaque non quod homo, sed quod Deus disponit, certum esse necesse est. Deus enim ita disposuerat vt in die festo moreretur, & immolaretur verū Pascha. Inanis igitur erat metus tumultus populi, qui euanuit mox atque per traditionem Iudæ, occasionem prosequendi propositi nacti sunt. ea erat mentis ipsorum cæcitas in quam diuinitus coniecti erant.

6 Quum a. Iesus ess. in Bethania] Ordine debebat Euangelista ea subiicere quæ in isto biduo ante Pascha fuerūt facta cum Christo. Nam & Concilium Sacerdotum, & præsens ista historia ad minus sex diebus Pascha præcesserunt. Iohannes cap.12.a.1, de isto conuiuio nominatim dicit, Ante sex dies paschæ venit Iesus Bethaniam, &c. Verùm ita exigebat causa proditionis, per quam à discipulo venditus est Christus, vt & istā historiam præmitteret in qua irritatus Iudas proposuit Christum tradere. Volūt autem quidam hoc factum idem esse cum eo quod Luc.7.f.36, ponitur, & diuersum ab eo quod Iohannes cap.12, cōmemorat de Maria sorore Marthæ. Alii scribūt diuersam esse istam historiam, quam etiam Marcus describit, ab ea quam refert Iohannes, & ab illa quā Lucas. Vide Harmoniā Euangelicā lib.3.cap.35. Nonnulli verò (quod verisimilius est) volunt quod hîc scribitur, idem esse cum eo quod Iohannes ponit, & diuersum ab eo quod Lucas. Licet enim Matthæus biduū ante Pascha mentionem faciat, non tamen dicit, conuiuiū hoc biduo ante Pascha celebratū. Et Iohannes licet meminerit Lazari, Marthæ, & Mariæ, nō tamē negat Christum cœnasse in ædibus Simonis Leprosi: quod hic noster cum Marco scribit. Potuit enim fieri vt isti in eodem vico morantes, in ædes Simonis propter Christi præsentiam sint ad cœnam vocati, & Martha ibi pro sua sedulitate Christo ministrauerit. Nec diuersitatem facti conuincit quòd Iohannes Christi pedes, Matthæus verò caput perunctum esse dicit: potuit enim vtrunque fieri. Proinde non satis firmas causas habent qui temporis, loci, personarum, & facti quoque diuersitate moueri videntur. Ex Io-

hanne patet Chriſto paratum fuiſſe conuiuium,in quo recumbenti vnguentum illud infuderit Maria.Fecerũt ei cœnam ibi,inquit Iohannes:nimirum declaraturi erga illum amicitiæ affectum non vulgarem.Homines fuerũt,& humano more erga hominem Chriſtum amoris affectum oſtenderunt.is eſt in menſæ cõmunione potiſſimum ſitus, quæ ſymbolum habet amicitiæ.Erat autem quod faciebant,periculoſum,propter tyrannidem principum Sacerdotum. Vicus erat prope Ieruſalem,& nemo inſenſior Chriſto Sacerdotibus: vt tutum non fuerit ibi Chriſto parari conuiuium,maximè poſt ſuſcitationem Lazari.

7 'Acceſſit ad eum mulier habens 'alabaſtrum vnguenti pretioſi:'& effudit ſuper caput ipſius recũbentis.

Acceſſit ad eũ mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi:& effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

8 Videntes autem diſcipuli,'indignati ſunt,dicentes,Ad quid perditio hæc?

Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt,dicentes,Vt quid perditio hæc?

9 Potuit enim iſtud vnguentum 'venundari magno,'& dari pauperibus.

Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus.

A N N O T.

7 Acceſſit ad eum mulier] Mulier illa,fuit Maria ſoror Marthæ,ex Iohanne. Alabaſtrum vng.pretioſi:] Delicata pyxis erat vnguentaria vitrea,ita dicta Græcis à prehẽdendo, & particula priuatiua A,addito R per pleonaſmum,quòd ob lænorem cõprehendi nõ poſſit. De alabaſtrite lapide meminit Plinius libr.36.cap.8.quum enim proximo capite meminiſſet onychis, ita proſequitur,Hunc aliqui lapidem alabaſtritem vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria,quoniam optime ea incorrupta ſeruare dicitur.Hæc conſentiũt cũ eo quod ſcribit Horatius in Odis,Nardi paruus onyx eliciet cadum.Et pretioſi,Græcè ſonat quaſi dicas grauis pretii:quòd olim appenderetur æs,nõ numeraretur. Iohannes & pondus expreſſit,& ſpeciem,(quam Marcus quoque indicauit:)nam librã vnguẽti accepiſſe ſcribit:& nardini,atque confectionis probatæ: vnde piſticen dixit.Pretium Iudas expreſſit,nempe denariorũ trecentorum, id eſt coronatorum Francicorum triginta. De vnguento nardino lege Dioſcoridem lib.1.cap.72.Hæc omnia præterquã quod erat præſagium mortis Chriſti, vt ipſe ea interpretatus eſt,ingentem huius mulieris erga Chriſtum amorẽ indicarunt. Et effudit ſuper caput ipſ.rec.] Hoc pro conſuetudine patriæ fecit, qua in lautis & opiparis amicorum conuiuiis ſingulares amici hoc veluti recreationis genere excipiebantur & honorabantur,vt videre eſt Luc.7.g.46,in verbis Chriſti ad Simonem Phariſæum,quum dixit, Oleo caput meum non vnxiſti:iſta autem vnxit pedes meos.Et huc reſpicit Dauidis allegoria,Pſal.23.5,Paras in conſpectu meo menſam coram hoſtibus meis,impinguas oleo caput meum,&c.Vnguẽto autem vtebantur non ad pedes,ſed ad caput vngendũ:Maria autem præter conſuetudinem,tanta vnguenti copia vſa eſt,vt ad pedes quoque dimanarit.Propterea dicit Iohannes eam pedes Chriſti vnxiſſe,& capillis extersiſſe:vt ſummam mulieris deiectionem exprimeret.

8 Indignati ſunt,] Iohannes indicat nõ omnes,ſed Iudam traditorem indignatum,& ita loquutum eſſe.Quòd autem hic noſter diſcipulis tribuit,quod vnus tãtum illorum fecit,non repugnat Iohanni:quemadmodũ nec illud,quòd latrones crucifixos Chriſto opprobraſſe dicit,infrà 27.e.44:quũ ex Luca,cap.23.e.39,liqueat vnum tantũ ex illis id feciſſe:& huius gratia ab altero correptum eſſe.Quòd ſi alii murmurarint,ipſe Iudas author fuit illis,dolens ſibi ſublatam de hoc pretio furandi occaſionem.Vnde admonemur,ſi hoc diſcipulis cõtigit,vt diligẽter caueamus ne præcipitemus iudicium:neque aures calumniis præbeamus, quòd ſimus in hanc partem nimium procliues: facilè damnamus de quo nondum nobis conſtat. falli homines ſæpe contingit vbi opinionem ſuam ſequũtur.ſtemus iudicio vnius Domini,verbo ſcilicet ipſius.Verbũ quidem eius habet vt demus pauperibus:& hic ſumptus prima fronte potuit ſuperuacaneus videri. verùm pauperibus dari hoc non debuit,quòd ipſe Chriſtus hunc vſum in præſentia præferret, vt mox verſu 11, indicat. Ne igitur ſpecie recti zeli abripiamur, ſed teneamus mediocritatem,vt non audeamus probare aut etiam damnare,niſi quod eſt probatum aut damnatum ex ore Domini.

9 Venundari magno,] Cauſam indignationis ſuæ non iniquã,in ſpeciem affert.Sic ſolẽt hypocritæ,qui in maximis maleficiis volunt retinere ſuã exiſtimationẽ.Pro eo quod hic noſter Magno dicit:Iohãnes habet, trecentis denariis. Et dari p.] Pauperũ curã prætexit,

quorum illi nulla erat cura, vt docet Iohannes, cap.12.a.6, dicens, Dixit autem hoc, non quòd pauperes illi curæ essent, sed quia fur erat, &c. Fecit Iudas quod impietas solet: aliud prætexebat, aliud in corde agitabat.

Sciens autem Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscũ, me autem non semper habebitis.

10 Eo autem cognito Iesus ait illis, 'Quid molesti
estis mulieri? 'op' enim bonũ operata est erga me.
11 |Nam 'semper pauperes habetis vobiscum, 'me Deut.15.b.11.
verò non semper habetis.

ANNOT.

10 Quid molesti estis mulieri?] Vel, Quid molestias exhibetis, aut, Cur negotium facessitis mulieri? Vide Christi mansuetudinem & humanitatem, non solùm in eo, quòd Mariam, vt solebat, defendit, sed & quòd hypocritæ fraudem & malitiam (quam vtique nõ ignorabat) non mox prodit, nec seueriter impostorem, vt merebatur, castigat: sed vnũ hoc agit, vt factum mulieris tueatur, prohibeátque ne illi molestia fiat. Peccatũ autem Iudæ, quia occultum erat, noluit publicè traducere. Opus enim bonum, &c.] Christus absoluit Mariam aduersus temerarium iudicium quod Apostoli tulerant: probátque hoc opus, quòd Spiritus sancti impulsu fuerit factũ. Probemus igitur & nos quod Christo probatur: nam non probasset, nisi pura & recta fide fuisset factũ. A corde, non externis circunstantiis bona opera æstimanda sunt. Quum igitur cor nobis sit incognitum, à quo operum bonitas pendet, ne simus ad condemnandũ faciles. Notemus & hic, rebus ad delicias conditis, pios posse vti, modò iuuandi pauperes occasionem non prætereant. Non dubium, quum Christus tam pretioso vnguento delibutus fuit, quin multi pauperes esurierint: sed non defuit etiam Christo ratio cur passus sit ab hac muliere se isto vnguento ad cohonestãdam suam mortem perfundi. Nemo igitur quærat delicias: nemo tamẽ rursus eos damnet qui deliciis nõ procul quæsitis, sed quæ ad manú sunt, vtuntur. Nihil enim est ab optimo Deo in vsum nostrum conditum quo nõ possint bene vti pii. 1. Timoth. 4.a.4. Ad hæc, vt in aliis denique rebus externis, ita & in vsu deliciarum, discrimen esse Dominus voluit. Dauidem, Salomonem, & alios sanctos Reges atque Principes constat sæpe variis deliciis abundasse, quum multis aliis vix necessarius cibus adesset: neque tamen eo nomine Deo displicuisse. Tantùm adsit dilectio, quæ proximi necessitatem non prætereat, adsit studium sanctimoniæ, ne carnis concupiscẽtiis indulgeatur: adsit denique animus in omnibus Dei gloriam quærens, & nulla creatura fuerit cuius vsus nocere possit.

11 Semper pauperes hab. vob.] Christus obiectioni, quæ fallebat discipulos, respõdet. ipsi non sponte accusabãt Mariam, sed à Iuda instigati: vt hypocritæ sunt flabella ad alios inflammandos. Hac ergo sentẽtia Christus sibi Mariæ factum probari significat, non quòd requireret quotidianam vnctionẽ, sed vt opus extraordinarium. q.d. Quòd ad pauperes, perpetuum est officium eis benefacere: hæc vnctio semel à me probatur. Hinc videmus beneficẽtiam erga pauperes, non esse vnius anni officiũ, aut trium, sed esse perpetuũ, quod perpetuò illi probatur. Præterea Dei prouidentia fieri vt pauperes semper habeamus, vt experiatur nostrã charitatẽ. posset enim omnes ditare. Marcus addit, Et quandocunque volueritis, potestis illis benefacere. Me verò non semper hab.] Obseruandum ex his verbis, nunc non adesse nobis Christum corporaliter, & ita præsentem, vt ei talem honorẽ exhibeamus, qualem Maria exhibuit. Vnde superstitiosum est, eum externo sumptu honorare, quasi delectetur suffitu, candelis, & similibus nugis. Sed tamẽ est nobiscũ, vt pollicitus est, vsque ad consummationẽ mundi: infrà 28.d.20. Et vbicũque duo vel tres congregati fuerint in nomine ipsius, ibi promisit se futurũ in medio illorum: suprà 18.c.20. Secundũ maiestatem suam (inquit Augustinus cum Hieronymo) secundum prouidentiam suam, secundum ineffabilem & inuisibilẽ gratiam impletur quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscũ sum, &c. Secundũ carnẽ verò quam Verbum assumpsit, secundum id quod de virgine natus est, secundum id quod à Iudæis comprehẽsus est, quod ligno crucifixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, Non semper habetis me vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundũ corporis præsentiam quadraginta diebus cũ discipulis suis: & eis deducentibus, videndo, non sequendo, ascendit in cælum. & non est hic: ibi enim sedet ad dexterã Patris, & hic est: non enim recessit præsentia maiestatis. Græcè præsenti tempore legitur, habetis, vtroque loco: & sic etiam in vetustioribus Latinis scriptis codicibus.

'Quòd enim hæc vnguentum hoc misit super 12
corpus meum, ad sepeliendum me fecit.
Amen dico vobis, 'vbicunque prædicatum fue 13
rit hoc euangelium in toto mundo, hoc quoque
B quod hæc fecit, narrabitur 'in memoriam ipsius.
Mar.14.b.10. luc 22 a.4. Tūc abiit 'vnus de duodecim, qui dicebatur Iu 14
das Iscariotes, ad principes Sacerdotum,

12 Mittens enim hæc vnguē tum hoc in corpus meū, ad sepeliendum me fecit.

13 Amē dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mūdo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.

14 Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotum,

ANNOT.

12 Quòd enim hæc vnguentū hoc misit super corpus meū, ad s.] In Marco dicit, Quod potuit hæc, fecit: præuenit vt vngeret corpus meum ad sepulturam. quasi dicat, Mulier quid faciat, nunc quidē nescit: attamen pia sedulitate quod potest facit, & intelliget postea quid fecerit. etiamsi voluerit postea mihi seruire, nō poterit: iam ergo vbi potest, hoc quod potest, facit. Ego mysterium vobis interpretabor, Voluit Pater cælestis per hanc vobis omnibus salutis veræ negotium cōmendare, mortem & resurrectionem meam, effectum item mortis meæ atque resurrectionis. Vnxit hæc corpus meum: & ita significauit corpus hoc meū cædendum, & occidendū, sepeliendúmque. Quia verò mortua maximè corpora inungi solent, hæc autem viuum inunxit: significauit corpus hoc meum resuscitandum ex mortuis. Cupiet enim sepultum vngere corpus: id quoniā tunc non licebit propter resurrectionem, nunc veluti anteuertit. Hinc videmus factum Mariæ excusari, quòd hæc vnctio ad sepulturam eius pertineret. nemo autem reprehendebat quod fiebat in sumptum sepulturæ. Interea Christus significat, sibi non simpliciter probari factum, sed propter causam, nempe quòd præuenisset sepulturā quæ instabat. Hac etiam ratione sepulturam notari voluit, vt spem faceret resurrectionis suis fidelibus adhuc illis occultæ.

13 Vbicunque prædic. fuerit hoc Euangel. in toto mundo,] Hic primum aperte futurum prædixit vt Euangeliū suum prædicaretur, non in Iudæa tantum, sed & in toto mundo. quod ad consolationem discipulorum multum valebat, quòd instaret mors Christi, & egerent omni genere consolationis, vt post eius ascensionem animosiores essent, licet tunc nemo reciperet Euangelium, oportere tamen prædicari in vniuerso orbe. Deinde videmus & illud, quomodo memoria sanctorum qui Christo seruierūt, in Ecclesia sit seruanda, per Euangelii scilicet prædicationem. non enim omnia sanctorum acta memoriam apud posteros merentur, sed ea quæ cum prædicatione Euangelii sunt coniuncta. Confirmat igitur Christus suam sententiam superiorem: dicit enim, tantum abesse vt Maria culpanda sit in hoc facto, vt potius habitura sit magnam laudem ex iis ipsis qui prædicabūt Euangeliū, & qui recipient. Vera igitur piorum laus quum à Deo & in Ecclesia ipsius laudantur. In memoriam ipsius.] Vt scilicet eius memoria sit benedicta. Memoria iusti in benedictione erit, ait Salomō, Prouerb. 10. b. 7. Non solùm ergo coram angelis, sed & coram Ecclesia.

14 Vnus de duodecim,] Quem fructum pariant reprehēsiones, videmus. discipuli acquiescunt, & silent, non pudore, sed vera obedientia. tantum enim deferūt illius iudicio, vt postquam agnoscunt placere illi quod sibi displicebat, acquiescant. Sic nobis faciendum vbi lapsi fuerimus, ne pudeat monitos sentētiam retractare. Ex aduerso, quid valeat reprehēsio in animis obstinatis: nā Iudas velut furore correptus discessit ad Sacerdotes. Id prius in animo habuisse verum est: sed magis inflammatus est: vt ii quos Dominus suo iudicio vrget, magis præcipites ruūt. Quòd si Iudas interrogatus fuisset, haud dubiè illam excusationem, quam nebulones afferunt, attulisset, nempe, Ille me nimiū vrgebat. Volūt enim seruos Domini esse in culpa, tanquam qui debeant ferre omnia flagitia. Mali nō possunt retineri, nisi illis indulgeatur: vbi vrgentur, frangunt omnia repagula: posteàque totam culpam in seruos Dei referunt qui illos reprehendūt. Ad tempus venenum suū continent, ita vt non appareat, sed reprehendi vllo modo nolunt: quum autem vrgentur, quicquid possunt machinantur, quia possidentur à diabolo. Sciebat Iudas Sacerdotes esse seruos diaboli & tyrannos: tamen cum eis conspirat, & Christum vendit. Cur ita? Quia Christus nimiū vrgebat. Vide præterea in hoc Iuda, quàm verè scripserit Paulus, radicem omniū malorum esse habendi cupiditatē: & eos qui volunt ditescere, incidere in tentationem & laqueū, 1. Timoth. 6. b. 9, 10. Quòd paulū lucelli huic dilapsum esset, audet miser vendere saluatorem & magistrū suum. Postremò dicit vnū fuisse ex

duodecim: vt videamus quã nulla sit integra prorsus societas, quum inter Apostolos reperiatur Christi proditor. Proinde nemo offendatur si inter Christi ministros reperiatur Iudæ quispiam imitator: nec pateat, propter vnius impietatem, reliquorũ abiiciendũ esse ministerium.

Et ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradam? At illi constituerũt ei triginta argenteos.

15 Et ait illis, 'Quid vultis mihi dare, & ego vobis
tradam illum? At illi 'constituerunt ei triginta argenteos.

Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.

16 Et ex eo tempore 'quærebat opportunitatem vt
eum traderet.

Prima autem die azymorum accesserũt discipuli ad Iesum, dicẽtes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha?

17 [Cæterùm 'primo die azymorum 'accesserũt di- Har. 4.8.
scipuli ad Iesum, dicentes ei, Vbi vis paremus tibi Mar.14.b.12. luc.22.a.7.
ad edendum pascha?

At Iesus dixit, Ite in Ciuitatem ad quendam:

18 At ille dixit, Ite in Ciuitatem 'ad quendam:

ANNOT.

15 Quid vultis mihi, &c.] Lucas, cap. 22.a.3, & Iohannes cap. 13.e.27, dicunt impulsu Satanæ Iudam ad prodendum Christum animum appulisse. Vide autem vt non roget quam aduersus Christum habeant causam, aut quid cum eo sint facturi: sed simpliciter de pecunia paciscatur, parum solicitus quid in Christũ sint designaturi. Constit. ei triginta argenteos.] Marcus & Lucas dicunt quòd summi Sacerdotes audito Iuda gauisi sunt: vbi obstinatæ cæcitatis exemplũ proponitur. gauisi sunt spe perficiendi quod consultauerant. Argenteos autẽ siclos intellexisse videtur Matthæus. nam familiare est Hebræis in hoc dicẽdi genere subaudire siclum: intellige autem prophanum, qui valebat decem obolis. Certe non est vero dissimile, Sacerdotes Iudæ pro veteri consuetudine numerasse siclos.

16 Quærebat opportunitatem] Colloquutus autem fuerat cũ principibus Sacerdotũ & magistratibus, quomodo eũ traderet illis, ait Lucas 22.a.4. Opportunitas tradẽdi Dominũ, quã quærebat, fuit, vt sine turba illum traderet, vt idẽ Lucas memorat, versu 6, hoc est sine tumultu.

17 Primo die azymorum] Diem immolationis agni paschalis vocat diem azymorũ, quia eo die incipiebant abstinere ab esu fermentatorum. Vide principium annotationis in secundum versum huius capitis, & finem eiusdem annotationis. Lucas habet, Venit autem dies azymorum in quo oportebat immolari pascha. Accesserunt discip. ad Iesum,] In Luca legimus, Christum priorem misisse Petrum & Iohannem paratum pascha: ac tum ab illis Dominum interrogatum fuisse vbi parare deberent. Venit autem (inquit) dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et emisit duos ex discipulis suis, Petrũ & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt comedamus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Quòd sic interrogant vbi celebraturus sit pascha: signũ est illos fuisse vagos & instabiles, vt non haberent certum locum. Deinde non carebat periculo ingressus in vrbem: habebant illic hostes infensissimos qui captabant occasionẽ eos arripiendi. Vide autem vt Christus nihil neglexerit quod esset ex communi regula piorum: voluit enim subiici Legi, vt nos à Lege redimeret, vt ait Paulus, Galat. 4.a.5. Noluit ergo Pascha prætermittere, quemadmodum nec alios ritus.

18 Ad quendam,] Græcè ad verbũ legitur, Ad illũ. Quo modo loquuntur Græci quum significant certum hominem, quem tamen non nominent. Vnde apparet Christum ædidisse nomen, cæterum Euangelistã obticuisse. Quo sermonis genere vtuntur & Hebræi: vt Ruth. 4.a.1, Sede hic talis talis. Et 2. Reg. 6.b.8, Ad locum talem talem. Daniel. 8.c.13, Et dixit vnus sanctus tali loquenti. Alii dicũt, nõ esse verisimile, nominatũ fuisse à Christo eum ad quem mittebantur: sed designatum fuisse ab illo, eo symbolo quod refertur à Marco & Luca, dicentibus, Ecce, introeũtibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo hydriam fictilem aquæ portans: sequimini illum in domum in quam intrat. Nõ erat tum discipulis cognitus, nec domus eius: neque quũ à magistro discedũt, quis futurus sit hospes, sciunt. Quòd igitur dicebat quẽdam occursurũ illis: docebat oĩa sibi esse præsentia, vt qui videret quid in vrbe ageretur, quãuis absens. Hodie corporaliter in cælis habitans, non minus tamen videt quæ in terris agantur. Quòd item mittebat eos ad ignotũ, virtutẽ suam eis declarabat, quò in fide confirmarentur, omnia illi in manu esse, neque defore quicquam etiam ad copiã electis, & Deo fidentibus.

& dicite ei, 'Magister dicit, 'Tempus meum pro-
pè est, apud te 'facio pascha cum discipulis meis.
'Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus: 19
& parauerunt pascha.
Har.4.9. Mar.14.b.18. luc.22.b.14. iohā.13.c.21. ‖'Vespere autem facto, 'discumbebat cum duo- 20
decim.
'Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis quòd 21
'vnus vestrum me proditurus est.

& dicite ei, Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis.
Et fecerūt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt pascha.
Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis.
Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est.

ANNOT.

Magister dicit,] His verbis, etiamsi vilis & abiectus homo haberetur, docebat suos se esse verum Dominum, cuius esset imperare omnibus, cui iubenti omnes obedire oporteat: neque hoc tantùm, sed qui etiam corda hominum habeat in manu, vt flectere possit & cogere ad sibi obediēdum. Talem se nominat, & facto cōprobat, quū asinā & pullū solui, & sibi adduci iubet, suprà 21.a.3, Et siquis (inquit) vobis dixerit, Cur soluitis, (vt Lucas habet) dicite, Dominus his opus habet. Et confestim emittet eos. Marcus cap.11.a.6, & Lucas cap.19.e.33, subiungunt, Soluentibus autem illis pullū, dixerunt domini eius ad illos, Quare soluitis pullum? At illi dixerunt, Quia Dominus eo opus habet. Et sinebant illos. Sed & Iohan.13.b.13, apertissime se Dominum vocat, quum dicit, Vos vocatis me Magistrum ac Dominum, & bene dicitis: sum etenim. Tempus meum propè est,] Non dicit, Mors mea: sed Tempus: vt admoneat mortem suam certò esse diuinitus destinatam: simúlque docet vt suo exemplo & nos parati simus & alacres, vbi tempus nostrum aduenerit quod cuique præfinitum est. Facio Pascha] Præsens pro futuro, more Hebræorum, facturus sum: aut, facere volo. Vide autē quāta fiducia & authoritate mandet huic viro vt locum sibi det in quo pascha comedat. Marcus & Lucas addunt, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis comedam? Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum, stratū, paratum: illic parate nobis. Et exierunt discipuli eius, & venerunt in Ciuitatem: & abeuntes inuenerunt sicut dixerat eis. Dicunt eos inuenisse vt dixerat Dominus: quo docemur nunquam eum nos frustraturum, si fidem verbis illius habeamus. non enim fallere potest.

19 Et fecerunt] Hîc ostendunt quantum verbis Domini fiderent, quámque essent obedientes. Caro poterat reluctari, Quid si nolit facere? ridebit nos, mittis ad incognitū. Sed simpliciter obediunt, nihil cunctati. Si nimium inquirimus, signum est diffidentiæ: ex diffidentia sequitur rebellio & contumacia. simpliciter amplectamur quod iubet: exitum ne curemus.

20 Vespere autem facto,] De hoc vespere vide annotationē in secūdum versum huius capitis, longe satis à principio, vbi de duabus vesperis fit mētio. Discūbebat cū duodecim.] Magna Iudæ impudentia, quòd post proditionis pactū cū summis Sacerdotibus initū, ausus fuit in mensa Domini cum aliis accumbere, Domini conscientiam nihil veritus. Sperabat forsan, vt erat impius, cōsilii sui illum ignarum esse: vel certe non proditurū, ob animi mansuetudinem, cuius in illo multa iam experimenta ceperat. Discubuisse Christum cum suis narrat Euangelista: quum debuissent comedere agnum stantes, & tenentes baculum manu, iuxta Legis præscriptum. Sic sanè stantes iuxta ritū ederunt pascha, vt consumpto agno postea discumberent: nam sequutum est conuiuium.

21 Et edentibus illis] Agnum scilicet paschalem. Vnus vestrum me prod.] Obscuris his verbis voluit Iudæ animum tentare Dominus, & illius conscientiam clanculum pungere: vt nihil omitteretur eorum quæ ad illius resipiscentiam facerent. Licet enim sciret Christus proditoris excæcationem, ita vt frustrà admoneretur: præter rationē tamen non erat, conscientiam ferire, vt omni in posterum excusatione priuaretur, nec quicquam eorū omitteretur quæ boni viri officiū concernunt. Præterea, vt discipulos suos cōfirmaret. Nā in Iohāne, cap.13.b.18, Nō de omnibus vobis loquor: ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur Scriptura, Qui edit mecū panem, sustulit aduersum me calcaneū suū. Nūc dico vobis: vt quū factū fuerit, credatis quòd ego sum. Quibus verbis videmus, quòd de proditore meminit, ad hoc facere vt fidei Apostolorū seruiret: hoc est, vt peracta proditione, & intellecta Scripturæ adimpletione, firmius crederēt, hūc Iesum esse quē Spiritus sanctus in Scripturis iam olim designauerat, verū scilicet Messiam, in Lege & Prophetis promissum. Huc scilicet magis prospiciebat ani-

mus Christi, quàm quid cum proditore deplorato & excæcato ageret: reliquorum habebat rationem magis quàm Iudæ. Marcus addit, Vnus ex vobis qui vescitur mecum.

Et contristati valde, cœperūt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine?

22 'Et mœsti redditi vehementer, cœperūt singuli dicere ei, Num ego sum Domine?

At ipse respondens ait, Qui intingit mecū manum in paropside, hic me tradet.

23 At ipse respondens ait, 'Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus est.

Filius quidē hominis vadit, sicut scriptū est de illo:

24 'Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo:

ANNOT.

22 Et mœsti redditi, &c.] Mœstitiam Apostolorum tria gignebant, Primum, quòd prodendum se dicebat, & in manus hostium tradendū, vnde velut orphani futuri essent: propterea eos consolatur Dominus apud Iohānem, cap.14, & 15, & 16. Alterum, quòd ex ipsis futurus esset qui tantum facinus auderet. quis enim piorum non doleat, si audiat ex eo cœtu, cui propter Christi fidem coniūctus est, proditurū Christi hostem? Quum Apostolus (Act.20.f.30) dicebat episcopis Ephesiorum, Ex vobisipsis exorientur viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se: quomodo non fuissent turbati qui in illis erant pii? Tertium, quòd ignorabant quis esset futurus ille proditor. Non poterant dubitare de verbis Christi. Et quanquam nihil huius sibi conscii erant, securi tamen esse non poterant, ignari quid de se futurum esset. Vnde & singuli rogant, Num ego sum Domine? Omnino nanque tales sumus vt in horas mutemur, vt quod hodie ne cogitamus quidem, imò cuius oppositū cogitamus, cras affectemus. Certe Petrus nihil minus admittere volebat, quàm vt Christū negaret. at illi accidit contrà. Innocētes etiam timidi sunt: non quia diffidant promissionibus Dei: sed quia sibi verentur. Nihil mihi conscius sum, inquit Paulus, 1.Cor.4.a.4: sed tamen in hoc non sum iustificatus. Nam Dominus acutius videt: & infinitæ sunt in nobis latebræ. Nō dubitamus tamē de promissionibus Dei, vt perperam colligūt ex hoc loco sophistæ. Videtur certè verus hic esse sensus quem attulimus. Nam ideo narrant Euangelistæ tristes fuisse discipulos, vt ostendant magnam fuisse in ipsis consternationem. tantum enim reuerentiæ habebant Domino, vt licet sibi bene conscii, vererentur tamen, sibique timerent.

23 Qui intinxit, &c.] Quidā dicunt quòd hæc fuit certa Iudæ denotatio, qui forte, quum Christus panē in catino intingeret, simul cum illo intinxit. Quod probro datur Iudæ, tanta eum fuisse temeritate & irreuerentia erga Dominū suum, vt ausus sit vnà cum illo manum in catinum mittere. Quod credibile est à reliquis discipulis non fuisse animaduersū. nam ex Iohanne apparet, è mensa illum ita surrexisse, vt quid gereret, incognitū fuerit reliquis Apostolis. Alii volunt his verbis aliud nihil dixisse, quàm quod in Marco dixit, Qui edit mecum. Et in Luca, Ecce manus prodentis me, mecum est in mensa. Et in Iohanne, Sed vt impleatur Scriptura, Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum. Cui sententiæ fauere videtur quod in præsenti dicit Marcus, Qui intingit mecum manum in catino. Atque ita per exaggerationē, pessimi hominis ingenium notabatur, qui neque mensæ communione motus, à tanto facinore abstinuerit: imò in ipsa mensa constitutus, prodendi commoditatē meditaretur. quin non solùm in mensa, sed ita prope Christū constitutus, vt eodem cum illo vsus sit catino. Simul etiā his admonebat Prophetici dicti, nequid putarent reliqui Apostoli temere sibi accidere: sed cogitarēt cum id, tum reliqua quæ futura erant, ita diuinitus esse destinata. Si autem tantam indignitatem Christum ferre oportuit, ne miremur si idem nobis contingat.

24 Filius quidem hominis, &c.] Hæc Christus tanquam ad se conuersus dicit, postquam monuit Iudam, vt nihil haberet excusationis. q.d. Quod ad me attinet, nihil est periculi: mihi nihil accidet fortuiti atque inopini: quod de me scriptum est, impleri oportet: & ad hoc planè paratus sum: nihil poterūt aduersum me impii, nisi quod constitutū est à Deo. Verùm homo ille qui me proditurus est, omnibus modis miser est: seipsum perdet, non me: & ita perdet, vt præstiterit ipsi nunquam esse natū. Cur hoc dicat Christus, ab Euangelista quidem non memoratur: attamē apparet & Iudæ conscientiam pungere voluisse: & reliquis iterum inculcare, ita decretum esse à Patre, & ita prædictū per Spiritū sanctum vt à discipulo traderetur. Licet enim quum hæc diceret, impræsentiarum parum obseruarentur, propter mœstitiam cordis ipsorum: futurum tamen erat vt plurimū ad fidei ipsorū confirmationem facerent. Obseruan-

dum autem quàm parati esse debeamus, isto Christi exemplo, ad ferẽda quæ diuinitus immittuntur, potissimum quæ iuxta Sacras literas accidunt. Notandum præterea non ab ipso dici, moritur: sed, vadit: licet de morte sua loquatur. Mors igitur est trãsitus ex hac vita in futuram. Quòd verò Christus de se testatus est, se nihil pati nisi quod constitutũ esset à Patre, pertinet etiam ad omnes filios Dei. Nam quũ videmus impios aduersum nos furiose ferri, sciamus nos non esse expositos eorũ libidini, vt agant de nobis pro sua volũtate, sed quia Deus decreuit. Si pereundum erit nobis, peribimus, quia sic ordinatum est à Deo qui regnat in cælis. Viuimus & morimur Deo, ita vt vita & mors nostra pendeãt ex eius manu. Hinc etiã colligimus oportuisse impleri quicquid scriptũ erat de Christo. nam Scriptura nihil aliud est quàm reuelatio æterni decreti, quod prius absconditũ erat in Deo. Discamus ergo nihil inquirere de arcanis consiliis Dei, quàm quod Scriptura reuelat. magna enim erit insania, si plus scire appetamus, quàm Dominus reuelauerit.

'Væ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: 'bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.

Væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

C Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, 'Num ego sum, Rabbi? Ait illi, 'Tu dixisti. 25

Respondẽs autem Iudas qui tradidit eũ, dixit, Nunquid ego sum, Rabbi? Ait illi, Tu dixisti.

A N N O T.

Væ autem homini illi per quem Filius hom. &c.] Hoc adiunxit, quia videmus excusari facta hominum quòd nihil perpetrare possimus, quàm quod ordinatum fuerit à Domino. Satã hoc ingerit nobis, & stultæ hæ cogitationes nobis sponte occurrũt. Ideò respõdet Christus, damnandum esse quod fecit Iudas, quia perfidus. Atqui (dicat aliquis) proditio, erat opus Dei. Minime verò. nam longè differt consilium Dei de redemptione hominũ, & furor Iudæ, quo ferebatur ad prodendũ magistrum. Vnde verò æstimabũtur opera, nisi à consilio & fine? Discernendũ est igitur opus Dei, quia Deus iustus est semper in suis consiliis, nihil sine causa facit: homines autem impii, mala causa mouentur: quod etiam conscientia eorũ indicat. Latro & iudex, etiamsi homines interimãt: longè tamen differũt: nam laudatur seueritas iudicis, & damnatur latro. Volũtate Patris fit vt patiatur Christus, eique ita placet: non autẽ placet ei Iudæ impietas. Prædictum est à Christo suos in hoc mundo tribulationem passuros: inde tamen non excusabuntur impii persequutores piorum. Iudas non propter Dei voluntatem, sed cordis sui malitiam Christum tradidit, vt pecuniam acciperet. secũdum illam igitur & meritò condemnatus est. Quanuis ergo in speciem impii videãtur habere aliquid commune cum Deo, tamen propius inspiciendũ, & tum videbimus tantum distare quantum cælum à terra. Non sunt excusabiles, sed væ illis. Diligenter notãda hæc sunt: quia multi phrenetici implicant omnia, non disputationibus, sed conuitiis agẽtes cum Deo: nec quicquam aliud captant, quàm vt possint infamare totã doctrinã Dei, vt odio religionis nascatur contẽptus Dei & belluina audacia: vt nihil differãt à pecudibus. Sciamus ergo discernere, vt hîc Christus discreuit. Bonum erat ei, &c.] Significat quàm horrẽda sit impiorũ vltio. Quanquam ipsum esse, bonum sit singulare, si per se consideretur: tamen hoc bonũ malo deterius Christus pronuntiat, quod est non nasci. Discamus ergo horrere Dei iudicium, non Deum, vt detestemur omnia flagitia, & quicquid est aduersus Dei iustitiã. Melius ei fuisset, omnino nunquã fuisse, quàm in æternũ excruciari. Ad gloriã tamen Dei quũ & hoc faciat quòd fuerit, & crucietur in æternũ: si Deum, & vniuersitatem operũ eius spectemus, bonum est quòd fuerit, sed non ei.

25 Num ego sum?] Miram hîc Iudæ impudentiam videmus, qui non tantùm dissimularit scelus suum, sed etiam se ferrea frõte offerat, & neget factũ. Quoniã reliqui omnes Christum interrogauerant, Nunquid ego? ne sibi malè videretur conscius, tandẽ & ipse eum simili modo prorũpit, dicens, Nunquid ego sum, Rabbi? Non quærit vt veritatẽ audiat, non quòd mœstus sit vt reliqui, sed ne suspicionem apud reliquos incurrat, si taceat. Tu dixisti.] q.d. Ego non dico quòd tu me sis proditurus, malitiam tuam nõ reuelo, sed tu ipse hoc dicis. Admirabilis sanè Christi mansuetudo: non obiurgat, non exprobrat beneficia: non abigit illum à mensæ communione: contentus est illius conscientiam feriisse: & reliquorum fidei, quæ sibi iuxta Scripturas futura erant, prædicendo, consuluisse.

Post hæc addit Lucas,

Et ait ad eos, Desiderio desideraui hoc pascha comedere vobiscũ antequam patiar. Dico

enim vobis quòd posthac non comedã ex eo donec compleatur in regno Dei. Et accepto poculo, quũ gratias egisset, dixit, Accipite hoc, & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de fructu vitis vsque dum regnum Dei veniat.]

Hactenus ostẽdit Euãgelista Christũ non ignorasse cõsilium & propositũ proditoris sui: cuius meminit non animo indignanti, nec ad hoc vt malitiam Iudæ nominatim proderet, aut cum illo expostularet, sed magis id curauit vt reliquis consuleret. Cuius certe euidens argumentum est, quòd relicto proditore, mortis suæ vtilitatem & memoriam per corporis ac sanguinis sui sacramentum discipulis suis commendat & instituit. Ante quam institutionem hæc dixisse & egisse patet ex superioribus Lucæ verbis, quibus declarauit illud Iudaicum pascha, nõ solùm memoriam liberationis ex AEgypto, sed & typũ fuisse futuræ ac veræ liberationis iamiam implendæ, cuius ipse author esset. Hæc autem simpliciter intelligenda videntur, Christũ significare voluisse, propè adeò adesse regnũ Dei, vt nihil cibi ac potus corporalis sumpturus esset ab hoc ipso conuiuio in quo erat, donec illud in se, deposito mortalitatis onere, aduenisset: atque pascha fuisset completum, facto scilicet post sui immolationem, de mortalitate ad immortalitatem transitu. Attamen post resurrectionem, ad comprobandam eam, edit & bibit cũ discipulis, sed alios cibos: vt Iohannes, cap. 21. a. 5, & Act. 10. f. 41, Petrus testatur. Nemo verò ex ipso DONEC, colligat, rursum Christũ pascha corporale cũ discipulis à resurrectione comedisse: nam hoc EXEO, ad promiscuum cibum referendum est. alii enim cibi fuerunt quos comedit post resurrectionem ad illam comprobandam, vt dictum est. Vide suprà cap. 1. d. 25, de ipso DONEC. Obserua præterea Lucam duplex calicis libamẽ commemorare. Multi putant idem bis referri: quæ expositio nimis coacta est: quum Lucas disertis verbis distinguat, dicẽs peracta cœna datum fuisse poculum discipulis. Primùm ergo inter cœnandum, deinde post cœnam: nec dubitandum quin bis libauerit, & bis porrexerit calicem. Fuit enim hic mos Iudæis, (vt paulo pòst dicetur,) atque etiã Gentibus: qui etsi corruptissimi essent, retinebant tamẽ aliqua patrum vestigia. Illi nanque, quum solenne epulum habebãt, libabant ex calice. Vnde illud Psal. 116. a. 13, Calicẽ salutis accipiam. Nam paterfamiliâs si habebat domesticum sacrificium, prior incipiebat: si sacrificium erat totius populi, Rex. Noluit verò Christus morem illum spernere, ritum scilicet vulgarem. nam in obseruatione paschali, nihil erat ex superstitione admistum. Actis igitur pro solenni cœtu gratiis proposuit calicem, vt singuli libarent. quod quum faciebant, se eodẽ animo velle gratias agere testabantur: tanquam Amen succinerent. Ceremonia ista, nihil aliud erat quàm testimonium consensus. Veniamus nunc ad Cœnam: nam prima illa libatio, erat tantùm gratiarum actio.

Cœnãtibus autem eis, accepit Iesus panem,

26 ‖ Vescentibus autem eis, accepit Iesus panem, Har. 4. 10 / 1. Cor. 11. e. 24

ANNOT.

26 Vescentibus autem eis,] Hoc est, Postrema cœnæ parte, sub finẽ cœnæ, & peracta cœna. Quòd autẽ Christus peracta cœna, corporis & sanguinis sui sacramentum instituit, noluit propterea legẽ ferre vt cœnent fideles antequam cœnam mysticam celebrent: quanquam mos ille apud veteres inualuerat, vt quotãnis post cibum, Cœnam Domini celebrarẽt, ex superstitione ortus, & satanæ artificio excogitatus. Accepit Iesus] Mos erat, vt iam dictum est, olim religiosis & piis Iudæis, vt quum ad mensam recumberent, paterfamiliâs, aut alius qui ad mensam consederat dignior, panẽ sumeret in manus, ageretque Domino gratias: ac deinde fractum per partes distribueret conuiuis, sumẽdum velut è manu Domini, prius quàm alium cibum gustassent. Ad finem conuiuii eodem ritu circumferebant & poculum. In festis diebus etiam initio mensæ poculũ eo ritu præmittebãt. Hæc institutio ante incarnationem Domini commendata Iudæis à sanctis Patribus fuit, vt illi semper velut corã Domino, & ex illius manu cibũ potúmque sumerent, indéque prouocarẽtur vt Deo etiam toti viuerent, à quo se adeò benignè ali agnoscebãt, atque prædicabãt. De hac institutione disserũt Talmudici super illud Mosis, Quum satiatus fueris, benedicas Domino. Hũc morẽ, quum sanctus esset, Dominus libenter obseruauit. Propterea hic dicitur, Accepit Iesus panem, &c. Panem,] Solẽne est ac receptissimũ apud omnes, vt in rebus seriis quas inter se transigũt, non verbis tantùm agant, sed verbis externa quoque earũ rerum, de quibus agant, symbola adhibeant: quibus quod animo offerunt, etiam manu tradant: maxime quando vel tradenda sunt spiritalia, vel ea carnalia quæ aut præsentia non sunt, vel si essent, manu exhiberi non possent. Qui fidem dant, non verbis tantùm, sed & manu illam porrigũt, quemadmodum & beneuolentiam stipulari solemus. Quibus iusiurandũ iniungitur, ab his non verba tantùm, sed & manus in cælum extẽsio exi-

gi.

gitur. Qui regnum accipiunt, non nudis tantū verbis, sed porrecto sceptro, aliisque nonnullis ceremoniis inaugurantur. Qui ædes vendunt, aut agros, possessionē suam vel calamo, vel alia quapiam re externa emptori tradunt. Ista etiā consuetudo in spiritualibus exhibitionibus seruatur. nā Deus, pro nostro captu nobiscū vt loquitur, ita & externis rebus agit, inuisibilia nobis & spiritualia, signis visibilibus & corporalibus, visibiliter & corporaliter, quantū ad signa attinet, exhibēs. Sic fœderis sui pactum cum Noe initū, signo arcus in nubibus posito firmat, Gene.9.c.14. Cū Abrahamo verò, carnali circūcisione, Gene.17.b.10. Et postea cum Israelitis in deserto, per aspersionem sanguinis vitulini, Leuit.16.c.14. Deinde præsentiā suam per arcæ propitiatorium exhibuit, Exod.25.c.22. Et sacerdotalem ac regiam inaugurationem oleo capitibus infuso, Exod.29.a.7, & 1.Samu.10.a.1. Et Christus inuisibilem suam gratiam visibili manus impositione, cum pueris, Marc.10.b.13: tum ægrotis impertiuit, Marc.6.a.5. Et spiritus sancti donum per oris flatum discipulis largitus est, Iohan.20.c.22. Ad hunc itaque modum voluit Dominus hāc sui oblationē & exhibitionem, summam totius salutis nostræ, nobis non verbo tantū commēdare, nec solo baptismate, symbolo ablutionis peccatorū, quam ipse nobis præstat: verū adiecit præterea & symbola cibi & potus, quibus tradit nobis carnem suam, qui verè cibus est: & sanguinē suum, qui verè potus est, hoc est seipsum, qui est verè panis cælestis & viuificus, sustentatio & alimonia vitæ æternæ, quam nobis communicat dum est & viuit in nobis. Ista verò vulgatissima in sacris omnium Gentium symbola, panem & vinum, delegit, & ea distribuēda ritu iam in populo Dei vulgato & solenni, instituit: quòd & publicare omnibus mortalibus religionem vellet, & eam amplitudinem Spiritus largiri, vt signa conueniret adhibere cum paucissima, tum vulgata & simplicia. Sic enim est & baptismatis symbolū, quo non apud Iudæos tantùm, sed apud omnes Gentes initiatio ad religionem, & omnem religiosam actionem fiebat. Itaque quia libatio panis & vini in omni vsu sacrificiorū apud omnes Gentes erat, res quoque tā simplex & parabilis, Dominus eam sanctificare voluit, & Ecclesiæ suæ sacramentum facere, quo veram corporis & sanguinis sui communionem suis impartiret.

& quum egisset gratias, fregit: deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite,

& benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite,

ANNOT.

Quum eg. gratias,] Patri gratias agit de sua erga humanū genus misericordia, & inæstimabili redemptionis beneficio: nósque suo exemplo inuitat, vt quoties ad sacrā mensam accedimus, erigamur ad agnitionē immēnsi erga nos amoris Dei, & ad verā de bonis eius gratiarū actionē. Fregit,] Ea forma panes fuisse putantur, vt cōmodè frangerētur, vti placentæ. Discipulis] Hic discipulorum nomine omnes fideles Christiani intelliguntur, quibus dat Christus suum corpus vt & discipulis, quoties sacram istam Cœnam inter se in communi cœtu fidelium celebrant. Neque per eos significātur tātùm sacerdotes, vt peruersè quidam exponūt, nimísque pueriliter: qui facillime ex illo Pauli loco 1.Corin.11.d.18, refelli possunt, vbi Cœnæ vsum docet Corinthios, viros & mulieres promiscue alloquens, & totum Ecclesiæ corpus, testatúrque se illis hoc tradidisse ex Domini mādato. Panē autē distribuit Apostolis, vt omnes cōmuniter vescātur, & sic quisque portionē suam accipiat, vt sit æqualis inter omnes communicatio. Vbi ergo nō paratur omnibus piis communis mensa, vbi non inuitantur ad communem panis fractionem, vbi denique non participant inter se fideles: frustra illic iactatur Cœnæ dominicæ nomen. Accipite, comedite,] Quòd accipere iubet, significat nostrum esse: quòd manducare, significat vnam nobiscum substantiam fieri. Notandum autem, mandatū & promissio. iubet accipere, & edere: postea testatur corpus suum esse quod accipiunt. Siquis separat promissionem à mandato, discedit ab instituto Christi. Promissio est mandato annexa, veluti cōditionalis: non aliter igitur suum effectum habet promissio, quàm si conditio etiam locum habeat. Exempli gratia, Scriptū est, Inuoca me, exaudiam te, Psal.50.c.15. nostrū est Deo iubenti obedire, vt præstet ipse nobis quod pollicetur: alioqui effectum excludimus. Quid celebratores missarū? omissa communicatione, panē in vsum prorsus diuersum consecrāt, interea iactāt se habere corpus Domini. Sensus enim verborū est, Communicando in fractione panis secundū ordinem & ritum à me præceptum, participes quoque corporis mei eritis. Vbi ergo vnus seorsum vorat, illic cessat promissio. Neque locū habet quod dicūt, communi Ecclesiæ nomine sacrificium sumere. non enim iussit Christus vt nomine omnium ederet. Præterea docemur his verbis quid velit nos Dominus agere: Accipite, inquit. Ergo qui Deo offerunt, alium quàm Christum sequuntur authorem. neque enim his ad peragendum sacrificium instruimur.

hoc est corpus meum. ʼhoc est corpus meum.

ANNOT.

HOC EST CORPVS MEVM.] Panem Christus vocat corpus suum. Relatiuum enim Hoc, refert panē, non corpus. Sequitur enim cōtinuo, Hic calix, nouū testamentū est in meo sanguine. Locutio sanè figurata est, qua Corporis appellatio pani tribuitur, eadem ratione qua Spiritum sanctum Iohannes columbam vocat, cap. 1. f. 32. Porrò in Spiritu, ista fuit ratio, quòd sub columbæ specie apparuerat. Transfertur ergo Spiritus nomen ad signum visibile. Cur hic negemos similem esse transnominationem, noménque Corporis pani tribui, quia eius signum sit, aut symbolū? Sacramētalis itaque hic est loquēdi modus, vbi Dominus rei signatæ nomen, signo tribuit: non ideo tantùm quòd sit figura, sed magis quia symbolū sit quo res exhibetur. Similitudines enim quas mutuantur quidā à rebus prophanis aut terrenis, quoniam à Sacramentis Domini habent aliquid diuersum, nō admittimus. Vocatur Hercules, statua Herculis. sed quid illic est præter nudā inanémque figurā? Columba autē, Spiritus vocatur, quia certa sit tessera inuisibilis Spiritus præsentiæ. Ergo panis, est Christi Corpus: quòd certò testetur exhiberi nobis corpus illud quod figurat: vel quia Dominus visibile illud symbolum nobis porrigendo, vnà dat etiam nobis suum corpus. Neque enim fallax est Christus, qui vacuis figuris nos ludat. Proinde certum est, veritatem hic cum suo signo coniunctā esse: hoc est, non minus verè nos (quantum ad vim spiritualem attinet) participes Corporis Christi fieri, quàm panę vescimur. Nihil hic est imaginarium & vanū, licet hæc dona signis istis localiter non includantur. Quemadmodum enim verè Deus erat (vt dictum est suprà) & habitabat in medio populi, licet localiter non esset propitiatorio inclusus: Et vt reuera Regnum dabat & Sacerdotium, Prophetandíque munus per vnctionis symbolum, licet nec Regna, nec Sacerdotia, nec Propheticus spiritus localiter in oleo fuerint: Et vt Ieroboam verè accipiebat decem tribuum regnum, licet in decem pallii partibus localiter non esset: Et quemadmodum Christus reuera beneuolentiam suam per externā manus impositionem pueris & ægrotis dabat, tametsi in manibus illa localiter non comprehenderetur: Spiritúmque suum verè largiebatur, tametsi flatu oris localiter nō esset circunscriptus: Et per Baptismum indubitanter exhibetur peccatorum remissio, etiamsi sub aqua localiter non includatur: Ita & in Cœna Christus reuera per panem & vinū, tāquam externa symbola, Corpus suum ac Sanguinē exhibet, tametsi localiter in illis nō cōprehendatur. Nec timendū quòd talis aliqua carnis cogitatio discipulis in mentem venerit, vidētibus Christū ante faciem suam sedentem ac loquentem. Atque ista Corporis & Sanguinis Christi exhibitio, vt tū in cœna illa prima nihil demebat veritati corporis humani: ita nec hodie demit. manet enim etiā hodie veritas humanæ naturæ in Christo, teste Augustino, qui epistola 57, dicit, Immortalitatem enim illi dedit, naturā verò non abstulit: sicut neque diuinitati detrahebat, quòd præsentiam suam in arca exhibebat. Recte ergo Chrysostomus, Quoniam ergo ille dixit, Hoc est corpus meum: nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis mētis id perspiciamus. Nihil enim sensibile nobis traditum est à Christo, sed rebus sensibilibus quidē: omnia verò quæ tradidit, intelligibilia sunt. Sic & in Baptismate per aquam, (quæ res sensibilis est,) donū illud conceditur: quod autē in ea conficitur, regeneratio scilicet, & renouatio, intelligibile est. Nam si tu incorporeus esses, nudè tibi ipsa dona incorporea tradidisset: quoniam verò corpori coniuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur. Hæc ille. Aduersarii Euangelii suam trāsubstantiationem nobis ingerunt: negant amplius residere panis substantiā peracta consecratione, sed sola manere accidentia. Cui commēto non tantùm opponimus aperta Scripturæ verba, sed ipsam Sacramentorum naturam. qualis enim erit Cœnæ significatio, si nulla sit inter signum visibile, & rem spiritualem analogia? Signum esse volunt falsam & delusoriam panis speciem. quid igitur aliud erit res signata, quàm mera imaginatio? Si ergo conuenientiā signo esse oportet cū sua veritate, necesse est verum esse panem, non imaginarium, qui verum Christi corpus figuret. Deinde, non simpliciter hic datur nobis corpus Christi, sed in cibum: color autem panis nequaquam alit, sed substantia. Quòd autem se ex scripturis Patrum hanc transubstantiationem collegisse dicunt, fortasse verum, sed quos male intellexerint. Nam illi quidem alicubi dicunt cum magna admiratione panem mutari in Corpus, & vinū in Sanguinem Domini. Isti intellexerunt de substantiæ mutatione, quum Patres non illam commendarint, sed terrestrem panis conditionem, & vsum in cælestem ita mutari intellexerint, vt fideli iam non sit terrenus panis, nec in eo vsu quo est terrenus panis, sed transierit in Corpus Domini, & cæ-

lti.

leste alimentum fiat. Quæ mutatio,conditionalis dici potest,substantialis autem non ita. Et quoniam digna est quam admiremur & suspiciamus,recte dixerunt,mirabili modo panẽ mutari in corpus, & vinum in sanguinem Domini. quis enim non stupeat, terrenum panem in id dignitatis assumi, & transire,vt corpus Christi dici queat? quis non admiretur elementum aquæ crassum illud & terrenum mutari in lauacrum regenerationis:& quod corpori lauando datum est,fieri purificationem animæ,& ablutionẽ peccatorum? Nunc videamus quomodo detur nobis corpus Christi. Quidam nobis dari exponunt, dum participes efficimur omnium bonorum quæ nobis Christus in corpore suo acquisiuit, dum fide inquam amplectimur Christum pro nobis crucifixum,& à mortuis excitatum: eóque modo efficaciter omnibus eius bonis communicamus. Qui sic sentiunt,fruātur sanè illo sensu. Alii certe melius,qui nos demum participare Christi bonis agnoscũt,postquam Christum ipsum obtinemus. Obtinemus autem,non tantùm quum pro nobis factum fuisse victimam credimus,sed dum in nobis habitat,dum est vnum nobiscũ,dum eius sumus membra ex carne eius, & ex ossibus eius, Ephes.5.g.30: dum in vnam denique & vitam & substantiam(vt ita loquar)cum ipso coalescimus. Præterea audimus quid verba sonẽt:neque enim mortis tantùm ac resurrectionis suæ beneficium nobis offert Christus,sed corpus ipsum in quo passus est & resurrexit. Verè igitur in Cœna datur nobis corpus Christi,vt sit animis nostris in cibum salutarem: hoc est,substantia corporis Christi pascũtur animæ nostræ,vt verè vnum efficiamur cum eo: vel,quod idem valet, ex Christi carne vis viuifica in nos per Spiritum diffunditur, quamuis longe à nobis distet,nec misceatur nobiscum. Nodus tantùm vnus iam superest, Qui fieri possit vt corpus quod in cælo est,nobis hic in terra detur. Aliqui corpus Christi infinitum esse fingunt,nec vllo spatio contineri,sed implere cælum pariter & terram instar diuinæ eius essentiæ. Quod figmentũ absurdius est quàm vt refutatione egeat. Scholastici subtilius de corpore glorioso disputant. sed tamen huc redit tota doctrina eorũ, vt quæratur in pane Christus,tāquam illic inclusus foret. Ita fit vt obstupescāt hominũ animi ad panem, ipsúmque instar Christi adorent. Siquis ab illis sciscitetur an panem adorent,siue speciem panis,negabunt quidem fortiter:sed interea ad panem se conuertũt,Christum adoraturi:connertunt se inquam, non oculis tātùm & toto corpore, sed mentis etiam cogitatione. Hoc autem quid aliud est quàm mera idololatria? Atqui hæc communicatio corporis Domini, quæ nobis in cœna exhibetur, nec localem præsentiam,nec Christi descensum,nec infinitam extensionem,nec aliud quicquam tale flagitat. Nam quum cœna sit cælestis actio,minime absurdum est,Christum in cælis manentem à nobis recipi. Quod enim se nobis communicat, id fit arcana Spiritus sancti virtute: quæ,res locorum distantia seiunctas ac procul dissitas non modò aggregare, sed coadunare in vnum potest. Vinculũ ergo istius coniunctionis est Spiritus Domini,cuius nexu copulamur, & quidam veluti canalis,per quem quicquid Christus & est,& habet,ad nos deriuatur. Nam si solem conspicimus radiis in terrā emicantẽ,ad generādos,fouẽdos, vegetādos eius fœtus,suam quodammodo substantiam ad eam traiicere: cur inferior Spiritus Christi esset irradiatio,ad communionem carnis & sanguinis eius in nos traducendam? Quapropter Scriptura, vbi de nostra cum Christo participatione loquitur,vim eius vniuersam ad Spiritum refert. Pro multis tamẽ vnus locus sufficiet. Paulus enim Rom.8.b.9,Christum non aliter in nobis quàm per Spiritũ suum habitare differit,quum ait,Vos autem non estis in carne,sed in Spiritu:si quidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quo tamen illam,de qua nunc sermo est,carnis & sanguinis cõmunionem non tollit,sed ab vno Spiritu effici docet vt totum Christum possideamus,& habeamus in nobis manentem. Vt ergo huius communicationis capaces simus, assurgere in cælum nos oportet. hîc ergo fides nobis succurrat,postquam omnes carnis sensus deficiũt. Fides quũ hic dicitur,non intelligenda est quælibet opinio hominum commentis fulta, sicuti multi fidẽ subinde iactantes prolixè,in hac parte delirant. Quid igitur? Panem vides, præterea nihil: sed audis tesseram esse corporis Christi: ne dubita impleri à Domino quod verba sonant,corpus quod nequaquam cernis,spirituale esse tibi alimentũ. Incredibile hoc videtur,pasci nos Christi carne, quæ tam procul à nobis distat. memineris arcanum ac mirificum esse Spiritus sancti opus,quod intelligentiæ tuæ modulo metiri sit nefas: interea tamen crassas imaginationes abige, quæ te in pane detineant. Relinque Christo veram carnis naturam, nec eius corpus falsa opinione per cælum & terram extendas: non distrahas eum tuis figmentis: nec eum pro carnali tuo sensu hic vel illic adores: sine vt in cælesti sua gloria maneat,& illuc aspira,vt inde se tibi communicet. Hæc pauca sanis & modestis satisfacient: curiosos alibi iubeo quærere quo suam auiditatem expleant.

Post hæc verba Lucas addit,& Paulus,

Quod pro vobis datur: hoc facite in mei commemorationem.] His verbis vtilitatem suæ Cœnæ absque vllis figurarum inuolucris,eapressis verbis declarat. Paulus,pro Datur,habet,Frangitur,1.Corin.11.e.24: vt allusum sit ad panis fractionem, hoc est distributionem: vt nonnulli volunt: nam & suprà Lucas dixit de poculo, Diuidite inter vos.panis autē frāgendo distribuitur.Præterea frangendi verbū id plerunque in Scripturis significat,iuata illud,Frange esurienti panem tuum,Esa.58.b.7.Et illud,Panis quem frangimus,1.Corint.10.d.16:idem est atque Inter nos diuidimus. Ad hoc enim panis frangitur,vt dari,inque communionem & participationem venire possit. Alii verò, sicuti Paulum ad panis fractionem allusisse fatentur, ita hìc Frangi positum interpretātur per Immolari,improprie quidem,sed non absurde. Nam licet nullū ea ossibus mutilatū fuerit,corpus tamen ipsum primò tot tormētis & cruciatibus, deinde crudelissimo mortis supplicio expositū,nō potest illæsum dici.hoc frāgi vocauit Paulus. Cæterùm hoc secundū est membrū promissionis quod leuiter prætereundum nō est. neque enim simpliciter & sine adiectione Dominus corpus suum nobis offert,sed quatenus pro nobis immolatū fuit.Prius ergo membrū significat,nobis corpus eahiberi:hoc secundū eaprimit quis inde fructus ad nos perueniat,nempe quòd redemptionis sumus participes, & sacrificii beneficium nobis applicatur.Quare Cœna,speculū est quod Christū crucifiaū nobis repræsentat,vt nemo vtiliter & cum fructu possit recipere Cœnā,nisi qui Christū crucifixū amplectitur. Illud autē,Hoc facite in mei cōmemorationem,pertinet ad vtrunque membrum, ad panē scilicet & ad calicē: hoc est, totā actionē Cœnæ voluit esse sui memoriā, sublenandæ nostræ infirmitati institutā.nā si mortis Christi satis alioqui memores essemus, superuacuum esset hoc adminiculū,quod omniū Sacramētorum est cōmune.sunt enim infirmitatis nostræ adiumenta. Porrò qualē sui memoriam voluerit Christus in Cœna recoli, moa audiemus ex eodē Paulo. Quòd autē hinc nōnulli colligūt, Abesse igitur à Cœna Christū,quòd memoria,nonnisi rei absentis sit: rectè quidē colligūt secundū hanc rationē qua Cœna est recordatio, Christū ab illa abesse. (neque enim adest Christus visibiliter, neque oculis cernitur sicuti symbola,quæ ipsum figurādo memoriam nostrā eacitāt.) quantum autē ad virtutē,non abest.

Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicēs, Bibite ex hoc omnes.

27 'Et accepto poculo,gratiis actis,dedit illis,dicēs,
'Bibite ex hoc omnes.

Hic est enim sanguis meus

28 'Hic est enim sanguis meus,*qui est*

ANNOT.

27 Et accepto poculo,] Lucas addit,quod & Paulus affert,Postquam cœnauit.Quia bis calicem porrexit, ea antiquo ritu primùm,vt dictum est: peracta cœna nunc porrexisse dicit, vt sciamus res fuisse diuersas. Bibite ex hoc omnes.] Iubet omnes bibere ea hoc poculo. communio enim quū sit sanguinis Christi, & confirmatio Noui testamēti, meritò iubebat ex eo bibere quotquot Noui testamēti essent participes. sic visum est æternæ sapientiæ vsum sacramenti huius instituere.Repetendum memoria,Christum præcipere quid facere debeamus antequam aliquid promittat: si id non sequamur, frustra innitimur promissioni.incipit enim à præcepto. Si absque communicatione,hostes Euangelii se iactent habere sanguinē Christi, illud erit falsum.abest enim promissio vbi non seruatur mandatū. Cur potius hìc nominatim vniuersalem particulā OMNES addiderit Christus,ratio hæc esse videtur, vt scilicet diabolico commento,quod postea in Ecclesiam irrepsit,occurreret:quod præuidebat,voluit aperte damnare.Nō est ergo leuiter prætereunda hæc vniuersalis particula. Præter alios errores quibus sacra Domini cœna polluta fuit,introductus est & ille sub Papatu,vt populus à calice abstineret.Periculum erat(aiunt)ne sanguis Christi funderetur. Putarunt scilicet nō esse amplius vinum,sed verum sanguinem: voluerúntque,sapientiores scilicet Christo, cauere periculo cui non cauisset Christus. Sic error generat errorem. Christi,qui est Sapientia Patris, illibata seruanda est institutio : vnus ille omnibus præferendus est, neque eo relicto, debemus cuiusquam authoritatem amplecti.Lucas addit,Et biberunt ea eo omnes.

28 Hic est enim sanguis meus,] Lucas hæc verba sic describit,Hoc poculum Nouum testamētum in meo sanguine. Paulus eadem verba refert: nisi quòd exprimit EST .Nemo verò dubitarit quin hìc Lucas & Paulus sensu eodem retento verba mutarint,quæ Matthæus & Marcus habent, Hic est sanguis meus Noui testamenti. In vtraque verborum forma clarissimum est,hoc poculo Dominū offerre & exhibere duo,sanguinem suum, & Nouum testamentum.Nouum enim testamentū,fructus est sanguinis Christi & effusi in cruce,& in nobis ma

nentis:eóque vltimum & ſummum in hac exhibitione myſtica. Hinc illud priore loco expreſſerunt Lucas & Paulus. At quia ſanguine Chriſti nobis fœdus conſtat, addiderunt, In ſanguine meo. Sẽſus itaque verborũ Domini eſt, vt ea Lucas & Paulus expreſſerũt, Accipite, & percipite hoc poculo fœdus nouum gratiæ, confirmatum vobis hoc ipſo ſanguine meo, quem ſimul à me hic accipite & bibite. Iſtud poſtremũ, exhibitio ſanguinis Chriſti bibendi, etſi non adeo aperte in verbis Domini apud Lucam & Paulum exprimitur, colligitur tamen euidentiſſimè ex illis quæ ponuntur à Matthæo & Marco, dicẽtibus, Accipite, & bibite ex eo omnes, Et dixit eis, Hic eſt ſanguis meus Noui teſtamenti. Quæ verba quid aliud volunt, quàm, Accipite hoc poculo, & bibite ſanguinem meum, quo vobis confirmatur, atque ſimul impertitur fœdus meum nouum?

'Noui teſtamenti, 'qui pro multis effunditur

Noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur

ANNOT.

Noui teſtamenti,] Ita vulgo reddere pridem inſtituerunt vocem Græcã διαθήκην, qua hic Matthæus noſter vtitur: quæ tamen fœdus ſignificat, id quod B E R I T H in Scriptura vocatur. Alludit quidem epiſtola ad Hebræos, diſſerens de Nouo teſtamento, ad rationem teſtamentorum quæ conduntur hæreditatis diſponẽdæ cauſa, & rata tum demum ſunt quum deceſſerunt teſtatores. Mortuo ſiquidem cæleſtia nobis bona velut ex teſtamento exhibita ſunt. Cæterùm B E R I T H, Græci interpretes Bibliorum διαθήκην, Hieronymus fœdus, alii teſtamentũ reddiderũt. Id quum Scriptura memorat, Deum nempe iniiſſe cum populo vel veteri vel nouo fœdus, ſignificat pactum illud quo Deus pollicitus eſt ſe fore populi ſui Deum, illúmque ſuſcepit in fidem ſuam, vt ſe Deo frueretur, id eſt ſeruatore & patre: ſéque inuicem voluntati Dei in omnibus addiceret. Vetus itaque fœdus & teſtamentum, eſt quo Deus ſuſcepit Abrahamum & ſemen eius, Gene. 17.a.7. Deinde renouauit cum toto populo per Moſen in monte Sina, de quo Exod. 19.a.5, & 24.b.7, & alibi in libris Moſis paſſim legimus. In Ioſue iterum cõfirmatur, vt videre eſt cap. 24.d.15. Nouum fœdus & teſtamẽtum eſt, quo Deus omnes Gẽtes ſuſcepit in populũ ſuum per Euangelium: de quo fœdere Prophetæ multa prædixerunt, vt Eſaias cap. 54.a.1, & 55.a.1, & 59.d.19, 20, & 61.a.1. Ieremias itẽ cap. 31.a.1, b.10. Deſcribitur fœdus hoc per remiſſionem peccatorum & amplitudinem Spiritus omnibus electis impertiendi: vt cognoſcant Dominum à minimo vſque ad maximum, inſcripta Lege in cordibus eorum. Huius fœderis & veteres ſancti participes fuere: ſed non tam luculenter, & potenti Spiritu, vt exaltato Chriſto. Vnus ſiquidem mediator eſt Dei & ſanctorũ omnium: nec quiſquam vnquam placere Deo potuit cui non eſſent remiſſa peccata, & Lex Dei aliquo modo in corde ſcripta. Sãguis Chriſti vnũ cunctis ſanctis pretium redẽptionis eſt. At ſicut reuelatio plenior Veteris fœderis eodẽ quidem ſanguine Chriſti ſancita fuit, Exod. 24.b.8, ſed ſub typo tamẽ ſanguinis pecuini: ita Nouũ nullo alio ſanguine ſancitum eſt quàm Chriſti ipſius. Statim enim à morte & reſurrectione Domini prædicari cœpit Euangelium omni creaturæ, & colligi populus nouus. Hinc ait Dominus, ſe dare & ſanguinẽ Noui teſtamenti, hoc eſt, quo teſtamentum hoc nouum ſancitum eſt: & teſtamentũ ipſum hoc ſanguine firmatum. eo ſiquidem nos Deum patrẽ agnoſcimus & adoramus vero ſpiritu, nouíque fœderis gratiæ verè participes ſumus, quòd viuit in nobis Chriſtus, & contingit nobis ipſius caro & ſanguis, & ſumus caro de carne eius, Epheſ. 5.g.30. Porro vulgare eſt Sacramenta vocari hoc nomine: quia nobis teſtimonia ſunt diuinæ voluntatis, quæ eam animis noſtris confirment. Sicuti enim ſolenni ritu fœdus inter homines percutitur, ita nobiſcum agit Dominus. Nec impropriè hoc dicitur: quia propter verbi & ſigni connexionem, vere incluſum eſt fœdus Domini in Sacramentis. Et nomen fœderis, relationem vel reſpectum ad nos habet. Hoc non parum valebit ad intelligendam Sacramentorum naturam. nam ſi fœdera ſunt, ergo promiſſiones continent, quibus erigantur conſcientiæ ad fiduciam ſalutis. Vnde ſequitur, non externa modò profeſſionis ſigna eſſe apud homines: ſed intus etiã fidei eſſe adiumẽta. Qui pro m. effunditur] Lucas narrat etiã dixiſſe, pro vobis. Chriſtus ſeipſum quaſi in cruce pendentẽ proponit ſanguine fluentẽ. nã præſenti tẽpore legitur Græce: tametſi nonnunquam Græca vox pro futuro ponatur. ſed Paulus participio præſentis tẽporis alterũ extulit, Quod frangitur: vt etiam Lucas vtrunque, datur & effunditur. Quum Pro vobis dicit: ſuam innocentiam oſtẽdit, qui morti non eſſet obnoxius, vtpote in quem princeps mundi huius (qui mortis habebat imperium, Heb. 2.a.1) nihil haberet, Iohan. 14.d.30: eo quòd abſque peccatis eſſet, vnde non haberet neceſſitatem prius pro ſuis delictis, more veterum Pontificum, offerre: ſanctus & impollutus, & à peccato-

ribus segregatus, Heb.7.d.26. Simul quanta esset eius erga nos charitas, docet, quòd quũ morti nihil deberet, pro nobis illam subire voluit. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt quis animam suam ponat pro amicis suis, Iohan.15.b.13. Quòd verò hic noster Matthæus dicit, Pro multis: mirari quis possit, quũ Apostolus dicat, 2.Cor.5.c.15, Et pro õnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibiipsis viuant, &c. Et 1.Iohan.2.a.2, legatur, Christum propitiatorem esse pro peccatis totius mundi. Mortuus est ergo pro omnibus, quod attinet ad vim & satisfactionem mortis suæ. Pro multis verò, quod attinet ad eos qui fide beneficium redemptionis apprehẽdunt. Quanquã Scriptura multos interdũ ponit pro omnibus, vt Ro.5.c.15, idque per comparationem inter vnum & plures. Cæterùm mors Christi, vniuersalis est redemptio: ob id vocatur Saluator mundi: & Euangelii prædicatio missa est in vniuersum mundũ, vt ad fidem Christi vocentur omnes vbique mortales. Quia verò electi tantùm gratiam hanc apprehendunt, dicitur præcipue saluator esse fidelium & electorum: qui scilicet cõparatione reproborum pauci sunt, in se tamen multi.

in remissionẽ peccatorum. 'in remissionem peccatorum.

Dico autem vobis, non bibam ámodo de hoc 29 Dico autem vobis, 'non bibam posthac ex hoc

ANNOT.

In remissionem peccatorum.] In sanguine est mortis expressio, qua fit peccatorũ expiatio: cuius nos voluit Dominus his verbis admonere. Omnia verba Domini eò pertinent, vt agnoscamus per ipsum nobis peccata remitti, & vitam æternam constare: qua tum scilicet potimur quum ipse viuit in nobis, non nos: & nos in illo, non in nobis. Id quia nunquam, dum hîc sumus, completur, voluit Dominus se hoc sacro mysterio nobis identidem offerre & exhibere. Quum remissionem peccatorum dicit, rationem mortis suæ docet fuisse, vt per eam peccata remitterẽtur: simul indicat, propter peccatum nos esse mortuos, & perditioni obnoxios: & peccatorum solutionem esse in gratuita remissione, quæ constat morte ipsius, absque vlla nostra satisfactione. Diligenter autem notandum, plurali numero dixisse peccatorum, non peccati: contra illos qui impiè dicunt, ipsius Christi mortem satisfactionem habere peccati originalis, non autem actualium: eorum item quæ ante baptismum commissa sint, non illorum quæ pòst committuntur, pro quibus propriam satisfactionem constituunt. Aduersus quos sic scribit Iohannes, (1.Iohan.2.a.1) Filioli mei hæc scribo vobis, ne peccetis. Si verò quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Scribebat enim absque dubio Christianis iam baptizatis, atque ideo etiam baptizatorũ peccata propitiatione Iesu Christi condonari docet.

Paulus post hæc addit,

Hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei memoriam.] Istud Dominum bis dixisse apparet ex hoc Pauli loco, & quum panem præbuisset, & quum poculum. Duplex ergo signũ instituit Dominus in Cœna: vnde panem sine calice distribuere, est trũcare Christi institutum. Audimus enim Christi verba: sicut iubet panem edere, ita iubet bibere calicem. Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & biberitis hunc calicem, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.] Græce legitur, Annuntiate, siue annuntiatis. Tametsi videmus Apostolos in huiusmodi verbis Græcis abuti tempore: vt in his quæ mox præcesserunt, Quoties bibetis. Iã Paulus adiungit qualis debeat memoria celebrari, nempe cum gratiarum actione. Non quòd tota memoria in confessione oris sita sit: est enim hoc præcipuum, vt virtus mortis Christi cõscientiis nostris obsignetur. Verùm hæc cognitio accendere nos debet ad confessionem laudis: vt apud homines prædicemus quod sentimus intus coram Deo. Est igitur Cœna, quoddam (vt ita loquar) memoriale, quod perpetuò durare in Ecclesia debet vsque ad vltimum Christi aduentum: in hũc finem institutum, vt nos Christus de beneficio mortis suæ admoneat, & nos coram hominibus illud agnoscamus: vnde & nomen Eucharistiæ habet. Itaque vt ritè Cœnam celebres, memineris abs te requiri fidei tuæ professionem. Vbi autem in Missa hæc mortis Christi prædicatio? Donec veniat.] Quoniã semper indigemus tali adminiculo, quãdiu in hoc mundo versamur: significat Paulus hanc recordationem nobis esse commendatam vsque dum appareat Christus ad iudicium.

ł. 29 Non bibam posthac ex hoc, &c.] Nihil aliud hîc significare voluit, quàm instare mortem suam, ac discipulos breui veritatem signi habituros. q.d. Non instituo signum cuius veritas longè absit: imò in propinquo est. Commendat Cœnam suam hoc nomine, quòd non ha-

bitnri essent eum præsentem. Dum aderat, confirmabantur eius concionibus: alia cõfirmatione, ipso absente, illis fuit opus. Magna igitur vis Cœnæ, quæ præsentiam Christi supplet, & idem præstat. Præterea hanc sententiam consolandi gratia superioribus appẽdisse apparet. dixerat se tradendum, & sanguinem suum fundendum esse: id ne nimium contristaret, offenderétve, aut prorsus frangeret imbecillium discipulorũ animos, hic consequuturã gloriam paucis perstringit. q.d. Posthac non edam aut bibam vobiscum amplius, non conuersabor vobiscum corporaliter: sed ideò non disiungemur: nam bibam illud vobiscum nouũ in regno Patris mei. NOVVM significat Nouo modo. Acsi diceret, immortalis iam factus, & in gloriam Patris translatus: hoc est, in cælesti gloria & gaudio æterno. Nam Lucas non dissimili loquutione vsus est, cap. 22. c. 29, Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Neque dissimilis est etiã illa apud eundẽ cap. 14. c. 15, Beatus qui comedit panem in regno Dei. Alioqui enim in cælis nemo vel edit vel bibit: quia nemo esurit, aut sitit. ideò Nouũ dixit. Alludit igitur ad conuictum: qui contubernales sunt, mensa communi vtuntur. ita dicit, se non conuersaturum amplius cum illis, sed victurum cum illis in regno Dei. Si igitur velimus nunc habere vitam communem cum illo, è medio migrare nos oportet. Nota autem fructum vitis pro vino.

fructu vitis vsque in diem illum quum illum bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.

genimine vitis vsque in diẽ illũ quũ illud bibam vobiscũ nouũ i regno Patris mei.

Har. 4. 13 ‖ 'Et quum hymnum cecinissent, 'exierunt in 30 montem Oliuarum.

Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti.

Har. 4. 18 ‖ Tunc dicit illis Iesus, 'Omnes vos offẽdiculũ pa 31

Marc. 14. c. 27 Ioh. 16. d. 30, 18. b. 8.

Tũc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemi-

ANNOT.

30 Et quum hymnum cecinissent,] Vetustam traditionem fuisse Iudæis affirmat Paulus Burgensis, vt comeso agno Paschali, Psalmus, Laudate pueri Dominum, cum sequentibus, vsque ad Psalmum, Beati immaculati qui ambulant in Lege Domini: hoc est, à CXII vsque ad CXIX decantarẽt. & hũc hymnum esse putat quem hic Christus cum discipulis suis cecinit. Hinc quidem apparet solitos fuisse ex solenni ritu hymnũ canere quoties Pascha celebrabant: incertum tamen videtur quibus hic verbis Deum laudarint, & an cecinerint hanc laudem, an simpliciter dixerint. Græcum verbum laudẽ quidem, maxime quæ Deo debetur, includit, non autem necessario euincit quòd cecinerint. An Christus iisdem verbis vsus sit quibus & Iudæi in festo Paschæ, affirmari non potest. Credibile est ipsum discipulis hoc potissimum Paschate, nouo quodam hymno (qui non tam liberationem à seruitute AEgyptiaca reduxerit in memoriam, quàm regni Dei mysterium quod tũ agebatur, celebrarit & commendarit) ita præloquutum esse, vt verba ipsius ab illis sint excepta & vicissim reddita. Singularem affectũ in hoc Paschate omnia Christi verba & facta exprimunt: quid mirum, si etiam canticum hoc tale quidpiam, quod illi rei quæ tũ agebatur, conforme esset, habuisse crediderimus? Exierunt in montem Oliuarum.] Quibusdam videtur, hymno dicto Dominum à cœna surrexisse, & discipulis pedes lauisse: indéque orationem illam longam, quam Iohannes conscripsit, partim in domo, partim in itinere ad mõtem Oliuarum, habuisse. Aliis magis placet, cœna parata lauisse discipulis pedes, postea edisse pascha, exinde Cœnam illam mysticã instituisse. Hymno autẽ dicto exisse, & docuisse suos ea quæ narrat Iohãnes à XV capite vsque ad XVIII, in quo sic scribit ipse Iohannes, Hæc quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron in montem Oliuarum: secundum consuetudinem suam, vt ait Lucas cap. 22. d. 39. Vide Harmoniam Euangelicam lib. 4. cap. 8. In montem autem Oliuarum Dominus non nunc primùm egressus est, sed vt dictum est ex Luca, ita solitus erat. Nam vt idem Lucas ait cap. 21. g. 37, solebat illis diebus ab ingressu illo suo magnifico in Vrbem, interdiu docere in tẽplo, noctu verò diuersari in monte qui vocatur Oliuarũ. Atque hinc tradendi ipsum absque turbis, Iudas accepit opportunitatem: quam Dominus, sciẽs quid ille moliretur, vltrò dedit: quũ antea sæpe fugisset, quia nondum aduenerat hora eius. Quòd igitur in eundẽ consuetũ & Iudæ proditori notũ locũ egreditur, apertũ indiciũ est eũ non inuitũ passionẽ subiisse.

31 Omnes vos offend. pat.] Duplex fuit ratio cur Christus suos præmoneret: nam poterant esse cautiores, siquid fuisset animi: dein hoc valebat ad eorũ humiliationem, quũ viderent se lapsos, quãuis præmonitos. Offendiculũ pati, accipitur hic pro Turbari. Vt tempestate aliò impellitur nauis: sic in cursu nostro satan omnes rationes excogitat quibus possit nos in con-

trariá partẽ retrahere. In me autẽ, siue mea causa,dicit:hoc est, ero vobis occasio offendiculi. nã quũ captus esset,omnes fugerunt.habebant ergo obiectum offendiculi in Christi persona.

tiemini mea causa in nocte hac. ʻscriptũ est enim,
[ʻPercutiam pastorem,& dispergẽtur oues gregis Zach.13.c.7.
32 ʻPostquam autem résurrexero,[præcedam vos Mar.14.c.28,
in Galilæam. & 16.b.7.
33 Respondens autem Petrus ait illi, Etsi omnes
offendiculum passi fuerint tua causa, ʻego tamen
nunquam offendiculum patiar.

ni in me, in ista nocte. Scriptũ est enim, Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis.
Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.
Respondens autẽ Petrus ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor.

ANNOT.

Scriptum est enim,] Hinc monemur,omnia Dei dispensatione fieri: atque adeò Christi mortem tanti esse Patri habitam, vt singula ferè quæ passus est, per Prophetas suos prædixerit.nimirum vt salus electorum,ita & gloria Domini per hanc vnam instauranda erat.

Percutiam pastorem,&c.] Apud Zachariam cap.13.c.7,sic legitur Hebraice,Excita te ô gladie super Pastorem meum,& super virum socium meum,dicit Dominus exercituum:Percute Pastorem illum,& dispergentur oues.Huius loci sensus hic est,Postquam Dominus conquestus est per Zachariam de ingratitudine populi sui,tandem venit ad Pastorem illum, cuius erat officium collapsa restaurare.Prius meminerat qualiter rexisset illum populum, & ordinasset bonos pastores,quos nunquam audire voluerant. Quid remedii,inquit? Dabo Pastorem qui eos recolligat. At insanabile est vulnus:pastor etiam percutiendus.Oportet ergo impleri quod sequitur,Percutiam pastorẽ,&c. Alloquitur autem per prosopopœiam gladium feriendi instrumentum: per quod omnis generis persecutiones intelligens, Gladie,ait,excitare super pastorem meum. Nam prouidentia ac bona Dei voluntate passus est Filius. qui appellatur pastor, pastor nimirum ille bonus, qui ponit animam suam pro ouibus, Iohan.10.b.11. Hic socius & coæqualis est Deo,secundum diuinam naturam:vir autem,& vir quidem dolorum,vt ait Esaias,53.a.3,secundum naturam humanam.Excita te,inquam,id est percute.Nam per interpretationẽ pro Excita te posuit Percute.Voluit enim Pater vt pateretur Filius.idcirco quod apud Prophetam imperatiue dicitur ad gladium, Percute,id Matthæus reddidit per futurum,Percutiã:quasi Pater sumpto gladio dicat se percussurũ: vt iam in idem recidat sensus, tametsi in tempore & modo quædam conspiciatur varietas. Quòd autẽ nominatim mentionem facit ouium,consolatio est discipulis quòd maneãt in grege.non enim loquitur Propheta de alienis,sed nominat oues ipsas. Videmus autem vt summa sit piorum consolatio habere Christum ducem,quem vident stare:vbi concidit, tum eorum concidũt animi. Vnicum enim retinendæ constantiæ vinculum, est habere Christum.Ipsa similitudo pastoris & ouium satis indicat condolẽti animo & prorsus benigno ista dici à Domino. Quis enim indignari poterit ouibus percusso pastore fugientibus? quis ignorat ouium coadunatorem ac conseruatorem esse pastorem?

32 Postquam autem resurr.] Hæc ad consolationẽ pertinent. q.d. Non peribit & confundetur spes sanctorũ. quanquam enim hostes mei me suffixuri sint in crucẽ, videatúrque vicisse impietas,ipse tamen vincam. nam tertia die resurgam,& rediuiuus apparebo vobis iterum, condonans vobis omnia peccata vestra. Videbitis omnino me denuo,præcipue in Galilæa,in qua vos iterum colligam, & velut pastor ante gregem suum vadens, ita vos præcedam ac ducam: afflictósque recreabo. Horum verborum veritatem docet angelus mulieres sepulchrum inuisentes,infra 28.b.7,his verbis,Citò euntes dicite discipulis eius quòd surrexit à mortuis,& præcedit vos in Galilæã:ibi eũ videbitis. ecce,dixi vobis. Et Mar.16.b.7, Abite,dicite discipulis eius & Petro,quòd ille præcedit vos in Galilæam:ibi eum videbitis,sicut dixit vobis.

33 Ego tamẽ nunquam off.pat.] Hic in Petro insigne documentũ nostræ audaciæ habemus,vbi sumus extra teli iactum: quòd si conserendæ sint manus,deest illa magnitudo animi. Obseruandum autem nihil fieri in Petro quod non fit in nobis.Generalem igitur doctrinam continet hæc historia. Quoties auditur hæc vox, Etsi omnes exciderent à fide Christi,ego tamen stabo: sciamus nos omnes vno ore sic loqui, donec Dominus superbiam nostram domuerit. Qui verò edocti sunt in schola Christi,nõ ita sunt inflati:nam prima rudimenta sunt, Ne nobis fidamus. Huc quadrat illud Apostoli,1.Cor.10.c.12. Qui stat,videat ne cadat. Et Rom.

11.c.20, Fide constitisti : ne efferaris animo , sed timeas. Natura plus nimio de nobis promittimus,non tantùm aliis,sed nobisipsis. Deinde volumus ab aliis tales existimari quales nos putamus esse,donec erudierit nos Christus. Imperitia, & propriæ infirmitatis ignorãtia causa est cur ita cristas erigamus.

Iohan.13.d.38 |Ait illi Iesus, 'Amen dico tibi quòd 'in hac no 34
cte,'antequam gallus cantet,ter me negabis.
Ait illi Petrus,'Etiamsi oportuerit me mori te- 35
D cum, non te negabo.' Similiter & omnes discipu
li dixerunt.
Mar.14.d.32. luc.22.d.39. |Tunc'venit Iesus cum illis 'in villam quæ dici- 36
tur Gethsemane : & dixit discipulis ,'Sedete hîc,
donec vadam,& orem illic.

34 Ait illi Iesus, Amen dico tibi quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.
35 Ait illi Petrus, Etiamsi oportuerit me mori tecũ, nó te negabo. Similiter & õnes discipuli dixerunt.
36 Tunc venit Iesus cũ illis in villam quæ dicitur Gethsemani : & dixit discipulis suis, Sedete hic,donec vadã illuc, & orem.

ANNOT.

34 Amen dico tibi] Iurat Christus in re seria & certa, ostendẽs humanarum virium non esse vt non offendamur in cruce. In hac nocte,] Breue tempus opponit amplissimæ promissioni. Antequam gallus cantet,] Marcus addit, bis. canunt enim galli gallinacei circa mediam noctem,& ante auroram,siue diluculum. Galli cantus ideo meminit,vt notam illi imprimeret,& signum quoddã animo infigeret, quod reduceret ei in memoriam prædictam à se negationem. nam sub finem huius capitis sequetur, versu 74, Et continuò gallus secundò(ait Marcus)cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu,qui dixerat ei, Priusquam gallus cantet, ter me negabis.

35 Etiamsi oport.me mori tecũ, &c.] Mirum est quòd tam pertinaciter se inuictum fore promittat.nam Marcus habet, Vehemẽtius dicebat. Nihil expertus erat, nec vires suas expenderat. Et vt mortis periculũ aliquando expertus esset,& maximè fortis fuisset, præsumptione tamen non carebat, & singulari inconsiderantia, quòd tã apertis Christi verbis reluctabatur, idque prophetico testimonio confirmatis. Hinc magis agnoscimus, nos non posse doceri de humilitate,nisi experti simus nostram imbecillitatẽ,& reipsa nobis patefacta fuerit. Ne miremur igitur quòd toties labamur:nam alioqui non possemus proficere in doctrina humilitatis. Quoties verò labimur,meminerimus nos infirmitatis nostræ moneri à Domino. Similiter & omnes discip.di.] Omnium discipulorum exempla valde exaggerant præsumptionem humanæ naturæ de constantia in cruce,tempore pacis. Ita & nos extra periculum,audaces:in periculo,vel ad minimum strepitũ foliĩ formidamus. Tota igitur fortitudo nostra nihil aliud est quàm imaginatio vana,quæ aliquid esse videtur prius quàm experimentum fiat.

36 Venit Iesus cum illis] Hoc est verè exordium sacrificii quo reconciliati sumus Deo: Cœpit enim Christus hic se offerre:oportuit sacrificiũ illud fuisse voluntariũ: si tractus fuisset ad mortem , non fuisset vera expiatio . Humiliauit semetipsum , factus obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis:Philipp.2.a.8. Nemo tollit animam meam à me,sed ego pono eam à meipso.Iohan.10.d.18. Christus ergo verè suscepit partes mediatoris, vt sacrificio suo expiaret peccata mundi,quia sponte se in mortẽ obtulit. Si tantùm consyderemus cruciatum, nõ hanc obedientiam,omittimus quod est præcipuũ. In villam quæ dic. Gethsemane,] Vox Græca pro qua hîc villam reddidit interpres,significat locum,& etiam agrum.apud Lucam vox non est ambigua,quæ locum significat. Iohannes vocat hortum:quod videtur specialius hunc locum exprimere. Idẽ etiam addit,quòd in hunc locum Christus frequenter venerit, & Iudas illum probe nouisset.vnde conspicuum est,(vt iã suprà scriptum est,)in istum locum Dominũ nõ secessisse occultandi se gratia.nam si hoc voluisset,insolitum aliquem & Iudæ incognitum locum petiisset. Ergo scienter & prudẽter in eum locum,in quo se tradendum esse sciebat,egressus est:vt sciamus non inuitum,sed sponte passionem subiisse. Sedete hîc,donec vadam,& orem.] His verbis indicatur cuius rei gratia in hortum hunc secesserit, nempe vt oraret:húncque illi morem fuisse vsitatum,quum volebat orare,vt solus esset. Verus orandi affectus requirit solitudinem.& qui exercitati sunt in orationibus,sciunt quàm necessarius sit secessus. Secessit igitur vt sese totum coram Deo patre effunderet:nam fuit ei opus singulari Dei auxilio,vt luctaretur aduersus mortem.

Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse.

37 Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi,
cœpit affici dolore & mœstitudine.

Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. sustinete hic, & vigilate mecũ.

38 Tunc ait Iesus, Mœsta est anima mea vsque ad
mortem: manete hic, & vigilate mecum.

Et progressus pusillum,

39 Et progressus pusillum,

ANNOT.

37 Et assumpto Petro, &c.] Quos iam legimus tanquam selectiores, relictis aliis, ad peculiaria quædam spectãda assumptos esse à Domino, vt suprà 17.a.1; & Luc. 8.g.51, eosdẽ & nunc assumit, vt & humilitatem conspiciant, ad subleuandã quam in ipsis sciebat esse infirmitatem. Pariter diligebat discipulos omnes: sed referebat gloriæ Domini vt varia haberent dona: non enim ad eadem vtebatur singulis. Marcus nominatim exprimit filios Zebedæi, Iacobum & Iohannem. Cœpit affici dolore & mœst.] Vel, Cœpit cõtristari, & animo deiici & angi. Marcus habet, Cœpit expauescere, & animo grauiter deiectũ angi. Hæc mœstitia simplicissimè intelligẽda est, ex horrore supplicii mortis orta, quã in precatione sua hoc potissimùm visus est deprecari. Verus nanque homo Christus fuit, eóque necesse erat naturã eius mortem horrere. Debemus igitur agnoscere affectus nostros in illo, quoties patimur: neque reputare eum fuisse truncũ, aut dixisse per dissimulationẽ se fuisse mœstum & turbari. Non putandum itẽ huius nos frustra admoneri: est enim fidei vtile vt nõ solùm carnẽ humanã nostræ similem absque peccato, sed & animam & mentem humanã à Christo nostri gratia susceptam esse credamus: vt sciamus illũ non solùm vt corpora nostra, sed & animas saluaret, venisse: vt quemadmodum carnis nostræ infirmitates patiendo, & moriendo, ita & animæ tentationes & passiones, mœrendo & expauescendo in se susciperet ac vinceret. Hic nobis proponitur summus Sacerdos, talis qui cõpati possit infirmitatibus nostris, tẽtatus per omnia pro similitudine carnis, absque peccato: ad quem secura & bona fiducia, tanquam ad thronũ gratiæ, vt vt imbeciles simus, accedere possimus, Heb. 2.d.17, & 4.d.15, & 5.c.9. Consolationẽ etiam habet hic locus, ne putemus, vbi mortis metu deiicimur, nos Deo displicere. Christus nõ dubitat de horrore mortis, quem patiebatur, apud Patrem orando ac deprecando conqueri. Id videmus etiam in multis Psalmis à Dauide factum. Simul admonemur ne mox iudicemus aut contemnamus eos qui mortis metu exanimantur, quasi malis sint conscientiis: & rursus, ne statim putemus bonam habere causam qui infracto animo mortem adeunt.

38 Mœsta est anima mea vsque ad mortẽ:] Affectus fuit mœrore antequam oraret. Quum his verbis discipulos alloquitur, facit illos conscios suæ perturbationis: atque in eo ostẽdit se verè induisse naturam nostrã. Vt Dominus supplicium vltrò pertulit, & tamẽ doluit: ita vltrò quinque ad illud sese obtulit, & contristatus tamẽ fuit vsque ad mortẽ. sic enim per omnia pati eum oportuit. Sanè non est tormentum homini, quod eum nullo afficit dolore. Neque verò Patri aduersatus fuit hac tãta mœstitia, animíque perturbatione, quia nec Pater eum pati absque tristitia & dolore voluit. Etiam Patris voluntas erat vt Ierusalem excideretur, id tamẽ debuit Christo dolere vt illachrymaretur. Et vigilate mecum.] Ita comparati sunt afflicti, vt cupiant vnà dolere eos secum quos pro amicis habent: quicquid enim hoc sit, nonnihil tamen illis de afflictione minuit: veluti si onus grauius non solus portes, sed & in aliorũ humeros partem illius deponas. Hoc affectu apparet Christũ hos tres discipulos, quos habebat reliquis potiores, vigilare secũ, hoc est, orãdo & congemẽdo collaborare voluisse. Nequis autem putet Christum alienũ ab hoc affectu fuisse, expendat quid illud sit Psal. 69.e.21, quum dicit, Expectaui commiserescentem, & non fuit: & consolantes, & non inueni. Hoc adhuc clarius erat humanæ infirmitatis in Christo argumentũ. q.d. Porrigite mihi manum: non possum stare, nisi iuuer. Quanquam extra periculum erat, hæc tamẽ eum sustinere oportuit. Quum hoc in Christo videamus, ne negligamus fratrum preces. hic habet certam de morte victoriam: dicit tamen, Vigilate mecum. Alii exponunt ita vt intelligamus Christum, non sui, sed ipsorum gratia exegisse vt secum vigilarent, tanquam in communi periculo constituti, ne tentatione futura superarentur. Sed nihil prohibet vtrũque verum esse. Lucas refert Christum addidisse, Et orate, vt ne intretis in tentationem. quod infrà exponitur.

39 Et progressus pusillũ,] Secessum amat ardens oratio. Nam & ipsa secretum quiddã est ab omnibus aliis actionibus humanæ vitæ. Cupit enim animus mœstus, æstum cordis, eiulando, lachrymando, gemendo, & querulando, effundere liberius, ad quam rem natura secretũ lo-

cum petimus. Propterea apud istos tres non orauit, sed relictis illis, paulum secessit. Lucas quantum progressus sit, significat, dicendo, Et auulsus est ab eis fermè ad iactum lapidis.

'prócidit in faciem suam, orans ac dicẽs, 'Pater mi, 'si possibile est, 'transeat à me calix iste: 'veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

prócidit in faciem suam, orans & dicens, Pater mi, si possibile est, trãseat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

ANNOT.

Prócidit in faciem suam,] Marcus addit, in terram. Lucas habet, positis genibus. Gestus autem sunt animi vehemẽter consternati: deinde & humilitatis argumentum habent, quæ omnino comitatur piorum orationes. Ita solent sancti vel in genua procumbere, vel in faciem prosterni, ad declarãdum animum ante faciem diuinæ maiestatis humiliatum. Pater mi,] Marcus Chaldaicam vocem posuit, Græca adiuncta, velut interpretante Chaldaicam, Abba, pater. quibus docemur duo hæc in oratione requiri, ardẽtem animi affectum, & verè filialem erga Deum fiduciam. quæ duo Christo fuisse, hic voces istæ testantur. Si possibile est,] Conditionem habet ista particula. Lucas habet, Si vis. Coniũgenda sunt hæc duo. non enim simpliciter possibilitatem rei quam petit respicit, quum dicit, Si possibile est: sed magis ipsam Dei voluntatem. Terminatur enim rerũ possibilitas voluntate Dei: vt quod vult, possibile sit: quod non vult, possibile non sit. Transf. à me calix iste.] Hebraismus est, pro, Liberer obsecro ab hoc crudelissimo mortis genere. De calice dictũ est suprà 20. c. 22. Lucas habet, Transfer poculũ hoc à me. Habet ista precatio multum consolationis afflictis piorum animis. Christus sciebat hac in re Patris voluntatẽ, & omnia certò cognoscebat quæcũque sibi euentura erant: & tamen non leuiter, sed ardenter: non semel, sed secundò ac tertiò, vt Euangelista commemorat, futuram passionem deprecatur. Non est igitur alienum ab affectu piorum, vbi periclitandum est, deprecari crucẽ & quæcũque aduersa, modò quæ sequuntur, concurrant, Non sicut ego volo, sed sicut tu. De hac precatione sic quidam, Hæc Christi precatio, nõ tam precatio, quàm quædam luctantis cum pauore animi apud Deum querulatio fuit. Calicem enim hunc sciebat sibi à Patre mistum, neque fieri posse vt à se transiret: aderat præterea vt illũ hauriret: sed vt nulla sui portione nõ eximiè excruciaretur, ita pauere & horrere ipsum oportuit, vt pugnantem istam precationem summus ille pauor, maximáque animi trepidatio ei extunderet, Pater mi, inquiebat, si possibile est, &c. & sciebat tamẽ id impossibile esse, quia secus erat à Patre, vt dictum est, definitum. vnde quicquid huius dixit, nihil, nisi laborantis & angustiati animi querulatio, & nequaquam iusta precatio fuit, etsi oratio vera fuerit. Neque enim semper in oratione certa est ac diserta huius vel illius rei petitio. nihil enim finitum petẽdo, vel querimur interdũ, vel gratias agimus. Sic dicitur secũdò orasse, & dixisse, Pater mi, si non potest hoc poculum transire à me nisi bibam illud, fiat voluntas tua. Quid quæso hic petiit? potius sese volũtati Patris dedidit, remittens eius rei petitionem quam natura cupiebat. Nulla verò (dicũt alii) absurditas erit, si dicas Christum fuisse precatum. nam in oratione sæpe abripimur, & sæpe precamur quod scimus non euẽturum: sed tandem redimus ad nos. affectus nostri in oratione non semper tenent modum: fidelium precationes magnas sæpe continent repugnantias. neque hoc displicet Deo. Quum dolore premimur, confugimus ad Deum vt liberet nos: postea retrahimur, & dicimus, Fiat voluntas tua. Ita non est absurdum si dicas Christum sic impulsum fuisse: tum sese retraxisse, dicendo, Fiat vt vis. Non refugit enim mortem. vera nanque est iustitiæ obseruatio, quum ex vna parte vocant nos affectus nostri: ex altera, Dei volũtas. Cæterùm non est præter naturam humanam, Christum ita mœstum fuisse. nam mors natura est horribilis. Dein alia hic est ratio, nẽpe iudicii Dei quod sustinebat. Horrent homines mortem, quòd constituant hic essentiam quæ extra mundum quærenda est. Verùm Christus mortẽ exhorruit, quòd sciebat illã ex ira Dei prouenire. Quia ergo videbat Deum iratum propter peccatum hominis, ídque iudicium sibi incumbere sentiebat, nõ potuit non extra se rapi. Nunc verò mors non est nobis tale iudicium. Præterea retundebat mortis aculeum, qui nunc lethalis non est, vtcunque pungat, quòd Christus ista sua perturbatione illum retuderit. Quando igitur audimus Christũ ita deprecari, id nostro nomine fecisse intelligamus. Iã non cernimus illud irati Dei iudicium: sed sequimur Christũ, qui nos ad resurrectionem ducit, & ex morte vitã creauit. Verũt. non sicut e. v. sed sicut tu.] Lucas habet, Non mea voluntas, sed tua fiat. Marcus addit, Omnia possibilia sunt tibi. Hæc est vera propriæ voluntatis abnegatio, in qua opus redemptionis nostræ fundatur, per quam sanctificati sunt filii

Dei.Necessaria profectò ista propriæ voluntatis abnegatio omnibus Christianis; de qua dixit Christus suprà 16.d.24, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c. quæ fit in ipsis tentationibus, & sub ipsa cruce. Abnegauerãt seipsos Petrus & reliqui Apostoli, quum dicebant, In mortem tecum ibimus: verùm mortis metum & tentationem nondum experti erãt, nec satis erant animi ipsorum ad istam abnegationem propriæ voluntatis confirmati.

Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiẽtes: & dicit Petro, Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?

40 'Et venit ad discipulos, '& reperit eos dormientes: & dicit Petro, 'Adeò non potuistis vna hora vigilare mecum?

Vigilate & orate, vt non intretis in tẽtationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

41 'Vigilate & orate, 'vt ne intretis in tẽtationem: 'spiritus quidem promptus est, at caro infirma.

ANNOT.

40 Et venit ad discip.] Obseruandum hic quam curam suorum gerat Christus: in tanta angustia constitutus, nequit illorum non habere rationem: quomodo nunc omnibus periculis defunctus negliget suos? Et reperit eos dorm.] Ista discipulorũ somnolẽtia non ex animi securitate erat, qua fusque déque tulerint quæ gerebantur: sed mœror soporem hunc induxerat, teste Luca, dicente, Reperit eos dormientes præ mœstitudine. Et Christus dixerat eis in Cœna, Ioh.16.a.5, Nũc autẽ vado ad eum qui misit me: &c. sed quia hæc loquutus sum vobis, mœstitia impleuit cor vestrũ. Quum autẽ videmus hoc accidisse discipulis, discamus quanta sit imbecillitas ingenii humani. Quid faciemus, nisi Christus vigilet in nobis suo Spiritu?

Adeo non potuistis, &c.] Licet mœrorem discipulorum nõ ignorauerit, denique & infirmitatem istã boni consuluerit, profuit tamẽ vt eam ipsis exprobraret, propter egregias pollicitationes quibus dixerãt, Etiamsi nobis moriendum sit, non te deseremus. & præsertim Petri gratia hæc loquitur Christus, cui nominatim soporem exprobrat. Vide autẽ quanta patientia vtatur ergà nos Christus, etiamsi videat nos torpere, & malis succũbere. quo admonemur quàm debeamus fratrum imbecillitatem boni quidem consulere, interea tamẽ simul castigare & reprehendere, vt & ipsi eam agnoscant & detestentur.

41 Vigilate & orate,] Non est rigidus magister Christus, non statim abiicit curam nostri: quin potius inculcat quod antea docuit. Nostrũ est vicissim nõ reiicere præcepta Domini: si putemus semel dicta sufficere, fallimur: videmus vt facile excidamus, nisi iterũ nos confirmet sua doctrina. Vigilia ad animi intentionem, & erectionem mentis ad Deum: Oratio verò ad implorandam opem Dei pertinet. Coniungenda sunt hæc duo, vt vigilemus, & oremus: quibus indicat diuina sustentatione nobis opus esse. Locus hic notãdus: nam quotidie variis modis pugnandum cum tentationibus. Vt ne intretis in tent.] Hoc est periculũ quod Apostolis erat timẽdum: tentatio aderat de qua in Cœna dixit Dominus, Luc.22.d.31, Simon, Simon, ecce, satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Quod velut exponẽs Petrus dicit in priore sua epistola, cap.5.b.8, Sobrii estote, vigilate, quoniam aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret. Non dicit, Ne tentemini: sed, Ne intretis in tentationem, id est Ne vincamini tentatione futura, & ea quodammodo absorbeamini.

Spiritus q.prom.] Hortatur suos ne confidãt promptitudine spiritus. Intelligit autem affectum animi qui gubernatur à Spiritu sancto. Dicitur autem per metonymiam, siue denominationem, spiritus in homine, pars illa reformata à Spiritu Dei. hæc est illa spiritus promptitudo, vt cupiat sequi Deum quocunque vocauerit: vbi talis est in homine alacritas, vocari potest spiritus prõptus. Carnẽ autẽ vocat quicquid adhuc in homine residet ex natura ipsius, & naturalẽ animæ affectum. Sed quorsum facit mentionẽ horum? Quia nos putamus superasse omnia discrimina, siquãdo vno prælio superiores fuerimus, vel etiam si ardemus in media pugna. Atqui potius decebat nos esse memores nostræ infirmitatis, & vt ait Paulus Philipp.2.b.12, cum timore & tremore salutem nostrã operari, nõ quidem vt vacillemus, sed vt nihil polliceamur nobis de propria virtute. Christus igitur, quia nouerat nos exultare ante tẽpus, admonet vt quanuis prompti simus ad parendũ Deo, agnoscamus tamen nos adhuc esse carnales, id est infirmos. Quòd si eos admonet qui in obsequium Dei alacriter pergunt, quãnto magis admonendi qui toti sunt ignaui & carnales? Hoc autem epitheton carni tribuit, quòd sit infirma: ad bonum scilicet. Vtcunque enim simus regenerati, remanent semper reliquiæ, quæ efficiunt vt simus infirmi. Ne igitur exultemus nimium confidenter, sed totos nos Deo subiiciamus, vt reliquum perficiat in nobis, & nos Spiritu suo confirmet. Denique Christus his

verbis voluit ſuos diſcipulos monere vt meminiſſent ſe infirmos eſſe:& ex ea infirmitate eos excitare ad vigilantiam & preces. Non eſt deſpŭdendus animus: ſed ſingulis horis petẽdum à Domino vt nobis ſubueniat.

Rurſus altera vice abiit,'& orauit,dicens, Pater 42
mi,'ſi non poteſt hoc poculum tranſire à me,niſi
bibam illud,fiat voluntas tua.

Iterum ſecundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

Et venit, & 'reperit eos iterũ dormientes: erant 43
enim oculi eorum grauati.

Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erãt enim oculi eorum grauati.

Et relictis illis,iterũ abiit, & 'orauit tertiò, eun- 44
dem ſermonem dicens.

Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertiò, eundẽ ſermonem dicens.

ANNOT.

42 Et orauit,] Quanuis dicat Chriſtũ ſecundò oraſſe, nullã tamẽ hic videmus precationis formam. Verùm precatio hæc nihil aliud eſt quàm teſtimonium obedientiæ, abdicare ſe proprio voto vt Patris voluntas fiat. Tamen non dubiũ eſt quin hæc teſtificatio Chriſti,precatio vocari poſſit:nam ita teſtatur vt prorſus cupiat hanc voluntatem in ſe fieri: vt quum dicimus, Fiat voluntas tua, non petimus vt inuitis nobis perficiat:ſed vt mentes noſtras flectat & formet vt velimus quod vult.Chriſtus adhuc erat in certamine,vt Lucas ſatis oſtendit:petit igitur, Pater,fac vt nequid ſit mihi amplius negotii cum iſtis terroribus mortis, ſed placidè me ſubiiciam tibi. Si non poteſt,&c.] An verò Chriſtus dubitauit? In animo certe perturbato ſunt variæ agitationes. quid enim perturbatio aliud,quàm velut vnda,qua homines agitantur?Non fuit quidem turbatus vt nos ſolemus:attamẽ oportuit illum quodammodo fluctuare.Non loquitur ergo ex certa cognitione,ſed ex perturbatione animi,quæ eſt veluti velum extenſum inter voluntatem Dei & cognitionem noſtram. Non propterea dicẽdum eſt Chriſtum non nouiſſe omnia. Nam diuinitas non ſemper vim ſuam exeruit, ſed humanitati fuit locus:alioqui nõ potuiſſet pati,eſurire,ſitire,& huiuſmodi· neque potuiſſet,factus noſter pontifex,compati noſtris infirmitatibus. Diſcamus etiam ex hoc loco,ſi voti non potiamur,non eſſe tamen deſperãdum,quaſi fruſtra orauerimus:ſanè non eſt propterea ſuperuacanea noſtra oratio. Non obtinuit ſtatim Chriſtus quod petiuit: neque etiam erat ſtata oratio, quin potius frænum ſibi iniiciebat,Pater(inquit)fiat voluntas tua. Ideo Apoſtolus Heb.5.b. 7,de Chriſto ſic ait, Qui in diebus carnis ſuæ,quum precationes & ſupplicationes obtuliſſet cum clamore valido & lachrymis,ei qui poterat eum ex morte ſeruare, & exauditus eſſet pro ſua reuerentia,(ſiue potius,ex ſuo metu,) tametſi filius erat,didicit ex his quæ paſſus eſt,obedientiam.Nos talibus rudimentis opus habemus:nam ſæpe non liberat nos Deus quum petimus.ſimus interea fortes & conſtantes:nouit ille quid nobis conducat.

43 Reperit e.it.dormientes:] Videmus non parũ infirmam eſſe carnem,vt quoties erigimur,toties recidamus. Quòd ſi hoc vitiũ in diſcipulis fuiſſe putamus,nõ in nobis: fallimur. imò ſiquis expendat,nihil hic narratur quod non quotidie nobis accidat.quoties enim admonemur,& quoties relabimur?Opus igitur habemus Chriſto qui nos excitet,opus habemus eius tolerãtia:ne quum ita ſocordes & obliuioſi ſumus,nos ſtatim pro merito noſtro abiiciat.

44 Orau.tertiò,e.ſ.d.] Huc eum adegit naturæ affectus crucẽ horrentis.Etſi enim nõ fuit in eo qualis in nobis eſt carnis & ſpiritus lucta:quia tamẽ infirmitates noſtras ſuſceperat,oportuit quiddã habere nobiſcum ſimile, vt ſubinde recurreret iam victus timor. Lucas ait intentiorem fuiſſe precationẽ,Quum eſſet(inquit)in agonia,prolixius orabat.Videmus ergo nunquam eſſe ceſſandum. Suo exemplo nobis cõfirmat quod apud eundem Lucam 18.a.1,præcepit,tam conſtanter eſſe orãdum vt nunquam fatigemur.non eſt deſinendũ ab oratione quoad afflictio deſinat:magíſque ac magis acuendi ſunt animi noſtri. Addit Lucas apparuiſſe angelum qui illũ confirmaret. Hinc colligimus quod prius citatũ eſt ex Apoſtolo,in fine annotationis in 42 verſum huius capitis, Chriſtũ non fruſtra oraſſe, ſed fuiſſe exauditũ. Nã quòd miſſus eſt ei angelus, ſignũ eſt precationis exauditæ. niſi enim Deus fuiſſet ei propitius, non miſiſſet ei angelũ.Ergo ipſum pati oportuit.Notãdus verò hic locus,quòd ſcilicet Dominus non ſemper exaudiat nos ad formulam voti noſtri, & tamen noſtri miſeretur, declarátque ſe nobis propitium,conſolatur nos variis modis,vtcũque non mittat angelos. ſuſtinet enim nos quoties non ſuccumbimus tentationi. ſiquem conſolationis guſtum habemus, ipſe nobis inſpirat: ſatis eſt quòd non patitur nos vinci à ſatana. Quomodo apparuerit angelus Chriſto,

nobis non liquet: scimus tamē visibili forma aliquando Dominū affuisse suis, aliàs non item. Ne verò semper desideremus visiones apertas: contenti simus sola Dei virtute, quocūque modo eam erga nos exerat. Addit præterea Lucas, Et erat sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētes in terrā. Hæc non sic accipienda sunt, quasi dicere voluerit Seruatorē emisisse sudorem similem guttis sanguinis, vt verè tamen sanguis non fuerit. ad quid nanque sanguinem potius, quàm aliarum rerum liquidarum guttas dixisset? Sed intelligendum est, sudorē decurrisse sanguineis guttis. Vocula siquidē hic Græca, pro qua sicut, vel tāquam, aut velut redditur: non tantùm similitudinem significat, sed etiam veri speciem: vt & Iohan.1.b.14, Et conspeximus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti. Ingentis sanè cruciatus documentum fuit sudor ille sanguineus, & plane miraculum quoddam. quanquam sic fit humani corporis natura vt sudoris vice sang uinē tenuem emittere possit. id enim accidere ictis ab hæmorrhoo serpēte medici scribunt. Fierique potest vt & hic quem sudauit Christus, tenuior reliquo sanguis fuerit: verè tamen sanguinem fuisse nihil dubitandum est.

Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, 'Dor
mite iam, & requiescite: 'ecce appropinquauit ho
ra, & Filius hominis traditur 'in man' peccatorū.

Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradit.

46 'Surgite, eamus: 'ecce appropinquauit qui me E
tradit.

ANNOT.

45 Dormite iam & req.] Hoc loquendi modo, quem quidam amicā ironiam vocant (neque enim deridet, quum non adesset ridēdi tempus) illos ad ipsam experientiā mox adfuturā remittit, qua discant non esse dormiendi tempus, sed quammaximè vigilādi, & adesse horam quæ facilè esset somnum oculis ipsorum excussura. q.d. Hactenus nō potui à vobis impetrare vt paulisper mecum vigilaretis. nunc ipsa res excitabit vos: iam enim & meum supplicium & vestrum maximum periculum instat. Ad hunc sensum & illa pertinent quæ sequuntur, Ecce appropinquauit hora, &c. Non enim iubet vt dormiant, quēadmodum & quum ad Iudā in cœna dixit, Iohā.13.c.27, Quod facis, fac citius: non iussit illum moliri proditionē, sed postea quam non potuit emendari, hoc locutionis genere obstinatum traditorem, obstinationi & futuræ perditioni permisit. Ita solemus cum illis loqui qui induci non possunt vt quod noxium est omittant, & quod bonum est faciant, quum tempus sit resipiscendi: dicentes, Iam Iude, bibe, &c. Ecce appropinquau. hora,] Hoc ideò commemorat, vt intelligant, iam nihil esse minus quàm dormiendi tēpus. q.d. Hora adest vt capiar, adsunt hostes qui mihi manus iniiciant, & vos dormitis? hora hæc aliud exigit: iam non poteritis amplius dormire: surgite, &c. Notandum autem, quòd tempus illud captiuitatis suæ vocat horam, id est certum ac determinatum tempus. Iohan.7.c.30, vocatur ipsius hora. Quærebant ergo eum apprehendere, sed nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. Admonemur igitur hic, cuique suum esse certum ac determinatum tempus cum viuēdi, tum moriendi. In manus peccatorum.] Peccatores hoc loco, vt & multis aliis locis, non sunt intelligendi quales sunt omnes mortales, sed omnino impii, & nullo Dei timore præditi: vt Act.2.d.13, Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, quum accepissetis per manus iniquorum, crucifixum interemistis. In manus peccatorum tradi, est in omnem illorum potestatem & libidinem tradi. Quum se peccatoribus tradendum dicit, indicat se innocentem tradendum: & iniquos ac impios fuisse ministros mortis suæ, tametsi diuino Patris consilio tradendus esset in illorum manus. Hinc videmus diuinam dispensationem reprobis ad filiorum suorum castigationem vti, etiam ipsius satanæ ministerio.

46 Surgite,] Marcus & Lucas scribunt Christum dixisse, Sufficit: quid dormitis? surgite, & orate, ne intretis in tentationē. Noster verò, Surgite, eamus. obuiam scilicet Iudæ, & suis qui me quærunt ad mortem. Hæc autem ideò commemorantur, vt sciamus illū animo iam parato ac prōpto, gnarū omnium quæ passurus erat, obuiam processisse peccatoribus à quibus capiendus erat. Sic & Iohannes dicit, cap.18.a.4, Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, ac dixit eis, Quem quæritis? Vide autem subitā animi mutationem in Domino: qui iamiam mœrore propemodū contabuerat, nunc alacer it morti obuiam, nō amplius refugiens mortem, sed spōte se offerens. Ecce appropinq. qui me tradit.] Traditoris me-

minit potius, quàm aliorum: quòd plus culpæ in traditore esset, quàm in cohorte militari. Sic ad Pilatum dicebat, Iohā.19.b.11, Qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. Non dixit, Adest Iudas: non enim intellexissent quid fuisset periculi ab aduērn Iudæ condiscipuli: sed, Appropinquauit qui me tradit: vt commoti exilirent. q.d. Adest ille de quo vobis dixi in Cœna, Vnus ex vobis traditurus est me: videtis iam me verum dixisse vobis.

E

Har.4 19
Mar.14.c.43. luc.22.c.47. iohan.18.a.3

¶ 'Adhuc eo loquēte, 'ecce Iudas, 'vnus de nume 47
ro duodecim, 'venit, & 'cum eo turba multa 'cum gladiis & fustibus, *missi* à principibus Sacerdotū & Senioribus populi.

Adhuc eo loquente, ecce Iudas, vnus de duodecim, venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fustibus, missi à principib9 Sacerdotum & Senioribus populi,

Is verò qui prodebat eum, 'dedit illis signū, di- 48
cens, Quencūque 'osculatus fuerō, ipse est: 'tenete eum.

Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens, Quencunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum.

ANNOT.

47 Adhuc eo loquente,] Iohannes scribit, Iudas ergo quum accepisset cohortē, & à principibus Sacerdotum ac Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, ac facibus, & armis. Post hæc sequuntur quæ hic noster scribit, Adhuc eo loquente. Arma, Marcus & Lucas exponunt gladios fuisse & fustes. Videmus autē quot & qualia hominum genera contra Christum concurrant: Sacerdotes, cum Scribis, Pharisæis, ac Senioribus populi: Iudas, Christi fucatus discipulus, Magistri sui proditor: Præses prouinciæ, qui non tantùm authoritate sua cum illis conspirat, sed manu etiam adiuuat impiam conspirationē. cohors itē ab ipso data, Sacerdotū, Scribarū ac Pharisæorū ministri. Hi omnes & religione & professione, & vitæ studio diuersi, in capiendo Christo conspirāt. Sacerdotes, rerū spiritualiū ministri, Iudas item: Iudæi erāt. Præses verò, qui rebus secularibus præsidebat, vnà cū turba & cohorte, Gētiles. Quoniam autem Dominus somnolētis discipulis dixerat, Ecce appropinquauit qui me tradit: nūc quomodo id factū sit, cōsequenter describit Euāgelista, dicēdo, Statim, id est, vt Marcus ait, Adhuc eo loquēte ecce, &c. Ecce Iudas,] Dormiētibus discipulis, iisque selectioribus, Petro, Iacobo, & Iohanne, Iudas nō dormit, sed sedulò vigilat, vt ad finem opus proditionis perducat. Quod est prauitatis ingenii humani exemplum, qua fit vt vigilātiores sint ad malum reprobi, quàm ad bonum pii. Vnus de nu. duod.] Horrendum exemplum, Christum ab vno ex Apostolis proditū esse, qui à Domino selectus & cooptatus fuerat in suum ordinē. Oportuit ita fieri: ne fortè quotidianis proditionibus turbemur, quū videmus etiā ex numero ministrorū verbi tales prodire. Oportet in Ecclesia impleri quod in eius Capite factū est: quæ nunquam grauius àffligitur, quàm ab iis qui eius membra esse videntur. Venit, & cū eo turba multa] Non dicit, Ecce turba multa, & Iudas cum eis: sed tanquam de duce huius turbæ loquens, dicit, Iudas venit, & cum eo turba multa. Sic Lucas, Et qui vocatur Iudas, vnus è duodecim, antecedebat eos. Et in principio huius versus dictum est ex Iohanne, Iudā accepisse cohortem, &c. Militant itaque sub Iuda Christi discipulo hostes Christi cōtra Christū. Cum gladiis & fustibus,] Gladios & fustes arma vocat Iohannes: quibus vsi sunt, aut ne defenderetur Christus vel à discipulis, vel à vulgo qualicunque. solēt enim impii in patrandis sceleribus ea timere, quæ timenda non sunt: & vicissim in illis quæ verè timenda sunt, nullo prorsus metu teneri. Aut vt forma seruaretur capiendi Christi, tanquam hominis seditiosi. propterea non quæuis turba, sed à Sacerdotibus, Scribis, Pharisæis, & Senioribus populi missa, cum proditore egressa est, & à præside Romani imperii cohors militum accepta.

48 Dedit illis signum,] Quo scilicet Iesum agnoscerent, ne in persona errarēt, ac discipulorum aliquem pro Domino apprehenderent. Osculatus fuero,] Proditionis notā & infamiam fugiebat: ideo conscientiam Christi ac discipulorum fallere instituebat: ne igitur dolus à Christo & condiscipulis sentiretur & caueretur, osculo cōsueto vtitur, quod amicitiæ symbolum habet. Tenete eum.] Vult enim protinus comprehendi, & arctius constringi, ne elabatur. Dominus enim nō semel delusis hostibus, è manibus euaserat mortem & vincula intentantium. Luc.4.e.30, Ioh.8.g.59, & 10.g.39. Marcus addit, Et abducite cautè. vel tutò, siue certò, hoc est exacta custodia, nequà possit elabi. Aut tutò, nequis tumultus oriatur in populo, vt dictū est versu 5. Iohānes item cap.18.a.4, post hæc addit, Iesus itaque sciēs omnia quæ ventura erāt super ipsum, egressus dixit, Quem quæritis? Respondēt, Iesum Nazarenū. Di

cit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum eis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, &c. vsque ad 10 versum. Quibus sanè verbis testatur se sua spōte supplicium adire: & quàm nihil possent in se, si vellet, & nisi ita constitutum esset à Patre vt pateretur. Non dissimile miraculū extat 2.Reg.6.d.18, de exercitu regis Syriæ cæcitate percussi, orante Elisæo.

Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eum.

49 'Et confestim accedēs ad Iesum, dixit, 'Aue rabbi. Et osculatus est eum.

Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tūc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum.

50 Dixítque illi Iesus, 'Amice, ad quid ades? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum.

Et ecce, vn⁹ ex his qui erant cū Iesu, extendens manum, exemit gladium suū: & percutiēs seruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.

51 'Et ecce, vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiēs 'seruum principis Sacerdotum, amputauit 'auriculam eius.

ANNOT.

49 Et confestim accedens] Lucas habet, appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. Aue rabbi. Et osculatus est eum.] Apud Marcum geminatur, rabbi, rabbi. De hac dictione vide suprà cap.23.a.7. Vsitatissimum fuit Hebræis osculari se mutuò, vt nobis familiaris est manuum consertio, fidei, amoris mutui, concordiæque symbolum. Neque est putādum quòd insolens fuerit factum hoc Iudæ: nam consuetum erat discipulis aliunde venientibus ita salutare & osculari Christum, ad testandum amoris & reuerētiæ erga ipsum affectum. Hæc duo simulabat Iudas, vt qui corde esset insyncero: apertus hostis erat, & tamen Christū vocat magistrum suum, etiam cum ingeminatione. Ita Ioab occisurus Amasam, osculabatur eum, vt legis 2.Samu.20.c.9, blandis verbis sic eum alloquens, Num saluus es, frater mi?

50 Amice, ad quid ades?] Non ignorat Christus ad quid adsit proditor, sed post significationem amoris demonstratam, obiurgat, & conscientiam illius stimulat, vt intelligat clam se non esse dolum quo vtitur. Ideo, vt est in Luca, addit, Iuda, osculo Filium hominis prodis? Quòd igitur amicum vocat, & rogat cur adsit, tantundem est ac si dicat, O Iuda, amicitiam simulas osculo, & Filium hominis vocas rabbi, putásque me ignorare quid agas: sed conscientiam tuam obtestor, dic ad quid ades? ad quid vteris osculo isto? non me fugit quòd Filium hominis hoc osculo prodis. Sic miscendum est oleum aceto, quum monētur pessimi, moderatione ista vtendum quam hîc Christus adhibuit: non blandiendum, neque tanta acerbitate vtendum: & omnia ex animo. alioqui non imitaremur Christum, cuius hæc monitio nō fuit ficta. Hinc discamus & domesticos nostros hostes ferre. Mirabilis verò Dei dispensatio, vt à discipulo, & quidem ex selectioribus voluerit Filium suum in mortem tradi. Indubiè eo etiam indicare voluit, nihil esse apud homines ab omni parte beatū, quando tam sanctus ordo tale támque portentosum monstrum aluerit.

51 Et ecce, vnus] Lucas quo animo tunc essent discipuli, antequam hæc fierent à Petro, ostēdit his verbis, Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quid futurū esset, dixerunt ei, Domine, percutiemúsne gladio? Verisimile est omnes fuisse paratos pro defensione Christi: ipsi etiam apud Marcū, cap.14.d.31, polliciti fuerant se potius cum Christo morituros, quàm essent ipsum abnegaturi. Quòd ergo polliciti fuerāt, hîc velle præstare videntur. Iohānes istum astantem qui cum Iesu erat, dicit fuisse Simonem Petrū: qui rursum ardentem suum erga Dominum amorem prodit, ausus defendere illū cōtra tam multos, & eos armis instructos, quum duo tantùm gladii eis adessent, & ipsi omnes ad nihil minus, quàm ad pugnam idonei. Non expectat responsum, quemadmodum fieri solet rebus turbatis. Seruum principis Sacerdotum,] Iohannes dicit nomen fuisse seruo, Malchus. Auriculam eius.] Lucas & Iohānes dicunt fuisse dexteram. Præterea addit Lucas, Respondens autem Iesus ait, Sinite vsque huc. Et quum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Ad discipulos conuersus dixit, Sinite hucusque, hoc est, Absit vt pro me gladio pergatis pugnare, sed volo vt permittatis aduersarios meos eousque in me sæuire, quo eis concessum est. Hinc autem videmus Christum suis miraculis nō iis tantùm benefecisse qui digni erāt, sed etiam indignis. Curauit & decem leprosos, quorum vnus tantùm gratias egit, Luc.17.d.18.

Tunc ait illi Iesus,'Conuerte gladium tuum in 52
Gene.9.b.6. apoc.13.c.10 locum suum:|'omnes enim qui acceperint gla-
dium,gladio peribunt.
'An putas quòd non possum nunc rogare Pa- 53
trem meum, & exhibebit mihi plus quàm duo-
decim'legiones angelorum?
Esa.53.c.10. 'Quomodo ergo implebũtur|Scripturæ 'quòd 54
sic oportet fieri?

Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum:omnes enimqui acceperiot gladium,gladio peribuot.

An putas qoia oõ possum modò rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plus quã duodecim legiones angelorum?

Quomodo ergo implebuotur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

ANNOT.

52 Conuerte gl.t.in locum s.] Hæc est grauissima increpatio,qua Christus docet,factum, siue zelum Petri non esse nisi temerariam seditionem aduersus magistratum, contumeliam in Deum Patrem, arrogantiam aduersus maiestatem Dei, atque totius Scripturæ violationem: tantùm abest vt sit vera fortitudo & pietas. In zelo siquidẽ requirit Dominus vt nihil tentemus nisi iussu ipsius. quòd siquis ruat inconsideratè,sine Dei mandato, perperàm agit. Voluntas Domini in omnibus spectãda est:hæc distinguit rectè facta à malefactis. Hoc autẽ vitio laboramus omnes, vt vbi Deus nos iubet cessare,ad opus impellamur:vbi autẽ impellit,remissas manus habeamus. Nam paulo pòst vocat Dominus Petrũ ad confessionem nominis sui,& tacet. Ne ergo proprio motu agamur,sed solo Domini nutu. Magistratui resistebat Petrus,cõtra Dei voluntatem. Vis enim illa quam gladio auertere conabatur, non vulgariter,nec temerè à quoquam, sed iussu magistratus inferebatur. Ista licet iniusta fuerit, & manibus peccatorum, nomine quoque impiorũ,& consensu magistratus Gentilis & impii illata, gladio tamẽ subditorum,è quorum numero Petrus erat,reprimi non debebat. Omnes enim qui accep.gl.] Perpetua hæc est doctrina, & eadem cum ea quæ scribitur Gene.9.b.6, Quicunque effuderit humanum sanguinem,fundetur sanguis illius. Non de magistratu hic loquitur Scriptura, sed de iis qui suæ indulgentes iræ,nullo iure vtuntur gladio,& proximum occidunt.q.d. Tu igitur Petre,qui accipis gladium,seditiosus es,& dignus qui gladio pereas. Hãc pœnam Dominus exequitur sæpe per magistratus. nam hoc ipsis mandauit, Ordinaria est illa iudicii Dei executio,quũ magistratus pœnas de homicidis sumit. Quòd si negligentior fuerit magistratus,hanc vindictam ipse peragit quam magistratui mandarat. Post hæc addit Iohãnes,Poculum quod dedit mihi Pater,an non bibam illud?q.d. Quum vis me tuo gladio eripere è manibus aduersariorum meorum, non solùm seditiosus es aduersus magistratum, sed etiam aduersus Patrem meum, cuius volũtati resistis. vult vt patiar:tu autem vis gladio tuo prohibere ne patiar. Idem hic faciebat Petrus suo gladio,quod suprà cap.16.c.22,sinistro suo consilio.

53 An putas quòd nõ possum,&c.] Hic reprehendit Petrum alia ratione.q.d. Cur impotenter ruis,quasi nõ sit aliud remediũ? Duæ sunt rationes. Prima fuit,quòd nõ liceret:etiamsi summa esset necessitas,tamen illa non excusat. spectandum enim semper quid Deus permittat. Neque prodest ea excusatio, Necessitas me coegit,quæ legem nõ habet. Audiamus Christum monentem, Non licet:quia Deus nõ concessit. Nunc verò altera ratione reprehenditur, quòd diffidẽtia aggressus sit hoc remedium illicitũ,tanquã ipsi Christo potentia deesset. Si enim rite expẽdimus,reperiemus nos infidelitate peccare, quoties aliquã rationem nobis non permissam tentamus. Legiones angel.] Legio constabat ferè quinque milibus peditum, & quingẽtis equitibus. Hinc videmus quanta sit apud Deum cura piorum. nam quum Christus donatus sit credentibus in ipsum,certe est & ipsis vnà cum Christo hæc dignitas donata, vt angeli in ministerium ipsorum emittantur. Id quod etiam miraculo quodã comprobatum est in Elisæo, in cuius circuitu erat mons plenus equorũ & curruum igneorum, vt scriptũ est 2.Reg.6,c.17. Et in Psal.91.c.10, promissionem habemus, Angelis suis mandabit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis.

54 Quom.e.impleb.Scripturæ,] Ratio est cur nõ rogarit Patrem, nẽpe quòd Scripturas impleri oporteat. Hic Christus aliam agit personam,non amplius rogat,nec fugit,aut horret mortem: quòd si horreat,pergit nihilominus, quia scit ita Patri placere, & necessitatem hanc sibi iniunctam. His etiam verbis commendatur nobis Scriptura,quòd præcipuè ad hoc respiciat vt Christus peccata nostra expiet sua passione. Quòd sic oportet fieri?] Supplẽdum aliquid ad sensum, Quomodo implebuntur Scripturæ quæ testantur hoc futurum,& oportere fieri?

In illa hora dixit Ies⁹ turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus cōprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.
Hoc autem totum factum est vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt.
At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham

55 In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad la- Ha.4.20.
tronem existis cum gladiis & fustibus ad compre
hendendum me: quotidie apud vos sedebā do- F
cens in templo, & non me cepistis.
56 Hoc autem totum factum est vt complerētur
Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes Lamē.4.d.20 Suprà 20.c.31
relicto eo fugerunt.
57 At illi comprehensum Iesum duxerūt ad Caia Mar.14.f.53. luc.22.f.54. iohā.18.c.14.
pham

ANNOT.

55 Tanquam ad latronem] Latronem accipit Christus qui difficulter capitur: vt sunt audaces & desperati homines, qui ab vno viatore capi non possunt. Manifestā sibi ab impiis irrogatam iniuriam increpat acriter, suam interim defendens innocentiam. Inuaditis me, inquit, ceu latronem & publicæ pacis perturbatorē: at si talis eram, siquid cōtra Deum, aut rempub. aut cuiusquam salutem aut incolumitatem peccaram, quare nō cepistis me in templo, &c. Discimus hinc, Christiani hominis esse, vtvt ad crucem parati, declarare innocentiam suam vbi viderit illam insidiosè peti. Quotidie apud vos sedebam docens] Sedētes docuisse hinc apparet, & ex Luca 4.c.20, & Matth.23.a.2. Versatus sum, inquit, in templo, nō cum exercitu, sed docens: nullā huius rei occasionē dedi vobis. Obserua autem aduerbium, quotidie: & vide quàm assiduus fuerit in docēda Patris volūtate. Interdiu docebat in tēplo, dicit Lucas cap.21. g.37, noctu diuersabatur in monte Oliuarū. Et non me cepistis.] Lucas dicit, Et nō extendistis in me manus. Non dicit, Conati estis: sed, Cepistis. Conati quidē fuerant, Iohan.7.e. 30, sed nondum venerat hora eius. Et vide quàm eos clāculum eius facti admoneat de quo eodem capite Iohannis, versu 44, Missi erant serui Pontificum vt Dominū in templo caperent. Repererunt docentem: audierunt, & stupefacti, re infecta abierunt. Rogati à Sacerdotibus cur hominem non cepissent, responderunt, Nunquam audiuimus qui talia doceret. Illi ipsi ergo hîc quum appareant ad capiendū Christum, rectè admonētur facti huius. q.d. Cur me in templo non cepistis? Audiebatis scilicet, & stupebatis, adeóque indignum putabatis manus in me coniicere. nónne possem etiam nunc effugere, si vellem? Cur verò id iam facitis? Quia videlicet ita Scripturas adimpleri oportet. Nō ergo me iam capitis tanquā captu dignū, quum melius antea de me iudicaueritis: sed ad hoc facinus impellimini cum malitia dominorū vestrorum, tum diuina prouidentia & dispositione. Lucas addit, Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. q.d. Hoc nō fit quòd hodie maiore virtute pollearis, quàm tunc, sed hoc fit Patris permissu, qui voluit me hac hora à vobis capi: nūc satan, qui est princeps tenebrarum, accepit potestatem vt me affligat. His verbis facit eos satanæ ministros, & organa: Pater (ait) hoc concessit satanæ cui seruitis: alioqui conatus vestri essent inanes. Discamus igitur vitam nostram esse in manu Dei: nec quicquam aduersus eam fieri posse, nisi eius permissu.

56 Vt complerentur Scripturæ Proph.] Ad Christi loquentis personā referēda sunt hæc: quāquam possint & ad Apostoli scribentis personam referri. Marcus præcedētibus Domini verbis coniungit, quum dicit, Quotidie eram apud vos in templo docens, & non comprehendistis me: sed vt impleātur Scripturæ. Notandū hîc Scripturas secūdò cōmemorari, quas oportuerit impleri: vnde videmus, tantā esse sacrarū Scripturarū veritatē, vt ne Christi quidē gratia vanescere potuerint, sed necesse fuerit, quod Spiritus sanctus in Scripturis prædixit, præstari. Relicto eo fugerūt.] Initio volebant mori. Hinc agnoscimus quod paulo antè, versu 52, dictum est, plus nimio nos esse audaces quum non oportet: vbi audendum est, nos esse plus quàm timidos. Si armis vtendum sit, illic sumus præcipites: vbi autem Christus vult nos esse socios passionum suarum, nemo illic pedem mouet. Discamus hinc Christi veritatem, dicentis suprà versu 31, Percutiam pastorē, & dispergentur oues gregis. Deinde non posse quenquam pro nomine Christi subire crucem, nisi accepta cælitus ad ferendum virtute: quæ tantùm datur vbi patiendum est. Nō erat hic tempus pugnæ, sed fugæ: igitur fugiūt. Vbi autē secundum dispositionem Dei patiendum fuit, ibi certe fortiter perstiterunt. Proinde neminem iudicemus ab vna fuga: ignari quam fortitudinem piis qui fugerint, postea Deus daturus sit.

57 Comprehensum Ies.] Iohānes narrat fuisse ligatum. Duxerunt ad Caiapham] Io-

t.ii.

hannes refert Christum fuisse ductum ad Annam primùm, quòd is esset socer Caiaphæ. quod absque dubio gratificandi gratia factum fuit à militibus. Quia verò nihil illic actum fuit dignum memoratu, nullam eius faciunt mẽtionem alii Euangelistæ. Nam quod vulgo dicunt, Petrum deierasse in domo Annæ, falsum est.

ʼprincipem Sacerdotum, ʼvbi Scribæ & Seniores
conuenerant.
Petrus autem ʼsequebatur eum procul, vsque ʼad 58
atrium principis Sacerdotum: ʼ& ingressus intrò,
ʼsedebat cum ministris, ʼvt videret finem.
Har.4.21 Marc.14.f.55 ʼPrincipes autem Sacerdotum & Seniores, & 59
totum concilium ʼquærebant falsum testimonium
contra Iesum, vt morti eum traderent.
ʼEt non inueniebãt: etiam quum multi falsi te- 60

principem Sacerdotum, vbi Scribæ & Seniores conuenerant.
Petrus autem sequebatur eum à longe, vsq; in atrium principis Sacerdotũ: & ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt videret finem.
Principes autem Sacerdotũ, & omne cõcilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent.
Et non inuenerunt: quum multi falsi testes

ANNOT.

Principem Sacerdotum,] Hoc nomen transferunt ad primarios Sacerdotes, qui Leuitis erant superiores, nec tantùm ministri, qui exercerẽtur in vulgari opera, sed haberent iudicandi potestatem. Alioqui hoc nomine vocabatur etiam pontifex. Vbi Scribæ & Seniores conuenerant.] Tametsi esset adulterinus põtifex, vt qui pretio Pontificatum contra Legem Dei esset mercatus: tamen quia similes habebant labra lactucas, à Scribis & Senioribus populi, à quibus debebat respui, colitur & obseruatur. Pontifex erat capitalior Christi hostis, vt qui Pontificatui suo timeret, quem magno emerat. Reliqui, quæstus sacerdotalis erant participes. Ideo vt omnia erãt corrupta in isto Iudaico sacerdotio, ita vniuersi pro regni sacerdotalis conseruatione aduersus Christum conspirauerant, & conuenerant, consulturi qua ratione illum perderent: ideò frequentes iam capto Christo aderant apud summum Pontificem. Marcus habet, Et conueniunt ad illum omnes principes Sacerdotum, & Seniores, & Scribæ.

58 Sequebatur eum procul,] Sic Marcus & Lucas. Viam sibi parat Euãgelista ad futuram Petri negationem. Amore & feruore zeli quo ardebat erga Dominum, cæteris fugiẽtibus sequitur: sed procul: nam formidabat. Ardor enim animi erga Christũ, & periculi metus, in homine pio sæpe coniunguntur. Ad atrium] Pro atrio, Græcè vbique legitur aula. Et ingressus intrò, &c.] Quomodo sit introductus in atrium, docet Iohannes capite 18.c.15, his verbis, Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus: discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille alter qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Hunc discipulum, alii Iohannem fuisse affirmant: quod quomodo ausint affirmare, mirum est, quum nulla adsit peculiaris coniectura, vt & nihil refert. videtur potius fuisse Ierosolymitanus aliquis discipulus, aut saltem ex Iudæa. Vnde enim Iohanni Galilæo & obscuro piscatori notitia cũ tanto Pontifice? Sedebat cũ ministris,] Nempe ad ignem, vt Lucas declarat, dicens, Quum autem accendissent ignẽ in medio aulæ, atque vnà consedissent, sedit & Petrus inter illos. Et vt Marcus ait, calefiebat ad lumen. Vocẽ Græcã hic in Luca reliquit interpres, aulam pro atrio. Vt videret finem.] En quare sequebatur Petrus, vt videret scilicet quid tandem futurũ esset de Christo. Hanc de Petro cœptam narrationem perficit Matthæus infrà versu 69: interea quid Christo factum sit à Caiapha, scribit.

59 Principes autem Sacerd.] Suprà dixit, in domo Caiaphæ congregatos fuisse Scribas & Seniores, interea dum Christus capiebatur. Iam describit ad quid fuerint congregati: nempe ad consultãdum communi consilio de morte Christi. Habemus hic descriptum sacerdotale concilium, nõ ex leuibus aut nihili hominibus, sed ex summis Sacerdotibus, illísque omnibus Scribis, ac Senioribus collectum: ídque non in prætorio Gentili, sed in domo summi Sacerdotis: vt omnia viderẽtur sanctè & cum summa grauitate geri. Quærebant falsum testimonium] En quid consultent Sacerdotes infensissimi Christi hostes. Non quærebant vt causa Christi cognosceretur, & veritati locus daretur, sed conficta testimonia, quibus causa non excussa, nisi in speciem, condemnaretur, & Pilato occidendus traderetur.

60 Et non inueniebant:] Animaduertendum vt non solùm à malo Dominus, sed omni

etiam mali ſpecie alienus adeò fuerit, vt totum concilium, nullum falſum teſtimonium contra eum inuenire potuerit,quod vel mediocrē veri ſimilitudinem haberet.Hanc Chriſti innocentiam, non tam in præſenti actione forenſi, quàm in ea quoque quæ à Pilato mox inſtituetur,imprimis obſeruare oportet, ceu præcipuum ſalutis noſtræ caput, primariúmque locũ & fructum paſſionis Domini. oportebat enim talem nos habere pontificem,innocentem,impollutum,& ſegregatum à peccatoribus.Heb.7.d.26: vt nos efficeremur iuſtitia Dei per ipſum. 2.Corin.5.d.21.

accesſiſſent. Nouiſſimè autem venerũt duo falſi teſtes,

ſtes accesſiſſent,'non inueniebant. Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes,

Et dixerũt, Hic dixit, Poſſum deſtruere templũ Dei, & poſt triduum reædificare illud.

61 Et dixerunt, Hic dixit,‖'Poſſum deſtruere templum Dei,& in triduo ædificare illud. Iohan.2.c.19.

Et ſurgens princeps Sacerdotum,ait illi,Nihil reſpōdes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur?

62 'Et ſurgens princeps Sacerdotum,ait illi, Nihil reſpondes?quid iſti aduerſum te teſtimonium dicunt?

Ieſus autē tacebat. Et princeps Sacerdotum ait illi,

63 Ieſus autem 'tacebat. Et reſpondēs princeps Sacerdotum ait illi,

ANNOT.

Non inueniebant.] Marcus habet,Multi falſum teſtimonium dixerunt aduerſus illum; nec erant ſatis idonea teſtimonia.

61 Poſſum deſtruere templum] Marcus habet, Deſtruam templum hoc manufactum, & tribus diebus aliud nō manufactũ ædificabo.Duplici nomine erāt falſi teſtes,& quòd Chriſti verba malè intelligebant,& quòd deprauabant ea.Chriſtus apud Iohannem,cap.2.c.19,ſic dicit,Solnite,ſiue deſtruite templũ hoc, & in tribus diebus erigam, ſiue excitabo illnd. Quæ de tēplo corporis ſui intelligebat,(vt ipſe Iohannes paulo pòſt exponit,verſu 21,)quod Iudæi occiſuri erāt,& ipſe tertio die ſuſcitaturus.Hinc falſum ſuum teſtimonium confinxerāt.Deprauabant autem vt calumniam faciliùs ſtruerent. non enim dixerat, Poſſum deſtruere, ſiue deſtruā:ſed Soluite,pro Soluetis,ſiue deſtruetis:ſolutionē templi illis tribuendo,non ſibi.Præterea,non dixerat,Templũ hoc manufactũ: ſed ipſi ſuperſtitioſi affinxerāt,pluris facientes & ſanctius æſtimantes templum lapideum,quàm templum ſpirituale,quod eſt anima fidelis. Et ex iſta ſuperſtitione nata eſt crudelitas illa Iudaica, quam experti ſunt, non ſolùm Chriſtus, ſed & Prophetæ,& Stephanus,in Actis cap.7.Eadē ſuperſtitio etiam hodie regnat.Poſtremò, non poterat iure deſtructor templi Dei dici,qui templum Dei non hoc animo deſtruebat vt deſtructum maneret,ſed vt melius reſtitueretur.Si non credebāt eum poſſe melius reſtituere: cur credebant poſſe tribus diebus deſtruere,quũ & illud ipſum vires humanas ſuperaret?Propterea dicitur à Marco,Et nec ſic quidem idonea erant illorum teſtimonia.

62 Et ſurgens princeps Sac.] Quamuis hoc teſtimonium non par fuerit ad quæſitam condemnationem,tamen illud princeps Sacerdotum,præ nimia occidendi Chriſti cupiditate,ſilentio tranſire non poteſt:ſed pro ſua authoritate ſurgens,conatur illud exaggerare,inſtando, & dicendo,Nihil reſpondes?quid iſti aduerſum te teſtantur? Simulat ſe mirari quòd ad teſtimonium tāti ac tam inauditi facinoris taceat Dominus:proinde velut admirādo dicit, Nihil reſpondes? Et mox,vt grande videatur facinus quod iſti teſtes contra Ieſum ferebant, ſubdit, Quid iſti contra te teſtātur?q.d. Quid hoc facinoris eſt ſingularis & hactenus inauditi,quod iſti contra te teſtantur?Iniquum iudicem hic refert,in eo quòd accuſationem contra innocentem amplificat & exaggerat:& quòd ſua authoritate conatur accuſatum animo reddere deiectũ,atque ita territum opprimere.

63 Tacebat.] Tacuit,quum tamen certam defenſionem haberet.Sciebat enim hoc non agi vt locus ſibi eſſet defenſionis: ſed in ſpeciem aliquid quæri,quod ad cōdemnationem prætexeretur: non alio animo inſtare,& reſpōſionem vrgere,quàm vt eſſet quod iniquè carperet ac damnaret. Deinde tam impudens erat iſta accuſatio vt nec ipſis hoſtibus ſufficere videretur ad hoc quod quærebant:vnde & illam non ſunt proſequuti. Præterea dignos non putauit hoſtes ſuos quibus innocentiam ſuam contra tam impudentes delationes purgaret. Quidam tamen aliam cauſam quare tacuerit,afferunt,ſcribentes hoc modo,Meminerimus quam per-

ſonam hîc agat Dominus:non ſtabat coram Pontifice vt cauſam ſuam defenderet,ſed vt ſubiret mortẽ pro nobis. Oportuit ergo Chriſtũ hoc modo tacere: quod in tota hiſtoria notandum eſt. Nam & coram Pilato tacuit,ſciens quid mãdatum eſſet ſibi à Patre. doctoris officio functus, nihil aliud ſupererat quàm vt cum impiis reputaretur. oportebat eum obmuteſcere ad omnes calumnias:cauſa autem ſilentii erat,vt plecteretur pro nobis.

'Adiuro te per Deum viuẽtem, vt dicas nobis an
tu ſis Chriſtus filius Dei.

Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei.

Dicit illi Ieſus,'Tu dixiſti:'veruntamen dico vo 64
Sup.16.d.27. rom.14.b.10. 1.theſ.4.d.14
bis, ámodo videbitis ‖Filium hominis ſedẽtem à
dextris virtutis,& venientem'in nubibus cæli.

Dicit illi Ieſ⁹, Tu dixiſti. veruntamẽ dico vobis, ámodo videbitis Filiũ hõis ſedẽtem à dextris virtutis Dei, & veniẽtẽ in nubib⁹ cæli.

Tunc princeps Sacerdotũ 'diſcidit veſtimenta 65
ſua,dicens,

Tunc princeps Sacerdotum ſcidit veſtimẽta ſua, di-

A N N O T.

Adiuro te per Deum viu.] Marcus habet, Et rurſum interrogabat eum princeps Sacerdotum,dicẽs, Es tu Chriſtus filius ille benedicti? Deum vocat benedictum,more haud dubiè vulgari,hoc eſt,omni laude dignum.Non hoc contentus,eum adiurat,& tanquam in conſpectum Dei adducit,ne ſit amplius liberum tacere, aut diſſimulare. Nomine autem Dei viuẽtis abutitur, non ad quærendam veritatem quam non amabat, ſed ad calumniam. Ita legimus & de Achab, 1.Reg.22.c.16, quomodo adiurauerit Michæam prophetã ne diceret ſibi niſi quod verũ eſſet,in nomine Domini:quum tamen nõ quæreret veritatem, ſed calumniam. Tale eſt ingenium impiorum. Ita impius iſte Pontifex,ſimulat ſe non aliud quærere,quàm vt liquidò poſſet cognoſcere in hac cauſa veritatem, an Ieſus eſſet Chriſtus, necne : quum tamen nihil minus ſatageret: tantùm volebat exprimere aliquam confeſſionẽ,quam torqueret in crimen. Hîc videmus,impios nullum finem facere donec oppreſſerint homines innoxios.

64 Tu dixiſti.] Non tacet amplius Chriſtus: ſed propter diuini nominis reuerẽtiam,veritatẽ,de qua fuerat interrogatus,imò adiuratus, edicit:tametſi ſciret,nõ hanc,ſed longè aliud quæri: ne viſus fuiſſet illam adiurationem contemnẽdo,neque Deum neque homines timere, nulláque religione tangi. Non tamen ſemper reſpondendũ eſt impiis,etiamſi millies rogent per nomen Dei: ſed diligenter videndum ne taceamus quum periculum eſt ne fiat Deo dedecus:ne reputemur eſſe abſque Deo,ſed reuerentiæ ſignum præbeamus. Pro,Tu dicis,Marcus habet,Ego ſum. Veruntamen dico vobis,&c.] Comminationem horrendam iſtud habet,quòd poſthac ſint experturi ipſam veritatem,quam nunc nolunt credere,ſed potius blaſphemãt. Ideò non ſimpliciter dicit,Amodo ſedebit Filius hominis:ſed, Veruntamẽ dico vobis.q.d.At vos mihi iam non creditis,verũtamen dico vobis,(quandoquidem me adiuras per Deum viuẽtem,vt dicam an ſim Chriſtus,)quòd poſthac viſuri ſitis,id eſt certò experturi,Filium hominis, quem nunc vt hominem abiectum deſpicitis, ſedere à dextris virtutis, diuina maieſtate præditum & regnantem : & tandem venire in nubibus cæli ad iudicandum reprobos. iſta inquam poſthac videbitis, quicquid nunc de me ſtatuatis. Huc etiam pertinet, quòd non ſolùm dicit,Videbitis Filium hominis à dextris Dei: ſed,à dextris virtutis Dei:vt virtutem Dei opponat humilitatis formæ quam tũc gerebat,& cuius gratia contemnebatur. Non legitur hîc,A dextris virtutis Dei,ſed tantùm,à dextris virtutis. ſubaudiendũ tamen D E I,vt apparet ex Luca,cap.22.g.69, vbi de eadẽ re,mane facto,Chriſtum interrogant principes Sacerdotum, Scribæ & Seniores populi:quibus idem etiam reſpõdet Chriſtus quod Caiaphæ. Sedere verò à dextris virtutis Dei, eſt poſt Deum,rerũ omnium poteſtatem habere. Vt enim ii regibus à dextris ſedere ſolent,qui ſecundũ ipſos primi exiſtunt: ita viderũt hi Iudæi Chriſtum à dextris virtutis Dei ſedere, quum experti fuerũt ipſum, licet filium hominis,omnium poteſtatem habere,& ſecundum Deum omnibus anteferri,cui Pater dediſſet iam vniuerſa in manus, dum ipſis repugnantibus , inuitis inferorum portis nomen eius per orbem prædicari audierunt,& ingentia ſigna & prodigia per Spiritum eius fieri viderunt. Vide ſuprà cap.22.d.44. In nubibus cæli.] Vide ſuprà,24.c.30. Extremũ iudicium ſignificat.Improbi nullos nunc habent oculos quibus cernant iudicem.

65 Diſcidit veſtimẽta ſua,] Hypocrita ſimulat ſe præ nimio cordis dolore blaſphemiam nominis Dei ferre non poſſe. Mos iſte Iudæis erat,tam piis,quàm hypocritis. De ſimulato-

ribus est illud Ioelis 2.c.13, Scindite corda vestra, non vestiméta vestra. De piis, Act.14.b.14, Paulo & Barnaba, vbi viderũt populũ sibi sacrificare velle. De Dauide etiã legimus quòd vestiméta sua sciderit, 2.Samue.1.b.11, & 3.f.31, & 13.f.31. Et de propheta Elisæo, 2.Reg.2.c.12. De Iob quoque, Iob.1.d.20. Quanquam igitur Leuit.21.b.10, sacerdoti summo præceptum sit ne, vestimenta sua scindat: voluit tamẽ insignis hypocrita hac ceremonia causam Christi grauare: tanquam sit res ardua omnino, si Pontifex scindat vestimenta sua, vnde colligi debeat inauditum facinus esse commissum.

cès, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nũc audistis blasphemiam.

'Proloquut' est blasphemiam: quid insuper egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam eius.

Quid vobis videtur? At il li respondentes dixerunt, Reus est mortis.

66 'Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, 'Reus est mortis.

Tunc expuerũt in faciem eius, & colaphis eum ceciderũt: alii autem palmas in faciem eius dederunt,

67 Tunc 'expuerũt in faciem eius, & colaphis eum ceciderũt: alii autẽ palmas in faciẽ eius dederunt, Esa.50.c.6.

Dicentes, Prophetiza no bis Christe, quis est qui te percussit?

68 Dicẽtes, 'Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit?

Petrus verò sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens,

69 ‖'Petrus verò sedebat 'foris in atrio: '& accessit ad eum vna ancillula, 'dicens, Ha.4.22 Mar.14.g.66 luc.22.f.55. iohã.18.c.25

ANNOT.

Proloq. est blasph.] Vel, Blasphemauit. Blasphemasse nomen Dei clamabant, quòd Christum se diceret: & ideo debere mori iuxta Legem, Leuit.24.c.16 scriptam.

66 Quid vobis videtur?] Captat auram popularẽ: rogat alios quid ipsis videatur, quasi liberum illis faceret, quum iam pronuntiasset sententiam: vel quasi integri futuri essent ad iudicandum, qui iam antea in cordibus suis addixissent eum morti. Reus est mortis.] Marcus habet, Omnes condemnauerunt eum.

67 Expuerunt in faciem eius,] Mirus furor in Sacerdotibus, qui tanta sæuitia Christum tractant, obliti se iudices esse. His ignominiis afficitur propter latã ab ipsis sententiam: arbitrabantur enim dignum esse omnis generis probris hominẽ pronuntiatũ blasphemũ à tanto viro, & Deo inimicũ. Verùm ita impleri oportuit Scripturam Propheticam, Esa.50.c.6, Corpus meum dedi percutiẽtibus, & genas meas vellẽtibus, & faciem meã non auerti ab increpãtibus & conspuentibus in me. Summè autẽ obseruandũ est, hæc eum passum nostri causa: quid enim meremur coram Deo, quoties vitam nostram inspicimus, & consideramus quid egerimus? Si ad causam nos vocauerit Deus, quot & quantis probris operiemur? Christus autem tulit has ignominias, vt nostras deleret, & nullus in nobis næuus appareret. Simul etiã videamus quanta patientia hæc omnia tulerit. Nunc ad tempus officio doctoris nõ fungitur, sed redemptoris. Quum ad docendum missus est, fideliter partes suas exequutus est: nunc redemptoris officio diligenter fungitur, vt tanquam agnus ducatur ad victimam. Deus quidẽ è cælo prouuntiauit, Ipsum audite: sed si conferamus officium redemptionis, multò excellentius illo est. Postremò, hic exemplo Domini admonemur quàm multa nobis ferenda sint ab impiis & hypocritis, si magistrum sequi velimus.

68 Vaticinare, &c.] Marcus scribit obuelasse prius faciẽ eius. Ludibrio afficitur in Christo donum Prophetiæ mortalibus tantopere necessarium. Meritò igitur Prophetis destituti sunt miserrimi Iudæi. Iam etiam olim probro affecerãt verbum Prophetiæ, vt videmus apud Ieremiam, cap.20.c.8, Et factũ est mihi verbũ Domini in opprobriũ & in derisum tota die.

69 Petrus verò sedebat, &c.] Nunc absoluit de Petro quod cœperat suprà versu 58, postquam narrauit quid Domino eius factũ esset à Caiapha & eius ministris. Foris in atrio:] Foris, hoc est, nõ in ea superiore & interiore parte domus vbi Christũ interrogabat Caiaphas, sed extra, nempe in inferiore, hoc est, in atrio. Marcus habet, Quum esset Petrus in atrio inferius. Et acc. ad e. ancillula, &c.] Marcus dicit fuisse vnã ancillarũ summi Sacerdotis. Iohannes, ostiariam: illam fortasse quæ eum introduxerat. Dicens,] Marcus & Lucas habent, Quem quum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & calefacientem se, & eum fuisset intuita, dixit, &c.

t.iiii.

'Et tu cum Iesu Galilæo eras.

Et tu cũ Iesu Galilæo eras.

At ille'negauit coram omnibus,dicens,'Nescio 70
quid dicas.

At ille negauit coram omnibus, dicẽs, Nescio quid dicis.

Quum autem'exisset in vestibulum,'vidit eum 71
altera *ancilla*,& ait his qui erãt ibi,Et hic erat cum
Iesu Nazareno.

Exeunte autẽ illo ianuã, vidit eum alia, & ait his qui erãt ibi,Et hic erat cum Iesu Nazareno.

'Et iterum negauit cum iureiurãdo, Non noui 72
hominem.

Et iterũ negauit cum iuramento, Quia nõ noui hominem.

ANNOT.

Et tu cũ Ie.Gal.e.] Marcus,Et tu cum Nazareno Iesu fuisti.Per contemptũ vocat & Galilæum & Nazarenũ .Iohannes habet cap.19.c.17,Num & tu ex discipulis es hominis istius?

70 Nega.c.om.] Lucas,Abnegauit eum. Suprà in hoc capite,c.33.34.35,andiuimus quæ fuerit tam insignis Apostoli in præsumendo fortiora,& verbis Christi contradicendo temeritas:hoc verò loco,ob oculos ponitur, quæ fuerit illius,vbi promissis standum fuit, imbecillitas,& verbi Domini veritas.Historiam hanc negationis Petri omnes Euangelistæ mira diligentia fusè conscribunt. Nam procul dubio intellexerunt,magno consilio diuinitus ita fuisse destinatum,vt tãtus Apostolus,quem admisisset Dominus ad conspiciendam gloriam suam in monte, & alia secretiora mysteria : exhiberet humanæ infirmitatis exemplum : quo discerent omnes,nihil esse de viribus humanis præsumẽdum melius,si deserat virtus diuina,quàm quod in isto Apostolo,(satisquod ad animum hominis pertinet,forti & dextro,)ostẽsum est: agnoscerẽntque postea, vbi nomen Christi coram mundo confessuri essent , & fortiter quæuis pro illo passuri,nõ humanis se,sed planè diuinis viribus imbui & corroborari. Nescio quid dicas.] Marcus & Lucas,Non noui illũ,neque scio quid dicas.Non simpliciter respondet ad verba ancillæ,Non eram cum eo:sed,Nescio quid dicas.Intelligebat satis quid sibi vellent verba ancillæ: verùm vt & periculum euitaret,& non mox negaret,dissimulabat,imò negabat se intelligere quid diceretur ab ancilla.Hac cautione astuti plerunque vtimur,vbi veritas absque periculo disertè non potest proferri . Verùm inane est hoc corrupti & hypocritici ingenii commentum & effugium,nolle videri id agere quod tamen reuera agitur.Marcus addit ad hæc,Et exiuit foras in vestibulum,& gallus cecinit.

71 Exisset in vestibulum,] Cauere sibi velle videtur,quòd post primã tentationem egrediatur ex atrio in vestibulum:sentiens nimirum sese non fore tutum in isto pontificio famulitio. Fecisset aliquid si prorsus in vniuersum Pontificis aulã reliquisset. Verùm nihil agit qui non planè se ab omni malorum occasione auellit.Forsan non audebat repentè abire,licet moliretur abitum: ne quod dissimulabat,repẽtina abitione periculosè proderet. Hic noster dicit Petrum exisse in vestibulum, in quo etiam prunas congestas fuisse à ministris & seruis Pontificis credibile est,ad quas se calefaciebat Petrus·aut eum rursus ingressum in atrium.nã Iohannes cap.19.c.18,sic scribit,Stabãt autem serui & ministri qui prunas congesserant,quia frigus erat, & calefaciebant se:erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.Post hæc describit quid Caiaphas Christum interrogarit,à 19 versu vsque ad 25: ab hoc reuertitur ad Petri secundam istam negationem. Vidit eum altera ancilla] Meminit ancillæ & Marcus. Lucas verò dicit,Et post pusillum alius videns eum,dixit,Et tu de illis es.Petrus verò ait,Homo,non sum. Non enim ancillæ tantùm,antequam secundò negaret, obiiciebant ei quòd ex illis esset qui cum Iesu fuissent:sed & viri,vt ex Iohannis eodẽ capite apparet,versu 25 dicente,Stabat autem Simon Petrus,& calefaciebat se. dixerunt ergo ei, Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille,& dixit,Non sum.Tametsi non ignorem verbum DIXERVNT,posse exponi de mulieribus . verùm paulò antè seruorum & ministrorũ calfacientium se meminerat Iohannes.Vtvt sit, vrgebatur & à viris & à mulieribus:vt nihil differãt Matthæus & Marcus à Luca & Iohãne.Dictio ancilla,neque Græcè,neque in Latinis vetust.codicibus legitur.

72 Et iterum negauit cum iureiurando,Non,&c.] Plus negat quàm opus erat,Non noui hominẽ:quum dictum esset illi tantùm,Tu eras cum illo.hoc est,vnus ex illius comitatu. Vsqueadeò negat se pertinere ad comitatum Christi,vt ne cognouerit quidem vnquam quis sit. Nec hoc contentus,addit & iuramẽtum.In quo agnoscimus pœnam lapsus primi.nam quum à Deo recedimus,ipse etiam nos deserit:ita fit vt impingamus non semel,neque bis:sed quoties satan obiicit nobis minimum offendiculum,labamur.

73 'Et post pusillum 'accesserunt qui stabant, & di
xerunt Petro, Verè & tu ex illis es: 'nam & loque
la tua te manifestum facit.

74 Tunc cœpit execrari & iurare quòd nõ nosset
hominem. 'Et continuò gallus cantauit.

75 'Et recordatus est Petrus verbi Iesu, qui dixerat
ei, 'Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. 'Et
egressus foras fleuit amaré. CAP. XXVII.

1 M 'Ane auté facto, consilium inierũt omnes
principes Sacerdotum Har. 4.23 Marc.15.a.1. luc.22.g.66. iohã.17.e.20.

Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerũt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.

Tunc cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit.

Et recordat9 est Petr9 verbi Iesu, quod dixerat, Prius quã gall9 cãtet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amaré. CAP. XXVII.

M Ane auté facto cõsilium inierũt omnes

ANNOT.

73 Et post pusillum] Lucas exponit pusillum istud, dicens, Et interuallo interiecto ferè horæ vnius. Hæc est tertia negatio. Access. qui stabát, &c.] Vel, vt in Marco, qui astabant. Plures sequentia dixisse, memorant Matthæus & Marcus: Lucas vnius tantùm meminit, dicens, Alius quidam affirmabat, dicens, Verè & hic, &c. Iohannes alium quendã ex seruis Pontificis, cognatum eius cuius auriculam absciderat Petrus, Malchum nomine, scribit dixisse Petro, Nónne ego te vidi in horto cũ illo? Hi omnes vidẽtur certatim & tanquam vno consensu opprobrasse Petro, ipsum ex comitibus Christi fuisse, & velut ei acclamasse, vt opprimerent. Propterea tot acclamationibus obrutus, cœpit execrari & iurare quòd non nosset hominem. Ea execratio perinde erat atque si dixisset, Deus me perdat si noui. Hæc sanè sunt horrenda, præsertim, vt dictum est, in Apostolo, eóque ex præcipuis. Voluit autem Dominus in persona tam insigni, documentum insigne dare, vt magis emineret in Ecclesia. Nulla vis Petrum vrgebat vt ita deieraret, nisi quòd derelictus erat à Deo. Satã etiam ex altera parte nõ cessabat nouas admouere machinas. Plures præterea accedebant homines qui impellerent vt toties negaret. Heu quàm nihil est nostra virtus. Discamus igitur hinc nihil nobis promittere, sed toti à Deo pendere. Nam & loquela tua te manifestum facit.] Nempe te esse Galilæum, vt & iste Iesus. Quidam enim apud Lucam de eo dixerat, Hic eum illo erat: nam & Galilæus est. Et ancilla dixerat, Et tu cum Iesu Galilæo eras. Marcus habet, Loquela tua conuenit.

74 Et cont. gallus cant.] Marcus & Lucas habẽt, Et cõtinuò adhuc illo loquẽte, iterum gallus cãtauit. Nam egresso eo in vestibulũ, iam cecinerat gallus, vt dictũ est suprà versu 70.

75 Et recordatus est, &c.] Non prius recordatus est Petrus verbi Domini, neque ad se rediit, quàm Christus eum respexit, dicente Luca, Et conuersus Dominus, intuitus est Petrum, & recordatus est Petrus, &c. nam alioqui milies cecinisset gallus. Non quòd aspectus id effecerit: nam aspexit & Iudam & alios: sed proculdubio voluit aspectũ esse efficacem in Petro, vt nõ tantùm oculo, sed gratia sua intueretur. Obstupescimus in peccatis, donec corda nostra quodammodo aspectu suo expergefaciat, & reducat nos in sui & nostri memoriam, quum tangit corda nostra Spiritu suo, ita vt cogitemus quæ non perpẽdebamus antea. Prius quàm gallus cantet,] Marcus addit, bis. Et egressus foras fleuit amaré.] Foras, hoc est, in viam publicã, vt neque in atrio, neque in vestibulo esset. Fletus est signum pœnitentiæ. Vbi grauius est peccatũ, necesse est accedere lachrymas ad dolorẽ. Sciamus autẽ nos nõ verè conuersos, nisi seriò doleamus: neque tantùm coram Deo, sed etiam coram hominibus testificanda est nostra pœnitentia. Ita Paulus Corinthios docet, 2. Corin. 7. c. 10, Nam qui secundum Deum est dolor, is pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam parit. Quòd consequutus est misericordiam, agnoscimus immensam Dei bonitatem, qui semper paratus est ad ignoscendum, quum accedimus ad illum. Hoc est grauissimum peccatum, nec potest excusari ignorantia: & tamen vides misericordiam. Hinc etiam collige, non esse peccatum in Spiritum sanctum, siquis infirmitate Christum abneget: alioqui non esset venia. Licet tantum scelus non sit extenuandum, vt quidam faciunt.

IN CAPVT XXVII.

1 Mane autẽ facto,] Lucas, Simulatque illuxit dies. Nihil noui affert Matthæus, sed quàm seduli fuerint ad cœpta perficienda Sacerdotes, ostendit. Vesperi (vt vides superiore capite, g. 66,) pronuntiarant eum esse reum mortis: nunc seduli (nam Confestim, dicit Marcus) statim atque illuxit, quo mortis genere, vel certe quibus rationibus & accusationibus morti eum traderent, consultarunt.

& 'Seniores populi aduersus Iesum,'vt eum mor-
ti traderent.

principes Sacerdotũ & Seniores populi aduersus Iesum,vt eum morti traderẽt.

'Et vinctum eum adduxerũt, & tradiderũt Pon 2
tio Pilato præsidi.

Et vinctum adduxerunt eum,& tradiderunt Pontio Pilato præsidi.

'Tunc videns Iudas qui eum prodiderat, quòd 3
damnatus esset,'pœnitentia ductus,

Tunc videns Iudas qui eum tradidit,quòd damnatus esset,pœnitẽtia ductus,

ANNOT.

Seniores pop.] Lucas addit,Scribas. Vt eum morti traderent.] Lucas narrat,postquam consilium cepissent aduersus Christum,illum in concilium suum duxisse, antequam Pilato traderent,& interrogasse de eodem de quo iam interrogarat Caiaphas, an esset Christus Dei,his verbis,Si tu es Christus,dic nobis,&c.vsque ad finem capitis,versu 71.qua interrogatione nihil aliud voluerunt,quàm aliquid ex ipsius verbis contra eum venari, quando non erant idonea testimonia. Qvúmque ipse manifestò se Christum profiteretur,iudicarunt nullis iam testimoniis opus esse,satis ex ipso auditũ ob quod morti traderetur. Visi ergo sibi habere iam cuius illum accusarent,continuò adduxerunt eum Pilato præsidi. De his sic Paulus,Act. 13.d.17,Qui habitabant Ierosolymis, & principes eorũ,quum ignorarẽt illum,& voces Prophetarum quæ per omne sabbathũ leguntur,condemnato eo impleuerunt. Quidam scribunt eadẽ esse cum his quæ Matthæus habet suprà cap.26.f.63 : verũ Lucas disertis verbis scribit, Vtque illuxit, conuenerũt Seniores plebis,& principes Sacerdotũ, & Scribæ,& duxerũt illũ in conciliũ suum,dicẽtes,Num,&c. Matthæus cũ Marco scribũt tantùm ad quid cõuenissent.

2 Et vinctum eum add.] Statim(inquit Marcus cum Luca)surgens vniuersa multitudo, siue totum eorum concilium, quum vinxissent Iesum,abduxerunt eum,& tradiderunt Pontio Pilato præsidi.Istud est quod inter se matutino consilio consultauerant,tradendum esse Pilato præsidi vt crucifigeretur. Astutè autem noluerunt eum occidere,vt postea Stephanum occiderunt. nolebant scilicet inuidia necis Christi grauari,& videri occidisse.Sic Act.5.e.28,dicebãt ad Apostolos,Vultis super nos inducere sanguinẽ hominis istius.q.d. Malefacitis quòd nobis ascribitis causam & culpam occisi hominis huius, quem nos non occidimus , sed Pilatus tanquam seditiosum puniuit: timebant enim populum. Pontio Pilato præsidi.] De isto scribit Iosephus lib.18.Antiqu.Iudaic.à quarto capite vsque ad septimum . Successit Valerio Graccho sub Tiberio,præsidémque egit Iudææ annos decem. Circa annũ octauum regiminis sui Christum cruci affixit.Biennio postea elapso,propter innocenter occisos Samaritanos , à Vitellio præside Syriæ est officio motus, alio in ipsius locum substituto, & Romam ire coactus,vt se in iudicio Cæsaris contra Samaritanorũ accusationẽ purgaret.Verùm antequam Romam venisset,mortuus erat Tiberius,inque illius locum constitutus Caius.Sub isto, vt habet Eusebius in Ecclesiastica historia lib.2.cap.7,seipsum interfecit Pilatus.Erat homo, vt apparet ex ipsius gestis,non admodum amicus Iudæorũ genti,propterea,opinor,quòd eam suspectam haberet,animo erga Cæsarem esse non fideli,sed sedirioso & rebelli. Hunc putant Sacerdotes commodum fore ipsorum proposito, vt qui nõ sit laturus intentatum ambitionis regni crimen in Iesu.

3 Tunc vid.Iudas] Tunc,in Euãgelistis,sæpe narrationis tantùm,non tẽporis consequentiam significat. Ita in præsenti non est necesse intelligere hoc ipso tẽpore quo Christus ad Pilatum ductus fuit,Iudam argenteos retulisse:sicuti & illud,Vidẽs quòd damnatus esset,innuere videtur hæc accidisse vel post mortẽ Domini , vel certe post cõdemnationem eius à præside. Pœnitentia ductus,] Criminis scilicet in Dominum commissi.Non enim vera fuit pœnitentia,quæ est ad Deum conuersio,vt ex Scripturis colligitur,renouatio hominis,& regeneratio,quando homo nõ solùm horret iudicium Dei,sed displicet ei peccatum, posteáque se totũ addicit Deo in obsequium: quod sanè fructus est fidei. Hac pœnitentia nõ ducebatur Iudas: qui quũ non potest effugere,trepidat,non se ad Deum conuertit,sed mala conscientia cruciatur,à qua & ad suppliciũ trahitur.Agnoscamus hic horribile Dei iudicium in Iuda,etsi nũ fuit hoc ei vltimum supplicium, sed species tantùm extremi illius iudicii quod aliquando sentiet.Consideremus etiam in eo exemplum reproborum,quos satanas imprudentes diu per varia flagitia iactat: tandem verò vbi ipsis oculi aperiuntur vt scelerum suorum atrocitatem quidem videant,misericordiam autem Domini non videant,eò præcipitat vti salutẽ & omnia despondeant,in æternum gehennæ addicti.

retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & Senioribus,

Dicēs, Peccaui, tradēs sanguinē iustū. At illi dixerūt, Quid ad nos? tu videris.

Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit.

Principes autem Sacerdotum acceptis argēteis dixerūt, Non licet eos mittere in corbanam: quia pretium sanguinis est.

Consilio autē inito emerunt ex illis agrum figuli,

'retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & Senioribus,

4 Dicens, 'Peccaui, prodens sanguinē innoxium. At illi dixerunt, 'Quid ad nos? tu videris.

5 Et proiectis argenteis in templo, recessit, & 'abiens laqueo se suspendit. Act.1.c.18.

6 Principes autem Sacerdotum acceptis argēteis dixerunt, 'Non licet eos mittere in corbanā: quia pretium sanguinis est.

7 Consilio autem inito, 'emerunt ex illis agrum

ANNOT.

Retulit trig. arg.] Hoc videtur non simulatæ, sed veræ pœnitētiæ signum. non enim vera est pœnitentia, vbi non redditur quod malè fuerat ablatum.

4 Peccaui, prod. sang. innox.] Disertis verbis peccatū suum confitetur. Ad resipiscentiam enim pertinet peccati confessio, non ea tantùm quæ Deo fiat, sed & quæ hominibus quorum interest. Confitetur quidē hic iis quibus peccādi occasionem dederat: at nō Christo, in quem peccauerat, nec se coram illo prosternit, diffidentiáque impeditus, non precatur vt ignoscat ei Dominus. Interea Christo dat innocentiæ testimonium, quem prodendo nocentem fecerat. Sanguinem pro anima, vita, totóque homine posuit. q.d. hominem innocentē prodendo. Tanta erat vis innocentiæ in Christo, vt licet illum non crediderit esse Christum Dominum, filium Dei viuentis, nec corde erga illum syncero, sed malitioso fuerit, coactus tamen sit agnoscere & confiteri hominem innoxium à se esse proditum. Agnoscit autem magnitudinem sceleris sui, magnitudinē verò misericordiæ diuinæ non agnoscit. Quid ad nos?] q.d. Quid nostra refert, an nocentem prodideris, an innocentem? Quòd peccaris sanguinem innoxium tradēdo, ad nos non pertinet, sed tu es in culpa: proinde nihil est quod nobis eā impingas: tu vide quomodo euadas. Græcè est, tu videbis, siue videris, prima acuta, vt sit futurū verbi subiunctiui à video. indicandi modus vsurpatus pro imperatiuo, Vide.

5 Abiens laqueo se suspendit.] Act.1.c.18, Petrus dicit, Suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Hic est finis Iudæ, exemplum omnium impiè agentium, & post eum missa flagitia desperantium. Hic vel impatientia doloris, vel metu pudoris victus, aut certe instinctu satanæ adactus, laqueo sibi vitam finiuit.

6 Non licet eos mittere in corbanam:] Cum insigni malitia perpetuam habebat hoc genus hominum coniunctam hypocrisim & pietatis simulationem. Hoc modo punit tales hypocritas Dominus, prodit eorū nequitiam, quum volunt se tegere aliquo colore: nam pollutam esse putāt pecuniam, interea animi eorum erant cædis consceii. nam pecunia quam in templum abiecerat Iudas, ea ipsa erat quam ab ipsis acceperat ob proditionē. Quomodo autem illā simulata religione dispensent, noluit hic Euangelista silētio præterire, præsertim propter adimpletam ex hoc facto scripturam Propheticam. Corban, dictio est Hebraica, pro qua oblationem vertunt interpretes: vt Leuit.1.a.2, Homo quum obtulerit ex vobis oblationem. Sed & ipse Marcus exponit donum, cap.7.b.11. Hinc inoleuit, vt arca in quam solebāt reponi donaria quæ offerebantur à populo, vocata sit Corban Hebraicè, siue Corbana Chaldaicè. Hanc Græci vocāt gazophylacium, id est repositorium, vel conseruationem thesauri. Huius vsus erat in templo, vt ad manum esset, vnde quæ templo restaurando necessaria essent, peterentur. Vide 2.Reg.12.b.9. Vide Marc.12.d.41, & Luc.21.a.1. Non est autem falsum quod isti hypocritæ sentiunt. nam licet quæ in corbanam mittebantur, in vsum hominum magis quàm Dei cedebant, quoniam tamen Deo offerebantur, oportebat vt talia essent quæ Deo placere possent. Placere autē non possunt ea cum quibus aliqua coniūcta est iniquitas, vel quæ verbo ipsius sunt vetita. Erant igitur argentei isti illiciti ea ratione quam afferunt, quòd pretium esset sanguinis, hoc est, pretiū quod acceperat Iudas pro prodendo Christo vt occideretur. Pretium sanguinis dicitur, pretium homicidii, siue quo empta fuit cædes hominis: eodē Hebraico tropo quo & viri sanguinum, viri homicidii, siue viri homicidæ dicuntur.

7 Emerunt ex illis agrum figuli, &c.] Ita hypocritæ Deum scelerum suorum participem

faciuut:pium opus se facere existimant quo scelera sua redimant:verùm Deus odit huiusmodi oblationes. Nõ improbandũ tamẽ illud,qudd Spiritus sanctus voluerit pretium Iesu Christi impendi ın agrum pro sepelieudis peregrinis: vr fideles inrelligerent etiam ex eo tempore passionem non tantùm profuturam Iudæis,sed & Gentibus. nõ enim dubium præter Iudæos ex omni Iudæa, mulros eriam ex Genribus venisse Ierosolymam loci sacri gratia,tribus solennibus festis,& aliis temporibus.Fıguli agrum emerunt,quòd minore pecunia comparari posset,non amplius fertılem,nec vsui figuli commodum.

figuli,in sepulturam peregrinorum.
Act.1.c.19. Quapropter 'vocatus est ager ille,‖Ager sangui 8
nis,vsque in hodiernum diem.
Tunc impletum est quod dictũ est 'per Hiere- 9
Zach.11.c.12. miam prophetam, dicẽtem,‖'Et acceperũt trigin
B ta argẽteos, pretium æstimati, quem æstimatum
emerunt à Filiis Israel:
Et dederũt eos in agrum figuli, sicut constituit 10
mihi Dominus.

in sepulturã peregrinorũ.
Propter hoc vocatus est ager ille , Hacel-dama , hoc est,ager sanguinıs,vsque in hodiernum diem.
Tunc impletum est quod dictũ est per Ieremiam prophetam,dicentem, Et acceperunt triginta argenteos, pretiũ appretıati,quem appretiauerunt à Filiis Israels
Et dederũt eos in agrum figuli , sicut constituit mihi Dominus.

ANNOT.

8 Vocatus est] Memoriam malitiæ suæ staruunt,dum speciem pietaris ostentare volũr hypocritæ. Non quòd id nomiuıs agro dederint,sed quòd instinctu Dei vnlgus ignarus qnid diceret, hac nota agrũ illũ memorabilẽ fecerit: vr qui vocandus erat Ager & sepultura peregrinorum:vocatus sit Ager sanguinis,id est ager emptus pecunia,qna hominis mors empta fuit, pecunia videlicet tradira ad prodendum Christum,vt occideretur: vt qnod speciem habebat pietatis,& per hypocrisim erat institutum, locũ darer ipsi veritati: (Vide Act.1.c.19,)memoriàqne extaret innoxii sanguinis empti per Sacerdotes:quod occultari volebant.

9 Per Hieremiam proph.di.] Quòd pro Zacharia scriptũ fuerit Ieremias, qnidã factum putant,quòd scriptor existimanerit Euangelistam sentire de Ieremia,qni agri empti facit mentionem,cap.32.a.6. Verùm errore potius factũ est vt nomen vnius Prophetæ,loco alrerius obrepserit. Er acceperunr trig.arg.] Sic legitur locus apud Zachariam,cap.11.c.12,Si bonum est in oculıs vestris,dare mihı mercedem ſinaurem, desistire. Appenderunt autem mercedem meam trıginta argenteos.Dixítque Dominns mihi, Proiice eos ad figulum,pretium illud magnificũ quo appretiatus sum ab eis. Tnli iraque triginta illos argenteos,& proieci eos in domum Domini ad figulum.Zachariæ sensus est,Voluit Dominus instaurare statũ & ordinem in populo suo, adeóqne pastorem agere.Vbi vıdet populum nolle eum pastoris officio fungi erga se,nec dare ei locum:tædio affectus, ingratitudinem exprobrat,& pedum abiicit,permittens vt rnrsus relabatur in pristinam dissipationem . Postea dicit, Date mihi saltẽ mercedem meam vr abeam.si nòn vultis,desinite,perinde mihi est: malo cedere mercede mea,quàm vobiscum amplius agere.Dederunt antem ei triginta argenteos. quod paruum pretium,significabar populum parui æstimasse qudd Deus eum regeret.annõ seipsos Domino tradere debebanr, & dicere, Habe nos pro mercede? Ipsi verò,quasi negotium eis esset cum bubulco, dant triginra argenteos Iudæ proditori,quibns innoxium & beneficũ suum regem & Sacerdorem emerunt ad crucis supplicium. Crucẽ ergo & tormenta Messiæ suo pro mercede repẽderunt. Addit Propheta,Et ait Dominus ad me. Nunc enim Zacharias personam sustinet Iudæ proditoris, ac in visione id quod iubetur facere, & quod reuera Iudas fecit postea, facıt . Iubetur pretium illud egregium (quod per ironiam inrelligendum est) quo taxatns siue æstimatus est ipse Deus,proiicere ad figulum, hoc est in templum ad Sacerdotes, vt ex illis agrum emant à figulo in sepnlturam peregrinorũ. Matthæus Prophetiæ Zachariæ sensum explicare voluisse videtur magis,quàm ad verbũ,illius verba afferre,vt & aliis locis ab ipso factum est.Satis habuit declarasse quid sibi vellent illi triginta argentei apud Zachariam,nempe illos significare quibus æstimatus fuerar Christus,quem æstimatum emerũt à Iuda filio Israel,siue Iudæos qnibus postea ab ipso Iuda reddıtis emerũt agrũ figuli in sepulturã peregrinorũ, vt cõstituerar Dominus,cuins iussu reddiderar Iudas argẽteos:eiusdẽque iussu ager fuit emptus à figulo, vt memoriam perfidiæ populi sui,Messiam suum repudiãtis & reiicientis,posteris proderet.

Iesus autē stetit ante Præsidem, 11 | Iesus autem stetit ante Præsidem, Har4.24

ANNOT. Mar.15.a.2. luc 23.a.3. iohan.18.f.38

11 Iesus autem stetit, &c.] Redit Euangelista ad historiam eorum quæ apud Pilatum acta sunt. Ordo autem actorum videri non potest, nisi aliorum Euangelistarū verba adscribamus singulis locis, vt sit velut vnus contextus ex quatuor. Multa verò in hoc versu interserenda ex aliis. Ac primùm Lucas cap.23.a.1, & Iohannes cap.18.e.28, hoc locò scribunt,

Surgens autem vniuersa multitudo eorū, duxerunt Iesum à Caiapha in Prætorium ad Pilatum. Erat autē mane: & ipsi non introierunt in Prætorium, ne contaminarentur, sed vt manducarēt Pascha. Quod explicatū est suprà cap.26 a.2, circiter finē annotationis. Hypocritæ isti verentur contaminari introitu Prætorii, & congressu Ethnici, si Pilatum eo die alloquantur: non verētur autem innocentem petere ad mortem.

Quum igitur nollent ingredi, (vt Iohannes scribit) Pilat⁹ exiuit ad eos foras, & dixit eis, Quam accusationem adfertis aduersus hominē hunc? Responderūt, & dixerūt, Si non esset hic nocēs, haudquaquam tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundū Legem vestram iudicate eum. Pilatus illorū iactantia offensus, mordet eos, & ridet hac responsione, qua significabat, ipsos magnam quidem dignitatem iactare, sed non habere tantum authoritatis & iurisdictionis (priuatos scilicet illa à Romanis) vt auderent condemnatum iuxta leges suas, capitaliter punire. quod & ipsi confitentur apud eundem Iohannem, verbis continuò sequentibus,

Nobis nō licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Nam ita diuinitus ordinatum erat, vt à Gentibus crucifigeretur, vt ipse Dominus dicit suprà 20.c.18, Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, ac Scribis: & condemnabunt eum morte: & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Quod igitur antea prædixerat Christus, nūc impletur. Noluit autem Pilatus accusatum condemnare, nisi prius auditis accusationibus: propterea dicitur à Luca 23.a.2,

Cœperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc deprehendimus euertentem gentem, ac vetantem tributa dare Cæsari, dicētem se Christum regem esse. Hæc est illa accusatio qua cupiebant animū præsidis aduersus Dominum exacerbare, idque non sine astu. Sciebant illū non motū iri, si dicerēt, Hunc deprehendimus blasphemum in Deum, & irreligiosum erga templū nostrum. Sciebant verò seditionis malū graue haberi apud Romanos Præsides: & intolerabile, siquis tributa Cæsari dare prohiberet: & omnium grauissimum, siquis etiam regem sese faceret in imperio Romano. Euersorem gentis suæ dicunt, quòd doceret populum pœnitētiam, & fidem in Euangelium, nulla accepta potestate ab ordine sacerdotali: quod an licitè fecisset néc ne, quærendum erat. Tributa dare non prohibuerat: imò docuerat vt redderentur Cæsari, quæ essent Cæsaris. Quòd tertio loco dicunt, Dicētem se Christum regem esse: habebat fallaciam. in se quidem verum erat, (vt & ipse Dominus Pilato fatetur, quòd esset Christus rex Iudæorum.) falsum autē, quòd inde vellet dominationem Romanis auferre quam in Iudæos habebant. Videmus hic exemplum eorum, qui vbi vident ea quæ religionis gratia in speciem possent accusari, magistratus nō admodum curare, ad ea se conuertunt falsò accusanda, quæ sciunt illos nullo pacto ferre posse, videlicet ad crimina seditionis & factionū. Norunt & magistratus huius seculi magis in hoc esse, vt status regnorum sit tranquillus & certus, quàm vt religio sit salua, hoc est, magis curare vt ipsi regnent, quàm vt regnet in populo suo Deus. Hac ratione cum Prophetæ in Veteri, tum Christus & Apostoli, & quotquot vnquam verbum Dei syncerè prædicarūt in Nouo testamento, non solùm errorum in religione, sed & seditionum accusati sunt, & hodie accusantur. Et hoc nomine videmus plerosque principes supra modum veritatis doctrinam, tanquam seditionis nota diffamatam, abhorrere. Post hæc sequitur ex nostro,

'& interrogauit eum Præses, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis.

& interrogauit eum Præses, dicens, Tu es rex Iudæorũ? Dixit illi Iesus, Tu dicis.

ANNOT.

Et interrog. eum Præses, &c.] Iohannes habet cap. 18. f. 33, Introiuit ergo iterũ in Prætorium Pilatus, (nam eum exisse foras præcedenti annotatione dictum est) & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es ille rex Iudæorum? Respondit Iesus, A temetipso tu hoc dicis, an alii dixerũt tibi de me? Volebat enim Dominus, vt iure debuerat, alienus adeò videri ab affectatione regni terreni, vt absurdum esset huius aliquid de se suspicari. Vnde & Pilatus, velut significãs nihil tale se quidem suspicari, dicebat, versu 35 apud eundem,

Num ego Iudæus sum? gens tua & Pontifices tradiderũt te mihi: quid fecisti? Quasi diceret, Equidem Romanus rerum vestrarũ ignarus sum, nesciens qua ratione Christus vester venturus sit. mihi quidẽ nihil videris præ te ferre regium. Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi, & hi te huius accusant: quid ergo fecisti? Respõdet Iesus quæ consequuntur apud eundem Iohannem, versu 36,

Regnum meum non est ex hoc mundo. si ex hoc mũdo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent ne traderer Iudæis. Nunc autem regnum meũ non est hinc. Quibus verbis cælorũ regẽ se esse confitebatur, & simul tamẽ significabat Pilato, à se nihil esse periculi metuendum ei regno cui ipse ministrabat, cuius scilicet ipsum Iudæi accusabãt. Hinc itaque colligẽs Pilatus, ipsum nihilominus regem esse, dicebat quod etiam est apud eundẽ Iohãnem versu sequenti, cum responsione Christi apud ipsos quatuor Euangelistas,

Ergo rex es tu? Cui respondens Iesus dixit, Tu dixisti, siue dicis, præsenti tempore, quòd rex sum ego. Addit autem Iohannes, causam reddens cur hoc fateretur,

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium feram veritati. Vtique huius veritatis potissimùm, quòd ipse vnus omnium electorum rex & saluator esset: sed quia id electi tantùm credunt, addebat apud eundem Iohannem,

Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Quod dictũ vulgò ita exponitur perinde acsi Pilatus seriò interrogauerit quid esset veritas. Sed quia Christus nihil ad tam necessariam quæstionem respondet, apparet Pilatum ironicè ac ridiculè de veritate loqui. Siue enim Pilatus intellexerit per veritatẽ, quamuis ciuilem veritatem: siue tantùm veritatem religionis, certe videtur Christum cum sua veritate valde irridere. Et est sententia, Quid? túne in hoc tantùm venisti vt profitearis veritatem? næ tu miserrimus omnium hominũ eris cum tua veritate: necesse profectò habebis cum tua veritate esurire, algere, & inedia perire. Quid enim obsecro est veritas, tam in rebus ciuilibus, quàm in religione? quam habet vtilitatem? Video eos qui veritati student, nullam prosperam fortunã in hoc seculo habere. His peractis dicit Iohãnes eodẽ versu 38, cum Luca, cap. 23. a. 4,

Et quum hæc dixisset, iterũ prodiit ad Iudæos, principes Sacerdotum, & turbas, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo causam, nihil inuenio noxiæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa vsque ad hũc locum. Pilatus autem, audita mentione Galilææ, interrogauit num homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd ad Herodis ditionem pertineret, remisit eum ad Herodem, &c. vsque ad 13 versum. Quid verò Pilatus egerit, quum ad eum reductus esset Iesus, narrat Lucas versu illo 13, dicens,

Conuocatis principibus Sacerdotum & magistratibus, & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertẽtem populum: & ecce coram vobis interrogans, nullum crimen inuenio in homine isto

ex his de quib' accusatis eum. Sed ne Herodes quidē: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignū morte actū est ei. Castigatū ergo illum dimit tam. Quid post hæc actum sit, narrat Matthæus sequenti versu, cum Marco cap. 15. a. 3,

Et quū accusaretur à principibus Sacerdotum & Senioribus, nihil respondit.

12 ‖'Et quum accusaretur à principibus Sacerdo- Har. 4. 25
tum & Senioribus, nihil respondit.

Tūc dicit illi Pilatus, Non audis quāta aduersum te dicunt testimonia?

13 'Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quàm multa
aduersum te dicunt testimonia?

Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur Præses vehementer.

14 Et non respōdit ei ad vllum verbum: ita vt mi-
raretur Præses vehementer.

Per diem autem solēnem consueuerat Præses populo dimittere vnum vinctum quem voluissent.

15 ‖'In festo autē consueuerat Præses turbæ dimit- Ha. 4. 26
tere vnum vinctum, 'quem voluissent.

ANNOT.

12 Et quum accusaretur, &c.] Marcus, Accusabāt eum principes Sacerdotum de multis: &(ait Matthæus) nihil respondit.

13 Tunc dicit illi Pil. Non aud. &c.] Marcus, Pilatus autē rursus interrogauit eum, dicens, Non respondes quicquam? ecce quàm multa aduersum te testantur. Iesus autem deinde nihil respondit, adeò vt miraretur (inquit Matthæus cum Marco) Pilatus præses vehemēter. Obserua, Christum non stetisse coram Pilato vt se excusaret, & euaderet: quod facere poterat: sed nostro loco, nostróque nomine illic stetisse. voluit enim Patri se obsequentem præbere: passus est se opprimi, vt sua iustitia nos tegeret. Hæc est causa silentii. Ne autem trahatur in exemplum, vt nonnulli faciunt ad perfidiam suam excusandam. isti enim tacent, vt effugiant pœnam: facilè patiuntur bonam causam damnari, vt eripiantur è periculo: veri scilicet Christi imitatores. Hoc verò silentium confessionem liberam nobis exprimere debet: nam pro nobis mortuus est, vt causam nostram sustineret. Non respondisse præterea videtur Christus, quòd iudicaret Præsidem satis olfacere ista omnia odio quodam impotēti confingi contra Dominum: neque huiusmodi esse propter quæ à Præside occidi posset. Et reuera intelligebat Præses Sacerdotum malitia & inuidia omnia ista agi. Mirabatur tamē, ceu homo Ethnicus, & veræ patientiæ imperitus, posse innoxium hominē à periculo capitis, tāta mansuetudine obticescere. Ac complebatur tunc in Domino quod olim futurum prædixerat Esaiàs, dicens cap. 53. c. 7, Sicut pecus ad mactationem ducetur: & sicut agnus coram tōsoribus suis obmutescit; ita hic non aperuit os suum.

15 In festo autem consueuerat] Lucas, necesse habebat. Quærebat Pilatus vndique occasiones quibus liberaret insontem Dominū, quem sciebat propter inuidiam traditum. Hac ratione præsentis festi occasione accepta, tentat an possit. Sperabat enim vulgi odia sic incensa feruere in Barabbā, vt quidvis potius darēt concederéntve, quàm vitā ei homini, cui nihil magis quàm horribilissimā mortē optabant. Hæc autē consuetudo dimittendi vincti in festo Paschæ apud Iudæos, magis ex ambitione & superstitione, quàm ex legitima causa ac vera pietate nata apparet. Si enim Præsides Ethnici sua spōte hanc consuetudinē introduxerūt, nō videntur alia fecisse causa, quàm vt hac dimissione, venarētur fauorē Iudaici vulgi, vt viderētur Legem Mosis de celebratione Paschæ venerari. At boni magistratus interest amorē subditorum parare & cōseruare, non officii sui neglectione, sed diligenti legū publicarū administratione: inter quas & hæc continetur, vt manifestè nocentes seueriter puniantur, quò & cæteri timorē habeant, & honesti viri tuti sint. Et veneratio erga Legē Mosis aliis argumētis declaranda erat, quàm impunitate eorū qui manifestè scelerati erāt, & quos Lex ipsa Mosis occidere iubet. Quòd si hæc consuetudo introducta fuit ab ipsis Iudæis, apparet eam hac præcipuè causa vsitatam fuisse vt esset monimentū liberationis AEgyptiacæ, & vt hoc cultu venerarentur Deum. Verùm habebant alia monimenta diuinitus instituta, quibus admonebātur AEgyptiacæ liberationis. Ita solent homines Deum colere etiā maleficiis: & videmus quid ex præclara ista consuetudine acciderit, videlicet vt Christus innocens damnatus sit ad mortem. Iohannes 18. g. 39, scribit Pilatum dixisse, Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Quem voluissent.] Marcus, postulassent.

'Habebat autem tunc vinctum insignem, qui 16
dicebatur Barabbas.

Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Vtrum vul 17
tis dimittam vobis, Barabbam, 'an Iesum qui di-
citur Christus?

Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittã vobis? Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus?

Sciebat enim quòd propter inuidiam 'tradidis- 18
sent eum.

Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.

(Sedente autem illo pro tribunali, 'misit ad eum 19
vxor eius, dicens, 'Nihil tibi cum iusto illo: 'multa
enim passa sum hodie in somnis propter eum.)

(Sedente autẽ illo pro tribunali, misit ad eũ vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eũ.)

ANNOT.

16 Habeb. autẽ, &c.] Qualis fuerit hic vinctus Barabbas, pluribus verbis describit Marcus cap. 15. a. 7. his verbis, Erat autẽ qui dicebatur Barabbas, qui cũ seditionis authoribus fuerat vinctus, qui per seditionem cædem patrauerat: siue vt Lucas clarius, cap. 23. c. 19, Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium, coniectus in carcerem. Iohannes vno verbo latronem fuisse dicit, cap. 18. g. 40.

17 An Iesum qui dicitur Christus.] Iohannes, Vultísne ergo dimittam vobis illum regem Iudæorum? Nec vult Pilatus se grauare, nec innocentem, sed quicquid in ea causa accusationis ad se fuerat delatũ, reiicit in cõmunem famam: volẽs insonti vel ex eo apud populum nõnihil fauoris conciliare, quòd vulgò diceretur ipsorum esse Messias. Vnde & (vt apud Iohannẽ est cap. 19. e. 15) quum instanter clamarent, Crucifige, Crucifige: respondit, Regem vestrũ crucifigam? Putabat enim eos propensiore animo erga illum fore, quòd rex ipsorum diceretur.

18 Tradidissent eum.] Nempe summi Sacerdotes, vt habet Marcus. Duo hæc in Euangelicis literis dantur Sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis, maligni animi indicia: quòd inuidiam aluerint contra Christum, vt hîc vides: & quòd odio illum prosequuti sint, vt habes Iohan. 15. d. 24. Post hæc acta sunt quæ secundo ab hoc versu leguntur.

19 Misit ad e. vxor] Solus Matthæus hoc refert de vxore Pilati: quod factum est quum Pilatus sedens pro tribunali laturus esset sententiã mortis in Dominũ, vt infrà vides versu 13, circa finem annotationis. Nihil tibi, &c.] Græcè ad verbum, Nihil tibi & iusto illi. Hebraismus, qui Latinè sic redditur, Nequid rei tibi sit cũ iusto illo. Vide suprà cap. 8. d. 29. Obserua vt Christi innocentia vndique meruit testimonium, Iudæ, Pilati, huius vxoris, Annæ, testium, latronis, satellitum qui missi fuerant ad comprehendendum eum, Magorũ, Chananæorum, Samaritanorum, centurionum. Sed hoc vni illi contigit, quo certius foret, totũ hoc quod ille passus est, nobis impensum esse. Multa enim passa sum, &c.] Quidam putãt id quod in somnis passa est, opera satanæ factum esse: vt per mulierem ita impediretur hominis reparatio, sicuti initio per mulierem introducta est humani generis perditio. Sed commentũ hoc videtur non esse vero simile. Primùm, quòd apparet mulierem hanc fuisse Dei timẽtem, & habentem rationem iustitiæ, in eo quòd Christum iustum vocauit, & virum admonuit ne in iustum quicquam delinqueret, sed ab illius sanguine abstineret. Deinde, quòd si satan voluisset impedire mortem Christi, melius hoc fecisset, cohibendo furias Sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum, quos tamẽ ipse inflammabat. Non est igitur credibile quòd hæc mulier acta sit instinctu satanæ, sed potius quòd consilio Dei sit mota. Nõ quòd ita visum sit remorari opus redemptionis: absit, sed quòd ita oportuerit Domino vndecunque dari testimonium innocentiæ: quam Pater voluit testatam non solùm Pilato, sed & omnibus: nam fuit allatum publicè, ita vt omnes qui aderant possent intelligere eũ diuinitus adiuuari, & esse curæ Deo. Hoc non profuit Christo, vt liberaretur à morte, sed tamen aliis profuit. Ita quamuis non nobis semper prosint quæ Deus facit ad nos liberandos, tamen hoc cedit nobis in salutem, cedit & honori Dei. Vt enim sit nobis salutare, hoc fit etiam præter hominum opinionem. Apparet autẽ hanc mulierem ex conuictu cum Hebræis nonnihil pietatis cõtraxisse, vnde illam haud immeritò quidam ex Patribus constituunt Ecclesiæ Gentium figuram. De somniis, vide suprà cap. 1. d. 20. Quantumuis Pilatus tentauerit Christum liberare, nihil profecit tamen, quia decretũ Patris implere oportebat: nec suos vult sic liberari, vt causa eorũ nihil differat à latronũ causa.

Principes autem Sacerdotum & Seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent.
Respondens autem Præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam.
Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur.
Ait illis Præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur.

20 ‖ 'Principes autem Sacerdotũ & Seniores 'per- Mar.15.a.11.
suaserunt turbis vt peterẽt Barabbam, 'Iesum ve- luc.23.c.18.
rò perderent. iohã.18.g.40
act,3.c.14.
21 Respondens autẽ Præses ait illis, Vtrum vultis C
vobis è duobus dimittã? At illi dixerũt, Barabbã.
22 Dixit illis Pilatus, 'Quid igitur faciam Iesu, qui
dicitur Christus? Dicunt ei omnes, 'Crucifigatur.
23 Præses autem ait, 'Quid enim mali fecit?‖ At il Ha.4.27
li magis clamabant, dicentes, Crucifigatur.

ANNOT.

20 Principes aut. Sacerd.] Nutabãt sanè vulgi mentes atque iudicia vtrum sibi deligerent, quẽ condemnarent: accedũt ergo Pontifices & Sacerdotes, & persuadent populo, multis nimirũ rationibus confictis, vt deligant sibi Barabbã: quòd scilicet Christus authoritate Sacerdotii & cõcilii, iã fuisset blasphemiæ cõdemnatus: quódque alioqui vẽturi essent Romani, qui locũ suum & Gentem perderent. Persuaserunt] Concitauerũt, dicit Marcus: & tandem persuaserũt. Iesum verò perderent.] Id est perdendũ peterent. Lucas enim addit, 21.e.18, Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

22 Quid igitur faciam Iesu,] Lucas dicit, cap.23.c.20, Iterũ Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum. Quum interrogat, Quid igitur, &c. Videtur sperasse fore vt mitiore pœna quapiam essent contenti. At illi eandem cantilenam occinunt. Marcus habet, Quid igitur faciam ei quem dicitis regem Iudæorũ? Crucifigatur.] Hic videmus quãta fuerit obstinatio populi: qui tanta Christi afflictione moueri non potuerint. Quod sanè omnibus reprobis accidit: qui à Deo derelicti, sunt veræ bestiæ, abripique eos necesse est, vt appareat quid sit imago Dei in homine, & imago diaboli. Quamuis imago Dei obliterata sit in nobis, tamẽ remanet aliqua effigies: quum autem derelicti sumus à Deo, nihil amplius superest humanitatis, nihílque aliud spiramus quàm cædem, rabiem, & id genus. Quũ nullam causam mortis neque Sacerdotes, neque populus inuenirent in Christo, vt ait Paulus Act.13.d.28, petunt tamen mira obstinatione à Pilato vt eum interficiat.

23 Quid enim mali fecit?] Lucas dicit tertiò Pilatum interrogasse populum: vt videamus quàm cuperet dimittere Iesum. Addit etiam quæ innocentiam Domini amplius confirmant, Ille autem (inquit, versu 22) tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit hic? nullum crimen capitale comperio in eo: castigatum ergo illum dimittam. Magnum argumentum innocentiæ Christi. Pilatus hac sua quæstione, vt ciuilis iudex, in vniuersum iustificat Christum, innocentem ac iustũ proclamat, quem & infrà versu sequẽti iustũ dicit. Et tamen illum flagellat, sperans, (vt dictũ est) fore vt hac pœna mitiores ipsorum animi reddantur, & ad misericordiam commoueantur. Istud castigatum, significare flagellatum, declarat Iohannes, quum cap.19.a.1, ait, Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Post hæc legi debent quæ versibus 27, 28, 29, & 30 sequentibus scribuntur. His peractis flagellatum Dominum, spinis coronatum, consputum, cæsum, & illusum, eduxit Pilatus foras ad Iudæos, miserabili eo spectaculo sperãs eorũ se odiũ erga illũ nõnihil emollliturũ: quod Iohãnes narrat, cap.19.a.4, his verbis, Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quòd nullam in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus foras, gestans spineam coronam, & purpureum pallium. Et dicit eis, Ecce homo. Quum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & cru-

At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur: & inualescebāt voces eorū, ac summorum Sacerdotum. Obserua incredibilē Iudæorum insaniam aduersus Christum, vt cognoscamus satanam nihil aliud vehementiori desiderio quærere, quàm vt Christus pereat. Obseruanda est etiam insignis illa patientia Christi, vt cognoscamus quòd quanto crudelius sæuiat satan in ipsum, tanto potentius deiiciatur per patientiam eiusdem. Iohannes ad hæc addit versu 13,

Pilatus autem quum audisset hunc sermonem, produxit foras Iesum, seditque pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora ferme sexta. Lithostrotos, Græca vox est quæ lapide instratum significat: sic autem dicebatur locus ille, quòd tribunalia soleant ab humo excitari altius lapidibus quadratis. Quòd Hebraicè dicit, intellige linguam qua tum Hebræi vulgariter vtebātur, quæ Chaldaismum resipiebat. nam Gabatha, Chaldæam formā habet, significátque editum & altū, subaudi locum. Quid sit parasceue Paschæ, dictum est suprà 26.a.2, ferè circiter mediū annotationis magnæ secūdi versus. Hora ferme sexta, id est circa finē secūdæ portionis diei, quæ vt à tertia diei hora incipiebat, ita tota vsque ad sextam, tertia hora vocabatur. Vnde Marcus cap.15.b.25 hora tertia crucifixum Dominū memorat. hac enim secunda diei parte, quæ iam propè ad finem venerat, vt fermè sexta iam esset, sententia mortis lata in Dominum fuit. Post hæc sequitur quod noster Matthæus de vxore Pilati scripserat paulo antè, versu 19,

Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicēs, &c. Mox subiungit Iohannes versu 14, quid postea egerit Pilatus,

Et dixit Pilatus Iudæis, Ecce rex vester. Quasi diceret, Vos contenditis hunc se regem vestrum fecisse: intuemini tamen eum vt nihil tale præ se ferat.

Illi autē clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Irridens scilicet eos. Responderūt Pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Huc scilicet eos furor agebat, vt regnum Christi, quod gens vniuersa auidissimè expectabat, prorsus à se reiiceret. Hanc nefandā perfidiam & ingratitudinem ipsi genti Iudaicæ improperat Petrus Act.3.c.13, his verbis, Deus Patrū nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos tradidistis, ac negastis in cōspectu Pilati, quum ille iudicasset esse absoluendum. Vos autem sanctum & iustum negastis, & postulastis vt virū homicidam donaret vobis: authorem verò vitæ interfecistis.

Vidēs autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumult' fieret, accepta aqua

24 ᵃVidēs autem Pilatus quòd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, ᵇaccepta aqua abluit manus

ANNOT.

24 Videns autem Pilat. q. nihil prof.] Victus tumultu populi Pilatus, Iesum crucifigēdum tradit. Non propterea excusari potest. nam si reputemus quam personā sustineret, debuit profecto populi furori obsistere. Dein furiosis obtemperare non debuit vt innoxium damnaret.

Accepta aqua, &c.] Noua hic Pilatus vtitur dānandi formula. Prius enim absoluit quàm damnet. Præterea non apertè damnat: sed ceu damnatum, illorum libidini permittit. Palàm enim testatur Iesum esse iustū ac innoxium, qui nulla re mortē commeruerit: interim permittit ipsorum accusatorum arbitrio: vnde nimirū iustum iniustè, & contra animi sui sententiam deserendo damnabat, quem omnino dimittendum, defendendúmque esse sciebat. Attamē semetipsum iterum erigens se confirmans, omnem culpam reiicit in Iudæos, his vindictam imprecans quæ de effuso illo sanguine innoxio esset sumēda. Quò autem testatior esset hæc res, minúsque in obliuionem veniret apud homines, celebri ac spectabili ipsam cōsecrat symbolo. Nam iubet palàm proferre aquam, hácque, sedēs in edito conspicuóque loco pro tribunali, & cōspiciente vniuersa plebe, abluit manus: his simul additis verbis quibus symbolum aut factum suum explicaret, Innocēs ego sum à sanguine huius iusti: vos videritis. Symbolum videtur mutuatus è Iudæorū legibus ac cōsuetudine, de qua sic legitur Deut.21.a.6, Omnes autem Seniores qui accesserint ad interfecti cadauer, lauabūt manus suas super vitulam iugulatam, ac dicent, Manus nostræ non fuderunt sanguinem istum, nec oculi nostri viderunt. Pro-

v.ii.

pitius esto populo tuo Israel quē redemisti Domine: & ne des sanguinē innocentē in medio populi tui Israel, sed expiētur à sanguine. Ex eo ritu inualuit in vulgo loquutio, vt Lauare manus, pro innoxium se ostendere, vsurparint.

coram populo, dicens, Innocēs ego sum à sangui-
ne huius iusti: vos videritis.
Et respōdens vniuersus populus dixit, Sanguis 25
eius super nos, & super filios nostros.
Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem fla- 26
gellatum tradidit vt crucifigeretur.
Ha. 4.28. Mar. 15.b.16 iohan. 19.a.1. Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum 27

lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.
Et respōdens vniuers⁹ popul⁹ dixit, Sāguis ei⁹ super nos, & super filios nostros.
Tūc dimisit illis Barabbā: Iesum autē flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur.
Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum

ANNOT.

Innocens ego sum à sang.] Siue, insons & innoxius. Hoc est, vt ex præcedenti loco Deuteronomii datur intelligi, Manus meæ non fuderūt sanguinem istius, Non sum in causa vt iste moriatur, sed vos. Propterea addit, Vos videritis: omnem culpam à se transferens in Iudæos: vt paulo antè, versu 4, audiuimus & Sacerdotes ad Iudā dicētes, Tu videris. Sanguis pro morte. Porrò dicit se non occidere Christū, & tamen condemnat, & occidendū tradit: interea manus abluit tanquam innoxius. Sic solent hypocritæ semper aliquid coloris afferre: sed quid hoc modo proficiunt, nisi quòd impudentiam suam hominibus produnt? Huius iusti:] Hic locus, vt & alii de innocentia Christi, diligenter obseruandus. hinc enim certa fidelium salus certò colligitur. Quum omnes nos, vtpote peccatores, obnoxii essemus Dei iudicio, quò vicem nostram subiret, ipse sisti in conspectum terreni iudicis voluit, damnaríque eius ore, vt coram cælesti Dei tribunali absolueremur. Ideò autem eius innocētiæ testimonium reddit iudex, vt testatum sit non ob propria ipsum malefacta plecti, sed nostra: solenni tamen ritu interea damnatur eiusdem sententia, vt palàm fiat, iudicium quod merebamur, tāquam vadem nostrum subire, quò nos à reatu liberet. Nam si peccator esset, nō idoneus vas esset ad soluendam alieni peccati pœnam. Vt tamen eius damnatio nobis in absolutionē cederet, cēseri eum inter maleficos oportuit, & inter latrones suspendi, vt compleretur Prophetia Esaiæ, 53.d.12, quæ à Marco cap.15.c.28, & Luca, 22.d.37, citatur, Inter iniquos reputatus est: & tamen innocentem & iustum pronuntiari.

25 Sanguis eius super nos, &c.] Stupenda cæcitas, & rabies quædā ferina indurati & perditissimi populi Iudaici, nihil territi tanta obstinatione & tam claro testimonio iudicis Ethnici, sed conclamantis potius horribiliter, Sanguis, &c. In sese recipiūt omne malum, sese deuouent, imò & in posteros deriuāt omnem culpam atque vindictā. Sanguis enim hic ponitur pro sanguinis vindicta; éstque sensus, Siquid vindictæ irrogari oportet cuiquam ob effusum istum sanguinem, id omne in nos atque in liberos nostros recidere cupimus. Tanquā dicant, Tam certò nouimus hunc hominem commeruisse mortem, vt secura conscientia omnem in nos vindictā transferamus. Fuit sanè zelus in nōnullis, sed non secundū scientiam: nam doctrina & miracula Christi omnem illis excusationem adimunt, Iohan.15.d.22,24. Interea verò elucescit hic quoque ingēs Dei misericordia. quamuis enim maximè & aduersus se, & aduersus filios insanirent: non tamen ex sententia ipsorum eos condemnauit, sed tam ex ipsis, quàm ex filiis eos suscepit qui pœnitētiam egerunt. Nam & Paulus ex ipsis erat, & multa eorum milia qui Ierosolymis in Christum crediderunt, vt Iacobus narrāt, Act.21.d.20. Huc pertinent illa quoque quæ scribūtur & Act.cap.2.g.41, & 4.a.4. Tamen ista vltionis imprecatio in hodiernum vsque diem manet in posteritate Iudaica.

26 Tunc dimisit illis] Locus hic ex quatuor Euangelistis sic legitur, Tunc ergo Pilatus volens turbæ satisfacere, adiudicauit vt fieret postulatū eorum. Dimisit autem eis Barabbam, quem poposcerāt, qui propter seditionem & homicidiū cōiectus fuerat in carcerē: Iesum autem flagellatū tradidit volūtati eorū, vt crucifigeretur. Incertū est autem an ista flagellatio, ea sit cuius meminit Iohannes cap.19.a.1, de qua suprà versu 23, quum volebat Pilatus Christum dimittere: an verò flagellatus sit secundò, quemadmodum solebant Romani. nemo enim agebatur in crucem, aut capite plectebatur, quin cæsus esset prius. Quibusdam videtur hanc esse flagellationem qua nisus fuit eum liberare, ne crucifigeretur: nam postea recitantur ludibria quæ damnatum sequuntur.

27 Tūc milites Præsidis] Quo loco hæc in ordine historiæ legi debeāt, vide suprà versu 23,

circiter principium. Suprà cap.26.g.67, illuserunt Domino in summi Pontificis atrio Iudæi, nunc idem ludibrium fit à Gẽtibus in Prætorio augusto Præsidis Romani. Suscipiunt enim ipsum vt damnatum milites Romani. nam præsidium militum Romanorum habebat Pilatus Ierosolymis ad compescendos motus tumultuantis populi Iudaici.

in Prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.

ⁱin Prætorium, ᵏcongregauerunt ad eum vniuersam cohortem.

Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei:

28 ˡEt quum exuissent eum, circundederũt ei ᵐchlamydem coccinam:

Et plectentes coronã de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinẽ in dextera eius. & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicẽtes, Aue rex Iudæorum.

29 ⁿEt coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & arundinem in dexteram eius. & genu flexo ante eum, illudebãt ei, dicẽtes, Aue rex Iudæorum. D

Et expuentes in eum, acceperunt arundinẽ, & percutiebant caput eius.

30 Et quum expuissent in eum, acceperũt arundinem, & percutiebant caput eius.

Et postquam illuserũt ei, exuerunt eum chlamydẽ, & induerunt eum vestimentis eius: & duxerunt eum vt crucifigerent.

31 Et postquam illusissent ei, ᵒexuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimẽtis suis: & adduxerunt eum vt crucifigerent.

ANNOT.

In Prætorium,] Marcus clarius dicit, Abduxerũt eum intrò in atrium quod est Prætorium. Congregauerunt] Marcus, Conuocauerunt totam cohortem.

28 Et quũ exuissent eũ,] Vestibus suis scilicet, siue propriis, vt Marcus habet. Quoniã affectatæ maiestatis regiæ accusatus fuerat, milites, lata à Pilato sentẽtia vt crucifigeretur, voluerunt ante omnia pro animo suo quem habebant erga Cæsarem, illudere affectatæ regiæ maiestatis damnato: vt hoc pacto & omnium militum voluntas erga Cæsarẽ declararetur, & communi opprobrio damnatus afficeretur. Vt igitur ostendant quòd homo priuatus malè sibi regium honorem vsurparit, priuatam illi vestem adimunt, & regiæ maiestatis insignia imponunt, vt purpuram, coronam, & sceptrum. Addunt etiam regi cõuenientem salutationem. Verùm quoniam hæc probri gratia faciebant, coronam imponunt, non ex auro, sed spinis: & sceptrum dant, non regium, sed arũdineum: & salutationi addunt sputa & verbera. Ista imagine expressum est quomodo regnum Christi in hoc seculo futurum esset ludibrio, tãquam nihili & inane. Notandũ verò exemplũ patientiæ in Christo. Chlamydem coccinã:] Tametsi chlamys sit vestis militaris, hoc tamẽ loco regiam, non militarẽ vestẽ significare videtur. Hæc enim Græcorum, & maximè Macedonum regum vestis erat, vt testatur Plutarchus in Eumene. Legimus & Numam Romanorũ regem chlamyde vsum tum, quũ pro magnifico & regio cultu prodiret ad Isaurorũ legationem. Pro chlamyde coccina, Marcus habet, Induũt eum purpura. Et Iohannes, Et pallio purpureo circundederunt eum. Aut Marcus & Iohãnes purpuræ appellatione, omnis generis purpuram, etiam coccũ intellexerũt: aut quia fere idem est color, alterum pro altero acceperunt. Aut colorẽ potius, quàm materiam memorare satis habuerũt. Quemadmodũ verò apud Macedonas chlamys, regum fuit ornamentum: sic toga purpurea apud Romanos, triumphantium, regnantiúmque fuit cultus. Nam Romani, quos appellassent reges, toga purpurea dono missa, quæ & picta dicebatur, honorari solebant.

29 Et coronam de spinis, &c.] Videmus Christum passum fuisse quæ damnati solebant. Interea dum crucẽ parabãt, isti vexabant eum talibus probris, in ludibrium regni ipsius, quod ex specie externa non est æstimandum, nec ab opinione hominum: quid enim despicabilius?

31 Exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis:] Diuina prouidentia sic rem moderabatur, vt postea milites inter se secũdum vaticinia Prophetarum, propria Saluatoris vestimenta partirentur. Solenne enim est in iudiciis Dei, vt etiam impii cogãtur omnia facere, vt veritas diuini verbi adimpleatur, idque tum potissimũ, vbi consilio Dei repugnant. Simul etiam fecisse videntur, quo doctor ille Euangelii celebris, magis agnosceretur ab omnibus, præsertim suis cultoribus, atque hi deterrerentur magis ab eius doctrina atque consortio, quem iam viderent ceu hæreticũ atque seditiosum rapi ad extremũ capitis supplicium.

Marc.15.b.22
luc.23.d.26.

|'Exeuntes autem inuenerunt 'hominem Cyre 32
næum, 'nomine Simonem: 'hunc adegerũt vt tol
leret crucem eius.

Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hũc angariauerunt vt tolleret crucem eius.

Ha.4.29.
Marc 15.b.21
luc.23.e.33.
iohã.19.c.16

|'Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, 33
quod est Caluariæ locus.

Et venerũt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.

ANNOT.

32 Exeuntes autem inuenerunt, &c.] Iohannes habet, Acceperunt autem Iesum, & abduxerunt. Atque is baiulans crucem suam, exiuit in eum qui dicitur Caluaria, locum: Hebraicè autem, Golgotha. Post hæc sequitur ex Matthæo, Exeuntes autem inuenerunt prætereuntem quendam, vt habet Marcus, hominem, &c. Iohãnes hic dicit Iesum portasse crucem suam; tres reliqui mentionem faciunt Simonis Cyrenæi, qui coactus sit ferre crucẽ eius post ipsum. Christus enim videtur primùm aliquãdiu portasse crucem suam: deinde quoniam corpore erat flagellato & debilitato, ne immorari cogerentur in itinere, Simonem hũc ex agro venientem & prætereuntem nacti, coegerunt vt tolleret crucem eius, & portaret post eum. Videtur id moris fuisse vt quisque crucifigendus crucẽ suam ipse ferret: nemo enim vel contingere lignum crucis volebat propter ignominiam eius mortis: atque hac ratione coactum esse hunc Simonem vt crucem tolleret. Sed & nos hodie videmus quàm dedecorosum putetur, si quisquã extra lictores, quãdo plectendus est facinorosus aliquis, operæ aliquid debeat impendere. Nam ita solemus, malorũm iustũm ac meritum supplicium magis horrere, quàm ipsa flagitia. Hic videmus vt Christus super humerum suum tulerit principatum suum, quo debellaturus erat mortem, satanam, & inferorum potestatem. Hominẽ Cyrenæum,] Videtur fuisse Iudæus, vir bonus & simplex, Christi discipulus, cuius pater fortasse è Cyrenaica Ierosolymam migrarat. Nam in Libyam vsque & Cyrenen dispersos fuisse Iudæos testantur acta Apostolorum. Nomine Simonem:] Marcus cum Luca addit, venientem ex agro, patrem Alexandri & Rufi. quibus verbis videtur fuisse rei rusticæ intentus. Hunc adegerunt vt tol.] Nequis existimaret hunc Simonẽ solũ ab eo loco in quo fuit cõprehensus, ad locũ vsque supplicii portasse crucem, Lucas dicit, Imposuerunt Simoni crucem ferre post Iesum. quo loco vox Græca, pro qua ponitur post, est aduerbium, casui seruiens tamen, vt sunt multa aduerbia Græcis casui seruientia, & significat, ponè, retrò. Simon enim ponè, siue à tergo, proximè insequens, & cõmune onus crucis sustinens, præcedentem iuuit Dominum. Quod significatione non caret, crucem Christi alii imponi, qui hanc post eum portet. futurum enim erat vt qui Christum sequerentur, crucem suam & ipsi tollerent, & post eum portarent. Quòd non sua sponte, sed coactus Simõ crucem Christi portat, imaginem habet carnis nostræ, quæ nunquam spõte cruci se Christi subdit, sed perpetuò reluctatur. Inter eundum autem acciderunt quæ à Luca narrantur cap.23.d.27,

Sequebatur autem illum multa turba populi ac mulierum, quæ & plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vobisipsis flete, & super filiis vestris. Quoniam ecce venient dies, &c. vsque ad versum 31: quibus futuræ obsidionis, & excidii calamitatem illis prædicebat. Addebat autem versu 31,

Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quo significauit, si diuina voluntate ita in se innocentem sæuiretur, & ligno humido atque fructifero similem, multo durius sæuiendum esse in gentem Iudaicam, ligno arido & sterili similem. Simile est illud 1.Pet.4.d.17, Quòd si primùm incipit iudicium à nobis, quis finis eorum qui nõ credunt Euangelio Dei? Post hæc Lucas versu 32,

Ducebantur autem & alii duo facinorosi cum eo, vt interficerentur.

33 Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Cal. lo.] Marcus habet, quod est interpretatum, Caluariæ locus. Golgoltha legẽdum, vt etiam vetusta Latina scripta exemplaria legũt. Est autẽ Chaldæa vox, siue Chaldaicæ formæ, significãs caput: pro qua Hebræi dicũt GVLGOLETH, à verbo GALAL, quod voluere, siue inuoluere significat: à quo GALGAL, sphæra, cælũ, rota. Gulgóleth igitur caput dicitur, à rotũditate. Locus autẽ hic extra por

tam erat, ad Septentrionalem partē montis Sion, in quo plectebantur nocentes: ob quam causam & ignominiosus habebatur. Illic voluerunt Christū crucifigi, vt mors ipsius non solùm in se, sed & ex loci vilitate, imò abominatione, redderetur abominabilis. Euangelistæ, Golgoltha, siue Gulgóleth exposuerunt Craniū, quod Latinè dicitur caluaria: propter occisorum crania, quæ ibi passim neglecta & sparsa visebantur. Nec carent hæc mysterio. Extra portam passus est Christus, vt figura quam habemus Num.19.a.3, de vacca rufa pro peccatis populi extra portam immolata, adimpleretur: ostenderetúrque, Christum esse hostiam illam cuius sanguine sanctificandus esset populus Dei. Ea immolatio habebatur ita impura, vt ministri illius aliquandiu impuri haberētur: atque ideò non in templo, sed extra portam absoluebatur. Qua de re videre est Heb.13.b.11, vbi sic legimus, Animalium enim quorū sanguis infertur pro peccato in Sancta per Pontificem: horum corpora cremātur extra castra. Quapropter & Iesus, vt sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes, &c.

Et dederunt ei vinū bibere cum felle mistū: & quum gustasset, noluit bibere.

34 ᶜEt dederunt ei acetū bibere cum felle mistum: & quum gustasset, noluit bibere.

Postquam autē crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortē mittentes: vt impleretur quod dictū est per Prophetam, dicentē, Diuiserunt sibi vestiméta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

35 |ᵈPostquam autē crucifixerunt eum, ᵉdiuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: ᶠvt impleretur |quod dictum est per Prophetam, Diuiserūt sibi vestimenta mea, & super vestimētum meum miserunt sortem. Mar.15.b.14. Psal.22.c.19.

Et sedentes seruabāt eum.

36 |ᵍEt sedentes seruabant eum ibi. Ha.4.30

ANNOT.

34 Et dederunt ei acetum, &c.] Marcus dicit myrrham additam fuisse, quæ valde amara est: vnde myrrhatum vinum vocat. Bis datus est iste amarus potus: hic, & quum in cruce penderet expiraturus, infrà versu 48, & Iohan.19.e.29. Mos fuit (vt ex eodē capite & versu Iohannis constat, dicentis, Vas igitur erat positum aceto plenum, &c.) occidendos forti vino potare, vt minus angustias mortis sentirent. At Christo pro vino datum fuit acetum felle mistum & myrrha. Confectio valde acerba ad accelerādā mortē. Ordo historiæ exigit vt post hæc legātur quæ versu 38 paulo pòst sequūti, de duobus latronibus cū Christo crucifixis scribūtur: verùm noster de vestimentis à militibus partitis interserit, dicturus postea de latronibus.

35 Postquam autem crucifixerunt eum,] Marcus dicit cap.15.b.25, hora tertia fuisse crucifixum. Hac enim secunda diei parte, quæ iam fermè ad finem venerat, propéque aderat sexta, sententia mortis in Dominum lata fuit. Quæ narraturus est Matthæus, facta fuerunt postquam cruci affixerant latrones, de quibus ipse postea versu 38. Diuiserunt vest. eius, sortem mittentes:] Marcus 15.b.24, Partiti sunt vestimenta eius, mittētes sortem super illa, quis quid tolleret. Marcus non distinxit vestimenta, tunicam nomine vestimentorum comprehendens, super quam solam missa fuit sors, vt apertissimè scribit Iohannes cap.19.d.23, quum dicit Milites ergo, quum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem: & tunicam. Erat autē tunica inconsutilis, à summis contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Id conuenit Scripturæ quam de Dauide postea affert. Vt impleretur quod, &c.] Iohannes tantùm habet, Vt impleretur Scriptura. Matthæus Dauidem nominauit Prophetam per excellentiam: qui etiam modū crucifixionis, quem Euāgelistæ tacēt, exprimit Psal.22.d.17, dicēs, Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea: ipsi verò considerauerunt & inspexerūt in me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Non potuit Propheta clarius exprimere ipsam historiam post tot secula futurā. Licet autem Euāgelistæ clauorum, quibus cruci affixus est Christus, mentionem non fecerint, commemorant tamen in historia resurrectionis ipsum discipulis ostendisse manus ac pedes, Luc.24.f.39: hoc est, vt Iohannes scribit cap.20.f.25, fixuras clauorum in manibus ac pedibus. Iohánes addit, Et milites quidem hæc fecerunt.

36 Et sedentes seruab.e.i.] Non abeunt, sed cruci assident veluti custodes aut obseruatores, quidnam acturus sit: ne forte vel discipuli eum adhuc viuum de cruce deponerēt, vel ipse miraculo descenderet.

'Et imposuerũt supra caput eius causam ipsius 37
scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum.

E 'Tunc 'crucifiguntur cum eo duo latrones: vnus 38
à dextris, & alter à sinistris.

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum.

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris.

ANNOT.

37 Et impos. supra cap. e.] Vide sequentis versus annotationem.

38 Tunc] Postquam scilicet crucifixerunt eum, eique acetum felle mistum dederunt.

Crucifigũtur] Marcus, Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alterum à sinistris eius. Lucas facinorosos vocat. Iohannes, Et cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum. Ideo inter latrones, sicarios, prædones, & facinorosos medius locatus est, vt maiorem ignominiam sustineret, tanquam latronũ princeps. Vox enim Græca, non fures, sed homicidas, & qui vias obsidẽt vt homines iugulent, significat. neque enim crucifigebãtur fures. Hoc autẽ fieri oportuit, vt intelligeremus quanta pœna peccatis nostris deberetur. nullum sane satis atrox supplicium pro nostris sceleribus inueniretur, si Christus nõ fuisset passus pro nobis. Quia verò inter maleficos deputatus est Christus, innoxii censemur à Patre: quòd reatum & pœnam à nobis promeritam subiit, vt ait Esaias cap. 53. d. 11, Scientia sui iustificabit iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Marcus addit cap. 15. c. 28,

Et impleta est Scriptura quæ dicit, Et cum iniquis deputatus est. Id legitur Esa. 53. d. 12, his verbis, Propterea dabo illi partẽ inter multos, & cum fortibus diuidet spolia: eo quòd effudit in mortem animam suam, & cum transgressoribus reputatus est: ipse quoque peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit. Quòd autẽ, vt hic prædictum fuerat, pro iis qui illum crucifigebant, orauerit, sic narrat Lucas cap. 23. e. 34,

Iesus autem dicebat, Pater remitte illis: nesciunt enim quid faciant. Docuerat Dominus suprà 5. g. 44, Benefacite iis qui vos odio prosequuntur: & orate prò iis qui lædunt & insectãtur vos. Hanc suam doctrinã reipsa comprobauit, vt bene velimus iis qui nos persequũtur. neque enim indignam magis iniuriam ferre possumus, quàm quæ illata est Domino & seruatori nostro. Nulla igitur superest nobis in conspectu Dei excusatio. Non tantũ nos ad patientiam hortatur, sed ad parcendum iis qui nobis malefaciunt. Quod quidem durũ est: sed discamus in Christum respicere, vt omnes nostros contrarios affectus domemus. Obserua autem, eum orasse pro iis qui quid agerent nesciebant, de quibus Paulus 1. Corin. 2. b. 8, Si cognouissent, haudquaquam Dominũ gloriæ crucifixissent. non pro iis orauit qui in Spiritum sanctũ peccabant, qui à conscientia sua redarguebantur, Iesum esse Christum in Lege & Prophetis promissum, quem tamen persequebantur: quales multos fuisse inter Pharisæos & similes, non est dubiũ. Hic igitur ignorãtiam intelligit quæ præualet in mente hominis, vt non redarguatur à conscientia sua. Qui ea incredulitate cæca feruntur, mali quidem sunt, verùm putant se bene agere: quales sunt superstitiosi, qui putãt se Deo præstare obsequium: quãdo pios, & Euangelii puram doctrinam annuntiantes persequuntur. Pro illis in quibus malitia præualet, feruntúrque cæco impetu, peccantes in Spiritum sanctum, non est orandũ, si possint discerni. Exauditus autẽ fuit Christus quatenus expediebat: nec enim nimis curiose inquirendum est nobis, vt rectè Augustinus. Deus vult nos orare, & ad hoc impellit: sed voluntatẽ suam facit: nouit quatenus velit nos exaudire. Post hæc quatuor Euãgelistæ narrant Pilatũ imposuisse titulũ cruci Domini. Noster paulo obscurius versu præcedẽti, his verbis, Imposuerunt supra caput eius causam ipsius scriptã, Hic est rex Iudæorũ. Vbi vox Græca pro qua causam vertit interpres, & causam, & accusationẽ siue crimẽ significat. Iohannes apertius, Scripsit autem & titulũ Pilatus, & posuit super crucem. Titulum vocat, quam noster causam: Marcus & Lucas, inscriptionẽ causæ ipsius dixerunt. Nos vocamus Le dicton. nã eo breuiter refertur causa mortis quum ad supplicium ducuntur malefici. Lucas scribit titulum fuisse scriptum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis. Continebat autem hæc, vt ex quatuor Euangelistis colligitur,

HIC EST IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.

Hic titulus non exprimebat causam cur esset crucifixus, sed docebat quis esset crucifixus ille, nempe rex Iudæorũ. Ore suo se iniquitatis damnat Pilatus, quum nullam in Christo causam inuenerit, apponat tamen istam. Prouidentia verò Dei fiebat vt tot testimoniis declararetur Christi innocẽtia: qui sponsor & vas noster erat pro causa capitali. Neque dubitandũ quin ma

nũ Pilati direxerit Spiritus-sanctus in hac scriptura. Exprimebat & hic titulus, populi Iudaici malitiam, qui hæredem vineæ, Dominũ suum regem occidisset. Hoc scilicet intelligebãt Pontifices Iudæorum, atque ideo petebant à Pilato vt titulum mutaret, vt scribit Iohãnes cap.19. d.20, his verbis,

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebãt ergo Pilato Põtifices Iudæorũ, Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quòd ille dixerit, Rex sum Iudæorũ. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Non absque diuino instinctu tam constanter respõdit Pilatus. q.d. Nõ muto titulum: voluistis vt regem vestrum crucifigerem: crucifixi. vestra postbac erit ignominia qui hoc à me extorseritis. Deus certe hæc regebat: nam aliàs Pilatus in omnibus voluntati Iudæorũ obsequutus est, quòd ea faciebant ad exequutionẽ diuini consilii: quæ verò nũc petũt, ad hoc petebãt vt ignominiá crucis, non sibi, sed Christo inurerent, & probrũ hoc diluerent, quòd regem suũ crucifixerant, Christo hanc regni gloriá adimerent, ne haberetur pro vero Messia, sed pro nebulone, qui se falsò dixisset esse Iudæorũ Messiam. At hoc, vt falsum erat, & probrosum cælesti regi, ita ad consilium Dei non pertinebat. Vel hic videmus Pilatũ reuera diuino instinctu, licet præter scientiá, pleraque vel fecisse, vel facere noluisse. Paucis his verbis, Iesus rex Iudæorum, verum Euangeliũ Christi continebatur: nam his prædicabatur verus ille esse & indubitatus Messias rex Iudæis missus. Ita in media morte, in cruce iam incipiebat triũphare Christus: vt docebat Paulus Coloss.2.c.14,15 Iam crux incipiebat mutare suam conditionem, vt fieret tribunal regium excellentius omnibus thronis: & regnum suum auspicabatur. Ita erat Iudæorum rex, vt etiam regnum propagauerit in totum mundũ. Propterea enim etiam Græcis & Latinis literis scriptus fuit titulus, quæ certe Gentium sunt, ad ostendendum, hunc regem non Iudæis tantùm, sed & Gentibus imperaturum, qua de re vide Psal.2.b. 8, & Esa. 49.b.6. Nam Græca tum legebantur in omnibus ferè Gentibus, teste Cicerone in oratione pro Archia. Lucas versu 35 narrat, populum spectantem stetisse. Iohannes item de Christi matre etiam spectante sic scribit, cap.19.e.25,

Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius, maria Cleopæ & Maria Magdalenæ. Quum vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum astantem, quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Matrem viduam, & iam ætate quoque cõfectam discipulo suo Iohanni commendat, quòd post resurrectionem non victurus esset inter homines pro ratione huius seculi: vt hoc suo exemplo doceret, parentes honorandos esse: & morituri commendemus illos superstites amicis. Vide autem vt non vocet matrem, sed mulierem: aut quòd maior multo esset quàm ipsa eum genuisset: aut vt significaret se nunc esse in officio & vocatione Patris sui cælestis, in qua nullam agnoscit carnalem cognationem. Præterea, mulierem, non matrem vocat, ne, si matrem vocasset, hypocritæ existimarent Christum hoc vocabulo significasse, Mariam tali sibi cognatione iunctam, vt vnà cum ipso expiaret peccata, & reconciliaret iram Dei: quæ profectò maiestas soli Christo competit. Iohannes autem accepit eam in sua, hoc est, agnouit eam tanquam matrem, coluit eam vt matrem, & eius curam egit vt obsequens filius, quandiu ipsa vixit.

Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouẽtes capita sua.

39 Prætereuntes autem conuitia iaciebãt in eum, mouentes capita sua.

ANNOT.

39 Prætereuntes autem conuitia iac.] Sic futurũ prædixerat Propheta, Psal.22.b.8, Omnes videntes me, subsannant me: emittunt per labium, mouent caput. Plura de opprobriis in Christũ iactatia & Psal.69.b.8,9,10. Illuserant priua Christo priuatim in atrio Pontificis Iudæi, illuserant eidem priuatim Gentes in Prætorio Præsidis: nunc autem viribus coniunctis, morienti, & atrocissima tormenta perpetienti, absque vlla commiseratione insultant omnes ordines, summi & infimi, Pontifices ipsi, Sacerdotes quoque, populus cum militibus, imò irri-

dent & ipsi latrones : & quod dolorem grauissime auget, nemo condolet illi, vt etiam Dauid prædixerat Psal.69.e.21, Probrum contriuit cor meum, & dolui: & expectaui qui condoleret, & non fuit: & consolantes, & non inneni. Omnes nornnt quantũ doleat homini, si in snmmo eius discrimine non modò nemo cõdoleat, sed omnes potius insultent. Patitur hic tormẽta in corpore acerbissima, & animns quoque exagitatur, pungitur, affligitúrque conuitiis asperrimis & indignissimis: qnibus satan lethaliter illũ vulnerare conabatur, vt in discrimen vocaret fidẽ eius. Meminerimus autem semper, Dominum hæc pro nobis pati, illũ nostra causa impugnari, ita vt in speciem videatur homo damnatus à Deo : & in eius persona sortem nostram contẽplemur. Sciamus præterea, hæc omnia illi exprobrata fuisse, vt nobis victoriã aeqniret: vt eius eertamen esset nobis clypeus ad resistendnm quum impeteremur à satana & ab impiis: maximè autem quoties satan nos ad desperationẽ sollicitat innnmeris afflictionibus. illa nanque sunt tela eius, qnibns obiicit, Nunc te vides derelictum à Deo. Succurrat tunc nobis ad Christum cõfugere, & ad eius eertamen, & victoriæ loco nobis eedet. Collige hinc etiam impios falsò æstimare Dei gratiam ex præsenti rerum aspectu: illum esse mendacem credentes, quoties non succurrit suis, & fallacem: quod natura nostra facile admittit. Fideles contrà se retinent, & suæ infirmitati resistũt, donec eluctentur. Caueamus igitur ne vnà cum impiis mendacii Deum arguamns, sed cũ patientia expectemus. Simúlque hoc eodem Christi exemplo armemur, ne frangamur impiorum proteruia, qui vbi præualent, efferuntur, & insnltant: discamus verò ferre eorum insolentiam, eiusdem exemplo, & exitum expectemus. Si præsentem rerum statnm inspiciamns, Pharisæos triumphare dicemus: qnod vernm est, at suo exitio. Expectemus inqnam, donec Dominus eorum proterniam reprimat.

Iohan.2.c.19. Et dicentes, ‖'Tu ille qui destruebas templum, 40
& in triduo ædificabas, serua temetipsum: 'si fi-
lius Dei es, descende de cruce.
'Similiter & principes Sacerdotum illudentes 41
cum Scribis & Senioribus, dicebant,

Et dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce.

Similiter & principes Sacerdotũ illudentes cũ Scribis & Senioribus, dicebãt,

ANNOT.

40 Tu ille qui destruebas, &c.] De hoc vide suprà 16.f.61. Si filius Dei es,] Hoc nomine Christum in concilio, snprà 26.f. 65, blasphemiæ condemnauit summus Pontifex vnà eum reliqua Sacerdotum, Scribarum, ac Seniornm turba. Nnuc hìc insultant crucifixo, tanquam iam conuicto de blasphemia commissa : alioqui haudquaquam passuri vt in cruce moreretur, tantáque probra sustineret. Vox ista, Si filius Dei es, magnæ tentationis est, & planè satanica, si expendas quando, & quomodo afflicto sit obiecta: videlicet in extremis agenti, & alioqui cogitanti & querulanti se esse derelictum à Deo. Ita satan promissiones Dei nobis è manibus vult excutere. Sic in deserto inter bestias constituto, & iam famis molestiam sentiẽti, satan dicebat, Si filius Dei es, dic, &c. snprà 4.a.3. Vt declararet se filium Dei esse, nihil erat opus viuũ de cruce descendere : sed vt mortuus & sepultus, tertia die resurgeret. Oportebat per resnrrectionem ex mortuis declarari filiũ Dei, vnde & Paulus dicit, Rom.1.a.4, Qui declaratus est filius Dei cum potentia, per resurrectionem mortuorũ. Lucas 23.e.35, de principibus, siue magistratibus, quomodo etiam illum probris affecerint, sic scribit,

Et deridebãt eum principes cum eis, dicentes, Alios seruauit, seruet seipsum: si hic est ille Christus, ille Dei electus. Electũ Dei vocant iuxta prophetiam Esaiæ, de Messia loquentis, cap. 42.a.1, Ecce seruus meus, innitar ei, electus meus in quo complacuit sibi anima mea. In quem locum vide annotationem suprà 12.b.18.

41 Similiter & princ. Sacerd.] Illi iàm securi triũphant, vt solent impii vbi veritas in speciem periclitari videtur: interea tamen paratur Christo sempiterna per crucẽ gloria, istis verò perpetna confusio. Putabãt Christi veritatem cum ipso Christi corpore esse cruci affixam clauis: qnnm aliud sit corpore cruci esse affixnm verbi præconem, & aliud affixam esse verbi Dei veritatem. Sic Paulns dicebat, 2.Timoth.2.b.9, At verbũ Dei non est alligatũ. Præterea etsi ad tempus obnubiletur veritatis radius, amota tamẽ nubecula, solito clarior tandem promicat: vt post Christi resurrectionem, illius gloria multo quàm antea fuerat, clarior effulsit. Ita Philippensibus, cap.1.c.16, scribit Paulus quòd vincula ipsius tantùm abest vt ad obscurationem Euangelii fecerint, vt doctrinam illius auctiorem etiam reddiderint.

Alios salnos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nūc de cruce, & credimus ei.

42 'Alios seruauit, seipsum non potest seruarę: 'si
rex Israel est, descēdat nūc de cruce, & credem' ei.

Confidit in Deo, liberet nūc eum, si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum.

43 'Confidit in Deo, liberet eum nūc, 'si vult eum: Psal.22.b.9. sapiē.1.d.28.
dixit enim, Filius Dei sum.

Idipsum autē & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

44 'Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant
cum eo, exprobrabant ei.

A sexta autē hora tenebræ

45 'A sexta autem hora 'tenebræ factæ sunt Har.4.31

ANNOT.

42 Alios seruauit, &c.] Acsi dicant, Tandem apparet qualia fuerint tua illa magnifica beneficia, collata cæcis, claudis, & oppressis morborum variis generibus, conficta nimirū & mēdacia. si enim vera fuissent ac iusta, posses haud dubiè & te nunc seruare. Id quum non possis, apertissimè liquet qualis sit tua potentia. Si rex Israel est,] Obiiciunt & regiam dignitatem, quam arbitrabantur Dominū falsò & contra fas sibi vsurpasse. Si Christus (inquit Marcus) rex es ille promissus Israeli, vires & potētiam tuā exere. regis est liberare & asserere suos: regis est regnare & vincere, non vinci & interire in cruce. Nobis certe promissus est rex gloriosus & inuictus, omnium rerum Dominus: si is es, vt videri cupis, exere potētiam tuam, descende, vince hostes tuos, & credemus te esse Messiam illum nobis promissum.

43 Confidit in Deo,] Hæc exprobraturos prædixerat Propheta, Psal.22.b.9, vbi sic Hebraicè legitur, Deuoluit (sub. res suas) ad Dominum, eruat eum, eripiat eum, quoniam complacuit sibi in eo. Hæc sunt grauissima, si ingerantur auribus ac menti hominis tentati ac derelicti, & iam nihil aliud quàm iram Dei sentientis. Quæ extrinsecus accidūt, iocularia sunt, istis comparata. Conatur perpetuò satan quibuscūque machinis labefactare fidem nostrā in promissum nobis à Deo auxilium. Quòd si aliquando eadem nobis obiiciat satan, cogitemus regem gloriæ Christū fide atque spe constanti vicisse: in cuius victoria victoriā nobis debemus polliceri. Ideo enim eodem psalmo, b.10. ad superiores impiorū blasphemias sic se consolatur, Quoniam tu es eductor meus ab vtero, cōfidere faciens me super vbera matris meæ. Super te proiectus sum à vulua, de ventre matris meæ Deus meus es tu. Ne elonges te à me, &c. Si vult eum.] More Hebraicò dictū, pro, si eum amore prosequitur. Lucas narrat, milites similiter illusisse Christo, his verbis, cap.23.e.36,

Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, dicentésque, Si tu es ille rex Iudæorum, saluum te fac.

44 Idipsum autem & latrones, &c.] Augustinus putat hic esse enallagen, ac numerum multitudinis poni pro singulari. Hieronymus tropū esse dicit qui appellatur syllepsis: quòd pro vno latrone, vterque blasphemasse inducitur. Pluralem numerū pro singulari poni etiam videmus suprà 26.a.8, vbi sermonē Iudæ discipulis generaliter adscribit Matthæus. Et ita solemus loqui vbi rei indignitatē exprimere volumus cōmissam ab huius generis homine, à quo nihil huius sperandum erat. Alterum enim tantùm Christo exprobrasse, manifestū est ex Luca, cap.23.e.39, dicente, Vnus autem qui erant suspensi facinorosorū, conuitia iaciebat in eum, dicens, Si tu es Christus, serua teipsum, & nos. Erat & hæc contumelia non postrema. quis enim innocens ferat vt ab homine nequissimo, latrone, damnato, extremæ, deploratæque fortunæ cōtemnatur ac sugilletur? Atqui sustinuit id Dominus, & maxima cum patientia. Ita deiici eum oportuit vt esset vermis, & non homo, & abiectio plebis, id est infimorum, vt etiā Psal. 22.a.7. prædictum fuerat.

45 A sexta autem hora] Marcus, Quum verò facta esset hora sexta. Sexta illa hora, erat tertia diei pars, (quæ post duodecimam nostram diei incipiebat, hora videlicet prima à meridie) & ipsa solebat tota vsque ad horam nonā, sexta hora vocari. Vide suprà 20.a.1. Hinc videmus iā tribus horis Christū Dominū pependisse in cruce, siquidem Marcus testatur eum hora tertia fuisse crucifixum, vt dictum est suprà versu 35. Et ex præcedentibus satis apparet ante sextam fuisse cruci affixum. Tenebræ factæ sunt] Iam deinceps Euangelista commemorare pergit quæ circa mortem Christi, partim diuinitus, partim à crucifixoribus facta, partim ab ipso Christo dicta sunt. Et vt ordinem rerum gestarum seruet, primò miraculum tenebrarum ponit, quæ à sexta hora ad nonam vsque durarunt. Istas liquet non fuisse ex naturali

pitius esto populo tuo Israel quē redemisti Domine: & ne des sanguinē innocentē in medio populi tui Israel, sed expietur à sanguine. Ex eo ritu inualuit in vulgo loquutio, vt Lauare manus, pro innoxium se ostendere, vsurparint.

coram populo, dicens, Innocēs ego sum à sangui-
ne huius iusti: vos videritis.
Et respōdens vniuersus populus dixit, Sanguis 25
eius super nos, & super filios nostros.
Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem fla- 26
gellatum tradidit vt crucifigeretur.
Ha. 4. 28. Mar. 15. b. 16 Iohan. 19. a. 1. Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum 27

Lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.
Et respōdens vniuers⁹ popul⁹ dixit, Sāguis ei⁹ super nos, & super filios nostros.
Tūc dimisit illis Barabbā: Iesum autē flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur.
Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum

ANNOT.

Innocens ego sum à sang.] Siue, insons & innoxius. Hoc est, vt ex præcedenti loco Deuteronomii datur intelligi, Manus meæ non fundūt sanguinem istius, Non sum in causa vt iste moriatur, sed vos. Propterea addit, Vos videritis: omnem culpam à se transferens in Iudæos: vt paulo antè, versu 4, audiuimus & Sacerdotes ad Judā dicētes, Tu videris. Sanguis pro morte. Porrò dicit se non occidere Christū, & tamen condemnat, & occidendū tradit: interea manus abluit tanquam innoxius. Sic solent hypocritæ semper aliquid coloris afferre: sed quid hoc modo proficiunt, nisi quòd impudentiam suam hominibus produnt? Huius iusti:] Hic locus, vt & alii de innocentia Christi, diligenter obseruandus. hinc enim certa fidelium salus certò colligitur. Quum omnes nos, vtpote peccatores, obnoxii essemus Dei iudicio, quò vicem nostram subiret, ipse sisti in conspectum terreni iudicis voluit, damnaríque eius ore, vt coram cælesti Dei tribunali absolueremur. Ideò autem eius innocētiæ testimonium reddit iudex, vt testatum sit non ob propria ipsum malefacta plecti, sed nostra: solenni tamen ritu interea damnatur eiusdem sententia, vt palàm fiat, iudicium quod merebamur, tāquam vadem nostrum subire, quò nos à reatu liberet. Nam si peccator esset, nō idoneus vas esset ad soluendam alieni peccati pœnam. Vt tamen ejus damnatio nobis in absolutionē cederet, cēseri eum inter maleficos oportuit, & inter latrones suspendi, vt compleretur Prophetia Esaiæ, 53. d. 12, quæ à Marco cap. 15. c. 28, & Luca, 22. d. 37, citatur, Inter iniquos reputatus est: & tamen innocentem & iustum pronuntiari.

25 Sanguis eius super nos, &c.] Stupenda cæcitas, & rabies quædā ferina indurati & perditissimi populi Iudaici, nihil territi tanta obstinatione & tam claro testimonio iudicis Ethnici, sed conclamantis potius horribiliter, Sanguis, &c. In sese recipiūt omne malum, sese deuouent, imò & in posteros deriuāt omnem culpam atque vindictā. Sanguis enim hîc ponitur pro sanguinis vindicta: éstque sensus, Siquid vindictæ irrogari oportet cuiquam ob effusum istum sanguinem, id omne in nos atque in liberos nostros recidere cupimus. Tanquā dicant, Tam certò nouimus hunc hominem commeruisse mortem, vt secura conscientia omnem in nos vindictā transferamus. Fuit sanè zelus in nōnullis, sed non secundū scientiam: nam doctrina & miracula Christi omnem illis excusationem adimunt, Iohan. 15. d. 22, 24. Interea verò elucescit hîc quoque ingēs Dei misericordia. quamuis enim maximè & aduersus se, & aduersus filios insanirent: non tamen ex sententia ipsorum eos condemnauit, sed tam ex ipsis, quàm ex filiis eos suscepit qui pœnitētiam egerunt. Nam & Paulus ex ipsis erat, & multa eorum milia qui Ierosolymis in Christum crediderunt, vt Iacobus narrat, Act. 21. d. 20. Huc pertinent illa quoque quæ scribūtur & Act. cap. 2. g. 41, & 4. a. 4. Tamen ista vltionis imprecatio in hodiernum vsque diem manet in posteritate Iudaica.

26 Tunc dimisit illis] Locus hic ex quatuor Euangelistis sic legitur, Tunc ergo Pilatus volens turbæ satisfacere, adiudicauit vt fieret postulatū eorum. Dimisit autem eis Barabbam, quem poposcerāt, qui propter seditionem & homicidiū cōiectus fuerat in carcerē: Iesum autem flagellatū tradidit volūtati eorū, vt crucifigeretur. Incertū est autem an ista flagellatio, ea sit cuius meminit Iohannes cap. 19. a. 1, de qua suprà versu 23, quum volebat Pilatus Christum dimittere: an verò flagellatus sit secundò, quemadmodum solebant Romani. nemo enim agebatur in crucem, aut capite plectebatur, quin cæsus esset prius. Quibusdam videtur hanc esse flagellationem qua nisus fuit eum liberare, ne crucifigeretur: nam postea recitantur ludibria quæ damnatum sequuntur.

27 Tūc milites Præsidis] Quo loco hæc in ordine historiæ legi debeāt, vide suprà versu 23,

eireiter principium. Suprà cap.26.g.67,illuſerunt Domino in ſummi Pontificis atrio Iudæi, nunc idem ludibrium fit à Gẽtibus in Prætorio anguſto Præſidis Romani.Suſcipiunt enim ipſum vt damnatum milites Romani . nam præſidium militum Romanorum habebat Pilatus Ieroſol ymis ad compeſcendos motus tumultuantis populi Iudaici.

in Prætorium, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.

'in Prætorium, 'congregauerunt ad eum vniuer-
ſam cohortem.

Et exuentes eum,chlamydem coccineam circundederunt ei:

28 'Et quum exuiſſent eum,circundederũt ei 'chla
mydem coccinam:

Et plectentes coronã de ſpinis , poſuerunt ſuper caput eius,& arundinẽ in dextera eius. & genu flexo ante eum,illudebant ei, dicẽtes, Aue rex Iudæorum.

29 'Et coronam de ſpinis contextam impoſuerunt
ſuper caput eius,& arundinem in dexteram eius.
& genu flexo ante eum,illudebãt ei,dicẽtes, Aue D
rex Iudæorum.

Et expuentes in eum, acceperunt arundinẽ, & percutiebant caput eius.

30 Et quum expuiſſent in eum, acceperũt arundi-
nem,& percutiebant caput eius.

Et poſtquam illuſerũt ei, exuerunt eum chlamydẽ,& induerunt eum veſtimentis eius:& duxerunt eum vt crucifigerent.

31 Et poſtquam illuſiſſent ei,'exuerunt eum chla-
myde, & induerunt eum veſtimẽtis ſuis: & addu
xerunt eum vt crucifigerent.

ANNOT.

In Prætorium,] Marcus clarius dicit, Abduxerũt eum intrò in atrium quod eſt Prætorium. Congregauerunt] Marcus,Conuocauerunt totam cohortem.

28 Et quũ exuiſſent eũ,] Veſtibus ſuis ſcilicet,ſiue propriis,vt Marcus habet. Quoniã affectatæ maieſtatis regiæ accuſatus fuerat, milites, lata à Pilato ſentẽtia vt crucifigeretur,voluerunt ante omnia pro animo ſuo quem habebant erga Cæſarem,illudere affectatæ regiæ maieſtatis damnato: vt hoc pacto & omnium militum voluntas erga Cæſarẽ declararetur,& communi opprobrio damnatus afficeretur . Vt igitur oſtendant quòd homo priuatus malè ſibi regium honorem vſurparit,priuatam illi veſtem adimunt, & regiæ maieſtatis inſignia imponunt,vt purpuram,coronam,& ſceptrum. Addunt etiam regi cõuenientem ſalutationem. Verùm quoniam hæc probri gratia faciebant,coronam imponunt,non ex auro,ſed ſpinis: & ſceptrum dant,non regium,ſed arũdineum: & ſalutationi addunt ſputa & verbera. Iſta imagine expreſſum eſt quomodo regnum Chriſti in hoc ſeculo futurum eſſet ludibrio, tãquam nihili & inane. Notandũ verò exemplũ patientiæ in Chriſto. Chlamydem coccinã:] Tametſi chlamys ſit veſtis militaris,hoc tamẽ loco regiam,non militarẽ veſtẽ ſignificare videtur. Hæc enim Græcorum, & maximè Macedonum regum veſtis erat, vt teſtatur Plutarchus in Eumene. Legimus & Numam Romanorũ regem chlamyde vſum tum,quũ pro magnifico & regio cultu prodiret ad Iſaurorũ legationem. Pro chlamyde coccina,Marcus habet,Induũt eum purpura. Et,Iohannes,Et pallio purpureo circundederunt eum. Aut Marcus & Iohãnes purpuræ appellatione,omnis generis purpuram,etiam coccũ intellexerũt: aut quia fere idem eſt color, alterum pro altero acceperunt. Aut colorẽ potius,quàm materiam memorare ſatis habuerũt. Quemadmodũ verò apud Macedonas chlamys,regum fuit ornamentum: ſic toga purpurea apud Romanos,triumphantium,regnantiúmque fuit cultus. Nam Romani,quos appellaſſent reges,toga purpurea dono miſſa,quæ & picta dicebatur,honorari ſolebant.

29 Et coronam de ſpinis,&c.] Videmus Chriſtum paſſum fuiſſe quæ damnati ſolebant. Interea dum crucẽ parabãt,iſti vexabant eum talibus probris, in ludibrium regni ipſius,quod ex ſpecie externa non eſt æſtimandum, nec ab opinione hominum: quid enim deſpicabilius?

31 Exuerunt eum chlamyde , & induerunt eum veſtimentis ſuis:] Diuina prouidentia ſic rem moderabatur , vt poſtea milites inter ſe ſecũdum vaticinia Prophetarum,propria Saluatoris veſtimenta partirentur. Solenne enim eſt in iudiciis Dei, vt etiam impii cogãtur omnia facere,vt veritas diuini verbi adimpleatur, idque tum potiſſimũ,vbi conſilio Dei repugnant. Simul etiam fecíſſe videntur ,quo doctor ille Euangelii celebris, magis agnoſceretur ab omnibus, præſertim ſuis cultoribus, atque hi deterrerentur magis ab eius doctrina atque conſortio,quem iam viderent ceu hæreticũ atque ſeditioſum rapi ad extremũ capitis ſupplicium.

Marc.15.b.22 luc.23.d.26.

‖ᵃExeuntes autem inuenerunt ᵇhominem Cyre 32
næum, ᶜnomine Simonem: ᵈhunc adegerũt vt tol
leret crucem eius.

Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hũc angariauerunt vt tolleret crucem eius.

Ha.4.29. Marc.15.b.21 luc.23.e.33. iohã.19.e.16

‖ᵉEt venerunt in locum qui dicitur Golgotha, 33
quod est Caluariæ locus.

Et venerũt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.

ANNOT.

32 Exeuntes autem inuenerunt, &c.] Iohannes habet, Acceperunt autem Iesum, & abduxerunt. Atque is baiulans crucem suam, exiuit in eum qui dicitur Caluaria, locum: Hebraicè autem, Golgotha. Post hæc sequitur ex Matthæo, Exeuntes autem inuenerunt prætereuntem quendam, vt habet Marcus, hominem, &c. Iohãnes hîc dicit Iesum portasse crucem suam; tres reliqui mentionem faciunt Simonis Cyrenæi, qui coactus sit ferre crucẽ eius post ipsum. Christus enim videtur primùm aliquãdiu portasse crucem suam: deinde quoniam corpore erat flagellato & debilitato, ne immorari cogerentur in itinere, Simonem hũc ex agro venientem & prætereuntem nacti, coegerunt vt tolleret crucem eius, & portaret post eum. Videtur id moris fuisse vt quisque crucifigendus crucẽ suam ipse ferret: nemo enim vel contingere lignum crucis volebat propter ignominiam eius mortis: atque hac ratione coactum esse hunc Simonem vt crucem tolleret. Sed & nos hodie videmus quàm dedecorosum putetur, si quisquã extra lictores, quãdo plectendus est facinorosus aliquis, operæ aliquid debeat impendere. Nam ita solemus, malorum iustum ac meritum supplicium magis horrere, quàm ipsa flagitia. Hîc videmus vt Christus super humerum suum tulerit principatum suum, quo debellaturus erat mortem, satanam, & inferorum potestatem. Hominẽ Cyrenæum,] Videtur fuisse Iudæus, vir bonus & simplex, Christi discipulus, cuius pater fortasse è Cyrenaica Ierosolymam migrarat. Nam in Libyam vsque & Cyrenen dispersos fuisse Iudæos testantur acta Apostolorum. Nomine Simonem:] Marcus cum Luca addit, venientem ex agro, patrem Alexandri & Rufi. quibus verbis videtur fuisse rei rusticæ intentus. Hunc adegerunt vt tol.] Nequis existimaret hunc Simonẽ solũ ab eo loco in quo fuit cõprehensus, ad locũ vsque supplicii portasse crucem, Lucas dicit, Imposuerunt Simoni crucem ferre post Iesum. quo loco vox Græca, pro qua ponitur post, est aduerbium, casui seruiens tamen, vt sunt multa aduerbia Græcis casui seruientia, & significat, ponè, retrò. Simon enim ponè, siue à tergo, proximè insequens, & cõmune onus crucis sustinens, præcedentem iuuit Dominum. Quod significatione non caret, crucem Christi alii imponi, qui hanc post eum portet. futurum enim erat vt qui Christum sequerentur, crucem suam & ipsi tollerent, & post eum portarent. Quòd non sua sponte, sed coactus Simõ crucem Christi portat, imaginem habet carnis nostræ, quæ nunquam spõte cruci se Christi subdit, sed perpetuò reluctatur. Inter eundum autem acciderunt quæ à Luca narrantur cap.23.d.27,

Sequebatur autem illum multa turba populi ac mulierum, quæ & plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vobisipsis flete, & super filiis vestris. Quoniam ecce venient dies, &c. vsque ad versum 31: quibus futuræ obsidionis, & excidii calamitatem illis prædicebat. Addebat autem versu 31,

Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quo significauit, si diuina voluntate ita in se innocentem sæuiretur, & ligno humido atque fructifero similem, multo durius sæuiendum esse in gentem Iudaicam, ligno arido & sterili similem. Simile est illud 1.Pet.4.d.17, Quòd si primùm incipit iudicium à nobis, quis finis eorum qui nõ credunt Euangelio Dei? Post hæc Lucas versu 32,

Ducebantur autem & alii duo facinorosi cum eo, vt interficerentur.

33 Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Cal. lo.] Marcus habet, quod est interpretatum, Caluariæ locus. Golgoltha legẽdum, vt etiam vetusta Latina scripta exemplaria legũt. Est autẽ Chaldæa vox, siue Chaldaicæ formæ, significãs caput: pro qua Hebræi dicũt GVLGOLETH, à verbo GALAL, quod voluere, siue inuoluere significat: à quo GALGAL, sphæra, cælũ, rota. Gulgóleth igitur caput dicitur, à rotũditate. Locus autẽ hic extra por

tam erat, ad Septentrionalem partē montis Sion, in quo plectebantur nocentes: ob quam causam & ignominiosius habebatur. Illic voluerunt Christū crucifigi, vt mors ipsius non solùm in se, sed & ex loci vilitate, imò abominatione, redderetur abominabilis. Euangelistæ, Golgotha, siue Gulgóleth exposuerunt Craniū, quod Latinè dicitur caluaria: propter occisorum crania, quæ ibi passim neglecta & sparsa visebantur. Nec carent hæc mysterio. Extra portam passus est Christus, vt figura quam habemus Num.19.a.3, de vacca rufa pro peccatis populi extra portam immolata, adimpleretur: ostenderetúrque, Christum esse hostiam illam cuius sanguine sanctificandus esset populus Dei. Ea immolatio habebatur ita impura, vt ministri illius aliquandiu impuri haberētur: atque ideò non in templo, sed extra portam absoluebatur. Qua de re videre est Heb.13.b.11, vbi sic legimus, Animalium enim quorū sanguis infertur pro peccato in Sancta per Pontificem: horum corpora cremātur extra castra. Quapropter & Iesus, vt sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes, &c.

Et dederunt ei vinū bibere cum felle mistū: & quum gustasset, noluit bibere.

34 'Et dederunt ei acetū bibere cum felle mistum:
& quum gustasset, noluit bibere.

Postquam autē crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortē mittentes: vt impleretur quod dictū est per Prophetam, dicentē, Diuiserunt sibi vestimēta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

35 |'Postquam autē crucifixerunt eum, 'diuiserunt Mar.15.b.14.
vestimenta eius, sortem mittentes: 'vt impleretur
|quod dictum est per Prophetam, Diuiserūt sibi Psal.22.c.19.
vestimenta mea, & super vestimētum meum miserunt sortem.

Et sedentes seruabāt eum.

36 |'Et sedentes seruabant eum ibi. Ha.4.30

ANNOT.

34 Et dederunt ei acetum, &c.] Marcus dicit myrrham additam fuisse, quæ valde amara est: vnde myrrhatum vinum vocat. Bis datus est iste amarus potus: hic, & quum in cruce penderet expiraturus, infrà versu 48, & Iohan.19.e.29. Mos fuit (vt ex eodē capite & versu Iohannis constat, dicentis, Vas igitur erat positum aceto plenum, &c.) occidendos forti vino potare, vt minus angustias mortis sentirent. At Christo pro vino datum fuit acetum felle mistum & myrrha. Confectio valde acerba ad accelerādā mortē. Ordo historiæ exigit vt post hæc legātur quæ versu 38 paulo pòst sequūtur, de duobus latronibus cū Christo crucifixis scribūtur: verùm noster de vestimentis à militibus partitis interserit, dicturus postea de latronibus.

35 Postquam autem crucifixerunt eum,] Marcus dicit cap.15.b.25, hora tertia fuisse crucifixum. Hac enim secunda diei parte, quæ iam fermè ad finem venerat, propéque aderat sexta, sententia mortis in Dominum lata fuit. Quæ narraturus est Matthæus, facta fuerunt postquam cruci affixerant latrones, de quibus ipse postea versu 38. Diuiserunt vest. eius, sortem mittentes:] Marcus 15.b.24, Partiti sunt vestimenta eius, mittētes sortem super illa, quis quid tolleret. Marcus non distinxit vestimenta, tunicam nomine vestimentorum comprehendens, super quam solam missa fuit sors, vt apertissimè scribit Iohannes cap.19.d.23, quum dicit Milites ergo, quum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem: & tunicam. Erat autē tunica inconsutilis, à summis contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Id conuenit Scripturæ quam de Dauide postea affert. Vt impleretur quod, &c.] Iohannes tantùm habet, Vt impleretur Scriptura. Matthæus Dauidem nominauit Prophetam per excellentiam: qui etiam modū crucifixionis, quem Euāgelistæ tacēt, exprimit Psal.22.d.17, dicēs, Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea: ipsi verò considerauerunt & inspexerūt in me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Non potuit Propheta clarius exprimere ipsam historiam post tot secula futurā. Licet autem Euāgelistæ clauorum, quibus cruci affixus est Christus, mentionem non fecerint, commemorant tamen in historia resurrectionis ipsum discipulis ostendisse manus ac pedes, Luc.24.f.39: hoc est, vt Iohannes scribit cap.20.f.25, fixuras clauorum in manibus ac pedibus. Iohānes addit, Et milites quidem hæc fecerunt.

36 Et sedentes seruab.e.i.] Non abeunt, sed cruci assident veluti custodes aut obseruatores, quidnam acturus sit: ne forte vel discipuli eum adhuc viuum de cruce deponerēt, vel ipse miraculo descenderet.

'Et impoſuerũt ſupra caput eius cauſam ipſius 37
ſcriptam, Hic eſt Ieſus rex Iudæorum.
E 'Tunc 'crucifiguntur cum eo duo latrones: vnus 38
à dextris, & alter à ſiniſtris.

Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, Hic eſt Ieſus rex Iudæorum.
Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.

ANNOT.

37 Et impoſ. ſupra cap. c.] Vide ſequentis verſus annotationem.
38 Tunc] Poſtquam ſcilicet crucifixerunt eum, eíque acetum felle miſtum dederunt.

Crucifigũtur] Marcus, Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris eius. Lucas facinoroſos vocat. Iohannes, Et cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Ieſum. Ideo inter latrones, ſicarios, prædones, & facinoroſos medius locatus eſt, vt maiorem ignominiam ſuſtineret, tanquam latronũ princeps. Vox enim Græca, non fures, ſed homicidas, & qui vias obſidẽt vt homines iugulent, ſignificat. neque enim crucifigebãtur fures. Hoc autẽ fieri oportuit, vt intelligeremus quanta pœna peccatis noſtris deberetur. nullum ſane ſatis atrox ſupplicium pro noſtris ſceleribus inueniretur, ſi Chriſtus nõ fuiſſet paſſus pro nobis. Quia verò inter maleficos deputatus eſt Chriſtus, innoxii cenſemur à Patre: quòd reatum & pœnam à nobis promeritam ſubiit, vt ait Eſaias cap. 53. d. 11, Scientia ſui iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Marcus addit cap. 15. c. 28,

Et impleta eſt Scriptura quæ dicit, Et cum iniquis deputatus eſt. Id legitur Eſa. 53. d. 12, his verbis, Propterea dabo illi partẽ inter multos, & cum fortibus diuidet ſpolia: eo quòd effudit in mortem animam ſuam, & cum tranſgreſſoribus reputatus eſt: ipſe quoque peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus orauit. Quòd autẽ, vt hic prædictum fuerat, pro iis qui illum crucifigebant, orauerit, ſic narrat Lucas cap. 23. e. 34,

Ieſus autem dicebat, Pater remitte illis: neſciunt enim quid faciant. Docuerat Dominus ſuprà 5. g. 44, Benefacite iis qui vos odio proſequuntur: & orate prò iis qui lædunt & inſectãtur vos. Hanc ſuam doctrinã reipſa comprobauit, vt bene velimus iis qui nos perſequũtur. neque enim indignam magis iniuriam ferre poſſumus, quàm quæ illata eſt Domino & ſeruatori noſtro. Nulla igitur ſupereſt nobis in conſpectu Dei excuſatio. Non tantũ nos ad patientiam hortatur, ſed ad parcendum iis qui nobis malefaciunt. Quod quidem durũ eſt: ſed diſcamus in Chriſtum reſpicere, vt omnes noſtros contrarios affectus domemus. Obſerua autem, eum oraſſe pro iis qui quid agerent neſciebant, de quibus Paulus 1. Corin. 2. b. 8, Si cognouiſſent, haudquaquam Dominũ gloriæ crucifixiſſent. non pro iis orauit qui in Spiritum ſanctũ peccabant, qui à conſcientia ſua redarguebantur, Ieſum eſſe Chriſtum in Lege & Prophetis promiſſum, quem tamen perſequebantur: quales multos fuiſſe inter Phariſæos & ſimiles, non eſt dubiũ. Hic igitur ignorãtiam intelligit quæ præualet in mente hominis, vt non redarguatur à conſcientia ſua. Qui ea incredulitate cæca feruntur, mali quidem ſunt, verùm putant ſe bene agere: quales ſunt ſuperſtitioſi, qui putãt ſe Deo præſtare obſequium: quãdo pios, & Euangelii puram doctrinam annuntiantes perſequuntur. Pro illis in quibus malitia præualet, feruntúrque cæco impetu, peccantes in Spiritum ſanctum, non eſt orandũ, ſi poſſint diſcerni. Exauditus autẽ fuit Chriſtus quatenus expediebat: nec enim nimis curioſe inquirendum eſt nobis, vt rectè Auguſtinus. Deus vult nos orare, & ad hoc impellit: ſed voluntatẽ ſuam facit: nouit quatenus velit nos exaudire. Poſt hæc quatuor Euãgeliſtæ narrant Pilatũ impoſuiſſe titulũ cruci Domini. Noſter paulo obſcurius verſu præcedẽti, his verbis, Impoſuerunt ſupra caput eius cauſam ipſius ſcriptã, Hic eſt rex Iudæorũ. Vbi vox Græca pro qua cauſam vertit interpres, & cauſam, & accuſationẽ ſiue crimẽ ſignificat. Iohannes apertius, Scripſit autem & titulũ Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Titulum vocat, quam noſter cauſam: Marcus & Lucas, inſcriptionẽ cauſæ ipſius dixerunt. Nos vocamus Le dicton. nã eo breuiter refertur cauſa mortis quum ad ſupplicium ducuntur malefici. Lucas ſcribit titulum fuiſſe ſcriptum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis. Continebat autem hæc, vt ex quatuor Euangeliſtis colligitur,

HIC EST IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.

Hic titulus non exprimebat cauſam cur eſſet crucifixus, ſed docebat quis eſſet crucifixus ille, nempe rex Iudæorũ. Ore ſuo ſe iniquitatis damnat Pilatus, quum nullam in Chriſto cauſam inuenerit, apponat tamen iſtam. Prouidentia verò Dei fiebat vt tot teſtimoniis declararetur Chriſti innocẽtia: qui ſponſor & vas noſter erat pro cauſa capitali. Neque dubitandũ quin ma

nũ Pilati direxerit Spiritus sanctus in hac scriptura. Exprimebat & hic titulus, populi Iudaici maliriam, qui hæredem vineæ, Dominũ suum regem occidisset. Hoc scilicet intelligebãt Pontifices Iudæorum, atque ideo petebant à Pilato vt titulum mutaret, vt scribit Iohanes cap. 19. d. 20, his verbis,

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebãt ergo Pilato Põtifices Iudæorũ, Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quòd ille dixerit, Rex sum Iudæorũ. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Non absque diuino instinctu tam constanter respõdit Pilatus. q.d. Nõ muto titulum: voluistis vt regem vestrum crucifigerem: crucifixi. vestra posthac erit ignominia qui hoc à me extorseritis. Deus certe hæc regebat: nam aliâs Pilatus in omnibus voluntati Iudæorũ obsequutus est, quòd ea faciebant ad exequutionẽ diuini consilii: quæ verò nũc perũt, ad hoc petebãt vt ignominiá crucis, non sibi, sed Christo inurerent, & probrũ hoc diluerent, quòd regem suũ crucifixeraut, Christo hanc regni gloriá adimerent, ne haberetur pro vero Messia, sed pro nebulone, qui se falsò dixisset esse Iudæorũ Messiam. At hoc, vt falsum erat, & probrosum cælesti regi, ita ad consilium Dei non pertinebat. Vel hic videmus Pilatũ reuera diuino instinctu, licet præter scientiá, pleraque vel fecisse, vel facere noluisse. Paucis his verbis, Iesus rex Iudæorum, verum Euangeliũ Christi continebatur: nam his prædicabatur verus ille esse & indubitatus Messias rex Iudæis missus. Ita in media morte, in cruce iam incipiebat triũphare Christus: vt dicebat Paulus Coloss. 2. c. 14, 15 Iam crux incipiebat mutare suam conditionem, vt fieret tribunal regium excellentius omnibus thronis: & regnum suum auspicabatur. Ita erat Iudæorum rex, vt etiam regnum propagaverit in totum mundũ. Propterea enim etiam Græcis & Latinis literis scriptus fuit titulus, quæ certe Gentium sunt, ad ostendendum, hunc regem non Iudæis tantùm, sed & Gentibus imperaturum, qua de re vide Psal. 2. b. 8, & Esa. 49. b. 6. Nam Græca tum legebantur in omnibus ferè Gentibus, teste Cicerone in oratione pro Archia. Lucas versu 35 narrat, populum spectantem stetisse. Iohannes item de Christi matre etiam spectante sic scribit, cap. 19. c. 25,

Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius, Maria Cleopæ & Maria Magdalenæ. Quum vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum astantem, quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Matrem viduam, & iam ætate quoque cõfectam discipulo suo Iohanni commendat, quòd post resurrectionem non victurus esset inter homines pro ratione huius seculi: vt hoc suo exemplo doceret, parentes honorandos esse: & morituri commendemus illos superstites amicis. Vide autem vt non vocet matrem, sed mulierem: aut quòd maior multo esset quàm ipsa eum genuisset: aut vt significaret se nunc esse in officio & vocatione Patris sui cælestis, in qua nullam agnosceit carnalem cognationem. Præterea, mulierem, non matrem vocat, ne, si matrem vocasset, hypocritæ existimarent Christum hoc vocabulo significasse, Mariam tali sibi cognatione iunctam, vt vnà cum ipso expiaret peccata, & reconciliaret iram Dei: quæ profecto maiestas soli Christo competit. Iohannes autem accepit eam in sua, hoc est, agnouit eam tanquam matrem, coluit eam vt matrem, & eius curam egit vt obsequens filius, quandiu ipsa vixit.

Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouẽtes capita sua.

39 Prætereuntes autem conuitia iaciebãt in eum, mouentes capita sua.

ANNOT.

39 Prætereuntes autem conuitia iac.] Sic futurũ prædixerat Propheta, Psal. 22. b. 8, Omnes videntes me, subsannant me: emittunt per labium, mouent caput. Plura de opprobriis in Christũ iactatis & Psal. 69. b. 8, 9, 10. Illuserant prius Christo priuatim in atrio Pontificis Iudæi, illuserant eidem priuatim Gentes in Prætorio Præsidia: nunc autem viribus coniunctis, morienti, & atrocissima tormenta perpetienti, absque vlla commiseratione insultant omnes ordines, summi & infimi, Pontifices ipsi, Sacerdotes quoque, populus cum militibus, imò irri-

dent & ipſi latrones : & quod dolorem grauiſſime auget, nemo condolet illi, vt etiam Dauid prædixerat Pſal.69.e.21, Probrum contriuit cor meum, & dolui: & expectaui qui condoleret, & non fuit: & conſolantes, & non inueni. Omnes norunt quantū doleat homini, ſi in ſummo eius diſcrimine non modò nemo cōdoleat, ſed omnes potius inſultent. Patitur hic tormēta in corpore acerbiſſima, & animus quoque exagitatur, pungitur, affligitúrque conuitiis aſperrimis & indigniſſimis: quibus ſatan lethaliter illū vulnerare conabatur, vt in diſcrimen vocaret fidē eius. Meminerimus autem ſemper, Dominum hæc pro nobis pati, illū noſtra cauſa impugnari, ita vt in ſpeciem videatur homo damnatus à Deo : & in eius perſona ſortem noſtram contēplemur. Sciamus præterea, hæc omnia illi exprobrata fuiſſe, vt nobis victoriā acquireret: vt eius certamen eſſet nobis clypeus ad reſiſtendum quum impeteremur à ſatana & ab impiis: maximè autem quoties ſatan nos ad deſperationē ſollicitat innumeris afflictionibus. illa nanque ſunt tela eius, quibus obiicit, Nunc te vides derelictum à Deo. Succurrat tunc nobis ad Chriſtum cōfugere, & ad eius certamen, & victoriæ loco nobis cedet. Collige hinc etiam impios falsò æſtimare Dei gratiam ex præſenti rerum aſpectu: illum eſſe mendacem credentes, quoties non ſuccurrit ſuis, & fallacem: quod natura noſtra facile admittit. Fideles contrà ſe retinent, & ſuæ infirmitati reſiſtūt, donec eluctentur. Caueamus igitur ne vnà cum impiis mendacii Deum arguamus, ſed eū patientia expectemus. Simúlque hoc eodem Chriſti exemplo armemur, ne frangamur impiorum proteruia, qui vbi præualent, efferuntur, & inſultant: diſcamus verò ferre eorum inſolentiam, eiuſdem exemplo, & exitum expectemus. Si præſentem rerum ſtatum inſpiciamus, Phariſæos triumphare dicemus: quod verum eſt, at ſuo exitio. Expectemus inquam, donec Dominus eorum proteruiam reprimat.

Iohan.2.c.19. Et dicentes, ‖ 'Tu ille qui deſtruebas templum, 40
& in triduo ædificabas, ſerua temetipſum: 'ſi filius Dei es, deſcende de cruce.

'Similiter & principes Sacerdotum illudentes 41
cum Scribis & Senioribus, dicebant,

Et dicentes, Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce.

Similiter & principes Sacerdotū illudentes cū Scribis & Senioribus, dicebāt,

ANNOT.

40 Tu ille qui deſtruebas, &c.] De hoc vide ſuprà 26.f.61. Si filius Dei es,] Hoc nomine Chriſtum in concilio, ſuprà 26.f.65, blaſphemiæ condemnauit ſummus Pontifex vnà cum reliqua Sacerdotum, Scribarum, ac Seniorum turba. Nunc hic inſultant crucifixo, tanquam iam conuicto de blaſphemia commiſſa: alioqui haudquaquam paſſuri vt in cruce moreretur, tantáque probra ſuſtineret. Vox iſta, Si filius Dei es, magnæ tentationis eſt, & planè ſatanica, ſi expendas quando, & quomodo afflicto ſit obiecta: videlicet in extremis agenti, & alioqui cogitanti & querulanti ſe eſſe derelictum à Deo. Ita ſatan promiſſiones Dei nobis è manibus vult excutere. Sic in deſerto inter beſtias conſtituto, & iam famis moleſtiam ſentiēti, ſatan dicebat, Si filius Dei es, dic, &c. ſuprà 4.a.3. Vt declararet ſe filium Dei eſſe, nihil erat opus viuū de cruce deſcendere : ſed vt mortuus & ſepultus, tertia die reſurgeret. Oportebat per reſurrectionem ex mortuis declarari filiū Dei, vnde & Paulus dicit, Rom.1.a.4, Qui declaratus eſt filius Dei cum potentia, per reſurrectionem mortuorū. Lucas 23.e.35, de principibus, ſiue magiſtratibus, quomodo etiam illum probris affecerint, ſic ſcribit,

Et deridebāt eum principes cum eis, dicentes, Alios ſeruauit, ſeruet ſeipſum: ſi hic eſt ille Chriſtus, ille Dei electus. Electū Dei vocant iuxta prophetiam Eſaiæ, de Meſſia loquentis, cap. 42.a.1, Ecce ſeruus meus, innitar ei, electus meus in quo complacuit ſibi anima mea. In quem locum vide annotationem ſuprà 12.b.18.

41 Similiter & princ. Sacerd.] Illi iam ſecuri triūphant, vt ſolent impii vbi veritas in ſpeciem periclitari videtur: interea tamen paratur Chriſto ſempiterna per crucē gloria, iſtis verò perpetua confuſio. Putabāt Chriſti veritatem cum ipſo Chriſti corpore eſſe cruci affixam clauis: quum aliud ſit corpore cruci eſſe affixum verbi præconem, & aliud affixam eſſe verbi Dei veritatem. Sic Paulus dicebat, 2.Timoth.2.b.9, At verbū Dei non eſt alligatū. Præterea etſi ad tempus obnubiletur veritatis radius, amota tamē nubecula, ſolito clarior tandem promicat: vt poſt Chriſti reſurrectionem, illius gloria multo quàm antea fuerat, clarior effulſit. Ita Philippenſibus, cap.1.c.16, ſcribit Paulus quòd vincula ipſius tantùm abeſt vt ad obſcurationem Euangelii fecerint, vt doctrinam illius auctiorem etiam reddiderint.

Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nūc de cruce, & credimus ei.

42 'Alios seruauit, seipsum non potest seruarę: 'si rex Israel est, descēdat nūc de cruce, & crēdem' ei.

Confidit in Deo, liberet nūc eum, si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum.

43 ‖'Confidit in Deo, liberet eum nūc, 'si vult eum: dixit enim, Filius Dei sum. Psal.22.b.9. Sapiē.2.d.18.

Idipsum autē & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

44 'Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

A sexta autē hora tenebræ

45 ‖'A sexta autem hora 'tenebræ factæ sunt Har. 4.31

ANNOT.

42 Alios seruauit, &c.] Acsi dicant, Tandem apparet qualia fuerint tua illa magnifica beneficia, collata cæcis, claudis, & oppressis morborum variis generibus, conficta nimirū & mēdacia. si enim vera fuissent ac iusta, posses haud dubiè & te nunc seruare. Id quum non possis, apertissimè liquet qualis sit tua potentia. Si rex Israel est,] Obiiciunt & regiam dignitatem, quam arbitrabantur Dominū falsò & contra fas sibi vsurpasse. Si Christus (inquit Marcus) rex es ille promissus Israeli, vires & potētiam tuā exere. regis est liberare & asserere suos: regis est regnare & vincere, non vinci & interire in cruce. Nobis certe promissus est rex gloriosus & inuictus, omnium rerum Dominus: si is es, vt videri cupis, exere potētiam tuam, descende, vince hostes tuos, & credemus te esse Messiam illum nobis promissum.

43 Confidit in Deo,] Hæc exprobraturos prædixerat Propheta, Psal.22.b.9, vbi sic Hebraicè legitur, Deuoluit (sub. res suas) ad Dominum, eruat eum, eripiat eum, quoniam complacuit sibi in eo. Hæc sunt grauissima, si ingerantur auribus ac menti hominis tentati ac derelicti, & iam nihil aliud quàm iram Dei sentientis. Quæ extrinsecus accidūt, iocularia sunt, istis comparata. Conatur perpetuò satan quibuscūque machinis labefactare fidem nostrā in promissum nobis à Deo auxilium. Quòd si aliquando eadem nobis obiiciat satan, cogitemus regem gloriæ Christū fide atque spe constanti vicisse: in cuius victoria victoriā nobis debemus polliceri. Ideo enim eodem psalmo, b.10. ad superiores impiorū blasphemias sic se consolatur, Quoniam tu es eductor meus ab vtero, cōfidere faciens me super vbera matris meæ. Super te proiectus sum à vulua, de ventre matris meæ Deus meus es tu. Ne elonges te à me, &c. Si vult eum.] More Hebraicò dictū, pro, si eum amore prosequitur. Lucas narrat, milites similiter illusisse Christo, his verbis, cap.23.e.36,

Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, dicentésque, Si tu es ille rex Iudæorum, saluum te fac.

44 Idipsum autem & latrones, &c.] Augustinus putat hic esse enallagen, ac numerum multitudinis poni pro singulari. Hieronymus tropū esse dicit qui appellatur syllepsis: quòd pro vno latrone, vterque blasphemasse inducitur. Pluralem numerū pro singulari poni etiam videmus suprà 26.a.8, vbi sermonē Iudæ discipulis generaliter adscribit Matthæus. Et ita solemus loqui vbi rei indignitatē exprimere volumus cōmissam ab huius generis homine, à quo nihil huius sperandum erat. Alterum enim tantùm Christo exprobrasse, manifestū est ex Luca, cap.23.e.39, dicente, Vnus autem qui erant suspensi facinorosorū, conuitia iaciebat in eum, dicens, Si tu es Christus, serua teipsum, & nos. Erat & hæc contumelia non postrema. quis enim innocens ferat vt ab homine nequissimo, latrone, damnato, extremæ, deploratæque fortunæ cōtemnatur ac sugilletur? Atqui sustinuit id Dominus, & maxima cum patientia. Ita deiici eum oportuit vt esset vermis, & non homo, & abiectio plebis, id est infimorum, vt etiā Psal. 22.a.7. prædictum fuerat.

45 A sexta autem hora.] Marcus, Quum verò facta esset hora sexta. Sexta illa hora, erat tertia diei pars, (quæ post duodecimam nostram diei incipiebat, hora videlicet prima à meridie) & ipsa solebat tota vsque ad horam nonā, sexta hora vocari. Vide suprà 20.a.1. Hinc videmus iā tribus horis Christū Dominū pependisse in cruce, siquidem Marcus testatur eum hora tertia fuisse crucifixum, vt dictum est suprà versu 35. Et ex præcedentibus satis apparet ante sextam fuisse cruci affixum. Tenebræ factæ sunt] Iam deinceps Euangelista commemorare pergit quæ circa mortem Christi, partim diuinitus, partim à crucifixoribus facta, partim ab ipso Christo dicta sunt. Et vt ordinem rerum gestarum seruet, primò miraculum tenebrarum ponit, quæ à sexta hora ad nonam vsque durarunt. Istas liquet non fuisse ex naturali

ſolis deliquio, ob id quòd luna tũ plena (ad cuius plenitudinẽ Iudæi Paſcha ex Legis præſcripto tum celebrabant) naturalem ſolis eclipſim cauſare non poterat. Cõſtat igitur miraculoſas fuiſſe, & diuinitus ei Iudæorum genti immiſſas. Non caruerunt autem ſignificatione iræ Dei, & futuræ cladis in Iudaicã gentem, quẽadmodum & tenebræ AEgyptiacæ iram Dei, & futuram vltionem AEgyptiorum portendebant. Et mundi interitum, ſolis & lunæ obſcuratio præcedet, vt ſuprà vidimus, cap. 24. c. 29. Significarunt etiam, poſtquam Dominum ſolem iuſtitiæ à ſe reieciſſent, & morte affeciſſent, horrẽdis tenebris ignorantiæ & impietatis adobruendos. Quòd item ſol fuit obtenebratus, hoc fuit teſtimonium quòd verus ſol iuſtitiæ patiebatur. Sol ergo teſtimonium reddidit creatori ſuo. Sicut enim ſplendor ſolis eſt quædam demõſtratio ſplẽdoris qui in Chriſto refulget: ita hæc eclipſis, quòd ſol æternus de mũdo decederet.

ˈſuper totam terram, vſque ad horam nonam. | factæ ſunt ſuper vniuerſam terrã, vſque ad horã nonã.

46 Et circa horam nonã ˈclamauit Ieſus voce magna, dicens, ˈEli, Eli, lamma ſabachthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me? | Et circa horã nonam clamauit Ieſus voce magna, dicẽs, Eli, Eli, lãma ſabacthani? hoc eſt, Deus me?, Deus me? vt quid dereliquiſti me?

ANNOT.

Super totam terram,] Ita Græce. neque enim illæ tenebræ occupabant vniuerſum terrarũ orbem, vt rectè ſentire videtur Origenes: ſed Iudæam dũtaxat, aut terrã Ieroſolymitanã: diſſentiẽte Theophylacto: alioqui vel caſu meminiſſẽt huius prodigii rerũ geſtarũ ſcriptores. Quẽadmodum & totus orbis apud Lucam cap. 2. a. 1, deſcribi dicitur: quum intelligatur orbis dũtaxat Romanus deſcriptus. Hoc ſolis deliquium in archiuis Romanorum ſcriptũ fuiſſe teſtatur Tertulianus in Apologetico. Nam vt alio in loco ſcribit, Pilatus hæc omnia Tiberio perſcripſerat. Euſebius quoque de hiſce tenebris & terræ motu, quo in Bithynia multa ædificia corruerũt, in chronicis meminit, adducto teſte Phlegonte Olympiadum adnotatore. Nõ deſunt qui has tenebras per vniuerſum orbem fuiſſe diffuſas ſcribant, Phlegontis & Oroſii ſcripturis adducti, deſcribentium fortaſſe ea quæ in archiuis Romanorum fuiſſe de hac re aſſeruata paulò antè diximus, à Pilato ad Tiberium perſcripta.

46 Clamauit voce magna,] Paulus Hebr. 5. c. 7, mentionem facit clamoris & lachrymarũ, dicens, Qui in diebus carnis ſuæ, quũ & precationes & ſupplicationes apud illum, qui poterat ipſũ à morte ſeruare, cũ clamore valido & lachrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet ex ſuo metu.

Eli, Eli, lamma ſabacthani?] Vox Chaldæa, ſiue Syra שבקתני ſabacthani, pro qua Hebræi ſcribũt עזבתני azabthãni, dereliquiſti me. Primus eſt verſus Pſalmi 22, in quo Dauid, qui perſonã Chriſti gerebat, expoſtulat. ſunt autem multa in eo pſalmo quæ non poſſunt niſi ſoli Chriſto cõuenire: quod vt oſtenderet Chriſtus, vſus eſt iſto initio. Quidã deſperationis vocẽ fuiſſe ſcripſerũt: quod falſum eſſe ſatis apparet ex eo quod apud Lucã legitur cap. 23. f. 46, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Quomodo enim potuiſſet ſpiritum ſuum commendare ei, de cuius erga ſe bonitate & fide deſperaſſet? Alii precationem eſſe voluerunt. Alii rectius docent qui potius querimoniã eſſe ſcribunt, quàm precationẽ: tametſi ſubſit precatio, licet verba nihil tale ſonent. nam quum Deũ ſuum vocat, ſimul oſtẽdit ſe ad eum confugere in quem habeat ſpem. Hæc valde eſt terribilis, longéque miſerrima inferorum abyſſus, ſentire te à Deo derelictum & alienatum: & quum inuocaueris, non exaudiri: perinde acſi in tuam perniciem ipſe conſpiraſſet. Eò Chriſtum videmus fuiſſe deiectum, vt coactus fuerit vrgente anguſtia exclamare, Deus meus, Deus meus, vtquid me dereliquiſti? Quod enim nonnulli volentes ſermonis abſurditatẽ (vt loquũtur) vitare, dicũt, ex aliorũ potius opinione, quàm ex ſuo ſenſu ſic loquutũ fuiſſe: nequaquam probabile eſt, quum ex intimi animi angore deductã fuiſſe vocẽ conſtet. Neque enim inuenimus, Deũ fuiſſe vnquam illi vel aduerſarium, vel iratum. Quomodo enim dilecto Filio in quo animus eius acquieuit, iraſceretur? aut quomodo Chriſtus Patrẽ aliis ſua interceſſione placaret, quẽ infenſũ haberet ipſe ſibi? Sed hoc nos dicimus, diuinæ ſeueritatis grauitatem eum ſuſtinuiſſe: quoniam manu Dei percuſſus & afflictus, omnia irati & punientis Dei ſigna expertus eſt: ad tempus cõiectus eſt quodammodo in numerum reproborum: non tamen demerſus. Cum deſperatione luctatus eſt, non fuit tamẽ victus, neque enim qui deſperati ſunt, poſſunt Deum appellare ſuum. Quum dicit, Deus meus: triũphum agit de tentatione. Hinc non paruam conſolationem percipimus, quum ita cum diaboli poteſtate, cum mortis horrore, cum inferorum doloribus manum conferendo, de illis retulerit victoriam, & triumphum egerit: ne vbi nobis aliquando ſubeunda fuerit mors, eam

ſubeamus tanquam maledictionem iræ Dei, neque in ea formidemus quæ princeps noſter deglutiuit: ſed ad iſtam victoriam quam nobis hîc peperit, confugiamus.

Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iſte.

47 Quidam autem illic aſtantium, quũ audiſſent,
dicebant, ʼEliam vocat iſte. F

Et continuò currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto & impoſuit arundini, & dabat ei bibere.

48 ʼEt continuò currens vnus ex eis, ‖quum acce- Pſal.69.e.22.
ptam ſpongiam impleſſet aceto ʼ, impoſuit arun-
dini, dabátque ei vt biberet.

Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.

49 Cæteri verò ʼdicebant, Sine, videamus an ve-
niat Elias ʼliberaturus eum.

ANNOT.

47 Eliam vocat iſte.] Expreſſius reddidiſſet interpres vocem Græcã, Inclamat, ſiue Inuocat. Non omnes, inquit Hieronymus: ſed quidam, quos arbitror milites fuiſſe Romanos, non intelligentes ſermonis Hebraici proprietatem, ſed ex eo quòd dixit Eli, putãtes Eliam ab eo inuocatum. Alii putant non hallucinatione factum, ſed per ludibrium & calũniam à Iudæis, vt paulo antè, Sperauit in Deo: ita & hîc deprauant vocem: quemadmodum hodie ſolẽt Euangelii hoſtes in aliũ ſenſum trahere quæ dicuntur aut ſcribuntur à miniſtris verbi Euangelii: ita & hîc tale quiddam paſſus videtur Chriſtus.

48 Et continuo currens] Hunc verſum præcedit id quod Iohannes de ſiti Chriſti ſcribit, his verbis cap.19.e.28,

Poſtea ſciens Ieſus quòd omnia iam conſummata eſſent, vt cõſummaretur Scriptura, dicit, Sitio. vas igitur erat poſitum aceto plenum. Scriptura quæ conſummanda ſupererat de ipſo, ſcribitur Pſal.69.e.22, Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Quum igitur audiſſent hanc vocem, Sitio: Quidam, ſiue vnus ex eis, vt narrat Marcus cum Iohanne, accipiens ſpongiã, implénſque aceto, & imponens arundini, obtulit ori eius, & dedit ei potũ. Iohannes videtur ſignificaſſe calamũ fuiſſe hyſſopi, cui circumpoſuerint ſpongiam. nam dicit, Circumponentes hyſſopo. licet hyſſopus nõ valde aſſurgat, in altitudinem fortaſſe pedalem. Quidam ſic legunt ex Matthæo, Marco, & Iohanne hunc locum, Et hyſſopo (id eſt nexu, colligationéque hyſſopi) circumponentes calamo, obtulerũt ori eius. vt hyſſopo, in Iohãne, ſeptimo caſui ſiue inſtrumentali, reſpondeat: illud autẽ calamo, in Matthæo & Marco, tertio caſui. Videtur iſte non malo animo acetum Chriſto miniſtraſſe: ſi verũ eſt quod quidam dicunt, acetum hauſtũ vulneratis accelerare mortem. Poteſt enim eſſe vt qui acetum hîc Chriſto porrexerit, cupierit eum ab extremis illis neceſſitatibus ac mortis doloribus velocius liberari poſſe. Et id crediderunt etiã iſti, opinor, qui dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberaturus eum: Quaſi cupientes eum tardius mori vt locus eſſet videndi num Elias adueniens liberaret eum: quod poſt mortem fieri non poſſe putabant.

49 Dicebant, Sine, vid. &c.] Marcus, cap.15.c.36, narrat hæc dicta fuiſſe ab eo qui ſpongia Chriſto acetum obtulit, apud quem videtur locus eſſe corruptus, legendúmque, Dixerũt autem, Sine, ſingulari numero, vt in quibuſdam Græcis codicibus legitur: non Sinite. neque enim alios prohibebat ne potũ darent, quum ipſe daret: & Matthæus cæteros illum prohibuiſſe ne daret, aperte ſcribat. Liberaturus eum.] Marcus habet, Ad deponendum eum, ſub. de cruce. Iohannes adhæc narrat, verſu 30,

Quũ ergo accepiſſet acetum Ieſus, dixit, Conſummatum eſt. Hoc eſt, omnia iam impleta ſunt, pertuli omnes afflictiones quas mihi Pater immiſit, & Scriptura immittendas prædixit: nihil reliquum eſt niſi vt corporalem meam vitam finiam. Memorabilis vox quæ Chriſti maieſtatem teſtatur, etiam in ſumma eius miſeria, & in extremo vitæ exitu. Manifeſtè enim ſignificat, ſe illum eſſe in quem Scriptura reſpiciat, de quo Scriptura vaticinetur, cuius paſſioni Scriptura tribuat maieſtatem expiationis peccatorum, & reconciliationis cum Deo Patre. Conſummatum igitur eſt, quia ipſe ſua cruce & morte omnia perfecit, vt nihil iã aliud reliquum ſit, quàm vt per mortem in æternam vitam & fœlicitatẽ ingrediamur. Quid igitur trepidamus? Conſummatum inquam eſt, peccatum expiatum, ira Dei placata, mors victi, regnum Dei partũ, cælum apertum: breuiter, omnia ad ſalutem noſtram neceſſaria, perfecta, impleta & abſoluta ſunt.

Iesus autem 'quum iterum clamasset voce ma- 50
gna,'emisit spiritum.

Iesus autem iterū clamans voce magna, emisit spiritū.

1.Para.3.d.14 ‖Et ecce,'velum templi scissum est in duas par- 51
tes,à summo vsque ad imum:'& terra mota est,&
petræ scissæ sunt,

Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt,

ANNOT.

50 Quum iterum clamasset] Hic noster cum Marco,clamasse quidem Christum memorat:quid verò clamauerit,Lucas exprimit,his verbis,

Pater,in manus tuas commendabo spiritum meum. Spiritus pro animæ essentia immortali. Declarant hæc maiestatem Christi, quòd deponat spiritū suum, non quum homines cogunt,sed quum ipse vult. vnde & Pilatus admirabatur postea quòd Christus tam cito mortuus esset.Præterea quum Deum vocat Patrem,significat se filium Dei. Quum verò deponit spiritum suum & moritur,significat se Filium hominis ac verè hominem esse.Deinde quum deposuerit spiritum suum apud Deum Patrem, manifestè docet quòd spiritus hominum post hanc vitam non ita extinguantur, vt nihil omnino sint:(vt impie nonnulli sentiunt,homines nulla religione,& sine Deo:)sed quòd viuāt coram Deo.Adhæc quum deponat spiritum suum apud Patrem,reponit etiam omnium piorum spiritus in manum Dei,vt & interea temporis,dum adueniat nouissimus dies,apud Deum cū ipso Christo fœliciter viuāt: & in nouissimo die vnà cum corpore ad perpetuam vitā resuscitentur. Hic viam nobis patefecit,vt dubiū non sit Deum recepturū animas nostras, si cōmittamus ei fide viua,tanquā fideli tutori,vt Stephanus Christo,Act.7.g.59,Domine Iesu suscipe spiritū meum. In futuro autem loquitur,acsi dicat,Pater libenter depono, siue committo animam meam in manus tuas, quia tu eris illius custos. Docet etiam suo exemplo quid agere debeant omnes fideles, nempe vt quandiu viuunt, commendent animas suas fideli tutelæ Dei, vt etiam fecit Dauid,Psal.31.b.6,In manum tuam commendo spiritū meum: redimes me Domine Deus veritatis.Vbi item mors imminet, debemus commendare eas tutelæ ipsius. Hinc postremò consolationem accipiant qui iniustè ab iniquis occiduntur,quòd quum extrema designare in corpora piorū permittātur impii,spiritus tamē illorū intactos relinquere velint nolint cogūtur, vt illos cū bona securitate,quicquid corporibus contingat, in manus Dei cōmendare queant.Sic Christus suprà cap.10.c.28,Nolite timere eos qui occidūt corpus,animam autem non possunt occidere.

Emisit spiritum.] Lucas,Et quum hæc dixisset,inclinato(ait Iohannes) capite,tradidit spiritū.Nempe Patri.Marcus cum Luca,Expirauit.Mortis est periphrasis,Emittere spiritum,& Tradere animam.Quòd cum clamore magno spiritum emisit, indicium fuit maioris potētiæ quàm homini morienti conueniat. Indicabat se sua spōte,vt dictum est,animam deponere,iuxta illud Iohannis.10.d.18,Potestatē habeo ponendi animam meam,& potestatem habeo iterum sumendi eam.Ad quod etiam facit quod Iohannes dicit,inclinato capite tradidisse spiritum,nam reliqui morientes,primùm moriuntur,dein capita inclinant: hic verò primùm caput inclinat,dein spiritum suum voluntariè tradit Patri. quod certe omnino conuenit ei morti,quæ propter subsequentem resurrectionem,non mors, sed obdormitio dicitur. Velut enim in lecto quodam dormiturus,caput inclinauit.

51 Velum templi scissum] Lucas dicit scissum fuisse medium in duas partes. Sunt qui dicant vi & potentia clamoris Christi morientis velum templi scissum,petras ruptas, terrámque motam esse: expendentes diuinam in Christo moriente virtutem, vt credamus Christum in ipso quoque mortis articulo virtutem suam pro arbitrio exercere potuisse: ne dubitemus eum nobis morientibus adesse posse, qui in sua morte tantum virtutis ostenderit. Non carent autem hæc mysterio. Nam in velo Deus ostendit Iudæis,totum quod instituerat,esse figuratum & vmbratile: nam velum oppositum erat inter populum & Sanctum sanctorū,ne videret quæ fiebant. Aduentu verò Christi velum sublatum, vmbræ discussæ,ceremoniæ abolitæ cruce eius,vt docet Paulus,qui eas chirographū nominat Coloss.2.c.14,vbi apertissimis verbis,vt & in epistola ad Hebræos,capitibus nono & decimo scribit viā apertā esse morte Christi in Sancta sanctorum,hoc est in vitam æternā,omnibus fidelibus:omnia plenè reuelata esse in Christo,nullum amplius superesse velum:in quo omnia reuelata facie licet contemplari. Hinc videmus quid differat Euāgelium à Lege:in eo summa claritas per Christum exhibetur:Moses verò velum interpositum habebat. Et terra mota est, &c.] Hic terra testimonium red-

dit Chriſto ſuo, vt ſuprà verſu 45, reddiderat ſol. His etiam ſignificabatur, orbem commouẽdum Euangelio, & ſaxea pectora ſcindenda per pœnitentiam. De his canſit pſalmi 97, 98, 99.

Et monumẽta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorũ qui dormierant, ſurrexerũt.

52 Et monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt.

Et exeũtes de monumentis poſt reſurrectionẽ eius, venerunt in Sanctam ciuitatem, & apparuerũt multis.

53 Et egreſſi è monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in Sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Centurio autẽ, & qui cum eo erãt cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu & his quæ fiebãt, timuerũt valde, dicentes, Verè filiꝰ Dei erat iſte.

54 Centurio verò, & qui cum eo erant cuſtodiẽtes Ieſum, viſo terræmotu & his quæ facta fuerãt, timuerũt valde, dicentes, Verè filius Dei erat iſte.

ANNOT.

52 Multa corpora ſanctorum] Hæc virtutem mortis Chriſti teſtabantur, qua ad vitam electi reuocantur ex morte. Non omnibus ſanctis id accidit: ſatis enim fuit ſpecimen in nõnullis datũ eſſe: vt appareret Chriſtus morte & reſurrectione ſua vitam & reſurrectionem attuliſſe. hoc noſtra cauſa factum eſt: videmus enim reſurrectionis noſtræ datum teſtimonium non tãtùm in Chriſto, ſed etiam in fratribus noſtris. Sanctos intellige eos qui in Chriſti venturi fide mortui fuerant, cuius ſanguine ſe coram Patre ſanctificandos, & à peccatis purgandos firma fide credebant. Qui dormierant,] De hac dormitione vide ſuprà cap. 9. c. 24.

Surrexerunt.] Apparet iſtos ſtatim mortuo Chriſto reſurrexiſſe: verùm non egreſſos è monumentis, nec apparuiſſe prius quàm reſurrexiſſet Chriſtus. Vnde reſurrexerunt, ſiue ſurrexerunt, poſitum eſt pro reuixerũt. Atque id ſatis indicat ſequens verſus, in quo dicitur egreſſos è monumentis poſt reſurrectionem eius. Idem indicat & Hieronymus, ſcribẽs in hunc locum, Quomodo Lazarus mortuus reſurrexit, ſic & multa corpora ſanctorum reſurrexerunt, vt Dominum oſtenderent reſurgentem. Et tamen quum monumenta aperta ſint, nõ antè reſurrexerunt quàm Dominus reſurgeret, vt eſſet primogenitus ex mortuis. Idem indicat Chryſoſtomus, quum dicit ad Chriſti morientis vocem excitatos mortuos, qui poſtea reſurgente Chriſto pariter exirent: ídque declarat apertius Origenes hunc enarrans locum. Qui autem ſancti illi fuerint qui reſurrexerunt, & an in hac vita præſenti aliquandiu manſerint, iterúmque mortui ſint, vel cum Chriſto ad cæleſtia migrauerint: curioſum videtur inueſtigare, quũ nihil horum ponat Euangeliſta: neque id affert magnũ fructum. Quid enim refert an in aliquo ſeruentur loco, vbi expectẽt reſurrectionem, an in ſepulchrũ redierint? Multæ ſunt rationes in vtranque partem, ſed nihil certi colligitur. Siquis ea de re legere velit, legat epiſtolam Auguſtini XCIX, ad Euodium, & lib. 3. de mirabilibus Scripturæ, cap. 13.

53 Poſt reſurrectionem eius,] Surrexerant igitur, id eſt reuixerant: vt præcedenti verſu dictũ eſt, verùm è monumẽtis non exierãt antequàm ſuſcitatus fuiſſet Chriſtus, primitiæ dormientiũ. Verior enim videtur iſta diſtinctio quæ poſt RESVRRECTIONEM fit, quàm quæ poſt MONVMENTIS. In Sanctã ciuitatem,] Vide annotationem ſuprà cap. 4. a. 5.

54 Centurio verò, &c.] Marcus cum Luca de Centurione ſeparatim ſic narrant, Quum vidiſſet autem Centurio qui aſtabat ei ex aduerſo, quod fiebat: hoc eſt, vt ait Marcus, quòd ſic clamans expiraſſet, glorificabat (ait Lucas) Deum, dicens, Verè homo iſte iuſtus erat: Marcus, filius erat Dei. Noſter hic coniunctìm ſcribit de Centurione & iis qui cum ipſo cuſtodiebant ſepulchrum. Centurio hic, Romanus erat, à Præſide Pilato miſſus, & Chriſto dãnato additus, nequid oriretur tumultus. Cõmouetur iſte cum crudeli aliâs militũ ſuorũ cohorte: Iudæi autem non commonebantur vllis rebus, quin perpetuò Meſſiam ſuum abnegarent: vt cernamus quantus fuerit ſtupor in ipſis, præſertim iis qui præſidebãt: quanta præterea cæcitas & excæcatio, quòd ſine vllo ſenſu lapides ſcindantur, hominum corda nullum motum ſentiant. Horribilis ſtupor fuit quo diabolus mentes ipſorum occupauerat. Quod Centurio apud Lucam, iuſtum eſſe Chriſtum: apud Marcum verò, filium Dei, eſſe dicit, eodem ſenſu accipiendum exiſtimo: non enim videtur Centurio intellexiſſe Chriſtum fuiſſe Dei filiũ ex eius ſubſtantia ab æterno: ſed de eo loquebatur vt vulgo ſolemus de bono viro loqui. Quum iuſtum eſſe pronuntiat, factam illi fuiſſe iniuriam, & iniuſtè condemnatum indicat, ſimúlque filium Dei. Non eſt certe verbis inhærendum: ſpectandum verò quid voluerit Euangeliſta, nempe Iudæorum duritiem oſtendere: quũ Gentiles ipſi educati in idololatria profecerint in iudi-

ciis Dei. Intellexerunt enim ex his quæ facta fuerant, propter quæ valde timuerũt, Deum irasci Iudaicæ malitiæ: vnde collegerunt isti homini factam esse vim, fuisse illum Deo charum, atque adeò iustum & innocentem. Tametsi enim Gentiles homines essent, crediderunt tamẽ Deum irasci & exacerbari si innocentes occiderentur. Post hæc addit Lucas,

Et omnes quæ simul accesserant turbæ ad spectaculum hoc, videntes quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Nẽpe in suas ædes. Percussio pectorũ erat signum doloris, & tale vt timerent ne vindicaret Dominus mortem innocẽtis hominis. Nam id signũ datur, vel quum nos pœnitet peccati: vel quum calamitas impendens timetur. Et certe tota regio polluitur in qua funditur sanguis innoxius. Significat ergo multos ex simplicioribus confessos suũ reatum: ptimoribus, nempe Scribis, Pharisæis, Pontificibus & Principibus permanentibus in sua impietate.

Ha.4.32. ‖Erant autem ibi ʼmulieres multæ è longinquo spectantes, ʼquæ sequutæ fuerãt Iesum à Galilæa, ʼministrantes ei: 55

Erant autem ibi mulieres multæ à lõge, quæ sequutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:

ANNOT.

55 Mulieres multæ, &c.] Lucas habet, Stabãt autẽ omnes noti eius procul, & mulieres quæ sequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. Hi noti, videntur fuisse Galilæi, qui in Christo non nisi carnalia quærebant. Quum enim profecturus erat è Galilæa in Ierusalem, percrebuerat fama inter notos, amicos, & discipulos eius, quòd esset accepturus Ierosolymis regnum suum per Prophetas promissum, vt habes Luc. 19.b.11. Idem etiam mater filiorum Zebedæi significabat, quum peteret vt Christus collocaret alterum ex filiis ad dexteram, alterum ad sinistram in regno suo. Existimabant enim regnum eius in hoc seculo fore externum, & corporale: quare magna animi prõptitudine & alacritate ad vrbem Ierusalem profecti erãt cũ Christo. Quos propterea secum adduxit vt discerent reipsa regnum suum non esse corporale: & vt quem viderẽt ignominiosissime crucifigi & mori, eum viderent etiam gloriosissimè à mortuis resurrexisse, & in regno Patris sui viuere. In his autẽ Christi notis & amicis, tametsi è longinquo spectarint, constantiæ & fidei exemplum habemus, qui in tantis periculis sequuntur illum vsque ad crucem, fugientibus discipulis. Maximum verò in mulieribus: quarum meminit Euãgelista, maximè quòd hoc faciat ad contextum historiæ. dicet enim postea eas venisse ad sepulchrũ: & historiæ de resurrectione fidem facient. Interea autem notanda est illarum insignis fides. Grauis erat tentatio, videre Christum tanta ignominia affectũ, & tandem mortuum: horribile item spectaculũ, videre eius cadauer. Non leuiter ergo probata est earũ fides, quum ante oculos suos viderunt Christũ iacentem mortuum, vnde vitam sperare debebant. Mira præterea in his constantia & magnanimitas. non enim illic erant sine periculo: tantum erat odium Christi. semper enim astant donec sepeliatur corpus. Mira etiam fides, vt iam dictũ est, quòd tam horrendo spectaculo non deficiunt ab eo. Quòd non è vicino, sed è longinquo stant, muliebris quidem metus indicium erat. nam tametsi Dominum diligebant, non tamen sine carnis infirmitate. Quarum exemplo discẽdum est nobis, non statim abiicere infirmos & meticulosos, quasi nihil illis insit dilectionis in Dominum. Quæ sequutæ f. Iesum à Galilæa,] Galilææ igitur erant mulieres: vt & discipuli, viri Galilæi fuere. Ministrãtes ei:] Quid ministrauerint, docet Lucas cap. 8.a.3, dicens, Quæ ministrabãt ei de facultatibus suis. Non tantùm autem personæ Christi ministrauerunt, sed & Apostolis sequẽtibus ipsum qui eo subsidio vsi sunt. Locus diligenter notandus: Rex regum qui omnes alit, cæli ac terræ Dominus nihil habebat vnde se sustentaret, nisi quantum accipiebat à sectatoribus. Propterea dicit Paulus 2.Corin.8.b.9, Nostis enim beneficentiam Domini nostri Iesu Christi, quòd propter vos pauper factus sit, quũ esset diues: vt vos illius paupertate ditesceretis. Quo argumento vtitur Apostolus vt fideliũ mentes ad largius impẽdendam pauperibus eleemosynam permoueat. Hac sua paupertate dedit exemplum Christus, vt ii quibus spiritualia seminantur, parati sint ad communicãdas terrenas suas facultates doctoribus suis. alioqui facillimũ fuisset Domino absque vllo mulicercularum istarum subsidio & se & suos discipulos sustẽtare. Verùm quod dixit discipulis, Luc. 10.b.17, Edite quæ apud eos sunt: &, Dignus est operarius cibo suo: illo ipse quoque vti voluit. Hic etiã mulierũ exemplo docemur, bene agendo nõ defatigari, & in cursu bene cœpto permanere. vt viuũ erant sequutæ, ita nũc mortuũ prosequũtur.

Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Quum autem sero factum esset, venit quidã homo diues ab Arimathæa, nomine

56 Inter quas erat Maria Magdalene,& Maria 'Iacobi, & Iose mater, '& mater filiorum Zebedæi. G

57 ['Quum autem vespera facta esset, 'venit homo diues 'ab Arimathæa, nomine Ioseph, Mar.15.d.42. luc 23.g.50. iohã.19.g38.

ANNOT.

56 Iacobi,] Marcus addit,minoris:siue vt Græce,parui.quod cognomen fuisse apparet.sic distinguitur à Iacobo altero. Et mater fil.Zeb.] Marcus addit matris nomen,Salome.Simul etiam addit,Et aliæ multæ quæ simul ascenderãt cum eo Ierosolymã.Nonnullas enim ex illis sanauerat à spiritibus malis & infirmitatibus, vt ait Lucas cap.8.a.2. Sequũtur mulieres, sed vbi interea discipuli? Sic confunditur virtus hominũ à Deo,vbi potenter operatur in vasis fragilibus.Quid post hæc factum sit,narrat Iohannes cap.19.f.31,his verbis,

Iudæi ergo(quoniam parasceue erat,vt non remanerent in cruce corpora sabbatho:erat enim magnus dies ille sabbathi)rogauerunt Pilatum, Iohan.19.f.31

&c. vsque ad 38 versum, in quo narrat eadem quæ noster sequenti versu,dicens,Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph,&c.

57 Quum autem vespera facta esset,] Vertendum,vespera fieret:sole scilicet ab hora nona tendente,vergẽtéque ad occasum.Necdum enim vespera facta erat, quum Ioseph petiit corpus Iesu:quandoquidem & ante initium noctis, existente adhuc parasceue, sepulchro conditus est Dominus.nam à vespera illa incipiente,magnum incipiebat sabbathum, in quo neque corpus deponi,neque sepeliri,ac sepulchro condere licuisset.Hunc esse sensum Euangelistæ, nemo ambigere debet, tum id requirente Iudaicæ gentis obseruatione, tum dicente Ignatio in ea quæ ad Trallianos est epistola, Ante solis occasum de cruce depositus est,& sepultus est in monumento nouo. Adhæc,si iam sero factũ fuisset,sabbathũ iam cœpisset, nec diceret Marcus cap.15.d.42, Quia erat parasceue, quod est antesabbathum, venit Ioseph ab Arimathæa, &c.Nec rursus Lucas cap.23.g.53,de Ioseph loquens,Et posuit eum in monumento exciso,in quo nondũ quisquam positus fuerat:& dies erat parasceues,& sabbathũ illucescebat.Post crucem Domini, summa diligentia hic describitur eius sepultura, potissimis excussis circunstantiis, quando videlicet sepultus sit,à quo, & quomodo. Venit homo diues &c.] Multa prædicantur de hoc Christi discipulo à quatuor Euangelistis,quòd diues fuerit, quòd vir bonus, honestus,iustus,Senator siue Consul, quòd regnum Dei expectaret, quòd Christi discipulus, sed occultus, quòd Iudæorum consilio & facto non consenserit. Diuitem fuisse, noster commemorat:nõ quòd in Christo quicquã valeat esse diuitem: sed vt veluti rationem assignet cur hic Ioseph corpus Iesu à Romano præside tam facile impetrarit. nam multa est diuitũ prærogatiua apud huius seculi iudices.Dein vt fides illius,licet occulti discipuli,in hoc facto prædicetur.Discimus etiam hinc,fieri quidem posse vt diuites,regni cælorum participes fiant: modò curent tales esse qualis iste prædicatur, boni,honesti, iusti, qui regnum Dei expectent, in quo solo vera est & æterna opulentia.Præterea,ne illi diuites,& in excellenti gradu constituti,vacationem se habere putent,& plebeium existiment aliquid pro Christo pati. Marcus, honestum virum fuisse scribit,& Senatorem,siue Cõsulem, quod & Lucas dicit:addẽs,virum bonum & iustum, qui non consensisset consilio & facto Iudæorum. Obseruandũ exemplum Senatoribus & Consulibus,vt honesti,boni & iusti sint:sibíque caueãt ne contra consciẽtiam in facinus aliquod iniustum,præsertim vbi innoxiorũ sanguini insidiæ tendũtur, consentiãt. Si prohibere quod malũ est nõ possunt, hoc tamẽ possunt, vt sententia sua nõ approbent.Hic Ioseph perpetuã inde laudem retulit,quòd Iudæis Christũ condemnantibus nõ cõsensit.Præterea intelligamus nos nõ fore veros Christi discipulos nisi boni & iusti simus,nisi pura cõscientia viuamus corã Deo.quod non cõtingit ex nobis,& tamen tũ inter discipulos Christi censebimur quum tales erimus.At vbi (dices) erit talis iustitia, quũ omnes simus peccatores? Scriptura quũ sanctis iustitiam tribuit,non tollit remissionem peccatorum. Ita Zacharias & Elizabeth iusti erant,grati Deo ex gratia illius & peccatorum remissione. non enim iusti esse possumus ex operibus, nec accepta erũt opera,nisi ea acceptet Deus,non imputando quod deest nostris operibus.Sic iustus erat Ioseph qui regnum Dei expectabat,& Messiam illũ,cuius merito quod deerat operibus,sarciendum erat,imò cuius solius merito opera accepta sunt Patri,in quem pii oculos coniiciebant. Ab Arimathæa,] Ciuitatem Iudæorum fuisse dicit Lucas. Quidam volunt eandem esse quæ & Ramatha dicitur, Leuitis quondam separata,

Samuele propheta illustris, sita in Thamnitica regione montis Ephraim iuxta Lyddã, quæ postea Diospolis dicta fuit. Addunt præterea Marcus & Lucas, Qui & ipse erat expectãs regnũ Dei. De Simeone dicitur Luc.2.d.25, Et homo iste, iustus ac pius, & expectãs consolationem Israel. Præter eum erãt alii multi, quibus (vt eodem capite dicitur, f.38,) Anna prophetissa de Christo loquebatur expectantibus redemptionem Ierosolymis. Regnum Dei quod expectabant, consolatio Israel, & redemptio, erat Messias qui fide regnaturus erat in cordibus suorum, & consolaturus eos per redemptionem qua eos à peccatis & potestate satanæ redẽpturus erat. Hunc qui expectabant, verè iusti erant iustitia Dei, & iustitiæ dabant operam, operibus iustitiam cordis ostendentes.

'qui & ipse discipulus erat Iesu. — Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu.

58 'Hic accessit ad Pilatum, 'ac postulauit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. — Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

Har.4.33 59 ‖'Et quum accepisset corpus Ioseph, inuoluit il- — Et accepto corpore, Io-

ANNOT.

Qui & ipse discipulus erat Iesu,] Iohannes addit, Occultus autem propter metum Iudæorum. Hic prædicantem Christum audierat, & didicerat ab eo, ipsum esse Messiam, idque verum esse, persuasum habebat: non audebat autem palã confiteri, quòd vt ait Iohannes cap. 9.d.21, conspirassent Iudæi, vt siquis eum confiteretur Christum, è synagoga eiiceretur. Ex eorum numero erat de quibus idem Iohannes cap.12.f.42, dicens, Verũtamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ne è synagoga eiicerentur. Hinc videmus quid sit, discipulũ esse Christi, nempe eum confiteri palàm. Occultum verò esse propter metum Iudæorum, non audere confiteri, metuendo excommunicationem à Pharisæis eorúmque similibus.

58 Hic accessit ad Pilatum,] Marcus dicit, Audacter ingressus est ad Pilatum. Hic perspicimus, quicquid animi habent homines & virtutis, id totum esse à Deo. Quũ viueret Christus, discipulus quidem illius erat, sed timebat: post cuius mortem magis erat ei timendum. Nũc verò videmus audentiorem factũ, non sua virtute, sed sola Dei gratia, & virtute Spiritus sancti: qui spiritus fortitudinis dicitur, Esa.11.a.2. sumus enim plus quàm effœminati, nisi eius virtute impellamur. Ne igitur nobis placeamus in nostra imbecillitate, sed petamus à Deo vt nos suo Spiritu corroboret. Videmus præterea quàm non debeamus desperare de illis qui licet aperta nondum confessione veritati Euangelicæ sese coniungant, corde tamen illam amplectũtur, & occulti sunt illius discipuli. Vbi occasio dabitur, potest illis per diuinam gratiã contingere, vt (metu perculsis eius discipulis, qui manifestam iam habent veritatis professionem,) ipsi prodeant, & apertè testẽtur quàm non consenserint in effusionem illam sanguinis innoxii, & veritatis oppugnationem. Ne igitur meticulosos & in fide infirmos abiiciamus, aut condemnemus. Infirmitas quidem & metus non sunt approbanda, nec commendãda: sed homines propter infirmitatem fidei suæ non sunt abiiciendi: de quibus Paulus Rom.14.a.1. Inter infirmos autem non comprehendimus dissimulatores illos, qui veritatem Euangelii in iniustitia detinent, & nequid detrimenti accipiant hoc in mũdo, contra conscientiã multa & dicunt & faciunt, ne deprehendantur esse Christiani, & Euangelii sectatores: qui tandem iusto Dei iudicio in tantam impietatem dilabuntur, vt etiam Christum & Christi discipulos irrideãt. Quid nunc non audendum pro Christo suscitato, & in cælum sublato, quum pro mortuo videamus istum Ioseph in tantum periculũ sese coniicere? Ac postula. corpus Iesu.] Iohannes, Rogauit vt tolleret corpus Iesu. Timebat enim ne ludibrio aduersariorum exponeretur. Nec audet eum propria potestate deponere. nam corpora eorum qui à magistratu plectũtur, etiam post mortem in potestate sunt magistratus. Marcus addit, cap.15.d.44, Pilatus autem admiratus est si iam mortuus esset: & accersito ad se Cẽturione, interrogauit illũ an iãdudũ mortuus esset. Et re cognita donauit corpus ipsi Ioseph. Iohannes, Idque permisit Pilatus. Noster hic, Iussit reddi corpus. Hæc fuit velut præparatio quædam ad comprobandam veritatem resurrectionis Christi: ne illi perfidi forte dicerent eum simulasse mortem, & ab ea simulatione mortis resurrexisse, propterea diligenter commemoratur ipsum verè mortuum fuisse etiam ipsis testibus. Singulari autem Dei permissu factum est vt Pilatus corpus Christi concederet ipsi Ioseph: nam prædictũ fuerat sepeliẽdum esse: quod ad resurrectionẽ faciebat.

59 Et quum accepisset corpus Ioseph,] Marcus, Et is mercatus sindonem, depositũ eum

innoluit ſindone. Voluit Deus Chriſtum ſuũ ſepeliri, & quidem ſepultura glorioſa, quũ mors eius nihil niſi ignominiam habuiſſet. magnifica fuit, quòd eſſet quædam præ paratio ad reſurrectionem. Et ideo mortui ſepeliri debent honeſto aliquo integumento: quo deponuntur vſque ad diem reſurrectionis. Iudæi plures ceremonias habuerũt in ſepeliendis mortuis, quibus tanta lux non affulgebat. Hoc tantũ commune cũ illis habemus, ne auibus aut feris relinquamus cadauera, ſed terræ cõdamus, vbi aſſeruãtur vſque ad diem aduẽtus Chriſti. Quòd inuolutũ ſit ſindone munda, & poſitum in monumento nouo, his nouũ fuiſſe aliquid deſignabatur quod inauditum erat. Nihil enim commune habere oportuit Chriſtũ cum aliis mortuis: quia viam patefacere debebat ad nouam vitam. Sindonem fuiſſe mundam dicit noſter Matthæus: ideo ſcribit Marcus quòd mercatus ſit ſindonem, videlicet quæ noua eſſet, nullis antea vſibus accommodata. Admonet nos quoque Chriſti ſepultura noſtri officii, de quo Apoſtolus, Ro. 6.a.4, diſſerens, ait, Sepulti igitur ſumus vnà cum illo per baptiſmũ in mortem, &c. Vbi multis verbis docet quid ſit cum Chriſto ſepeliri, & cum illo reſurgere. Iohannes cap. 19.g. 39, addit de quodam etiam diſcipulo Chriſti, nomine Nicodemo, qui ipſum Ioſeph iuuit in ſepeliendo Chriſto, dicens,

Venit autem & Nicodemus (qui venerat ad Ieſum nocte primùm) ferens miſturã myrrhæ & aloes ad libras fermè centum. Acceperũt ergo corpus Ieſu, & obuinxerunt illud linteis, cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autẽ in eo loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quòd in propinquo eſſet monumentum, poſuerunt Ieſum. Iohã. 19.g.39

Et hic Nicodemus etiam periculoſiſſimo tempore, Chriſtum confitetur: qui antea noctu, ſibi timens, acceſſerat ad Ieſum, vt doceretur. Erat autem homo (inquit Iohãnes cap. 3.a.1,) ex Phariſæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit, Rabbi, &c. Idem aduerſus ſuæ ſectæ homines ſic defendit Chriſtum cap. 7.g.50, Dicit Nicodemus ad eos, is qui venerat ad eum nocte, qui vnus erat de numero eorum, (nempe Põtificum & Phariſæorũ) Num lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Reſponderũt & dixerũt ei, Num & tu Galilæus ès?

Quòd aromatibus condirentur mortuorũ corpora apud Iudæos, videmus in ſepultura Iacob, de qua Gene. 50.a.2, Et præcepit Ioſeph ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem ſuum: & aromatibus condierunt medici ipſum Iſrael. Et completi ſunt ei quadraginta dies. ſic enim complentur dies eorũ qui condiũtur aromatibus. Hæc autẽ aromata adhibebantur vt putredini obſiſterent. Propter Paraſceuen, id eſt quia adhuc Paraſceue erat: vt etiam Lucas dicit, Et dies erat Paraſceues, & ſabbathũ illuceſcebat. nam quũ adhuc dies erat, citra veſperam, ſepulchro corpus Ieſu conditum eſt, quod & Ieſum homonymè Iohannes appellat. Quod verò Lucas dicit, Illuceſcebat ſabbathum: idem ſignificat quod inſtabat, & iam Hebraica obſeruatione, lucernæ accendebantur, quas cœpta veſpera, & poſt clangorem tubæ non licebat accendere, ſicuti nec quicquam aliud apparare. Et ita, quia lucernæ accendebãtur ſub veſperam ratione ſabbathi ab illa incipientis, ſabbathum illuceſcere dicebatur.

ſeph inuoluit illud in ſindone munda, | lud ſindone munda,

60 Et poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit. | Poſuítque illud in monumẽto ſuo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluto ſaxo ingenti ad oſtium monumenti, abiit.

61 Erat autẽ ibi Maria Magdalene & altera Maria, ſe- | Erat autem ibi Maria Magdalene & altera Ma

ANNOT.

60 In monumento ſuo nouo,] Nouum exponit Lucas cum Iohanne, in quo nondũ quiſquam poſitus fuerat. Quod excid. in petra,] Marcus, Quod exciderat è petra. Aduoluto ſaxo ing. ad oſt. mo.] Nequis forſitan vel in mortuũ ſæuiret, vel illud ſuffuraretur. Ita enim diuina prouidentia omnibus vanis ſuſpicionibus voluit mederi, ac glorioſæ eius reſurrectioni viam ſternere.

61 Erat autem ibi Ma. Magd.] Marcus, At Maria Magdalene & Maria Ioſe ſpectabant vbi

poneretur. Lucas, Subſequutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentũ, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. Quam Mathæus alterã Mariam vocat, Marcus dicit fuiſſe Mariam matrem Ioſe, fratris Iacobi. Vide annotationem ſuprà cap. 12. d. 46. Subſequutas mulieres apud Lucam, Marcus Magdalenam & Mariam Ioſetis exponit.

Lucas addit,

Luc. 23. g. 56. Reuerſæ verò parauerũt aromata & vnguenta: ac ſabbatho quidẽ quieuerunt ſecundũ præceptum. Quando parauerint, liquet ex Marco cap. 16. a. 1, dicente, Et quum præteriſſet ſabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venirent & vngerent Ieſum. Nam paulo poſt quàm notauerunt locum, & viderunt quomodo poſitus fuiſſet Dominus in ſepulchro, superuenit ſabbathum, & ſecundum mandatũ quieuerunt ipſo die ſabbathi: quo tranſacto, ſtatim parauerũt aromata & vnguẽta. Vnde præpoſterus verborum ordo eſſe videtur apud Lucam: qui ſic legendus eſſet, Reuerſæ verò ſunt, ac ſabbatho quidem ſiluerũt propter mandatũ: quo tranſacto parauerunt aromata & vnguenta. Mandatum Domini intelligit, qui quodcũque opus prohibuit fieri die ſabbathi, Exod. 20. b. 10 Obſeruantiam Legis diuinæ ſuo erga Dominum amori iure hac in re prætulerunt.

ria, ſedentes contra ſepulchrum.
'Poſtera autẽ die quæ ſequitur Paraſceuen, con- 62
uenerunt principes Sacerdotum & Phariſæi ad
Pilatum,
Dicẽtes, Domine, recordati ſumus 'quòd impo 63
ſtor ille dixit adhuc viuẽs, 'Poſt tres dies reſurgo.
Iube ergo muniri ſepulchrũ vſque in diem ter- 64
tium: 'nequando veniant diſcipuli eius noctu, &
furẽtur eum, 'dicántque plebi, Surrexit à mortuis:

dentes contra ſepulchrum.
Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt principes Sacerdotũ & Phariſæi ad Pilatum,
Dicentes, Domine, recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgam.
Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſq; in diem tertiũ: ne forte veniãt diſcipuli eius, & furẽtur eũ, & dicãt plebi, Surrexit à mortuis:

ANNOT.

62 Poſtera autem die quæ ſequitur Paraſceuẽ,] Id eſt in ipſo ſabbatho. Iſta licet malitioſo Sacerdotum & Phariſæorum, prudẽti tamen Dei facta ſunt conſilio, vt aduerſarii Chriſti, teſtes ipſi ſint reſurrectionis eius, quam tamen ſummopere impugnare ſatagebant. Volebant illum penitus extingui, attamen ſua improbitate efficiunt vt illuſtrius teſtimonium habeat reſurrectio. atque ita gloriæ reſurrectionis Chriſti inuiti ſeruierunt. Neque aliter euenit impiis omnibus erga pios: quibus enim lædere eos volunt, iis promouent ſalutem piorum: imò noſtris oculis videmus, vt quo furioſius hoſtes Euangelii contendunt euertere veritatem, magis eluceſcat. Multa profecto ignorarentur, niſi miniſtros Euangelii inſtar cotis acuerẽt iſti Chriſti & eius Euangelii inimici. Quod non fit ſine mirabili Dei prouidentia. Vide autem vt iſti Sacerdotum principes hypocritæ, qui Chriſtum reprehendere ſolebant, quòd die ſabbathi ægrotos curaret, eodem die ſabbathi res ſuas agant, vt malitiæ ſuæ contra Chriſtum inſeruiant.

63 Quòd impoſtor ille dixit, &c.] Dixerat hoc Chriſtus ſuprà cap. 16. c. 21, & 20. c. 19, Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis, &c. & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigẽdum, & tertia die reſurget. Sed & apertius illud ex Iuda diſcere potuerãt, quòd tertia die reſurrecturus eſſet, ex verbis ipſius Chriſti quæ ipſe Iudas audierat. Nam quod hìc dicitur, Poſt tres dies reſurgam: perinde intelligi poteſt, atque Intra tres dies, ſiue tertia die. Et quòd illi ſic intellexerint, id quod adiecerunt manifeſtè indicat, ſcilicet, Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium. nam ſi intellexiſſent eum dixiſſe ſe ſurrecturum poſt diem tertiũ, id eſt die quarto, dixiſſent, Vſque in diem quartũ etiam integrum.

Nequando veniant diſcip.] Vide impiorum anxietatem, & conſcientiarum ipſorum irrequietudinem, qui nullius animi hominibus, deiectis prorſus & meticuloſis tantum audaciæ & perfidiæ tribuant, vt monumentum ingẽti ſaxo aduoluto ſtudioſè communitum accedant, & ſepultum furentur, & reſurrexiſſe fingãt, quem ægerrimè poſt reſurrectionem excitatũ eſſe crediderunt, ita vt etiam duritiam cordis eorum hoc nomine arguerit Chriſtus. Dicántque plebi,] Hypocritæ ſimulant ſe curam plebis, tanquam ſimplicis & incautæ, gerere, quum nihil aliud agant, quàm vt regno ſuo conſulant, plebem in corde ridentes & contemnentes. quaſi dicant, Timemus plebi ne illa ſeducatur.

& erit nouissimus error peior priore.
Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis.
Illi autem abeuntes, munierũt sepulchrum, signantes lapidẽ cum custodibus.

CAP. XXVIII.

Vespere autem sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria

'& erit nouissimus error peior illo priore.
65 Ait illis Pilatus, 'Habetis custodiam: ite, munite
sicut scitis.
66 Illi autem abeuntes munierunt sepulchrũ, 'obsignato lapide, adhibitis custodibus.

CAP. XXVIII.

1 V'Espera autem sabbatorum, quæ lucescit in Ha.4.34.
vnam sabbatorum, 'venit Maria Magda- Marc.16.b.6. iohan.20.c.11

ANNOT.

Et erit nouissimus error peior il. priore.] Hoc adiiciũt quò magis possint iudicis animũ commouere: acsi dicant, Hoc quoque cõducet ad tranquillitatem publicam. Nisi enim hoc feceris, longè periculosior erit posterior qui ex illo sequetur error ac perturbatio, quàm fuerit prior. Vocant enim veritatem Euangelicã & regnũ Dei errorem siue perturbationẽ, idque falsò: etsi hoc verè dicunt, quòd post resurrectionem idipsum quod ipsi damnarãt pro errore, latius propagatum est quàm fuerat prius, quum videlicet in Iudæa duntaxat prædicabatur Euangelium. Postea enim per totum terræ orbem prædicatione Apostolorum delatum atque dilatatum est: quod testantur Acta Apostolorum.

65 Habetis custodiam:] Incertũ est Græcè an sit Habete, modo imperandi: an Habetis, indicãdi. Pilatus non grauatim illorum postulatis assentitur. q.d. Concedo vobis pro voto vestro cohortem: abite modò, ac summa fide ac diligẽtia quod instituistis facite. Poterat Pilatus meritò succensere istis hypocritis, & negare quod petebant. verùm diuino consilio factum est vt institutum eorum & conatus nõ impediretur: faciebat enim ad illustrationem Dominicæ resurrectionis.

66 Obsignato lapide, adh. cust.] Custodes adhibẽt: nec id satis, sigillo lapidem muniũt, nequid perfidiæ ab ipsis custodibus designetur. Omnia cum summa diligẽtia ad hoc sunt instituta vt retineretur Christus in sepulchro. Eadem diligentia quidam hodie veritatẽ in abditis detinere moliuntur. Verùm vt custodia ista corporis Christi ab ipsis hostibus instituta, quo maiore facta est diligẽtia, hoc magis ad resurrectionis Christi certitudinem & gloriã seruiuit: ita & eorum violentia qui hodie veritatem in tenebris abditam retinere conantur, quo maior est, & Magistratus potestate confirmatior, hoc amplius veritatis virtutem & gloriã illustrat.

IN CAPVT XXVIII.

1 Vespera autem sabbatorum quæ lucescit in vnam sabb.] Vesperam appellant Hebræi totam noctem. Et Sabbathorum, plurale est pro singulari. Sabbathũ præterea significat diem illum cõsecratum à Domino: significat & totam hebdomadam, die illo sacro exempto: quare sequens dies appellatur primus. Vnde Pharisæus ille dicebat apud Lucam, cap 18.c.12, Ieiuno bis in sabbatho. Postremò, Vnus pro primo, more Hebræorum accipiendũ est. Vesperam igitur sabbathorum in vnam sabbathorũ lucescentem, diluculũ vocat eius diei qua Christus surrexit, quam hic primam sabbathorum appellat, hoc est primam post sabbathum in hebdomada sequenti: quam ita vocat, propterea quòd Iudæi more Scripturæ diem à vespera ordiebantur, iuxta illud Gene.1.a.5, Et factum est vespere & mane dies vnus. Marcus habet, Et summo diluculo (diei) primi sabbathorum. Lucas, Vno autẽ sabbathorũ, profundo diluculo. Iohannes, Vno verò die sabbathorum, Maria Magdalene venit mane quum adhuc tenebræ essent. Hi tres satis exponunt quid sit vespera sabbathorum, perinde acsi quis dicat, Nocte illa, cuius diluculum fuit initiũ diei primi hebdomadæ. Quid autẽ emolumenti nobis afferat hæc Christi resurrectio, abunde tractat Paulus cum multis alijs locis, tum verò Rom. 6.a.4, & 1. Corin.15 a.3. Quod Marcus addit, Exorto sole: intelligendum est mulieres ante ortum solis, valde mane, vt dictum est, quum adhuc tenebræ essent, arripuisse iter: ortum verò fuisse solem antè quàm ad monumentum peruenissent. Nõnulli dicunt bis mulieres accessisse ad monumentum, diluculo, & iam orto sole, interea dum Magdalenam Dominus alloquebatur: quã opinionem sequuti sumus, vt in sequentibus videbis. Venit Maria Magd.] Marcus recenset tres, Mariam Magdalenam, Mariam Iacobi minoris matrem, & Salome, quæ fuit mater Iacobi & Iohannis, quas Lucas cap.24.a.1, dicit ad monumentum venisse, portantes quæ parauerant aromata, cum aliis nonnullis.

lene & altera Maria,'vt viderent ſepulchrum.
Et ecce,terræmotus factus eſt magnus:'angelus 2
enim Domini deſcendit de cælo,& accedens'de-
uoluit lapidem ab oſtio,ſedebátque ſuper eum.
'Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſti- 3
mentum eius candidum ſicut nix.
'Præ timore autem eius concuſſi ſunt cuſtodes, 4
& facti ſunt velut mortui.

Magdalena & altera Maria, videre ſepulchrum.
Et ecce,terræmotus fact' eſt magnus: angelus enim Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidẽ, & ſedebat ſuper eum.
Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimẽtum eius ſicut nix.
Præ timore autẽ eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.

ANNOT.

Vt viderent ſepulchrum.] Non ſolùm vt ſepulchrum viderent,ſed & vt vngerẽt Ieſum, vt ait Marcus. volebant enim(vt Ioſeph & Nicodemus fecerant)ſacrum corpus aromatibus & vnguentis condire : ignaræ fortaſſe diligentiæ iſtorum.

2 Et ecce,terræmotus factus eſt ma.] Antequam veniſſent mulieres ad ſepulchrum,terræmotua factus fuerat: non certè ſine diuino conſilio:oportebatenim teſtimoniũ aliquod reſurrectionis Chriſti extare:velut ſi rex aliquia filiũ ſuum corã populo inauguret,ita Deus reſurrectione declarauit & inaugurauit regem Filium ſuum.Indicium igitur fuit diuinæ virtutis hic terræmotus, quo concutitur orbis. Dein typus erat futuri terræmotus,quo tellus, vbi raddenda erunt mortuorum corpora,cõcutietur. Angelus enim Dom.] Ratio terræmotus, Angelus de cælo deſcendens. ſi angeli deſcenſus tantum robur exerit,vt tellus concutiatur:quid expectãdum eſt in deſcenſu Chriſti? Deuoluit lapidem &c.] Nõ Chriſti cauſa, venit angelus tanquam ſine eius opera non poſſet exire ſepulchrũ : ſed vt fides fieret mulieribus & Apoſtolis Chriſtum reſurrexiſſe,apertũ eſt ab angelo ſepulchrũ,vt poſſet oſtendi vacuum:non autem vt deuoluto ſaxo,per Chriſti reſurrectionem vacuaretur : quum iam antea vacuatum fuiſſet illo reſuſcitato,non amoto lapide ab oſtio monumenti.Tametſi non deſint qui dicant,deuoluto lapide opera angeli ab oſtio,tunc Chriſtũ ſurrexiſſe:ſine vllo miraculo. verùm qui ſua virtute corpus ſuum excitare potuit in ſepulchro, eadem virtute potuit ſepulchrum egredi occluſo oſtio grandi illo ſaxo : vt miraculo ſit excitatus, & miraculo egreſſus, nulla opera angeli.

3 Erat autẽ aſpectus] Aut,ſpecies,ſiue forma. Deus non declarat ſe nobis qualis eſt:(neque enim poſſemus ferre:)ſed ſe captui noſtro accõmodat.Nõ eſt in angelis ea perfectio quæ in Deo:ſed minima ſcintilla: & tamen minimam iſtam portionem quæ in angelis relucet,nõ poſſumus ferre. Angeli igitur noſtra cauſa aliquem induunt habitum in quo refulgeat ſpecimen aliquod gloriæ cæleſtis.Oportet in his aliquid eſſe non vulgare,vt diſcamus multum differre gloriam Dei ab ea in qua ſumus. Quòd ſi angelum in quo velut minimus ſit radius gloriæ,ferre non poſſumus : quomodo feremus maieſtatem Dei? Vt igitur cæleſtis ac futuræ vitæ ſpecimen aliquod obiiceretur, quam poſt reſurrectionem expectamus : angelus apparuit in tanta lucis ac ſplendoris gloria.Multæ ſunt apparitiones angelorum in Scripturis, de quibus tamen nihil huius legitur:quia videlicet non id agebatur quod in Chriſti reſurrectione. Cæterùm quia ipſi,quod ad naturam ipſorũ attinet, vt non ſunt corporei, ita hominibus per ſe inuiſibiles ſunt. Sed vt videri,& ab hominibus percipi queãt , aſſumunt ſibi pro præſentis rei aut negotii commoditate,externos habitus: & aſſumunt eos,non vt perpetuò ipſos geſtẽt, ſed ad tempus, donec miniſterium in hoc mũdo,ad quod miſſi ſunt,confecerint. Sic apparẽt Abrahæ & Lot angeli habitu virorum peregrinantium.

4 Præ timore autem. &c.] Hinc agnoſcimus Dei præſentiã impiis terrori eſſe,ita vt ſint cõfuſi: pii verò ita terrentur,vt conſolationẽ tamen accipiant. Vide autem vt diuerſum acciderit hic ab eo quod Sacerdotũ principes inſtituerant:cuſtodes ſepulchro adhibuerant vt Domini diſcipulos pauperes & meticuloſos, à corpore Domini abſterrerent. Ecce autem contrà,qui ad terrendum pios conducti erant,& ad cuſtodiendũ corpus Domini adhibiti : tam nequeunt Domini reſurrectionem impedire,vt etiam mirum in modum angelica apparitione terreantur. Quod maximo ſolatio nobis eſſe debet. Relicta de cuſtodibus mentione, pergit noſter in narratione cœpta de mulieribus ad ſepulchrum accedentibus, quæ cuſtodes non repererunt: nam illi conſternati, interea dum hæ adhuc erant in itinere, abierant, vt narrarent Sacerdotum principibus quæ acta erant.

Vt autem omnia quæ de hac tam salutari resurrectione singuli Euangelistæ scripserint, facilius intelligãtur: quid quisque de hac narret, eo ordine quo acutiores & diligẽtiores interpretes omnia esse acta existimant, afferemus, simúlque exponemus. Ac primùm quid mulieribus in mentem venerit, quum in itinere essent, ex Marco cap. 16. a. 3, dicente,

Mar. 16. a. 3.

Dicebántque inter sese, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et quum respexissent, vident lapidem esse reuolutum: nam erat magnus valde. Cogitasse hæc oportuit quũ domi erãt, antè quàm se darent itineri. Non mirum autem, imprudentiæ aliquid in illis fuisse: neque dubium est ita zelo inflammatas fuisse vt non cogitarint de eo quod postea in mentem venit. sic ardebat affectus in animis, vt omnium difficultatum obliuiscerẽtur. Ita solet Dominus frequenter cogitationes quæ pia cõsilia ex volũtate Domini suscepta impedirẽt, adimere. si enim omnes difficultates quæ postea occurrũt, se obiicerent, frãgeremur, mollésque & leues redderemur. Propterea sæpe nos excæcat Dominus, velúmque opponit ne cernamus impedimẽta. Postea verò in medio cursu quid facturi simus, soliciti & anxii reddimur: tunc reliquit Dominus locũ suæ prouidẽtiæ. Diabolica certe anxietas vitãda, quæ omnibus impedimentis vult occurrere. nã Deus vult sibi commendari omnia, & quæ in mentem non veniũt, & quæ possent nos à proposito auertere. Præuenerat harũ mulierum solicitudinem: nam magnũ lapidem ab ostio deuoluerat antè quàm accessissent: & nostras præueniet, omniáque impedimenta auertet quæ alioqui insuperabilia videntur. Post hæc sequitur ex Luca & Marco,

Mar. 14. a. 5. luc. 24. a. 3.

Et ingressæ in monumentum, non (ait Lucas) inuenerunt corpus Domini Iesu. Et factum est dum mente consternatæ essent de hoc, viderunt (ait Marcus) adolescentem sedentem à dextris, amictum stola candida, & expauerunt. Adolescẽtem fuisse dicit: non quòd angeli sint homines, sed quòd in specie hominum nobis apparcãt, inuisibiles alioqui: propterea sæpe hominis nomen mutuantur. Expaucfactas mulieres sequentibus consolatur angelus,

Mar. 16. a. 6. 7. 8

At ille dixit eis, Ne expauescatis: Iesum quæritis Nazarenum qui fuit crucifixus: non est hîc, ecce locus vbi posuerant illũ. Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, quòd ille præcedit vos in Galilæã: illic eum videbitis sicut dixit vobis. Et abeuntes cito fugerunt à monumento: habebat enim illas tremor & stupor: nec cuiquã quicquam dicebãt: timebãt enim. Officium angeli erat testificari de resurrectione Christi. At hoc facturus, ante omnia solatur paucfactas mulieres: impios verò custodes exterruerat. nã Christi resurrectio impiis terrori est, piis verò consolationi. Vnde notanter dicit, Nolite terreri vos. q.d. sicut custodes isti. Quòd dicit, Iesum quæritis, &c. ratio est quãobrem timere non debeant: tanquã dicat, Scio vos esse de amicis & credẽtibus in Iesum, scio ex amore Iesu vos hîc esse: proinde non est quod vobis à me quicquam timeatis. adsum enim non contra vos, sed pro vobis. Quòd præterea dicit, Non est hîc, ecce locus, &c. periphrasis est resurrectionis. Hoc autem est euangelium de resurrectione Christi. Vacuum monumentum ostendit, vt fidem illis faciat resurrectionis Christi. Post hæc autẽ iubet eas discipulis nuntiare resurrectionẽ. sciebat enim discipulos esse in magno mœrore: ideo non vult eas esse otiosas in tãto gaudio, sed facit eas ministras & euangelistas ad Apostolos. Quòd primùm mulieribus apparuerit Christus, ostendit se voluisse omnem carnis superbiam deprimere: quòd mulieres soleant cõtemni. Primùm eis apparuit: dein eas primas testes habuit. Si resurrectio est præcipuum caput religionis, & mulieribus hoc nuntium mandatum est, quanto honore eas affecit? Voluit etiam Deus corripere discipulorum ignauiam qui interea latebant. Expositus est Dominus iis qui eum quærũt: non magnis tantùm, sed & minimis, absque personarum acceptione. Quòd nominatim Petro vult nuntiari suam resurrectionem: ideo facere videtur, quòd Petrus reputaret se indignũ cui aliquid esset cum Domino commune, quòd illum abnegasset: facinus sanè perpetua reiectione dignum. Abiectum igitur vt recrearet, hîc nomẽ eius exprimi voluit, vt sciret se adhuc censeri inter discipulos. Quòd ait, Præcedit vos in Galilæã: non est propterea intelligendũ quòd confestim à resurrectione præcesserit: nam vt ex Iohãne apparet, ad minus octo dies di-

ſcipuli fuerunt Ieroſolymis. Et poſtremo capite legitur, illis piſcantibus viſum fuiſſe Dominum. Infrà etiam verſu 10, dicit mulieribus, Ite, renunciate fratribus meis, vt eant in Galilæã: ibi me videbũt. Non quòd tunc primùm illic eſſent eum viſuri: ſed quòd ſæpius & exactius. Voluit autẽ eos in Galilæã præcedere, & ibi ſuis apparere, aut quòd diſcipuli, vt & iſtæ mulieres, ipſum fuerãt è Galilæa patria regione, (vbi primùm prædicauerat Euangeliũ regni Dei, Mar.1.b.14,) Ieroſolymam vſque ſequuti: quò volebat eos reducere. Aut quòd cõſtitutum illi eſſet dies aliquot cum illis agere, & rudes adhuc in cognitione regni Dei inſtituere, & confirmatiores reddere. quod liberius in Galilæa, quàm Ieroſolymis, poterat fieri, propter periculũ Phariſæorum & principum Sacerdotum. hoc modo infirmitati ſuorum conſulens, donec virtute communirentur ex alto. Aut vt ne interea temporis otioſi eſſent, ſed rebus ſuis darent operam, donec tempus miniſtrandi regno Dei adeſſet. Vnde & Iohan. vltimo, ad piſcationem reuerſi leguntur. Illud, Sicut dixit vobis: dixerat ſuprà cap. 26. c. 32, Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Poſtremò dicit tanto timore correptas fuiſſe & ecſtaſi, vt non acceſſerint ad diſcipulos. Et hic fuit primus illarũ ad monumentum aduentus. Maria Magdalene tamen, vbi ad ſe rediiſſet reſumpto nonnihil animo, ſola Petrum & Iohannem adiit, quærens ſublatum eſſe corpus Domini. quod ſolus Iohannes ſcribit, cap. 20. a. 2,

Iohã.20.a.2.3 4.5 Currit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit illis, Suſtulerunt Dominum è monumento, & neſcimus vbi poſuerint eum. Exiit ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul, &c. vſque ad 16 verſum, vbi de Petro ſic ſcribit,

Iohã.20.b.6. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita: & ſudariũ quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. De hac profectione Petri meminit & Lucas, 24. b. 12, ſolius Petri faciens mentionẽ, his verbis, Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentũ: & proſpiciens vidit linteamina ſola poſita: & abiit, apud ſemetipſum mirans quod acciderat. Hæc admiratio hæſitationem habebat: neque enim cõcludere poterat quidnam corpori Domini accidiſſet. Poſt hæc de ſe narrat Iohãnes, Tunc ergo introiuit & ille alius diſcipulus qui venerat prior ad monumentum, viditque & credidit. Nondum enim nouerant Scripturam quòd oportuiſſet eum à mortuis reſurgere. Et credidit, inquit: nimirum ſublatũ fuiſſe corpus Ieſu è ſepulchro, vt dixerat eis Magdalena. Nam Scripturã, quòd oportuiſſet Dominum à mortuis ſurgere, nondum nouerãt: eóque verba Chriſti quæ de ſua reſurrectione illis ſæpius prædixerat, haudquaquam rectè intellexerant. Poterant tamen ex linteaminibus quibus inuolutum fuerat corpus, & ſudario quod fuerat ſuper caput eius, in monumento repertis, colligere non fuiſſe ſublatum. Nam ſiquis furari aut auferre voluiſſet, quomodo ſibi tantũ otii ille ſumpſiſſet vt ſolueret prius corpore linteamina & ſudarium? quomodo nõ abſtuliſſet hæc vnà cum corpore? præſertim quum non facile ſit, linteamina à corpore myrrha inuncto abſtrahere: & corpus quoque mortuum minus horrori fuiſſet, linteaminibus inuolutum. In reſurrectionis igitur argumentum poterãt illis eſſe linteamina & ſudarium. Propterea ſunt qui exponãt, Et credidit: Chriſtum nẽpe ſurrexiſſe, quum videret ſepulchrum vacuum & linteamina cum ſudario ſeorſim poſita. Illúdque quod ſequitur, Nondũ enim nouerãt Scripturam: volũt rationem eſſe quare ipſe antea cum aliis non credidiſſet ſurrecturũ Dominum. Nam de Petro ſcribit Lucas quòd abierit mirans. Qui igitur Scripturis nondum crediderat, manifeſtis argumentis, rationibus, experimentis, ac demõſtrationibus credidit. His igitur diſcipulis ad ſua loca vnde venerãt, reuerſis, Iohannes Magdalenam (quã non dubiũ eſt cũ Petro & Iohanne ad ſepulchrũ cucurriſſe) ad ſepulchrũ manſiſſe ſcribit verſu 10, his verbis,

Iohã.20.b.10 Abierunt ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans: dum ergo fleret, inclinauit ſe in monumẽtum: & videt duos angelos amictos albis, ſedentes, vnum ad caput, & alterum ad pedes, illic vbi poſuerant corpus Ieſu. Dicunt ei illi, Mulier

quid ploras? Dicit eis, Sustulerũt dominum meum, nec scio vbi posuerunt eum. Insignis sanè historia, & admirabili quadam suauitate referta: aliis ad semetipsos abeuntibus, insuperabili quodam Domini desiderio flagrans, & plorans perstat ad monumentum Maria Magdalena. Sciebant angeli quid ploraret: verùm dissimulabant tantisper dum ipsius Christi apparitione exhilararetur. Illa præ nimio mœrore non expendebat quid sibi vellent duo isti viri: nec cogitabat esse angelos: longè aliter alioqui responsura.

Hæc quum dixisset, cõuersa est retrorsum: & videt Iesum stantem, nec sciebat quòd Iesus esset. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quẽ quæris? Illa existimans quòd hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi vbi posueris eum: & ego eum tollam. Siue senserit Dominũ accessisse à tergo, siue in duobus angelis tale quid viderit vnde adesse sibi aliquem à tergo animaduerterit: siue casu, aut potius occulto quodam instinctu retrorsum conuersa sit, incertũ est. Dominus verò quasi ignotus ignotam alloquitur, causámque ploratus velut ex compassione sciscitatur. Illa suspicata eum esse horti illius custodem, qui audisset quæ duobus viris in monumento sedentibus iam respondisset, non dicit, Quæro Dominum meum: sed tantùm, Si tu asportasti eum, &c. Iohã.20.c.14

Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister. Cõpellat nũc eam proprio nomine, tanquã familiaris familiarẽ, ea voce quæ mulieri isti erat notissima: quod & plus ad huc faciebat vt certò & indubitatò cognosceretur, & plus etiam familiaritatis & suauitatis resipiebat. Illa cõuersa (nam faciem suam rursus auerterat, ad monumentum forsan quò corde trahebatur: ardebat enim, & rapiebatur indicibili desiderio inueniẽdi Domini) respondet Domino voce consueta. solebat enim eum vocare Magistrum ac præceptorem. Rabboni, Chaldæa vox est, corrupta tamen, vt solet fieri quoties in alia lingua scribuntur dictiones. nam Chaldæi RIBBON, siue RABBON dicunt.

Dicit ei Iesus, Noli me tangere: nondũ enim ascẽdi ad Patrem meum: sed vade ad fratres meos, & dic eis, Ascẽdo ad Patrem meũ & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Ex verbis Christi apparet Mariã pedes illius cõplecti voluisse, aut illũ mediũ amplecti, præ nimio scilicet amore eius & gaudio, quòd rursum carne præsent vidisset. Verùm Dominus quũ videret eam carnalẽ sui præsentiam plus æquo admirari, animum eius ad cælestia, amplexúsque fidei erigere volens, à tactu sui eam repellebat, dicens, Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem. Quasi diceret, Ne putes, quòd carne præsentem vides, in hoc omnia te esse consequutam. Dixi antea (Iohan. 16.a.7) discipulis meis, quòd expediret eis vt abirem ad Patrem: ad quẽ vbi ascendissem, missurũ me Spiritum paracletum, & omnia apud eos perfecturũ. Hæc debetis expectare, & carnalem meam præsentiam tanti nõ facere. Nolo igitur vt tu me modo tangas: ne carnali præsentiæ nimis addicaris: discere debes, fide posthac me regnantem in cælestibus amplecti: quare abi potius, &c. Simplicior videtur esse huius loci expositio, si hæc verba, Nondum ascendi ad Patrem meum, sic intelligas acsi diceret, Ne sis occupata in me tangendo, nondũ enim discedo: nam totos quadraginta dies apud vos futurus sum, quibus me per otium contingere & amplecti poteris. Sed potius festina ire ad Apostolos, & reuoca illis in memoriam ea quæ ante supplicium illis dicebam, ascensurum me ad Patrem: quod tamen non faciam, nisi prius eos videro. Plenum autem suauitatis nomen, quòd fratres suos vocat discipulos, à quibus fuerat relictus, qui desperauerant de resurrectione, arguerant pene mendacii Dominum: & tamẽ eos tãto honore dignatur. Vnde videmus quàm inæstimabilis sit Dei gratia, quæ superior est omnibus peccatis, & absorbet quicquid indignitatis est in nobis. Quòd ait, Ascendo: non significat Christum ipso momento ad Patrem ascendisse: quum Lucas scribat eum quadragesimo die post resurrectionem in cælũ ascendisse. sed id perinde est acsi dicat, Seligo mihi spatium quadraginta dierũ, intra quod reuelabo me sæpenumero discipulis meis vt confirmem resurrectionem meã, donec ascẽdero, donec subduxero me à conspectu ipsorum in cælũ. Præsens certe tempus esse videtur pro futuro, Breui ascensurus sum. Quia verò fratres vocauerat discipulos, paucis ostendit vnde illa fraternitas, quum dicit, Ad Patrem meum, & Patrẽ vestrum. Qui igitur Christi sunt, eundem cum illo & Patrem habent & Deum. Vide Heb. 2. Iohã.20.d.17

c.11,& expende quanta sit hæc fidelium consolatio vt filii Dei simus per Christum,& nominemur,1.Iohan.3.a.1,ídque per ipsum ex quo omnis paternitas nominatur in cælo & in terra, Ephes.3.c.15.Non hoc contentus dixisse,Patrem suũ,esse nostrũ patrem:addit etiã Deum suũ esse Deum nostrum.Sunt enim patres qui etsi paterno affectu complectantur liberos suos,tamen præ impotentia & egestate nõ possint liberos suos tueri ac conseruare:at Pater ille cælestis non tantùm est pater,sed & Deus noster est:hoc est,vt gerit erga nos paternã voluntatem, ita habet etiam diuinam potestatem,vt quod velit,etiam possit.

Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quòd vidisset Dominum,& ea dixisset sibi. Non dixit quòd Dominus surrexisset, sed quòd illum vidisset, vt rem certam & cõpertam nuntiaret, (quæ prius iisdem sublati corporis ac trãslati suspicionẽ mouerat.)& ea dixisset,nẽpe, Ascẽdo ad Patrẽ.erãt enim ab opinione terreni regni quam ante passionem ac mortem animo conceperant, & iam cognita resurrectione resumpturi erãt, haud minus quàm Maria,auocãdi.hanc enim ægrè poterãt abiicere. Vnde & Act.1.a.6,dicũt, Domine, an hoc tempore restitues regnum Israeli? hactenus Iohannes de Maria Magdalene: cui consonat Marcus,ita scribens,

Mar..16.b.9, 10.11. Quum surrexisset autem Iesus mane,primo die sabbathi, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ,de qua eiecerat septem dæmonia. Illa profecta renũtiauit iis qui cum illo fuerant,lugẽtibus ac flentibus. Et illi quũ audissent quòd viueret,ac visus esset ab illa,non crediderunt. Quã Iohannes Mariam tantùm nominauerat, Marcus,velut explicans,vocat Mariam Magdalenam:amplius addens,De qua eiecerat septẽ dæmonia: vt si plures fuissent eiusdẽ nominis,intelligeretur de qua diceret.eadem est in quatuor Euangelistis, Maria Magdalena à Galilæa : quæ non erat soror Marthæ,vt peruersè quidam commenti sunt.nam Maria soror Marthæ, nõ cognominabatur Magdalena:sed perpetuò Scriptura vocat eam Mariam sororem Marthæ:vt à cæteris Mariis distinguatur.De hac Maria Magdalena Lucas dicit cap.8.a.2,Simúlque mulieres aliquæ quæ erant sanatæ à spiritibus malis & infirmitatibus:Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant: à Christo nempe eiecta,vt hoc loco dicit Marcus. Hic mirabilem Dei gratiam videmus, quòd ista mulier prima viderit Christum excitatũ à mortuis, si pristinum eius statum cõsideremus.Non respicit igitur Dominus quales fuerimus:sed quo magis cõspicua sit eius misericordia erga nos, vbi summa indignitas, summũ tribuit honorẽ. Nihil igitur reliquum est nisi vt admiremur summam Dei gratiam. Interea & reliquæ mulieres quæ cum Maria Magdalene primùm adfuerant,& perterrefactæ vnà fugerãt, nihil cuiquam dicentes, animos resumpserunt, & reuersæ sunt ad monumentum, cupientes nimirum certiores de re tam stupenda reddi.Et hanc secundam profectionem ad sepulchrum, quidam factam fuisse dicunt orto iam sole,vt Marcus habet. Quid igitur in hoc secundo aduentu acciderit mulieribus,narrat noster sequenti versu,& Lucas 24.a.4.

'Respondens autem angelus dixit mulieribus, 5

B 'Nolite timere vos: scio enim quòd Iesum qui crucifixus est,quæritis.

Non est hîc: surrexit enim,'sicut dixit. Venite, 6

Respondens autem angelus dixit mulierib⁹, Nolite timere vos: scio enim quòd Iesũ qui crucifix⁹ est, quæritis.

Nõ est hîc:surrexit enim, sicut dixit. Venite,

ANNOT.

5 Respondens autem angelus dixit mul.] Respondere, pro verba facere & loqui positum est,more Hebræorum.nihil enim interrogauerãt. vide suprà,17.a.4. Vnius tantùm angeli meminit,quia vnus dũtaxat mulieribus loquebatur: Lucas,duorum,his verbis,Ecce duo viri steterunt iuxta illas in vestibus fulgurantibus. Quum expauissent autem, & declinarẽt vultum in terram, dixerunt ad illas. Nolite timere vos:] Similia verba exponuntur circiter principium præcedentis versus,in verbis Marci: vt & quod sequitur, Scio enim quòd Iesum qui crucifixus est,quæritis.

Luc. 24.5

6 Sicut dixit.] Reuocat eis in memoriã verba Christi quæ suprà cap.20.c.18,audierant, vt veracem eum ostendat.Angeli igitur vt doctrinam Christi confirment mittũtur:& in hoc toti sunt vt doctrinam quam audierant discipuli , veram demonstrent. In hoc enim toti sunt Prophetæ & Apostoli vt sit vnicus magister:& discamus quod ille dixit,nihílque præterea.

videte locũ vbi positus erat Dominus.

videte locum 'vbi positus erat Dominus.

Et citò euntes dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. ecce prædixi vobis.

7 Et citò euntes 'dicite discipulis eius quòd surre-
xit à mortuis: & 'ecce præcedit vos in Galilæá: ibi
eũm videbitis. 'ecce dixi vobis.

Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currẽtes nunciare discipulis eius.

8 ‖'Et digressæ celeriter à monuméto 'cum timo- Har. 4.36
re & gaudio magno, currebant vt renuntiarent
discipulis eius. Quum autem issent ad renuntian-
dum discipulis eius,

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ autẽ accesserunt & tenuerunt pe

9 'Et ecce Iesus occurrit illis, dicẽs, 'Auete. Illæ au
tem accesserunt '& tenuerunt pedes eius, & ado-

ANNOT.

Vbi positus erat Dominus.] Obserua vt angeli Christum vocent Dominum. Lucas addit, Quid quæritis viuentem cum mortuis? non est hîc, sed surrexit. q.d. Et paulo ante affuistis, vidistis sepulchrum vacuum, audistis à me, surrexisse Dominum, atque viuere, & vos præcessurũ in Galilæam: quid igitur rursum adestis, & viuentẽ inter mortuos quæritis? Non est hîc, iterum dicimus: surrexit enim. Continuò post hæc rursum addit Lucas, Recordamini vt dixerit vobis quum adhuc in Galilæa esset, dicens quòd oporteret Filium hominis tradi in manus hominum peccatorũ, & crucifigi, & tertia die resurgere. Qui sint isti peccatores, vide suprà cap. 26. d. 45. Luc. 24. a. 5. 6

7 Dicite discipulis eius] Vide versu 4 præcedente, paulo post principiũ, similia ex Marco. Ecce præcedit vos, &c.] Vide ibidem annotationem in hæc verba. Ecce dixi vobis.] Admonitio est certò futurum quod dictum est. q.d. Ite, experiemini ita esse vt iam dixi: si diffiditis, vestra est culpa: ego quod verum scio, vobis manifestaui.

8 Et digressæ celeriter] Lucas præponit, Et recordatæ sunt verborum eius. Cum timore & gaudio magno,] Hic videmus duos affectus pene contrarios admistos, gaudium & timorem. Sed gaudium spirituale tale est vt nõ possimus verè gaudere in Domino quin caro deiiciatur. Oportet mortificari carnem, alioqui non possumus esse participes gaudii immortalia & spiritualis. Hinc fit vt quoties Deus apparet, & aliquẽ sensum suæ præsentiæ dat, consternemur, & penè exanimes fiamus. Cũ gaudio igitur, propter resurrectionẽ Christi, quam ab angelo didicerant: timore verò, propter insolentiam visionis, & miraculi magnitudinem. Nondum planè resurrectionis certitudinem animo conceperant, & tamen ex verbis angeli, gaudio quodam afficiebantur. Et quoniã id cuius nomine gaudere cœperant, præter omnem expectationem in summo luctu constitutis ab angelo nuntiatum fuerat, non poterant illud planè credere. Sicut & de discipulis legitur, Luc. 24. f. 41, quòd præ gaudio, id est, nimio desiderio Domini, & miraculi insolentia, nequiuerint credere. Atque ita luctabãtur in animis mulierum, gaudium de annuntiata resurrectione per angelum, & metus propter miraculi insolẽtiam, donec ipso conspecto in itinere, planè de illius resurrectione certæ redderentur.

9 Et ecce Iesus occ. il.] Discipulorũ rationem habebat Dominus, quòd nolebat illis resurrectionẽ suam per hasce mulierculas ex indicio tantùm angeli annuntiari: sed semetipsum illis visendum exhibet, vt iam nõ aurium tantùm, sed potius oculorum testimonium certum nuntium afferrent. Et omnino propter certitudinem resurrectionis suæ voluit illam nõ tantùm ab angelis annuntiari mulieribus, & à mulieribus discipulis, sed seipsum & mulieribus & discipulis spectandum & contrectandum offerre.

Auete.] Siue, Gaudete. Non dubium quin Hebraice dixerit, pro more eius gentis, SALOM, id est pax. Hic nobis salutandi officiositas cõmendatur: cõmunis quidem quod ad verba attinet, piis & impiis: reipsa tamen piis propria. Nõ est enim verus amicus qui non verè & in Deo diligit. Ideo exigitur à nobis vt non verbis tantùm, sed & ipsis operibus diligamus, & veritate. 1. Iohã. 3. c. 18. Et tenuer. ped.] Tãgi se ab iis Dominus passus est, quo certiores (vt dictũ est) resurrectionis suæ testes ad discipulos essent: Mariam autem Magdalenam nimirum ob eius præsentiam carnalem exultantem, voluerat ad cælestia magis miranda prouocare, cóque tangere se prohibuerat, vt suprà dictum est versu 4, circiter medium annotationis. Quòd pedes Domini in terrã prostratæ complexæ sunt, gestus erat adorantium: vnde sequitur, Et adorauerunt eum. Nihil dixisse leguntur: verùm hoc quod faciunt, opere tantundem est quod

Thomas verbis postea expressit,(Iohan.20.g.28,) Dominus meus, & Deus meus. Adoratio, signum reuerentiæ est, quam maiestati Christi exhibebant. Hinc quid officii nostri sit cogitemus: nempe procidere ante Dominũ. Resurrectio huc nos adducere debet, vt cognoscamus potentiam eius: quæ sanè nos ad reuerentiam excitare debet.

rauerunt eum.
Tunc ait illis Iesus, Nolite timere. ite, renũtia- 10
C te fratribus meis vt eant in Galilæam, & ibi me
videbunt.
Quæ quum abirẽt, ecce, quidam è custodibus 11
venerunt in ciuitatem, ac renuntiauerũt principi-
bus Sacerdotum omnia quæ acciderant.
Et congregati cum Senioribus, consilio habi- 12
to, pecuniam copiosam dederunt militibus,
Dicentes, Dicite quòd discipuli eius nocte ve- 13

des eius, & adorauerũt eum.
Tũc ait illis Iesus, Nolite timere. ite, nuntiate fratribus meis vt eãt in Galilæã, ibi me videbunt.
Quæ quum abiissent, ecce quidã de custodibus venerunt in ciuitatem, & nũtiauerũt principibus Sacerdotũ õnia quæ facta fuerãt.
Et cõgregati cum Senioribus, cõsilio accepto, pecuniã copiosam dederunt militibus,
Dicentes, Dicite, Quia di-

ANNOT.

10 Nolite timere.] Timorem illis adimit, non gaudium. Ita scilicet Christus ferre non potest vt suo nomine quisquam in timore fluctuet. Resurrectio Domini non habet materiam timoris credentibus: sed veri, ac perpetui gaudii. Habent hæc verba cõsolationem pauidarum conscientiarum. Ite, renuntiate fr. m.] Idem illis mandat quod angelus: sed notandum, quòd discipulos vocet fratres suos, qui ipsum paulo antè negauerant. Sic autem blandiens, ad spem regni sui erigere illos volebat. Peculiariter tamen cognatos (qui ægrè alioqui fidem ipsi habuerant) confirmari hîc iussisse Dominum quibusdam videtur. Dixerat angelus, Dicite discipulis eius: suprà versu 7. Nec discipulorum quisquam vocat Christũ fratrem suum, sed Dominum ac Deum. Vnde nobis discendũ est, quo loco Christus habeat suos discipulos, nempe fratrum loco: discipuli verò, illũ loco Domini, ac Dei sui. Vt eant in Galilæã,] Vide suprà versu 4, circiter medium annotationis, ex Marco. Mulieres istæ accepto mandato à Christo ad Apostolos, nuntiaturæ discedunt: & paruo fortasse interuallo Magdalenam cõsequutæ, idem Apostolis quod illa, euangelium afferunt, nempe Christum à mortuis resurrexisse, & ab ipsis conspectũ fuisse. Mariam verò Magdalenã simul cum aliis renuntiantibus hæc Apostolis, adfuisse, & reliquas consequutas ipsam fuisse: aut nuntiantem iam Apostolis reperisse, satis apparet ex Luca 24.b.10, dicente,

Luc.24.b.10. Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt apud illos, ceu deliramentum, verba illarum, neque crediderunt illis. Interea dũ hæc gerebantur, custodes venerunt in Ciuitatem, & renuntiarunt omnia quæ facta fuerant, principibus sacerdotum, vt noster narrat sequenti versu,

11 Quæ quũ abirẽt,] Vel, Abeũtibus ipsis, Hoc est, interea dum angelus ac ipse Dominus cum mulieribus loquerẽtur, peruenerant in vrbem milites. Ecce quidam è custodibus, &c.] Consilio Domini factum fuit vt & principibus Sacerdotum qui mortis causa fuerant, & sepulchrum custodibus ac sigillo munierant, resurrectio Christi nuntiaretur, ídque non à mulieribus, nec à discipulis, sed ab ipsis custodibus. Licet enim hac resurrectionis nuntiatione nec fuerint exhilarati, nec bene vsi, oportuit tamen eos, postquam deploratè impii erant, hãc etiam veritatem excitati Christi, quam suis mendaciis oppugnaturi erant, antè cognoscere: vt contra suas ipsorum conscientias veritatem reprobantes, proprio iudicio condemnarentur. Conantur igitur resurrectionis famã opprimere. Quãtæ verò impudentiæ fuisset eam negare? non desunt tamen qui veritati Dei se opponere velint, quantum in ipsis erat. Ita videmus quid impiis accidat: omne iudicium tollit eis satan: tantáque est illorum obstinatio vt ad meliorem mentem redire non possint. Debemus igitur petere à Deo, ne bellum aduersus ipsum geramus, sed illi in omnibus gloriam demus.

12 Congregati cum] En consilium eorum qui non quæ Dei, sed quæ sua sunt quærunt.

13 Dicite quòd discip.] Hoc callidè iam suprà cap.27.g.64, Pilato dixerant, Nequãdo ve-

niant diſcipuli eius noctu,& furentur eum. Nihil proficiunt apud eos qui vel ſulam guttā intelligentiæ habent. An poterant diſcipuli exercitū colligere,vt inuitis militibus corpus Chriſti abriperent?præterea,an dormientes poterant videre?Sic dat Deus verbo ſuo efficaciam vt impii non cernant.

ſcipuli eius nocte venerūt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.
Et ſi hoc auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei,& ſecuros vos faciem*.
At illi accepta pecunia,fecerunt ſicut erant edocti.& diuulgatum eſt verbū iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

nerint,& furati ſint eum vobis dormientibus.
14 Et ſi hoc auditum fuerit 'ſub Præſide,nos 'perſuadebimus ei,& ſecuros vos faciemus.
15 At illi accepta pecunia,fecerūt ſicut erant edocti.& 'diuulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos 'vſque in hodiernum diem.

ANNOT.

14 Sub Præſide,] Hoc eſt,ſi res apud illū iudicem agatur. Securitatem illis pollicētur, qua erant apud Præſidē anthoritate.q.d.ſi hoc commētum fuerit delatum ad Præſidem veſtrum.

Perſuad.ei.& ſec.] Id eſt,placabimus eum,& vos omni ſolicitudine liberabimus. Ita ſcilicet opus habet hoc regnum ſacerdotale perſuaſionibus quibus fucus fiat magiſtratibus.

15 Diuulgatus eſt hic ſermo] Nēpe,quòd diſcipuli furati ſint corpus Ieſu, cuſtodibus dormientibus.q.d.Id mendacii quū hi cuſtodes ſparſiſſent,ita receptum eſt à Iudæis,vt ne hodie quidē aliter credant. Hoc eſt iudicium Dei omniū iuſtiſſimum,vt credant mendaciis qui credere nolunt veritati. 2.Theſſ.2.c.10. Mendaces huiuſmodi apud eos ſolum proficiūt qui ſunt excæcati à ſatana:quia digni ſunt, & reprobi. Quū igitur videbimus credi mendacio & multis ſignis,ſignum eſt reprobationis & vindictæ Dei. Vſque in hodiernum diem.] Scriptura ſolet huiuſmodi genere locutionis vti quando ſignificat rei alicuius durabilē conſtantiam. Ioſue 4.b.9, Alios quoque duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo,&c.& ſunt ibi vſque in præſentem diē. 1. Samu.5.b.5, Propterea nō calcant Sacerdotes Dagon,&c.ſuper limen Dagon in Azoto vſque in hodiernū diem. Sic ſæpius. Eodem die quo mulieres diſcipulis annūtiarunt reſurrectionem, vt dictum eſt ſuprà verſu 10, Dominus ſeſe videndum exhibuit duobus diſcipulis petentibus Emmaunta:de quibus ſic Lucas,24.b.13,

Et ecce,duo ex illis ibāt eodem die in caſtellum,&c. vſque ad 36 verſum. Luc.24.b.13.

Poſt hæc, quum fores eſſent clauſæ, ſtetit in medio diſcipulorum, & pacem precatus, oſtendit manus & pedes:denique comedit cum eis,vt vel ſic reſurrexiſſe ſe perſuaderet: vt vides in Luca à 36 verſu vſque ad 44, & in Iohāne,20.c,à 19 verſu vſque ad 21. Quibus adiungenda ſunt quæ ſubſequuntur ex Marco, Luc.24.b.36. Iohā.20.c.19

Et exprobrauit *illis* incredulitatem ſuam , & cordis duritiem, quòd iis qui ipſum vidiſſent reſuſcitatum,non credidiſſent. Poſt hæc donat eis Spiritum ſanctum,vt Iohannes narrat, Mar.16.c.14.

Dixit ergo eis iterum, Pax vobis,&c. vſque 24. Docet eos præterea quomodo omnia de ſe ſcripta, ſint implenda : ſimúlque mentem illis aperit vt Scripturas intelligāt, agnoſcántque ſic ſcriptum eſſe, eóque & ſic fieri oportuiſſe vt Chriſtus pateretur , & reſurgeret: vt teſtatur Lucas his verbis, Iohā.20.c.21

Et dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos,quū adhuc eſſem vobiſcum,&c. vſque 49. Dum autem hæc agerentur, Thomas non erat cum aliis, vt narrat Iohannes, Luc.24.f.44.

Thomas autē,vnus ex duodecim,qui dicitur Didymus,&c. vſque 26. Quæ omnia ſuis locis explicantur. Marcus quoque duorum meminit,quibus etiam Dominus in via viſus eſt,dicens, Iohā.20.f.24

Poſt hæc autem,duobus ex ipſis ambulantibus apparuit in alia forma, euntibus rus. Et illi abierūt,ac renuntiauerūt reliquis: nec his *illi* crediderunt. Quidam volunt hic à Marco ſcribi eandem hiſtoriam quæ à Luca de duobus proficiſcentibus in Emmaunta:alii diuerſam eſſe volunt: vtcunque ſe res habeat, vtriuſque idem Marc.16.c.12

est scopus, quòd Christus à mortuis surrexerit,& apparuerit discipulis suis. Post octo verò dies, Dominus Thomæ causa, vt videtur, rursum congregatis discipulis apparuit, cui se tangendum exhibuit,& resurrectionem suam persuasit, vt scribit Iohannes, his verbis,

Iohã. 20.f.26 Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis, &c. vsque ad 30 versum. quæ in Iohanne exponũtur. His peractis vndecim Apostoli abierunt in Galilæam, vt noster narrat sequenti versu.

'Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæã, 16
D in montem vbi constituerat illis Iesus.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæã, in mõtẽ vbi cõstituerat illis Iesus.

Har.4.41 ‖Et quum vidissent illũ, 'adorauerunt eum: 'qui- 17
dam autem dubitauerunt.

Et videntes eum, adorauerunt: quidam autem dubitauerunt.

Et accedens Iesus loquutus est eis, dicens, 18

Et accedens Iesus loquutus est eis, dicens,

ANNOT.

16 Vndecim a. discipuli abierũt in Galilæã:] Vt scilicet illic eum viderent, quemadmodum angelus ipsum visuros dixerat mulieribus suprà versu 7: & qud vt abirẽt iusserat ipse Dominus nũtio mulierum, suprà versu 10. Quò quum abiissent, non statim ascenderunt in mõtem, vt hic Matthæus narrare videtur: sed ad mare Tiberiadis profecti sunt, hoc est ad lacum Genesar, vt piscarentur. quibus piscantibus Christum apparuisse sic narrat Iohannes, cap. 21.a.1,

Iohan. 21.a.1. Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic: &c. vsque ad 14 versum, qui sic habet,

Iohã.21.b.14. Hac iam tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis, quum resurrexisset à mortuis. Discipulis nimirum congregatis: ipso scilicet die resurrectionis semel: post octo dies iterum,& hac tertia vice in piscatione. Post hæc idem Iohannes refert colloquium quod cum Petro Christus habuit à prandio, his verbis,

Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis diligis me plus quàm hi? &c. vsque ad 25 versum. Quartã igitur apparitionẽ nunc narrat solus noster, quũ ait, In monte vbi,&c.] Hæc est magna illa apparitio qua Christus voluit in monte Galilææ, coram maxima discipulorum suorum multitudine, resurrectionem suã certissimis argumentis cõprobare: vt si nõ vni mulieri de resurrectione Christi testificãti, si non pluribus mulieribus, si non Petro, si non Thomæ, si nõ vndecim credamus: saltem plus quàm quingentis fratribus, quibus Christus publicè in mõte apparuit, fidem habeamus. De hac videtur sensisse Paulus, 1. Corin. 15.a.5, dicens, Et quòd visus sit Cephæ, deinde duodecim illis. Postea visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus plures manent ad hũc vsque diem, quidam autem & obdormierunt. Quòd illis conspiciendus esset post resurrectionem in Galilæa, suprà 26. c.32, prædixerat, vt dictum est suprà versu quarto huius capitis. Incertum est quis fuerit iste mons: non ille est ex quo cælos post x l. dies ascendit: nã ille haud procul abest à Ierosolymis, hic verò in Galilæa. Credibile est hũc montem secessus gratia electum, inque illo sæpius visum esse Dominum.

17 Adorauerunt] Vt & de mulieribus dictum est suprà versu 9. Non frustrà est quòd adorationis huius mentionẽ faciunt Euangelistæ. indicant enim, Apostolis & credentibus tanti fuisse resurrectionis declarationem in Christo, vt inde ad adorandum eum, tãquam Deum ac Dominum, moti sint. Declaratus est enim ille (vt est Rom. 1.a.4) ex virtute resurrectionis, filius Dei,&c. Quidam autem dubitauerunt.] Videtur hæc dubitatio fuisse nõ de eo, an Christus verè resurrexisset, sed an hoc quod apparebat in monte constitutis, verè esset Christus ille quem Ierosolymis viderant, & resurrexisse certò cognouerant. Quæ dubitatio tam nõ demebat fidei resurrectionis, quàm nec ea veræ humanitati quicquã ademit, qua supra mare ambulantem videntes, turbatis animis spectrum esse putabant, suprà 14.c.26: vbi non dubitabant de vero Christi corpore, sed num hoc quod videbant in superficie maris ambulare, verè Christus esset, & nõ magis spectrum aliquod. Ita & hoc loco factũ esse credibile est. Sciebant vndecim iam toties confirmati, Christum reuera surrexisse ex mortuis: sed an id quod in monte hoc apparebat, Christus ipse esset, non statim certò cognouerunt quidã ex illis, donec propius accessit, seséque reuelauit. His peractis reuersi sunt Ierosolymam, vbi iusserat Do-

minus eos sedere, dicente Luca,

Et ecce ego mitto promissum Patris mei super vos: vos autẽ sedete in ci Luc.24.g.49
uitate Ierusalẽ, quoadusque induamini virtute ex alto. Cúmque ita per quadraginta dies (vt ipse Lucas ait, Act.1.a.3) identidem conspectus discipulis, & loquutus de regno Dei fuisset: volens tandem Patris dexteram petere, dicit quæ noster habet sequẽti versu,

Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:

¦ 'Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Iohã.17.a.2.
19 ⁋Exeuntes ergo 'docete omnes gentes: 'baptizã- heb.1.b.8.
tes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: Marc.16.c.15.

ANNOT.

18 Data est mihi omnis potestas.] Quia discipulos mittebat in totũ orbem, suam authoritatẽ qua amãdabat eos, primùm ostẽdit. plurimũ enim interest scire à quo quis mittatur. Vt igitur intelligerẽt se nõ missi ab homine, sed ab eo cui esset plena potestas, dicit, Data est mihi omnis potestas. quod perinde est acsi dicat, Ego cõstitutus sum à Deo patre dominus cæli & terræ. Antea quidẽ data potestas: suprà cap. 11.d.27, Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. sed nondum reuelata: quia nondum regni sui potestatem acceperat. Ego (inquit) sum cuius est iubere: ergo authoritate mea debet prædicari Euangelium. Hæc considerari voluit à discipulis, Habemus igitur magistrũ qui plenã habet potestatem: satis idoneus nobis est author: is sufficiat. Certe huius admonuit discipulos, quò alacrius Euangeliũ prædicandũ susciperent, quũ eius se legatos agnoscerent qui omniũ potestatem haberet, quem dubitare non possent se aliquãdo deserturũ, aut passurũ mali aliquid accidere, quãlibet contrà mundus sæuiret. Ad idem & illud adiecit, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Quid enim desit boni, aut adsit mali ei qui continuò præsentem secum habeat eum cui data est omnis potestas in cælo & in terra? Etenim in hoc, mundum carne reliquit, & dexteram Patris, (id est inuisibilem Dei maiestatẽ) petiit, vt Spiritu suo impleret omnia: iuxta illud Ephes.1.d.20, Suscitauit eum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatũ, &c. O vtinam hanc Domini nostri præsentiam verè omnes agnosceremus, haud dubiè ab eius iussis nunquam pilum latum deflecteremus.

19 Exeuntes ergo] Marcus velut exponens clarius versu 15, sic dicit, Ite in mundum vniuersum. Virtute huius verbi factũ est vt ista legatio Apostolica penetrauerit totũ orbem, præualueritque omnibus tyrannis. tanta est enim verbi Christi potentia vt semel dictũ vires suas exerat contra vniuersas satanæ & mũdi insidias. alioqui quomodo possibile fuisset nouã hanc & antea inauditam doctrinam in vniuersum orbem ab idiotis & nullius potentiæ hominibus induci, & totius mundi impietatem repugnante satana & mundo reuelari, & condemnari, nisi virtus eius, cuius est omnis potestas, isti legationi adfuisset? Docete omnes gẽtes:] Marcus explicat quid eos docere voluerit omnes gentes, dicẽs, Prædicate Euãgelium omni creaturæ. Non vni Petro (quem caput Ecclesiæ nonnulli falsò & Christi vicarium esse contendũt, vt tyrannidem suam statuant) dicitur PRAEDICATE, siue DOCETE: sed ex æquo omnibus Apostolis: igitur & omnibus quos Ecclesiæ suæ præfecit, verbi sui ministris præcipitur vt prædicent & doceant. & hoc munus ab ipso Christo in Ecclesia sua institutum & præceptum est. Quid autem doceri & prædicari velit, audi, EVANGELIVM. quod quid sit, suprà cap.1.a.1, annotatum est. Neque aliud præcipit prædicari, quàm quod ipse docuit, vt vides suprà cap.4.d.13, & 9.d.35. Et circuibat Iesus ciuitates omnes ac vicos, docẽs in synagogis illorum, & prædicans Euangelium regni. Et ad hoc se missum esse dicit, Luc.4.g.43, Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei: nã in hoc missus sum. Ad hoc etiam suos mittit. Hæc Euãgelii prædicatio adiunctam habet & pœnitentiæ prædicationem: vt Marcus docet, cap.1.b.15, vbi scribit Christum sic prædicasse, Impletum est tempus, instátque regnũ Dei: resipiscite, & credite Euangelio. Et in Luca ipse Dominus dicit Apostolis, cap.24.g.46, Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Prædicare igitur Euangelium, est exhortari omnes ad pœnitentiam: & remissionem peccatorum vniuersis resipiscentibus annũtiare in nomine Christi, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostri, Rom.4.d.25. Qui enim resipuerit, & Euangelio crediderit remissionem peccatorũ nuntianti, saluus erit, vt ait Marcus, & sequenti versu dicetur. Qui igitur non docent Euangelium, sed somnia sua potius, quis illos esse ministros Christi, & ab ipso

missos, recipiendósque dicere audeat? Quibus autem Euangelium prædicari voluit? O M-NI CREATVRAE. Omnibus ergo mortalibus offerēda est doctrina salutis, & gratia regni Christi. Pater ita disposuit, & ob eam causam Filiū in hūc mundū misit, illique omnem potestatē dedit: vt mūdus per ipsum saluetur. Sic etiā prædixerat Esaias. 49.b.6, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremū terræ. Igitur viris & mulieribus, senioribus & psruulis, sapientibus & insipientibus, omni denique nationi prædicandum Euangelium, vnicuique sua lingua, non Latina, & tantùm scilicet doctioribus, vt impostores & pseudoministri, falsique doctores multis imposuerunt, quid Euangelium esset ignorantes. Obserua autem, si omnes Gentes docendæ sunt iuxta hoc Christi mandatum, sequitur omnes totius mundi mortales naturaliter in erroribus & ignorantia detineri, & nec Iudæos per Legis doctrinā, nec Gētes philosophiæ, id est humanæ sapiētiæ studio, ad veritatis (qua salus cōstat) cognitionē peruenire potuisse. Lex quidē & Prophetæ de Christo prædixerunt, sed lucem hanc gratiæ Christi tradere non potuerunt: erat enim adhuc velamen cordibus Iudæorū superpositum, quo etiam hodie à veritate Christi impediuntur. Gentes habebant suos philosophos, gloriabantur plurimum de lumine naturæ: verùm omnis illorum scientia & sapientia inanis ad hoc fuit vt salutis scientiā inuenirent. Est itaque absque luce Euangelii totus mūdus in tenebris & tenebrarū operibus, atque ita sub regno satanæ, qui princeps est tenebrarū. Propterea Christus vocauit Apostolos suos lucē mundi, suprà 5.b.14. Vos estis (inquit) lux mundi: nimirū tanquam ministri lucis Euāgelicæ. Et Ephes. 4.d.17, dicit Apostolus, Hoc itaque dico & testor per Dominū, ne posthac ambuletis quemadmodum reliquæ gentes ambulāt in vanitate mentis suæ, dum mentem habent obtenebratam, abalienati à vita Dei propter ignorantiam quæ est in illis, & excæcationem cordis ipsorū. Et 5.b.8, Eratis quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et versu 11, Et ne commercium habueritis cum operibus infructuosis tenebrarum. Et cap. 6.b.12, spiritus malos vocat rectores tenebrarum, quorum regnū est in tenebris ignorantiæ Dei: sicuti regnū Christi est in luce cognitionis Dei. Baptizantes eos in nomine] Vel, in nomē. Quid sit Baptismus, & baptizari, vide suprà cap. 3.c.11. Non hîc instituit baptismum Christus: liquet enim ex Iohan. cap. 4.a.2, discipulos eius iam antea baptizasse. Ideò verò hîc baptismi meminit, vt scirent Apostoli quid cum illis agendum esset, qui resipiscentes Euangelio credidissent: nempe baptizare eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: & ea seruanda imponere quæ ipse præcepit. Baptizare in nomine siue in nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti: est initiare & consecrare eos qui baptizantur, in vnius Dei fidem ac religionem, vt credant Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, vnum esse Deum, in quem vnum spectare illos oporteat, & in eum vnum se conferre, in eo vno hærere: vt fixum in se habeant, vnum solum esse Deum, non plures: Filiúmque & Spiritum non aliud esse quàm ipsam Dei essentiam: agnoscentes Patrem, à quo adoptati sint: Filium, per quem sint accepti: & Spiritū, per quem regenerētur. Obseruemus igitur, baptismo nos obsignari, initiari, & cōsecrari in vnius Dei religionem & cultū, vt illius arbitrio viuamus. Præterea hîc probari aduersus omnes hæreticos, personarum diuinitatem. nam si in Filii nomen baptizamur, Filius est Deus: si in Spiritum sanctum, Spiritus sanctus est Deus. Marcus addit, cap. 16.d.16,

Marc.16.d.16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. His verbis, vt ostendat quanti sua doctrina & Euāgelium habendū sit, affirmat Christus, quicūque Euangelio crediderint, & baptismate, Ecclesiæ ministerio regeniti fuerint, eos fore saluos: qui autem prædicato Euangelio non crediderint, fore condemnandos. Vide autem vt prædicationi adiungat baptismum, tanquam sigillum prædicationis, quo obsignatur credentibus, verè per Christū remissa esse peccata, testimoniúmque illis redditur, eos in familiam Dei recipi, & inter domesticos ipsius censeri. Falsò nōnulli hinc colligunt infantes non esse baptizādos antè quàm ad eam ætatem peruenerint in qua possint doceri, & credere: quòd dicat Dominus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Et paulò antè, Ite, prædicate, & baptizate: ordini verborum nimium insistentes, quū hîc inuerso ordine dicatur, Baptizate, docentes seruare, &c. Verùm non intelligunt hîc à Christo de prædicando Euangelio dari mandatū: cui baptizandi ministerium, instar appendicis subnectit. Deinde non aliter de baptismo sermo habetur, nisi quatenus docēdi functioni, eius administratio subest. Apostolos enim mittit ad Euangeliū vniuersis orbis nationibus promulgandū: vt vndique in regnū suum perditos antè homines, qui doctrinæ recipiendæ pares essent, doctrina salutis colligant.

Pòst adiungit, tales vbi instituti fuerint, esse baptizandos: addita promissione, Qui crediderint, & baptizati fuerint, saluos fore. Vbi autem Euangelio accedunt qui illud audierũt, & baptismate eis fœdus Domini impartitur, iam sunt fœderis huius participes & infantes eorum. Cui siquidem Dominus, Deus est, eius quoque semini Deus est. Iis itaque communicatio fœderis, Ecclesiæ ministerio confertur, etiam prius quàm ipsi doceantur: vt testatum fiat, benedictionis fidelium semini promissæ, ipsos esse hæredes: vt agnita, postquam adoleuerint, baptismi sui veritate, fructum ex eo percipiant, ac proferant. Quid verò sit condemnari, Christus apertè ostendit apud Iohannem, cap. 3.d.36, his verbis, Qui credit Filio, habet vitam æternam: qui verò non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Hinc etiam colligunt nonnulli, baptismum esse de necessitate salutis. Sed vt Paulus dicit, Rom.10.b.10, ore confessionem fieri ad salutem: ita hic Christus de baptismo dicit. Baptismus quidem necessariò requiritur: quia sic Deo placet, vt baptizemur: non tamen intelligẽdum, aliter nos saluos fieri non posse. vt fides necessariò requiritur ad percipiendum verbum: nam fides ex auditu, Rom.10.c.17. An non tamen posset Deus aliter fidem inspirare? Posset: sed ita statuit.

Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi.

20 ʻDocentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis: ʻ& ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

ANNOT.

20 Docentes eos seruare om.] Hæc est altera Christi suæ doctrinæ pars, vt vbi Euãgelio crediderimus, & credentes, gratiã Christi & remissionem peccatorũ, adeóque & imputationẽ iustitiæ, & verã salutem apprehẽderimus: præceptis Domini obtemperemus, & quæ seruanda docentur ab Apostolis tanquam præcepta à Domino, seruemus. Nam hic eos ea conditione mittit vt doceant doctrinã quam ab ipso audierant: non sua somnia, sed quæ præceperat. Non de vno autẽ, aut altero præcepto hic loquitur, sed de tota sua doctrina quam ab Euãgelistis & Apostolis præscriptam habemus. Obserua præterea vt non dicat, Docentes eos scire & intelligere: sed seruare omnia, &c. Licet enim sciẽtia doctrinæ Christi à fidelibus requiratur: Christiano tamen nõ hic finis in discendo præscribitur, vt tantùm quæ bona & recta sunt sciat, sed vt seruet etiam, ac præstet. Marcus addit,

Porrò signa eos qui crediderint, hæc subsequẽtur, Per nomen meũ dæmonia eiciẽt, &c. vsque ad 19 versum. Mar.16.d.17. Quia poterãt Apostoli despõdere animos quòd tantã difficultatẽ viderẽt in disseminãda doctrina noua, Christus eos cõfirmat: Adiungã, inquit signa & miracula quæ doctrinam vestram cõfirment, & concilient vobis authoritatẽ. Quod nequis forte putet ad omnes fideles pertinere, vt quiuis statim fidelis miracula ædat, non ad solos Apostolos & ministros Euangelii, audiat eundem Marcum dicentem, Illi verò egressi prædicauerũt vbique, Domino cooperante, & sermonem eorum confirmante, sequẽtibus signis. Audiat & Paulum, Heb.2.a.3, de salute per Christum parta loquentem, Quæ quum primùm enarrari cœperit per ipsum Dominum ab iis qui audierant, in nos confirmata fuit, attestante Deo & signis & prodigiis simul, variísque virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, iuxta ipsius voluntatem. En miracula quò pertinuerint: non vt Apostoli honorarẽtur ab hominibus, tanquam approbati à Deo sancti & iusti, vt peruersè nonnulli docent: sed vt eorum prædicatio confirmaretur, & à Deo esse ostenderetur, ad gloriam sui Christi saluatoris nostri. Miracula non debent separari à verbo, quibus illud confirmatur. Siqua fiant miracula, vbi Euangelii verbũ non prædicatur, falsa erũt miracula ad seducendũ populum facta. Signa autem ista non fuerunt perpetua, sed tandiu durarunt donec confirmata fuisset Euãgelii doctrina: quæ sanè illis miraculis in æternum confirmata fuit. valere enim debent adhuc hodie, & vsque ad finem mundi valebunt quæ ab Apostolis ædita fuerunt. Et ecce ego vobiscum sum, &c.] Arduum erat munus quod iniungebat, cui pares esse boni viri nullo modo poterant. Et credibile est eos haud parum illius consideratione territos. Ideo pollicetur illis suam vbique per vniuersum orbem præsentiam, opem, & gratiam, vsque ad legationis huius consummationem. Quæ consolatio non tantum Apostolis, sed & hodie omnibus etiã ministris valde necessaria est, qui cum bona conscientia funguntur ministerio, quos satan in dies miris insultibus adoritur. Ordo historiæ exigit vt hic apponãtur quæ Lucas de Ascensione Domini scribit in fine sui Euangelii, & in Actis. Dicit igitur,

Eduxit autem eos foras vſque in Bethaniam. Videlicet ad mõtem Olịueti, iam ante ſignificatũ per Zachariam ita dicentẽ cap.14.a.4, Stabunt pedes eius in die illa ſuper mõtem Oliuarũ qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem, &c. Et Act.1.b.12, Lucas narrat, poſtquam aſcendiſſet Dominus, Apoſtolos reuerſos Ieroſolymam à mõte qui vocatur Olịueti, in quem educti fuerant. Quid autem in eo monte tractauerint cum Chriſto, ſcribitur Act.1.a.6.

Act.1.a.6. Illi igitur vbi conueniſſent, percontabantur illum, dicentes, Domine, num in tempore hoc reſtitues regnum Iſraeli? Vide obſecro incredibilẽ diſcipulorum ſtupiditatem. quoties enim explicuerat eis Chriſtus veram regni ſui rationem? attamen ſomniant adhuc regnum Chriſti corporale, & ſoliciti ſunt non de ſuo officio peragendo, ſed de tempore potius quo regnum Chriſti inſtaurandũ ſit. nam Eſaias prædixerat, 60.b.11, Aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit, & Gentes ſolitudine vaſtabuntur. Interrogant igitur, Num hoc tempore, num hac ipſa hora qua nos in montem Olịueti eduxiſti, inſtaurabis regnum tuum in terris, & efficies vt Iſraelitæ dominentur in toto orbe terrarum? Hæc verò diſcipulorum imbecillitas non proponitur nobis vt eorũ exemplo noſtris vitiis blandiamur, ſed potius diſcamus agnoſcere quãta & noſtra ſint vitia, & quàm neceſſarius nobis ſit ad ſalutẽ Ieſus Chriſtus: vt etiã tanto magis cognoſcatur maieſtas Chriſti, quanto maior fuit diſcipulorum eius imperitia, & imbecillitas. Quanta autem clemẽtia eos reprehenderit, & quanta animi moderatione erudierit, ſequenti verſu dicitur,

Dixit autem ad illos, Non eſt veſtrum noſſe tempora & articulos temporum, quos Pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate. Curioſitatẽ diſcipulorum initio reprehendit, dicens, Non eſt veſtrum inquirere articulos temporũ, ſed ſuo tempore verbum Dei ſectari. Reuelauit quidem Deus aliquoties etiam hominibus articulos temporum: Patriarchæ Noe reuelauit tempus diluuii. Ieremiæ reuelauit tempus liberationis è Babylone. Danieli reuelauit tempus aduentus Chriſti ſui. Hæ autem reuelationes ſignificant Deum tantũ habere in ſua poteſtate notitiã temporis & momentorũ eius, ac reuelare ea cui voluerit: ſed non ſignificant Deũ concedere vt quæ abſcondat, nos carnali curioſitate ſcrutemur. Quare Chriſtus monet nos hac reprehenſione vt nõ inquiramus curioſe in ea arcana quæ Deus non reuelauit nobis verbo ſuo, ſed vt ſemper manifeſtã Dei vocationẽ ſectemur. Dein docet diſcipulos de ratione regni ſui, & de virtute quam accepturũ ſit regnũ ſuũ in terra, ſequenti verſu,

Sed accipietis virtutem poſteaquã Spiritus ſanctus aduenerit ſuper vos. Et eritis mihi teſtes non ſolum Ieroſolymis, verùm etiam in vniuerſa Iudæa, Samariáque: denique vſque ad extrema terræ. q.d. Iuſſi vos ab Ieroſolymis non diſcedere, ſed expectare promiſſionem Patris. Hæc veſtra nũc eſt vocatio: huic vocationi vobis nũc obediendum eſt. De articulo temporis ne ſitis ſoliciti: ſed hoc agite vt Ieroſolymis expectetis Spiritum ſanctum qui vobis à Patre promiſſus eſt. Regnũ enim meum non erit tale vt indigeat externo cataphractorum equitum exercitu: nec emittam vos externa potentia munitos ad accipiendum regnum meum: ſed accipietis virtutem Spiritus ſancti, accipietis admiranda dona Spiritus, vt non ſolum animentur corda veſtra ad prædicandũ Euangelium meum in medio inimicorum veſtrorum: ſed etiam vt linguis nouis loquamini, in nomine meo dæmonia eiiciatis, ſerpentes tollatis, claudos ſanetis, mortuos ſuſcitetis, atque multa alia miracula ædatis. Hæc eſt virtus, hic eſt exercitus, hoc eſt robur quo vos muniam ad accipiendum nomine meo regnum in terra. Non erit mihi opus veſtra carnali potentia ad pugnandum cum aduerſariis, ſed volo teſtimonium veſtrum. Emitto vos non vt externos bellatores, ſed vt Eccleſiaſticos concionatores, ídque non Ieroſolymis tantum, ſed vſque ad extremum terræ. Accipiam per vos in tota terra regnum meum, non bellando, non pugnando externis viribus, ſed teſtificando de reſurrectione mea, & prædicando Euangelium meum. His dictis aſcendit in cœlũ, vt Marcus & Lucas in ſuo Euangelio, & primo capite Actorum Apoſtolorum his verbis ſcribunt,

Mar.16.d.19. Itaque Dominus quidem poſtquam loquutus fuiſſet eis, ſublatis in altũ
Luc.24.g.50. Act.1.b.9. manibus ſuis, benedixit eis. Et factum eſt quum benediceret illis, receſſit ab eis. itaque & videntibus iiſdem in altũ ſublatus eſt, & nubes ſuſce-

pit illum ab oculis eorũ, '& ferebatur 'in cælũ,'& cõsedit à dextris Dei.

Benedictio hæc, solẽnis est precatio, qua is qui præditus est insigni aliquo, publico eóque honore, priuatos & suæ administrationis homines Deo commẽdat. Ita Isaac benedixit filio suo Iacob: & Iacob ipse benedixit suis nepotibus Ephraim & Manasse. Neque enim fuit illud mutuum, vt par referret filius patri: sed maior authoritas ad legitimam benedictionem requirebatur. Quod melius constare potest ex Nume. 6. g. 27, vbi postquam sacerdotibus datũ est mandatũ benedicẽdi populi, statim promissio additur, Benedictos fore quibus benedixerint. Hoc inquam iure subnixa est sacerdotalis benedictio, vt non tam hominis sit, quàm Dei. Nam vt sacerdos in victimis immolandis, Christi vices gerebat, ita in populo benedicẽdo nihil quàm minister & legatus erat summi Dei. In hũc sensum accipiendus est iste Lucæ locus, Christum sublatis manibus Apostolos benedixisse: quo signo vsus est vt penitius discipulorũ cordibus insiderent benedictionis verba, quibus indubiè ea ipsis precatus fuit quæ promiserat, optans nõ tantũ vt essent cum successu in munere, verùm ipse quoque adiuuat, & ministerio præsto est, atque ipse dat incrementum. Ritum illum tollendi manus proculdubio à sacerdotibus mutuatus est, vt se ostẽderet eum esse per quem nobis Deus Pater benedicat. Quũ igitur manus suas tollẽs, bene ipsis & eorum ministerio iniuncto precatur, certissimum signum est quòd nobis maxime bene cupiat, & consultum velit: vt nos semper consolationem ex hac benedictione sentiamus quandiu Euangelium annũtiabitur. Et ferebatur in celum,] Postquam omnibus perfunctus Christus fuerat quæ illi à Patre iniuncta fuerant, quæque in salutem nostram erant, nihil opus erat eum diutius in terra versari. In cælum igitur sublatus, corporis sui præsentiam è conspectu nostro sustulit: non vt adesse fidelibus desineret, qui adhuc in terris peregrinarentur: sed vt præsentiore virtute & cælum & terrã regeret. Quin potius quod pollicitus est, se nobiscum futurum vsque ad consummationem seculi, id sua hac ascensione præstitit: qua vt corpus supra omnes cælos eleuatum est, ita virtus & efficacia vltra omnes cæli ac terræ fines diffusa, propagatáque est. Duplicem autem fructum ex hac ascensione cõsequimur. nam quatenus cælũ ingressus est nostro nomine, sicut in terrã nostra causa descẽderat: aditũ illuc nobis quoque patefecit: vt iam aperta sit nobis ianua, quæ propter peccatũ antè clausa erat. Deinde in cõspectu Dei comparet pro nobis intercessor & patronus: vt multis locis ostendit Paulus. In cælum,] Cælestia ista visibilia, omnem creaturam reliquam magnitudine, virtute, & perenni motu, infinito quodam modo superant: quare sedes Dei dicuntur, qui tamen omnia implet. quæque ad Deum concedere Scriptura prædicat, ideò in cælum ferri: sicut & de cælo venire, quæ à Deo veniunt, memorat. Cælum ergo in quod Dominus noster ascendit, inuisibilis Patris gloria est, & inaccessa diuinitatis lux, vbi contemptus paulo antè, & execratus Filius hominis, in summa potentia beatus regnat, habens subiecta vniuersa, & spiritu suo apud electos instaurãs, perficiénsque omnia. Et cõsedit à dextris Dei.] Similitudo à principibus sumpta, qui suos habent assessores, quibus regendi, imperandíque vices demandant. Ita Christus in quo exaltari, & per cuius manum regnare vult Pater, in eius dexteram receptus dicitur, acsi cæli ac terræ dominio inauguratus, diceretur cõmissæ sibi administrationis possessionẽ solenniter adiisse: nec semel adiisse tantum, sed in ea perstare donec ad iudicium descẽdat. Sic enim Apostolus interpretatur quum ita loquitur, Ephes. 1. d. 20, Constituit illum Pater ad dexteram suam supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed & in futuro. & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput Ecclesiæ super omnia, &c. Vides quorsum pertineat illa sessio: nempe vt eius maiestatem tum cælestes, tũ terrenæ creaturæ suspiciant, manu eius regantur, nutum intueantur, virtuti subiectæ sint. Sedere igitur ad dexteram Patris, nihil aliud est quàm cælesti tribunali præsidere. Post hæc narrat Lucas quomodo se gesserint discipuli, & quid fecerint sublato ab ipsis Domino,

Quúmque illi adorato eo, defixis essent oculis in cælum, eunte illo, ecce viri duo astiterunt illis, amicti vestibus albis, qui dixerunt, Viri Galilæi quid statis intuentes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quẽadmodum vidistis eum euntem in cælum. Luc. 24. g. 52. Act. 1. b. 10

Vbi discipuli manifestissima diuinitatis Christi argumenta perspexissent, primum quidem in doctrina & miraculis stupendis, deinde in ipsa quoque morte, & nuper in viuifica resurrectione, iam verò & in gloriosa ad cælos ascensione, rectè & religiosè nunc procũbunt, & Do-

minum adorant, nimirum vt verum Deum consubstãtialem Patri, saluatorem mundi. Docentur autem ab angelis de eo Christi aduẽtu in quo veniet in maiestate sua ad iudicandũ viuos & mortuos, dicentibus, quòd etsi Christus nunc assumptus sit in cælũ, nec sit hoc tempore publicã maiestatem regni sui in hoc seculo reuelaturus, vt bona eius externo sensu percipiãtur: tamen non ascenderit in cælum vt ipse quidem perpetuò fruatur cælestibus bonis inuisibiliter: sinat autem hunc mundum & homines in eo, in sempiternũ, pro veteri more, ad hunc modũ quo nunc omnia sursum deorsum feruntur, ætatem transigere: sed vt suo tempore in hunc mũdum visibiliter & magna maiestate redeat, & omnia rectissimè componat: piis quidem & in ipsum credentibus, perpetuam fœlicitatem: impiis autem & cõtemptoribus Euangelii sui, perpetuam damnationem. Oportet Iesum Christum (inquit Petrus Act.3.d.21,) cælum accipere vsque in tempora restitutionis omnium quæ loquutus est Deus per os omnium sanctorum suorum à seculo Prophetarũ. Tametsi enim multi sunt qui ludibrio habẽt quicquid de secundo aduentu Christi ad iudiciũ dicitur, de quibus & Christus ipse dixit suprà, 24.d.48, Quòd si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cũctatur Dominus meus venire: cœperítque percutere conseruos: imò edere & bibere cũ ebriis. & Petrus, 2.Pet 3.a.3, Venient in extremis diebus illusores, qui iuxta proprias cõcupiscentias ambulent, & dicãt, Vbi est pollicitatio aduentus eius?) tamẽ nihil firmius est quàm Christum venturũ esse in maiestate sua ad iudicandum viuos & mortuos, & ad restituenda omnia in suum rectum & iustum ordinem. De hoc aduentu passim in Scripturis Apostolicis. His auditis, reuersi sunt discipuli Ierosolymã, vt sequentibus docet Lucas,

Luc.24.g.52. Act.1.b.12. Tunc regressi sunt Ierosolymam cum gaudio magno à monte qui vocatur Oliueti, qui abest ab Ierosolymis iter sabbathi. Et quum introissent, ascenderunt in cœnaculũ, vbi mansitabant & Petrus & Iacobus, & Iohannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi *frater*. Hi omnes perseuerabãt vnanimiter in deprecatione & obsecratione, cũ mulieribus & Maria matre Iesu, cúmque fratribus illius. Et erant semper in templo, laudantes ac benedicentes Deum. Licet Dominum ex oculis amisissent, cum gaudio tamen regrediuntur Ierusalem. Sentiebant tunc verum quod Dominus eis dixerat, Iohan.16.a.7, expedire ipsis vt carne abiret. Dum carne eis adesset, carnales vsque erant, & carnalia sapiebãt: vbi autem se carne eis subduxit, & spiritu adesse cœpit, gaudio solido affecti, summa cum alacritate, toti in prædicando & extollendo Deo erant, & quidem loco celeberrimo, & inter hostes infensissimos, donec potentiori & insigniori virtute Spiritus Dei instructi abirent prædicatum in omnem terram. Obediunt Christo quum Ierosolymam reuertuntur, dicẽti Luc.24 g.49, Vos autem sedete in ciuitate Ierusalem, quoadusque induamini virtute ex alto. Vide autem quanto discrimine obediant. Iudæi enim non pepercerant antea Christo Domino eorum: quomodo ergo parcerent nunc discipulis expectantibus cælestem exercitum, quo totum orbem inuaderent? Certe siquis huius negotii circunstantias excutiat, videbit eos redire ad præsentem mortem. Verùm potentia Spiritus Christi compleuit eos tanto gaudio, & cõtinuit in officio obedientiæ. Qui sanè Christi Spiritus, per promissionem ipsius Christi fuit efficax: nam dixerat, Iohan.15.d.26, Mittam vobis Paracletum à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Et, Accipietis virtutem, postquã Spiritus sanctus aduenerit super vos, Act.1.b.8. Quum ergo discipuli adhiberẽt huic promissioni fidem, tantas acceperũt vires vt non solum non deterrerẽtur periculis è sectanda vocatione Dei, verũetiam magno gaudio sequerẽtur verbũ Dei. Quot essent tũ in Ecclesia, Lucas (Act.1.c.15) scribit his verbis, Erátque es turba nominũ simul ferè centũ viginti. Inter hos, nominatim Apostolos recenset, & virginem Mariã, cum aliis mulieribus: nã mulieres quoque ad Ecclesiam pertinent. Hic igitur agnoscenda est admirãda potentia dexteræ excelsi. Ecclesia enim Christi quæ nunc tantum è centũ viginti hominibus constat, per hos virtute Spiritus sancti postea ita propagatur, vt nõ solũ innumerabiles homines, verũetiam innumerabiles vrbes & nationes in eam congregentur. Admirabile quondã fuit, quòd quũ Patriarcha Iacob ingressus esset in AEgyptum cum septuaginta animabus, Gene.46.e.27: posteri egressi fuerint postea ex AEgypto tanta multitudine vt superauerint numero sexcẽta milia pe

ditum virorũ, Exod.12.f.37: Multo autem admirabilius est, quòd ecclesia Christi initio tam parua, dilatauerit se postea tanta multitudine in toto orbe terrarum, vt Spiritus sanctus ipse videatur in ea numerãda succumbere. Leua (inquit Esa.60.a.4) in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerũt tibi: filii tui delonge venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, & fortitudo Gentium venerit tibi. Perseuerabant autem vnanimiter in oratione. necessario certe: nam obiiciebantur eo tempore magnis & grauibus tentationibus: partim quòd non mox post reditũ ipsorum à monte aduentabat Spiritus sanctus: partim quòd quouis momento timendũ erat ne armati milites irruerent in domũ in qua congregati erant. Obserua verò, quum benedicere sit laudare, vtrunque tamen coniunxerit, Laudãtes & benedicentes Deum: velut alterum altero exponens. Interea dum missionem Spiritus sancti expectabant, elegerunt Matthiam in locum Iudæ Iscariotæ, vt narrat Lucas, Act.1.c.16. Tandem dum compleretur tempus Pentecostes, hoc est septem hebdomadarum à resurrectione, missus est Spiritus promissus, vt idem Lucas scribit, Act.2.a.1, his verbis,

Et quum compleretur dies pentecostes, erant omnes vnanimiter in eodem loco. Et factus est repente de cælo sonitus, tanquam impetu venientis flatus vehementis, &c. vsque ad 13 versum. Vide annotationem super hæc in Actis. Spiritu sancto igitur baptizati, & confirmati, robustiores que facti, statim se accingunt muneri suo obeundo, vt Marcus narrat cap.16.d.20. Act.2.a.1.

Illi verò egressi prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, per sequentia signa. Hæc exponuntur suprà versu 20, ex Paulo ad Hebræos. Cooperabatur Dominus in Apostolis: nam per eos, tãquam per instrumenta, operabatur miracula: vt Petrus docet Act.3.b.12, quum sanasset claudum, & tanquam miraculi authorem eum intuerentur homines, dicens, Aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate effecerimus vt hic ambularet. Et paulo pòst, versu 16, Per fiduciam nominis eius, hunc quem videtis ac nostis, consolidauit nomen ipsius: & fides quæ per eum est, dedit ei integritatem istam in conspectu omnium vestrum. Idem autem est, Cooperatorem esse Deũ hominibus, & Homines cooperatores esse Deo, vt Paulus dicit, 1.Corin.3.b.9. Magnus profectò honor, quum Deus per se agere possit, quòd homũciones tanquã adiutores asciscat, eisque tanquam organis vtatur. Mar.16.d.20

Sanctum IESV Christi Euan GELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAP.I.

Har.1.23. I 'Nitium Euangelii Iesu Christi filii Dei, Si- 1
cut scriptum est in Prophetis,

Malach. 3.a.1 Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem 2
tuam, qui præparabit viam tuam 'ante te.

Esa.40.a.3. iohan.1.c.15 luc.3.a.4. 'Vox clamantis in deserto, Parate viam Domi- 3
ni, rectas facite semitas eius.

Matth.3.a.1. Baptizabat Ioannes in deserto, 'prædicans ba- 4
ptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorũ.

Initium Euãgelii Iesu Christi filii Dei, Sicut scriptũ est i Esaia prophetę,

Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viã tuã ante te.

Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

Fuit Iohannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

ANNOTATIONES

1 Initium Euang.Iesu Chr.Sicut scrip.e. in Prop.] Hebræorũ more exorsus est ab ipso operis titulo, qui est, Euangelium de Iesu Christo Dei filio.q.d. Prædicatio Euangelica quæ de Christo Dei filio est, & cœpit sub tricesimo demũ Christi anno, tale omnino principium sortita est, quale eam habituram iam olim Prophetæ Esaias & Malachias prædixerant; nempe quòd Iohannes præcessurus esset, & incepturus prædicare Euangeliũ, (nam Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem) non autem Christus, tametsi esset caput Euangelii. is enim Iohannes cœpit prædicare Euangelium, & annuntiare eum adesse, qui fuerat promissus. Sic autem placuit Deo vt præcederet Iohannes seuera quadam & austera vita, Legi videlicet seueræ & rigidæ propior. Christus verò mitis, & mansuetus, familiariter conuersatus est cum hominibus, quoniam pignus erat gratiæ & misericordiæ diuinæ. In hoc omnem excusationem eripuit Iudæis, ne causarentur Euangelium vel nimis lene, vel nimis rigidum videri. Euangelium ergo primus cœpit prædicare Iohannes, vt prædixerant Prophetæ. Euangelium verò auspicatur ab eo, quo iam Dominus manifestari cœpit. Præfigit autem hoc modo operi titulum, & in titulo comprehendit argumentum operis, quum dicit, Euangelium de Iesu Christo Dei filio, quomodo saluos faciat credentes. Nonnulli exponunt principium istud Marci acsi dicat, Inde initium describendi dicta factáque Seruatoris, hoc est annuntiandi Euangelii facio, quum iam in eo impleri cœperunt quæ Prophetæ prædixerant: nempe à Iohãne, quem Prophetæ præcessurũ prædixerant. Hic Marcus Christũ dicit Dei filiũ: Matthæus verò Dauidis & Abrahæ tantùm. In Prophetis,] Duo tantum exemplaria Græca legunt, In Esaia Propheta: verior est autem lectio, In Prophetis: nam duo sunt testimonia, alterum ex Malachia, cap.3.1, quod explicatum est Matth.11.b.10. alterum ex Esaia, cap.40.a.3. Duo testimonia iungit, vt ostendat Iohannem esse de quo vterque Propheta dicat.

2 Ante te.] Dictio Græca perinde significat acsi dicas, A fronte tua. vt intelligas, Christum qui nũtiabatur, iam adesse. Aliter enim dicitur, Ante Ciceronem dixit hoc Cato, hoc est prius quàm Cicero diceret.

3 Vox clamantis, &c.] Hoc est, Sum vox clamans, ego nihil aliud doceo quàm quod mihi Dominus suggerit: non meum, sed Domini verbum doceo: vox enim sum. Sic Exod.4.d.15, dicit Dominus ad Mosen, Loquere ad Aaron, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius. En prædicator, Dei vox est, Christi vox est, propterea nõnisi illa quæ Deus & Christus illi in os dederit, effari debet. Vide annotationem, Matth.3.a.3.

4 Præd.baptis.pœniten. in remiss.pec.] Sic & Lucas cap.3.a.3. Hoc loquendi genere significat Iohãnem hortatum fuisse populum vt resipiscerent, ac pœnitentiam agerent: simúlque crederent propter Christum peccata sibi remitti. quam remissionem vt eis confirmaret, baptizabat eos. Baptismus autem pœnitentiæ, significat totum ministerium Iohannis, hoc est doctrinam, & baptismum eius doctrinæ adnexum. De pœnitentia & baptismo Iohannis, & Christi, & Apostolorum, Vide Matth.3.a.2.c.11.

Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ vniuersi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua.

5 |Et egrediebantur ad eum 'tota Iudææ regio, Matth.3.a.5.
ac Ierofolymitæ: & baptizabantur omnes ab illo
in Iordane flumine,confitentes peccata sua.

Et erat Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lũbos eius: & locustas & mel syluestre edebat.

6 Erat autem Iohannes vestitus pilis 'cameli, &
'zona pellicea circa lumbos suos: |vescebatúrque Leuit.11.c.22
locustis ac melle syluestri.

Et prædicabat, dicẽs, Veniet fortior me, post me, cuius non sum dignus procũbens soluere corrigiã calceamentorum eius.

7 |Et prædicabat, dicens, Venit is qui fortior est Har. 1.14
me,post me,cuius non sum 'idoneus 'vt procum- Matth. 3.c.12
bens soluam corrigiam calceamentorum. luc.3.c.16. iohan.1.d.27.

Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos Spiritu sancto.

8 |Ego quidem 'baptizaui vos aqua:ille verò ba- Act.1.a 5. & 2.a.4.
ptizabit vos Spiritu sancto. & 11.c.16. & 19.a.4.

Et factum est in diebus illis, venit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Iohanne in Iordane.

9 |Et factũ est in dieb' illis, venit Iesus 'à Nazareth Matth.3.d.14
Galilææ,& baptizatus est à Ioanne in Iordane. luc.3.d.22. iohan.1.e.33.

Et statim ascendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam descendentem, & manentem in ipso.

10 Et statim quum ascenderet ex aqua, vidit 'diffin
di cælos,& Spiritum,quasi colũbam,descenden-
tem super illum.

Et vox facta est de cælis, Tu es filius meus dilectus: in te complacui.

11 Et vox facta est de cælis, Tu es ille filius meus B
dilectus,in quo mihi bene complacitum est.

Et statim Spiritus expulit eum in desertum.

12 |Et continuò Spiritus illũ 'expellit in desertum. Har.1.17.

Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à satana: eratque cum bestiis: & angeli ministrabant illi.

13 Et erat illic in deserto dies quadraginta,& ten- Matth. 4.a.1. luc. 4.a.1.
tabatur à satana:'erátque cum feris: & angeli mi-
nistrabant illi.

ANNOT.

5 Iudææ regio,] Græce,tota Iudæa regio.vt cohæreant duo nomina substantiua,id est,ex omnibus Iudææ partibus.Vide Matth.3.b.5.6.

6 Cameli,] Sic legitur & in vetustioribus Latinis codicibus. Zona pellicea] Ablatiuus est nobis,non nominatiuus:& refertur ad participium Vestitus, sicut & ablatiuus Pilis. Vide annotata in Matth.3.a.4.

7 Idoneus] Vel,sufficiens:vt vulgo loquuntur. Vt proc. soluam] Sic & Lucas.Matthæus verò,versu 11,Vt calceamenta portem.

8 Baptizaui] Vide Matth.3.e.11.

9 A Nazareth Gal.] Hic declarat quod Matthæus,versu 13,obscurius dixerat, à Galilæa. Reliqua Matthæus pluribus verbis prosequitur,quàm noster.

10 Diffindi] Vel,diduci.Matthæus versu 16,Aperti sunt ei cæli.

12 Expellit] Vel,eiicit, siue extrudit.Significat autem impetum Spiritus rapientis hominem quocunque velit.Lucas habet,Agebatur.Hæc autẽ indicant veros Dei filios nequaquã sui iam iuris esse,sed totos,quanti sunt,Spiritus imperio cessisse:contra eos qui nescio quam vmbellam virtutis per se agendi, nostræ voluntati reliquam tribuunt. Hinc consolationem capiant omnes qui tentantur, quòd agnoscant tentationes bonam Dei esse voluntatem. Hinc etiam doceamur,ne nos temere in tentationem ingeramus:quòd si à Deo immittantur,æquo animo feramus.

13 Erátque cum fe.& ang.min.ei.] Solitudo igitur fuit nullis habitata hominibus, quãdo illic feræ viuebãt.Nota præterea,adeò abesse vt filii Dei possint alicuius necessariæ rei inopia laborare, vt citius Angeli ipsis ministraturi sint,quàm vbi hominũ ministeriis fuerint destituti,egeant.Nota simul,illos neque conuictũ hominum,neque ministeria declinare,nisi Spiritus Patris egerit in desertum:alioqui præsentibus pro ductu Spiritus,cum gratiarum actione vtitur.nõ enim legimus nisi hac vice,Christum incoluisse desertum:& incoluisse,non suo,sed Spiritus ductu & arbitrio.

Ha. 1.26. ‖ 'Poſtquam autem comprehenſus eſſet Ioan- 14
Matt. 4.b.12. nes,‖ venit Ieſus in Galilæam, 'prædicans Euange
Har. 1.27 lium regni Dei,
Luc.4.c.14. iohan.4.f.43 Et dicens, 'Impletum eſt tempus, inſtátque re- 15
gnum Dei: 'reſipiſcite, & credite Euangelio.
Har. 1.28 ‖ 'Quum ambularet auté iuxta mare Galilææ, 16
Matth.4.c.18 luc.5.a.2. vidit Simonem & Andream fratrem eius, iacien
tes retia in mare: (erant enim piſcatores:)

Poſtquam autem traditus eſt Iohannes, venit Ieſus in Galilæam, prædicás Euangelium regni Dei,

Et dicẽs, Quoniã impletum eſt tempus, & appropinquauit regnũ Dei: & pœnitemini, & credite Euãgelio.

Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare: (erant enim piſcatores:)

ANNOT.

14 Poſtquam autem compr.] Obſerua hoc loco Dominum furori Herodis ceſſiſſe, ídque actum à Spiritu, vt Lucas exprimit, cap.4.b.14. Quo monemur, ſi verè Domino nos commiſerimus, Spiritum eius nos quoque in omnibus ſalutariter directurum, ſiue fugere nos velit, ſiue conſiſtere, & cominus cum hoſtibus congredi. Sic enim Chriſtũ Dominum noſtrum, ſic Apoſtolos quoque, nunc perſecutorum furori, vt latius prædicarent, ſubduxit: nunc verò intrepidos oppoſuit, victoréſque hoſtium, vel vita, vel morte reddidit. Fuga qua gloriæ Chriſti detrahitur, Chriſtiano indigna eſt, & ignorata ſanctis: at vbi ita fugis vt gloriæ Domini cõmodius inſeruias, nihil tui quærens, ſed tuo tantũ muneri inſeruiens, tuæ te horæ ſeruãs, facis quod hîc & aliâs Chriſtus fecit. Ad cuius exemplum & Paulus è Damaſco, Act.9.d.24, & aliâs fugit. Hi quo ſpiritu, dum gloriæ Dei retulit, fugerunt: eodem poſtea ſe vltrò perſecutoribus obtulere. Ita Chriſtus quærentibus ſe ad necem, dedit ſe vltrò obuiũ. Paulus nulla ratione reuocari potuit quo minus Ieruſalem peteret, vbi tamẽ ſciebat ſe manere vincula & tribulationes, Act.20.c.22. Ita ergo fugiendũ erit Chriſtiano, ne præter gloriã Chriſti, cui conſecratus eſt quãtus eſt. Vbi autem vel fugiendo, vel perſiſtendo, magis gloriæ Domini conſulueris, nemo niſi illius Spiritus recte iudicabit. Quare Pater ante omnia orandus eſt bonum ſpiritũ qui deducat in via recta, Pſal.143.c.10: neque ſinat nos vſpiam noſtro arbitrio ferri. Nam non poteſt de fuga certum aliquid præcipi, neque in totum ea laudari, neque in totum vituperari.

Prædicans Euang.re.] Quid ſit Euangelium regni, vide Matth.4.d.23.

15 Impletum eſt tempus,] Marcus præter morem plenius exponit prædicationem Chriſti. Quum impletũ eſſe tempus Chriſti dicit, veluti quadam præfatione vtitur apud Iudæos, quibus non incognitæ erant promiſſiones. Si ita apud Tyrios, aut Sidonios concionari cœpiſſet, ridicula fuiſſet concio. Sed quia Iudæi expectatione redemptoris ſuſpenſi erãt, dicit tempus impletum eſſe. Lex enim & Prophetæ certũ aliquod tempus deſignarãt, in quo ſalus omnium credentium perficeretur per Chriſtũ. Daniel enim à Gabriele audit, Septuaginta hebdomades præfinitæ ſunt populo tuo & vrbi tuæ, ad conſummandum ſcelus, & perficiendum peccata, & expiandum iniquitatem, & ad iuſtitiam ſempiternam adducendũ, & obſignandum viſiones & Prophetias, & vngendũ Sanctum ſanctorum, Dani.9.f.24. Et Gene.49.b.10, Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, &c. Hoc (inquit Chriſtus) tẽpus impletũ eſt: hodie Pater præſtitit quod Patribus fuerat pollicitus. Ex eo ſequitur ſecundũ, quod ipſum etiam explicat primũ, Inſtátque regnũ Dei. de quo vide Matth.4.c.17. Per Chriſtum enim aperitur credentibus aditus ad Patrem in regnũ Dei: denique regnat Deus ſuper terram quoque Spiritu, vi, & verbo ſuo in medio fidelium ſuorum. Omnia ergo quæ de ſalute & vita æterna, de iuſtitia ſanctorũ, de regno Dei in hoc ſeculo, prædixerũt Prophetæ, iam nunc inſtant, & exhibentur, complentúrque per Chriſtum: tunc enim regit nos, quum per verbum ſuum ſe manifeſtat: dein quum nos propria volũtate abdicamus, quod fit virtute Spiritus ſancti. Quum aduenit Chriſtus, populi Iudaici ſtatus, miſera erat & horrenda diſſipatio: omnes quod rectum ſibi videbatur faciebant: per verbum autem Euangelii collecti, regnum Dei ſenſerunt, quotquot illi ſe ſumma obedientia ſubmiſerunt. Reſipiſcite, & cred. Euang.] Hic eſt modus quo homines fiant regni cælorum participes: nempe vt quiſque in ſemetipſum deſcendat, agnoſcátque qualis ſit corruptus peccator & damnatus ex ſeipſo: confiteatur dein peccata, ab iiſque auerſus, conuertatur ad miſericordiam Dei: neque deſperet, tametſi ſe iuſto Dei iudicio damnatũ videat: ſed credat Euãgelio, annuntianti quòd Deus propter peccatores Filium vnigenitum miſerit in mũdum, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, Iohan.3.b.16.

16 Quum ambularet autem, &c.] Vide Matth.4.c.18, vſque 23. ſimilia enim omnia. Ordi-

nem historiæ sic se habere quidam scribunt, Primum docuerat Dominus in synagogis Galilææ. Inde vbi & aliis ciuitatibus vellet prædicare, obruebatur à turba: tum ingressus nauem Petri, iussit à terra subducere. Mox ædidit miraculum illud, vt in suo nomine iaciẽtes rete, tantam multitudinem piscium comprehenderent, vt rete rumperetur, qui antea totã noctem laborauerant, & nihil ceperãt: ex quo attoniti orabant vt à se migraret, vt legimus in Luca, cap. 5.a.1, vsque 10. Ibi ipse illos, Petrũ & Andream primum, ad sequendum se vocauit, pollicitus se facturum eos captores hominũ. Vbi autem ad terram naues subductæ erãt, & forte in suam stationem seorsim filii Zebedæi se recepissent, (nondum enim illos ad perpetuum suum comitatum vocarat:) progressus paululum, offendit eos sedentes cum patre suo Zebedæo reficere rete suum. tum vocauit & illos: qui protinus relicta naui & patre, secuti sunt eum, facti iam & ipsi perpetui Christi comites. quod Lucas summatim dixit (cap. 5.b.11) Et subductis ad terrã nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. Licet enim hi, Domini discipuli facti essent post illam vocationem quæ Iohan. 1.c.39, describitur: nondum tamen relictis omnibus illum cœperant perpetuo comitari. At vbi iam omnibus relictis secuti ipsum fuerunt, non videtur verisimile, quòd eo agente adhuc in mortali vita, ad piscationem redierint. aliud enim iam illorum munus erat. Vnde quum Lucas suprà dicto capite, sicut hîc Marcus, narret eos omnia reliquisse, & promissionem accepisse de capiendis hominibus: videtur eadem historia & vocatio ab vtroque descripta esse. Verùm de hoc iudicet Christianus: cum nullo de hac re contendendum. Quanquam non videam quomodo possint duæ vocationes haberi, quum vterque scribat hos relictis omnibus sequutos Christum fuisse. Quam locutionem si velis ad eum modum accipere, quo aliâs in Euãgelicis literis accipi solet, ferendum erit, istos Apostolos, Petrum, Andream, & filios Zebedæi, cœpisse ab hac primum vocatione, post capturam piscium, valedicto aliis negotiis omnibus, Domino comites vsque adhærere.

Et dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

17 Et dixit eis Iesus, Sequamini me, & faciam vt
efficiamini piscatores hominum.

Et protinus relictis retibus, sequuti sunt eum.

18 Ac protinus relictis retibus suis, sequuti sunt eũ.

Et progressus inde pusillũ, vidit Iacobũ Zebedæi, & Iohannẽ fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui.

19 Et progressus illinc pusillum, vidit Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in naui reconcinnabant retia.

Et statim vocauit illos: & relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, sequuti sunt eum.

20 Statímque vocauit illos: & illi relicto patre suo Zebedæo in naui cũ mercenariis, sequuti sunt eũ.

Et ingrediuntur Capharnaũ: & statim sabbathis ingressus in synagogam, docebat eos.

21 Et ingrediuntur Capernaum: & statim sabba- Matth. 4.b.13
tis ingressus in synagogam, docebat. Luc. 4.e.31.

Et stupebant super doctrina eius: erat enim docẽs eos quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.

22 Et stupebãt super doctrina eius: erat enim do- Mat. 7.d.28. Luc. 4.e.32.
cens eos tanquam authoritate præditus, & non C
sicut Scribæ.

Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immũdo, & exclamauit,

23 Et erat in synagoga eorũ homo obnoxius spi Har. 1.37
ritui immundo, & exclamauit, Luc. 4.e.33.

ANNOT.

21 Et ingrediuntur Cap.] Matthæus cap. 4.d.23, dicit, Et circuibat totam Galilæam, docens in synagogis eorum, ac prædicans regnum Dei. Tandem ingrediuntur Capernaum.

22 Et stupebant super doct.] Vide Matth. 7.d.28.

23 Obnox. spir. immun.] Græce, in spiritu immundo. Hebraismus, pro, habens spiritum immundum. De spiritu immundo vide Matth. 12.d.43. Ex substantia sua, appellatur spiritus: ex ingenio autem atque moribus impuris, immũdus. Quòd ad potestatem satanæ attinet, primum omnium obseruandũ est quòd omnes homines propter peccata in potestate satanæ nascantur, & sint natura mancipia satanæ, ac tantisper in potestate eius maneant, donec per Christum liberentur. Porrò autem satan in aliis aliter potentiã & tyrannidem suam ostentat. hunc enim transuersum rapit ira, illum libidine: hũc captiuum ducit auaritia, illum arrogantia: hũc alligat vinculis inuidiæ, illum insaniæ ac furoris. Et quum omnes qui sunt natura filii iræ, ca-

ptiui satanæ sint, hi tamen proprie dæmoniaci, seu à satana obsessi dicuntur, qui à satana ad furorem & insaniam impelluntur. Huius generis dæmoniacus hic Christo offertur.

Dicens, Ah, 'quid rei nobis tecum est, Iesu Na- 24
zarene? 'venisti ad perdendum nos? noui te quis
sis, nimirum ille Sanctus Dei.

Dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio quis sis, Sanctus Dei.

'Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, 25
& exi ab homine.

Et comminatus est ei Iesus, dicens, Obmutesce, & exi de homine.

Et quum 'discerpsisset eum spiritus immundus, 26
exclamassétque voce magna, 'exiit ab eo.

Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamãs voce magna, exiit ab eo.

ANNOT.

24 Quid nobis & tibi,] Vide Matth. 8. b. 29. Venisti ad perd. nos?] His verbis expostulat satan cum Christo, & confitetur quòd agnoscat quidem ipsum esse Sanctum illum Dei, qui sit redemptor Israelis, & quem Deus, iuxta Esaiam, cap. 49. b. 8, dederit in fœdus populi, vt suscitaret terram, & possideret hæreditates dissipatas: & diceret his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Illuminamini: atque adeò optime quidem sciat, ipsum diuinitus ordinatum esse vt tyrannidem suam opprimat, seséque perdat: sed existimat nondum tempus esse vt à sua tyrannide in perpetua supplicia deiiciatur. Satan à Deo quidem perpetuæ condemnationi addictus est, nondum tamen vsque ad extremum iudicium cruciabitur: quod profectò Petrus (2. Pet. 2. a. 4) significare vult, quum ait, Deus angelis qui peccauerãt, non pepercit: sed catenis noctis in tartarũ præcipitatos, tradidit seruatos in iudicium. Seruantur (inquit) in iudicium, nimirum tunc puniendi: non ait eos nunc pœna affici. Idem etiam dæmones in Luca, cap. 8. e. 31, significant quum rogãt Iesum ne imperet ipsis vt in abyssum eant, manifestis sanè verbis indicantes, se nunc à pœna, quam in abysso habituri sunt, abesse. Et apud Matthæum cap. 25. d. 41, Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Paratum dicit esse ignem æternum satanæ, & sociis eius: non autem ipsos in hoc igne nũc ardere. Quum igitur satan existimet, sibi ob præsentiam Christi mox omnes homines derelinquendos, & confestim ad ignem æternum, vnà cum angelis suis abeundum esse, videtur sibi iure conqueri, & cum Christo expostulare quòd ante tempus perdatur. Noui te quis sis, &c.] Mira intelligẽdi facultate præditi sunt dæmones, vnde & dæmones quasi δαήμονες, id est scientes dicuntur. Vtcunque autem animaduertat dæmon, esse ipsum sanctum Dei filium, & vnctum Regem sanctorũ, de quo Dani. 9. f. 24: nõ potuit tamen illi se subiicere, ob prauitatẽ suã, vt impiis hominibus vsu venit, transuersum actis. Confitetur se nosse, Christum sanctum esse Dei, vt sic suspicionem iniiciat hominibus sibi aliquid esse pactionis secretæ cum Christo: Christúmque hoc elogio celebrat, vt existiment homines satanæ potẽtia eum operari quæ operabatur: sperans fore vt quia ipse ab omnibus haberetur spiritus mẽdax, hæc quoque confessio & prædicatio, quòd Iesus esset verus Messias, mendacium reputaretur.

25 Et increpauit] Compescit dæmonium, sibíque ferre testimoniũ prohibet, tametsi verum: nequis eum commune aliquid habere cum dæmonibus existimaret. nam Pharisæorũ malitia, dæmonem eum habere, & per virtutem principis dæmoniorum dæmonia eiicere calumniabatur. Matth. 12. b. 24. Hoc etiam facto declarauit quàm inuisum sibi sit eorum quoque hominum testimonium qui item vt dæmones, fallaci animo ipsum prædicãt: id quod & Psal. 50. e. 16, legitur, Impio autem dixit Deus, Quid tibi vt enarres statuta mea? &c. Vult enim vt sibi, nonnisi sanctissimi atque integerrimi testimonium ferant, hoc est Euangeliũ prædicent. Monemur & hinc vt nihil prorsus tribuamus satanicis responsis & factis, tametsi in speciem veris & non malis. Mendax enim est, & author mẽdacii, nec alio fine quàm vt decipiat, dicit & facit omnia.

26 Discerpsisset eum] Vbi videt se vel aliqua in parte hærere nõ posse, rursus redit ad ingenium, ingentíque clamore vociferãs, dilaniat hominẽ: simul autem excedit, coactus tamen, non sponte, virtute videlicet Christi superatus. Sed & specimen suæ virtutis exhibet satan, vt norint quid expectare debeãt ab ipso cultores eius, nempe vt tãdem discerpantur. Nam quòd blanditur, quòd hæret tenacius, & amplius hærere cupit, in hoc facit vt tandem nos in suam ipsius redigat potestatem atque misere excruciet. Lucas habet, Et quum proiecisset eum in medium. Exiit ab eo.] Lucas addit, Nihílque illi nocuit.

Et mirati sunt omnes: ita vt cóquirerent inter se, dicétes, Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua, quia in potestate & spiritib^9 immundis imperat, & obediunt ei?
Et processit rumor ei^9 statim in omnem regionem Galilææ.
Et protinus egredientes de synagoga, venerút in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.
Decúbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa.
Et accedés eleuauit eam, apprehensa manu eius: & cótinuò dimisit eam febris, & ministrabat eis.
Vespere autem facto, quú occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habétes, & dæmonia habentes.
Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.
Et curauit

27 Et obstupuerút omnes: ita vt conquirerent inter se, dicentes, Quid est hoc? quæ doctrina noua hæc, quia cum authoritate etiá spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?
28 Emanauit autem fama eius statim in totam vndique regionem Galilææ finitimam.
29 Et protinus è synagoga egressi, venerunt in domú Simonis & Andreæ cú Iacobo & Ioanne. Matth.8.b.14 Luc.4.f.38
30 Socrus autem Simonis decumbebat febricitás: & continuò dicunt ei de illa.
31 Et accedens erexit eam, apprehensa manu eius: & reliquit eam febris ilico, ac ministrabat eis.
32 Vesperi verò quum occidisset sol, afferebát ad eum omnes male habentes, & qui à dæmoniis agitabantur.
33 Et ciuitas tota congregata erat ad ostium.
34 Et sanauit

ANNOT.

27 Vt conquir. inter se.] Lucas, Et colloquebantur inter se. Quid est hoc?] Hic noster exponit Hebraicum dicendi genus, quo vsus est Lucas, Quis sermo hic est? Nam Hebræis DIBBER, significat sermonem, verbum, rem aliquam, siue aliquid. Vnde Lucas cap.2.b.15, verbum, pro hoc posuit, Et videamus verbum quod factum est. Vide Matthæum cap.4.a.4.

Quæ doctrina noua hæc,] Fructus superioris miraculi. Non accusabát doctrinæ nouitaté, sed quòd eius virtutem insolitam viderent. Nouum hîc igitur dicebant quod in admirationem ducebat eos, nouúmque fructum producebat. Diuina res erat, potestatem habere in spiritus immundos. vnde merito mirantur quòd vident Christum ea potestate præditum.

Obediunt ei.] Lucas, Exeunt.

29 In domum Simonis] Vide Matth.8.b.14. Hîc obseruandum, quòd vbicúque Christus excipitur, ædit aliquod suæ potentiæ testimonium: nunquam vacuus venit ad nos, sed secum affert sua bona quæ à Deo patre accepit. Neque hoc solum in Christo, sed etiá fit in eius mébris: qui excipiunt & alunt pauperes, accipiút promissionem centupli. sed hoc potissime spectandum in Christo, qui nunquam non affert bona.

30 Et continuò dicunt ei de illa.] Hic noster dicit Christum fuisse admonitum, Lucas verò rogatum pro febricitante, (Euágelistis enim vsitatum prætermittere multa:) in quo exemplú est dilectionis, alieno malo, vt proprio indolentis. Monemur item, & sanctos flagella Domini experiri: & id tam in Patris gloriam, quàm ipsorum salutem.

31 Erexit eam,] Lucas dicit, Et astans supra illam, increpauit febrem. Aliquádo solo verbo sanat Dominus, nonnunquam addit signum, vt hîc vides. Diuina autem in eo notatur potentia, quòd scribitur febrim increpasse, sicut & infrà cap.4.d.39, quú narratur increpasse mare. In Psalmis, quum Propheta virtute Dei stratos hostes canit, increpitos dicere solet, significans Deum nullo negotio, nempe sola increpationis vocula, quamlibet formidabiles hostium copias delere. Idem increpatione Domini sectum mare rubrum canit, Psal.106.a.9. Obserua Christum nullis egere adminiculis: dixisse satis est ei: nam diuinæ virtutis est, tantum annuere: tamen, vt Deus media adhibet, sic Christus sæpe egit in sanandis morbis.

32 Vesperi] Siue, Vespere autem facto. Occidisset.] Lucas, 4.g.40 Occideret. Omnes male habentes] Lucas, Omnes quotquot habebant infirmos variis morbis, ducebant illos ad eum. A dæmoniis ag.] Vide Matth.8.b.16.

33 Ciuitas tota] Quidá volút esse synecdochen, pro tota scilicet cógregatione ægrotorú.

34 Sanauit] Lucas amplius habet, Vnicuique manus imponés, sanauit eos. Non erat Do-

mino opus hac impositione manuum: nullis egebat adminiculis: hominum tantum causa v-sus est.erat enim singulare signũ,& ritus in sacrificiis & precibus obseruatissimus.Hoc symbolo significabat se eos Patri commendare, vt dictum est Matth. 9.e.18. Nunc siquis velit in hoc Christum imitari,simia Christi erit, non imitator:nam gestus externos imitari, ridiculum est si nullam habeant in se energiam

'multos qui ægrotabant variis morbis:'& dæmo-
D nia multa eiiciebat,'& non sinebat loqui dæmo-
nia quòd 'ipsum nossent.

multos qui vexabantur variis languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui quoniã sciebant eum.

Har.1.38. [Et mane,'multa adhuc nocte quum surrexisset, 35
egressus est & abiit Iesus'in desertum locum,ibí-
que orabat.

Et diluculo valde surgẽs, egressus abiit in desertum locum,ibique orabat.

'Et prosequutus est eum Simon, & qui cum il- 36
lo erant.

Et prosequutus est eum Simon,&qui cum illo erãt.

Et quum inuenissent eum,dicunt ei, Omnes te 37
quærunt.

Et quum inuenissent eum, dixerunt ei, Quia omnes quærunt te.

Et ait illis, 'Eamus in proximos vicos, vt & ibi 38
prædicem:in hoc enim 'egressus sum.

Et ait illis,Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni.

Et prædicabat in synagogis eorum, in tota Ga 39
lilæa:& dæmonia eiiciebat.

Et erat prædicãs in synagogis eorũ, & in omni Galilæa: & dæmonia eiiciens.

Ha.1.40. Matth. 8.a.2. luc.5.c.12. ['Et venit ad eum leprosus,deprecans eum, 40

Et venit ad eum leprosus, deprecans eum,

ANNOT.

Multos] Matthæus,Omnes,quotquot scilicet crediderũt. nã noster ideo multos dixisse videtur quòd nõ omnes crediderint,ideo nõ omnes sanati. Et dæmonia m.eii.] Lucas addit,Clamãtia,ac dicentia,Tu es Christus filius Dei.Et increpãs,&c. Et nõ sinebat loqui] Non passus est dæmonia loqui,ne putarent homines arcanam quandam pactionem esse inter Christum & diabolos: quam suspicionem effugere voluit:vt dictum est paulo antè,versu 24. Græcus sermo ambiguus est, Non passus est eos hoc proloqui,quòd agnoscerent Iesum:siue, Non passus est eos omnino loqui,propterea quòd agnoscerent Christum esse Messiam,ne id ante tempus effutirent. Ipsum nossent.] Nempe esse Christum,vt Lucas habet.

35 Multa adhuc no.q.surre.] Lucas addit,Facto die egress.Postquam sanauit ægros,secedit, docens nos nequid ad ostentationem faciamus:sed & siquid boni fecerimus, studeamus illud occultare.Docet sanctos tum quoque orare quum res fœliciter habere videtur. Præterea,matutinum tempus orationibus esse aptissimũ. In desertum locum,] De secessu isto Christi ad orandum vide Matth.14.c.23.

36 Et prosequutus,&c.] Simon Petrus,reliquíque discipuli, vbi senserunt clàm abiisse Iesum,persequuti sunt illũ,donec inuenissent vbinã esset.Interim & turba quæ mane confluxerat ad ostiũ domus,vbi didicit Iesum abiisse,consequuta est illum in desertũ,vt narrat Lucas.

38 Eamus in proxim.vic.] Quanquam sancta & salutaris est oratio,surgit tamen ab ea,& ad prædicandum se confert, vbi intelligit ab Apostolis plurimos desiderio prædicationis Euangelicæ teneri.Nuntiantibus Domino adesse magnam vim Capernaitarum qui quærerent ipsum,respõdet Dominus,Eamus,&c.ac si dicat,Satis est in præsentia, hæc fundamenta iacta esse apud Capernaitas : cæterùm tempus est vt proficiscamur & in propinqua oppidula , vicósque,vt & illic prædicem regnum Dei. non enim in hoc veni vt vni prædicem ciuitati,sed vt omnibus annuntiem salutẽ. Egressus sum.] Vnde egressus sit,declarat apud Iohannem cap.16.d.28,Exiui à Patre,& veni in mundũ. Lucas præter hæc memorat turbas voluisse Iesum detinere,tum illis dixisse,Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei.nam in hoc missus sum.Nempe,à Patre.Iohan.20.a.21,Sicut misit me Pater,& ego mitto vos.1.Iohan. 4.c.14, Et nos vidimus, & testamur quòd Pater misit Filium saluatorem mundi.De regno Dei,quod & regnum cælorum dicitur,annotauimus Matth.3.a.2.

40 Et venit ad eum leprosus,] Non absimile vero est, Dominum quum repeteret Caper-

nasi, in via ad aliquod oppidū diuertisse, ac inibi hunc leprosum sanitati restituisse. Matthæus tamē factum hoc narrat ordine vsqueadeo diuerso ab eo quē noster cū Luca sequitur, vt aliud ab illo, & aliud à nostro & à Luca narrari quis putet. Et rursus adeò eisdē id verbis & circunstātiis describunt, vt idē narrari ab ipsis tribus, nihil dubii sit: tametsi Harmoniæ Euangelicæ authori contrarium videatur. Sed de tempore ac loco factorum Christi, imitati Euangelistas, ne soliciti nimium simus: ipsa potius qualia fuerint, qualémque Christum prædicēt, expendamus. nemo enim vel parū in Euangelistis exercitatus, ignorare potest, illos narrando, factorum ordinem nequaquam obseruasse. Quòd spectat ad miraculum, tametsi lepra erat tunc sanabilis, tamen erat curatio valde rara, ita vt esset insigne Domini beneficiū: præsertim quū lepra totum hominem occupasset. Hic enim erat ita morbo correptus vt nulla esset curationis spes: quod indicat Lucas, quum dicit plenum fuisse lepra.

& genu flexo dixit ei, Si vis, potes me mundare.

'eíque ad genua accidens, ac dicens illi, 'Si vis, potes me mundare.

Iesus autē misertus eius, extēdit manū suā: & tāgens eum, ait illi, Volo: mūdare.

41 Iesus autem 'misertus, protensa manu, 'tetigit illum, & dicit ei, 'Volo: mundus esto.

Et quum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mūdatus est.

42 Et quum dixisset, 'statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.

Et comminatus est ei, statimque eiecit illum:

43 Et comminatus ei, statim emisit illum:

Et dicit ei, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi Sacerdotum, & offer pro emūdatione tua quæ

44 Dicítque ei, 'Vide ne cui quicquam dicas: sed abi, teipsum ostēde Sacerdoti, & offer pro emūda-

ANNOT.

Eique ad genua] Vide Matth. 8.a.2. vbi de adoratione loquimur. Si vis, potes] Non petit à Christo vt sanetur, sed potius fatetur in potestate Christi esse curare morbum incurabilem. Dat igitur gloriam Christo. Videtur autem non fuisse certus de voluntate Christi: oratióque est suspensa. Subest tamen precatio sub confessione. Quò enim spectat declaratio morbi nostri, nisi vt nobis subueniatur? Sic verecunde petimus, quum necessitatem nostram exponimus.

41 Misertus] Vide Matth. 9.d.36. Benignitas Christi ostenditur, vt qui nostrorum malorum affectu tangitur. misericordiæ etiam, summæque bonitatis suæ documenta, quibus ad se allicere populum volebat, huiusmodi beneficia erant: debéntque commemorata, fidem nostram in ipsum augere. Qualem enim se leproso ex fide oranti præstitit, talem se & nobis simili fide orantibus præstabit. Tetigit] Per contactum leprosi videmus vt charitati cedat etiam Lex Dei. Prohibitum erat contingere leprosum: verùm non erat ea mens Legis vt leprosum qui contactu sanare posset, contingere non auderet. Præterea hoc contactu ostendit se Dominum Legis, nec posse à lepra inquinari qui lepram mundet. Postremò docuit charitatem sibi pluris esse, quàm ritus istos externos: quin externa illa omnia, charitatis imperio subesse, vti & de sabbatho (cuius obseruatio sanctissime erat præcepta) facto & verbo docuit, propter hominem omnia huiusmodi esse instituta, non hominem propter illa. Tangere itaque immundum sine vlla causa, iniuria erat aliorum cum quibus erat agendum: cum propter contagionem, tum propter naturæ horrorem, ac etiam puritatis obseruādæ publicitus neglectum. Proinde nemo pius id admisisset, sed tabernaculo Domini deferens, studuisset animo & corpore quammundissimè viuere. At quoniam summa sanctitas ac puritas est, Dei perfectionem dilectione erga miseros retulisse: siquē contactu & conuictu suo iuuare sancti potuissent, (deferētes viuo Dei tabernaculo, ac Deo ipsi omnis puritatis authori,) in summis corporis sordibus, inseruire proximo, quàm corporis munditiam tueri maluissent, etiā lege Mosis vigente. De hoc contactu vide Matth. 9.c.18. Volo:] Iam habet leprosus testimonium voluntatis Domini: nec dubiū quin fide id apprehenderit: vt quemadmodū persuasus fuerat de virtute Christi, sic etiam de voluntate certior redderetur. Duo sunt hîc fidei obiecta: potentia & voluntas Dei. Si volūtatem à potentia separemus, vbi habemus testimoniū Dei, hoc nihil est.

42 Statim discessit ab eo lepra,] Tam subita curatio non potest tribui aut fortunæ, aut industriæ hominis: est igitur miraculum.

44 Vide ne cui, &c.] De hoc Matth. 8.a.4.

Leuit. 14. a. 3. tione tui quæ præcepit Moses, in testimoniũ illis.
At ille egressus cœpit 'prædicare multa, & di- 45
uulgare sermonem: ita vt iam nõ posset 'Iesus ma
nifestè introire in ciuitatem: sed foris in desertis
locis erat, & veniebant ad eum vndique.

præcepit Moyses, in testimonium illis.
At ille egress⁹ cœpit prædicare, & diffamare sermonem: ita vt iam nõ posset manifestè introire in ciuitatẽ: sed foris in desertis locis esset, & conueniebãt ad eum vndique.

CAP. II.

Har. 1. 41 Matth. 9. a. 1. luc. 5. d. 18.

ET iterum intrauit Capernaum 'post dies *ali-* 1
quot, & auditum est 'quòd in domo esset.
Et protinus 'congregati sunt multi, adeò vt iam 2
non caperent eos 'nec illa *loca* quæ *erant* circa ia-
nuam: '& loquebatur eis sermonem.

CAP. II.

ET iterum intrauit Capharnaum post dies, & auditum est quòd in domo esset.
Et conuenerunt multi, ita vt non caperet, neque ad ianuam: & loquebatur eis verbum.

ANNOT.

45 Prædic. multa,] Importuna hæc publicatio in causa fuit vt Christus sese subduceret à conspectu hominum. Certe probari non potest hîc leprosi zelus. nam etsi famam Christo cõciliare voluit: debuit tamen magis eius voluntatem spectare. Vnde discere debemus, zelum nostrum exerere quantum Deus permittit. multi enim hunc intempestiuum prædicatorem referunt hodie, qui nullam rationem habent vbi & quando sementem verbi Dei faciant, & quibus mysteria regni Dei exponant, dummodo quod ipsi de Euãgelio agnouisse sibi videntur, quammaxime inuulgauerint: nihil morati si canibus etiam obiiciant sanctum, & porcis spargant margaritas: aut si solidũ cibũ pueris, & lac prouectioribus proponant. Qui denique non missi prædicant, hoc est, quos nullus ardor gloriæ Dei, sed sua duntaxat libido ad prædicandũ impellit. Fieri enim potuit vt hic leprosus, atque etiam alii, quibus facta beneficia prædicare Dominus interdixit, indignioris vitæ fuerint, quàm vt idonei essent ad prædicandum Dei regnum. Non recte igitur fecisse hunc leprosum, prædicando quod tacere Christus præceperat, nemo dubitet: quandoquidem rectum esse nõ potuit quod Dominus serio prohibuit. Neque enim audiendi sunt, qui aiunt Christum modestiæ causa prohibuisse prædicari, quod tamẽ prædicari voluerit. Ista siue vrbanitas, siue simulatio potius hypocritarũ est, quàm Christi. Vtcunque autem peccauerit hic leprosus, Dominus tamen id peccati, vt omnia mala nostra, in bonum conuertit. Neque enim absque fructu tũc fuit ille ad eum hominũ concursus.

Iesus] Interpres nomen pro pronomine græco subiecit, nequis hoc dictum esse putaret de mundato, & non de Christo.

IN CAPVT II.

1 Post dies aliquot,] Tantum Græce legitur, Per dies. Nec addendũ est OCTO, quod in quibusdam habetur codicibus Latinis. In scriptis vetustioribus tantum legitur, Post dies. Sed lucidius erat, Diebus aliquot: siue Post dies aliquot. nam Post dies, nihil Latine significat. Quòd in domo esset.] Cuius fuerit domus illa ignoratur.

2 Congregati sunt, &c.] Lucas cap. 5. c. 17, sic habet, Et factum est quodam die, & ipse docebat: erántque Pharisæi sedentes, ac Legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ, & Ierosolymis: & virtus Domini erat ad sanandum eos. Non igitur plebeii tantum eódem confluxerant: verum etiam Pharisæi sanctimoniæ specie turgidi, necnon Mosaicæ legis doctores, qui prouocati fama rerum ab Iesu gestarum huc profecti fuerant, non solum ex omnibus oppidis Galilææ, in qua erat Capernaum, & Iudææ vicinæ, verum etiam ex ipsa ciuitate Ierusalem, quæ sibi religionis totius ac sapientiæ fastigiũ arrogabat. Totus autem Iesus, quoniam fons erat omnis salutis, nihil aliud spirabat quàm vim quandam diuinam ad sanandos homines, cuius rei gratia venerat in terras. Qua quidem sanãdi virtute præditus semper fuerat, sed ea non semper sese exerebat in ipso, tunc autem præcipue emicabat, quum fungebatur munere docendi ac prædicandi Euangelii, nimirum vt re ipsa declararetur, miracula esse testimonia ac sigilla Euangelii: id quod paulo pòst declarabitur. Nec illa loca, &c.] Græce ad verbũ, Ne ea quidem quæ erãt ad ianuam. Vt intelligas domum adeò fuisse refertam, vt ne vestibulum quidem, & partes ostio vicinæ, caperẽt turbam. Et loqueb. eis ser.] Lucas dicit, Et docebat eos.

Et venerũt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

3 Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à
quatuor portabatur.

Et quũ non possent offerre eũ illi præ turba, nudauerũt tectũ vbi erat: & patefacientes submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat.

4 Et quum non possent appropinquare illi præ
turba, 'nudauerunt tectum ædium in quibus erat:
perfossóque tecto, *funibus* demittunt grabatum
in quo paralyticus 'decumbebat.

Quũ autẽ vidisset Iesus fidẽ illorũ, ait paralytico, Fili dimittũtur tibi peccata tua.

5 'Quum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait
paralytico, Fili, remittuntur tibi peccata tua.

Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis,

6 Erant autem illic 'quidam de Scribis sedentes,
& cogitantes in cordibus suis,

Quid hic sic loquitur? blasphemat. quis potest dimittere peccata, nisi solus De⁹?

7 'Quid hic sic loquitur blasphemias? |'quis po- Iob.14.a.4. esa.43.d.15. psal.51.a.1.
test remittere peccata, nisi solus Deus?

Quo statim cognito Iesus Spiritu suo, quia sic cogitarẽt intra se, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

8 Et protinus vbi cognouisset Iesus 'Spiritu suo,
quòd sic cogitarent intra sese, dicit illis, Quid ista
cogitatis in cordibus vestris?

Quid est facili⁹, dicere paralytico, Dimittũtur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

9 'Vtrum est facilius, dicere paralytico, Remit- B
tuntur tibi peccata: an dicere, Surge, & tolle gra-
batum tuum, & ambula?

Vt autem sciatis quia Fili⁹ hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico)

10 Vt autem sciatis quòd Filius hominis habet po
testatẽ in terra remittẽdi peccata (ait paralytico)

Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

11 Tibi dico, surge, ac tolle grabatum tuum, & a-
bi in domum tuam.

Et statim surrexit ille, & sublato grabato abiit corã omnibus: ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nũquam sic vidimus.

12 Et statim surrexit, sublatóque grabato egres-
sus est 'in conspectu omnium: adeò vt stupescerẽt
omnes, & glorificarent Deum, dicentes, 'Nun-
quam sic vidimus.

Et egressus est rursus ad mare: omnísque turba veni-

13 |Et egressus est rursus ad mare: omnísque turba Ha. 1. 42 Matth.9.a.9. luc.5.e.27.

ANNOT.

4 Nudauerunt tectum] Græce est, Detexerunt tectũ. Est enim Prosonomasia: quasi dicas detegulauerunt tegulas. Animaduertendũ ardens eorum qui laborantem apportabant, iuuãdi illius studium, quod nimirum prodiderunt, tectum ædium facile adeò nudantes & perfodientes. Decumbebat.] Lucas addit, In medium ante Iesum.

5 Quum autem vidisset, &c.] Vide Matth.9.a.2.

6 Quidam de Scribis,] Lucas Pharisæos addit, quos paulo antè nominauerat.

7 Quid hic sic loq. blas.] Lucas, Quis est iste qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere] Nihil tam salutare vel fieri vel dici potest, quod malis non vt malum iudicetur, ita & malum sentiatur. Aderat multa turba plebis: ea præsentem in tanto miraculo Deum glorificabat: Scribæ & Pharisæi inueniebant quod culparent. sic fiunt primi nouissimi, & profert fructus suos arbor quælibet. Atqui vtcunque mali hi Pharisæi fuerint, Dei tamen solius peccata remittere agnoscunt.

8 Spiritu suo,] Id est, vi Spiritus sancti quo erat præditus. Suam diuinitatem factis testari maluit, quàm oratione prædicare: vt ostenderet Scribis nihil esse tam abditũ in cordibus hominũ quãlibet astutorũ, quod ipsius fugeret Spiritũ omnia scrutantẽ, & omnia perspicientẽ.

12 In conspectu omnium:] Lucas addit, Glorificãs Deum. Nunquam sic vid.] Lucas habet, Vidimus incredibilia hodie.

veniebat ad eum, 'ac docebat eos.
Et quum præteriret Iesus, vidit 'Leui Alphæi 14
filium sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere
me. 'Isque surgens sequutus est eum.
'Et factum est quum accumberet in domo il- 15
lius, 'multi etiam Publicani & peccatores simul
discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erãt e-
nim multi qui sequuti fuerant eum.
Et Scribæ ac Pharisæi quum vidissent eum ca- 16
C pientem cibum cum Publicanis & peccatoribus,
'dicebant discipulis eius, Quid est quòd cũ Publi
canis & peccatoribus edit ac bibit?
Hoc audito Iesus ait illis, 'Non opus habent qui 17
1.Tim.1.c.15 bene valẽt, medico, sed qui male habẽt. ‖nõ veni
ad vocãdũ iustos, 'sed peccatores ad pœnitentiã.
Matt.9.b.14. luc.5.f.33. ‖'Et discipuli Ioannis ac Pharisæorum ieiuna- 18
bant: veniúntque, & dicunt illi, Quare 'discipuli

ebat ad eũ, & docebat eos.
14 Et quum præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et surgens sequutus est eum.
15 Et factum est quum accũberet in domo illius, multi Publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi qui & sequebãtur eum.
16 Et Scribæ & Pharisæi videntes quia manducaret cũ Publicanis & peccatoribus, dicebãt discipulis ei⁹, Quare cũ Publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?
17 Hoc audito Iesus ait illis, Non necesse habent sani, medico, sed qui malè habent. non enim veni vocare iustos, sed peccatores.
18 Et erant discipuli Iohãnis & Pharisæi ieiunantes: & veniunt & dicũt illi, Quare di

ANNOT.

13 Ac docebat eos.] Obseruandũ, nũquam docendi munus, quum esset opportunitas, intermisisse Dominum.

14 Leui Alphæi] Subandi, filiũ. Leuin scribũt omnia exẽplaria Græca cõsentientibus Latinis scriptis, velut à nominatiuo Leuis, qui legitur in Luca, vt & Leuin, cap.5.f.27.29. Dicebatur & Matthæus, vide Matth.9.a.9. Vulgare autem fuit Hebræis binomines, & trinomines esse. Ac prius quàm sequutus est Christũ, Publicani officio fũgebatur. De Publicanis dictũ est Matth.5.g.46. Isque surgens] Lucas addit, Relictis omnibus. Paucissima ac breuissima verba: sed hoc opere quod fecit Matthæus nihil admirabilius, nihil homini factu difficilius, ac minus possibile videtur. Matthæus enim erat valde diues, & multas possidebat opes. adhæc fungebatur officio è quo annuatim ingẽs lucrũ recipiebat. Sequebatur præterea Iesum: quid autem hoc aliud videbatur, quàm suam ipsius ignominiam, exitium, adeóque mortem sequi? Audiebat enim Iesus apud principes populi, hæreticus, seditiosus, seductor, & extremo supplicio dignissimus. Fide verò Matthæus has omnes superauit difficultates: quia credebat hunc Iesum esse verum Messiam.

15 Quum accumberet] Lucas præponit, Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua. Multi etiã publ.] Lucas Et erat turba public. multa, & aliorum qui cum illis accumbebant.

16 Dicebant discip.] Lucas scribit eos murmurasse aduersus discipulos. Memorabile sanè, & quod omne superciliũ deiicere debeat, Pharisæos & Scribas, hoc est eos qui cũ scientia Scripturarum, vitæ religionem coniunxisse videbantur, eóque nomine populo insigniores erant, Domino præ omnibus aliis obtrectasse semper, & optima quæque dicta & facta eius dãnasse. Sed hoc proprium humanæ iustitiæ ingenium est, vt quum ipsa nihil nisi fucus sit, omnia tamen præ se contemnat & iudicet. Vide autem vt pariter timida sit: Dominum coràm monere miseri non audebant, nimirum suæ maleuolentiæ conscii, apud discipulos sæuiebãt, Dominúmque proscindebant. nam ex Luca eos murmurasse aduersus discipulos audis, atque dixisse, Quare cum publicanis, &c. quod nihil aliud est quàm quod & apud Matthæum, & apud hunc nostrum legimus, de Domino illos questos fuisse. cõmunis nanque culpa erat, Dominum tamen calumniabantur, vt eius culpæ authorem.

17 Non opus habent] Vide Matth.9.b.12. Sed peccat. ad pœnit.] His verbis apparet Publicanos magnis peccatis & sceleribus bonum alioqui vitæ genus sordidasse, quãdo eos appellat peccatores vt & alios, quos ad pœnitentiam vocat.

18 Et discipul. Ioh.] Vide Matth.9.a.b.14. Discipuli Ioh.] De se loquuntur in tertia persona: pro, Nos Pharisæi ieiunamus, vt Matthæus habet.

ſcipuli Iohānis & Phariſæorū ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiunant?

Ioannis & Phariſæorum 'ieiunāt:tui autem diſci-
puli 'non ieiunant?

Et ait illis Ieſus, Nūquid poſſunt filii nuptiarū, quādiu Sponſus cum illis eſt, ieiunare? quāto tempore habent ſecum Sponſum, non poſſunt ieiunare.

19 Et ait illis Ieſus, 'Num poſſunt filii thalami nu-
ptialis 'in quo cum illis Spōſus eſt, ieiunare? quā-
diu habent ſecū Sponſum, non poſſunt ieiunare.

Venient autem dies quum auferetur ab eis ſponſus, & tūc ieiunabūt in illis dieb⁹.

20 Venient autem dies quū auferetur ab eis Spon-
ſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Nemo aſſumentum pāni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum nouum a veteri: & maior ſciſſura fit.

21 Et nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſti-
mento veteri: alioquin aufert ſupplementum eius
nouum à veteri: & peior ſciſſura fit.

Et nemo mittit vinū nouū i vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. ſed vinum nouū in vtres nouos mitti debet.

22 Et nemo mittit vinum muſtum in vtres vete- D
res: alioqui diſrūpit vinum muſtum vtres, & vinū
effunditur, & vtres pereunt. ſed vinum muſtum
in vtres nouos mitti debet.

Et factum eſt iterū quum ſabbathis ambularet per ſata, & diſcipuli ei⁹ cœperūt progredi & vellere ſpicas.

23 ‖Et accidit vt tranſiret ſabbatis per ſegetes, & Har.1.47
cœperunt diſcipuli eius inter viam 'vellere ſpicas. Matth.12.a.1. luc.6.a.1.

ANNOT.

Ieiunant:] Lucas addit, Frequenter, & deprecationes faciunt. Non ieiun.] Lucas, Edunt & bibunt.

19 Num poſſunt, &c.] Lucas, Num poteſtis filios thalami quum ſponſus cum illis eſt, facere ieiunare? Matthæus pro Ieiunare, habet Lugere, eodem ſenſu, nam ieiunium eſt veluti luctus quidam. Eſa.58.a.3, Quare ieiunauimus, & non vidiſti? quare afflximus animas noſtras, & non cognouiſti? Quis non videat, Ieiunamus & affliximus, pro eodem poſita? nam anima, hic, pro vita corporali & homine externo ponitur. Hinc coniicitur quæ ratio fuerit ieiunii veterum: quod nequaquam fuit ſemel duntaxat in die cibum ſumere, & cibum piſculentum: ſed ſemel omnes abdicare delicias, & luctum quendam, ac iuſtā corporis caſtigationem atque afflictionē ſuſcipere. Vnde vt ſic ieiunare viderentur Phariſæi hypocritæ, obſcurabant facies ſuas, & lugentibus atque ſeſe affligentibus ſeipſos ſimiles exhibebant, vt Matthæus cap. 6.b.16, ſcribit: cui ſimulationi contrarium erat lauari & vngi, vt ex variis Scripturæ locis notauimus ſuprà dicto capite Matthæi, verſu 17. Propterea ieiunium quod Dominus populo Iſraelitico in die reconciliationis, qui decimus erat menſis ſeptimi, præceperat, non ieiunium, ſed animi afflictio vel humiliatio vocatur. Ita enim ſcribitur Leuit. 23.e.27, In decimo menſis ſeptimi, dies ille reconciliationis erit, quem feſtum Domino habebitis, animas veſtras in ipſo affligetis. Et paulo pòſt, Quæcunque enim anima non fuerit afflicta illo die, excidetur de populo ſuo. Ieiunium nanque vt ciborum abſtinentiam duntaxat ſignificat, pars huius ieiunii eſt quod populo Iſraelitico indictū fuit, id eſt humiliationis & caſtigationis, atque afflictionis animæ hoc eſt, vitæ corporalis, vel hominis externi. Iudicum 20.d.26, legūtur Filii Iſrael quū bis à Beniaminitis cæſi fuiſſent, coram Domino fleuiſſe, & ieiunaſſe vſque ad veſperam, & ſacrificaſſe. Simile fuit ieiunium populi in Maſpha, quo peccata ſua confitebantur & lugebant. 1. Samu.7.b.6. Ad eundem modum ieiunarunt ciues Iabes, quum Saulem & filios eius ſepelierunt, 1. Samu.31.d.13. Pari modo & Dauid, atque qui cum eo erant viri flentes & ad veſperam vſque ieiunantes, lugebant Saulem & Ionathan, atque populū qui ſimul interierat, 2. Samu.1.b.12. Tale ieiunium & Achab ieiunabat, quum pœnitentiam teſtaretur propter occiſum Naboth, 1.Reg.21.g.27. Eadem fuit ratio ieiunii cuius meminerunt, Daniel, Ioel, & Zacharias. Hinc videa quid ſignificet lugere, apud Matthæum. In quo] Id eſt, Quandiu: vt mox ſequitur, Quandiu, ſiue quanto tempore habent, &c.

21 Et nemo aſſumentum, &c.] Vide Matth.9.b.16. Lucas præponit, Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos.

23 Vellere ſpicas.] Lucas addit, Et confricare manibus. Matthæus cap. 12.a.1, cum Luca, Et comedere.

Et 'Pharisæi dicebant ei, 'Ecce, cur faciunt sab- 24
quod non licet?
1.Sam.21.b.6 Et ipse ait illis, Nunquam legistis [quid fecerit 25
Dauid, quum opus habetet, & esuriret ipse & qui
cum eo erant?
Quomodo ingressus sit in domũ Dei 'sub A- 26
biathar principe Sacerdotum, & panes proposi-
Exod.29.e.33 leuit.8.f.31 & 24.b.9. tionis comederit, quos nõ licet edere [nisi Sacer-
dotibus, & dederit etiam iis qui secum erant?
Et dicebat illis, Sabbatum propter hominem 27
factum est, non homo propter sabbatum.
Itaque Dominus est Filius hominis, etiam sab-
bati.

CAP. III.

Har.1.48 Matth.12.a.9 luc.6.a.6. ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi 1
homo arefactam habens 'manum.
Et 'obseruabãt eum an 'sabbatis sanaturus esset 2
eum: 'vt accusarent illum.
Et ait homini habenti manum arefactam, 'Sur 3
ge in medium.
'Et dicit illis, Vtrum licet 'sabbatis benefacere, 4

Pharisæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciũt sabbathis quod non licet?

Et ait illis, Nunquã legistis quid fecerit Dauid, quãdo necessitatem habuit, & esuriit ipse & qui cum eo erant?

Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis mãducauit, quos non licebat mãducare nisi Sacerdotib', & dedit eis qui cum eo erant?

Et dicebat eis, Sabbathũ propter hominem factum est, & non homo propter sabbathum.

Itaque Dominus est Filius hominis, etiam sabbathi.

CAP. III.

ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manũ aridã.

Et obseruabant eum si sabbathis curaret: vt accusarẽt illum.

Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium.

Et dicit eis, Licet sabbathis benefacere,

ANNOT.

24 Pharisæi] Lucas scribit quòd Pharisæi quidã discipulos obiurgarint, his verbis, Quidam autem Pharisæorum dicebant illis, Quid facitis quod non licet facere in sabbathis?

Ecce,] Vox Græca significat Vide & ecce.

26 Sub Abiathar princ. sac.] Is filius erat Achimelech, & in sacerdotio successor: vnde mirum non est quòd pro patre ipsum Euangelista posuerit, qui etiam tunc cum patre sacerdotio indubiè functus est.

IN CAPVT III.

1 Manum,] Lucas addit, Dexteram. Vide Matthæum cap.12.a.9.

2 Obseruabant] Nempe Scribæ & Pharisæi, vt Lucas habet. Sabbathis] Lucas, Sabbatho. vt videas plurale positum pro singulari, vt aliàs sæpius. In sabbatho enim fiebat Legis & Prophetarum lectio. Vt accusarent illũ.] Sic etiam Matthæus. Lucas verò, Vt inuenirent accusationem aduersus illum. Idem Lucas addit, Ipse verò sciebat cogitationes illorum.

3 Surge in med.] Lucas, Surge, & sta in medium. Ille verò surgens stetit.

4 Et dicit illis, Vtrum] Lucas, Ait igitur Iesus ad illos, Interrogabo vos, Vtrum, &c. Apud Matthæum leguntur Iudæi rogasse Dominum si sabbathis liceret curare: apud hunc & Lucã contrà legitur, Dominum interrogasse illos. Etenim quum Dominus interrogaret Iudæos iuxta ipsorum mentem, magis ipsorum, quàm Christi hæc interrogatio fuit. Hoc ergo vt Matthæus indicaret, illis eam interrogationem tribuit, quam vtique animo, obseruantes Dominũ si sanare vellet, volebãt. Sabbathis benefacere, an malef.] Christus interrogatione & miraculo suo veram legis de Sabbatho sententiam interpretatur. Nam Lex dicit, Exod. 20.b.8, Memento vt diem sabbathi sanctifices. Et addit continuo, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimo autem die, sabbathum Domini Dei tui est: nullum opus facias in eo. Quum ergo Christus indicat licere sabbatho benefacere: & mox habenti manum aridam benefacit, restituens eam sanitati: profectò perspicuè significat, quòd etsi Lex dicat, Nullũ opus facies in sabbatho: tamen quia addit, Memento vt diem sabbathi sanctifices: ea opera sabbatho facere liceat quæ Dei potius sunt quàm nostra: quãdoquidem non impediunt quominus sacer & Domino separatus sit dies. Lex enim præcipue in sanctificationẽ respicit, & requirit vt ea opera faciamus in sabbatho quæ ad sanctificationem spectãt. Vnde in Exodo, cap.

31.c.13,dicitur,Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis: quia eſt ſignum inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quòd ego Dominus qui ſanctifico vos. Quibus verbis ſabbathum conſecratur in ſacramentum, quo Iſraelitæ diſcant ſe non poſſe ſuis virtutibus ſanctificari aut iuſtificari, ſed neceſſe habere vt ſabbbathum obſeruent, & ſabbathi opera faciant, quæ ſunt, Audire verbũ Dei,& alia ſacra Diuinitus inſtituta facere, quæ ad cultum Dei pertinẽt. Sanctificationẽ autem vocamus eam qua Deus nos ſanctos & iuſtos facit: quæ duplex eſt, Altera interior, quæ per fidẽ fit. Vnde Paulus, Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis per nomen Domini Ieſu.1.Cor.6.b.11. Et Petrus, Act.15.b.9, Fide purificãs corda. Nam ſicut nos Deus Spiritu ſuo ſanctificat per aſperſionẽ ſanguinis Chriſti: ita nõniſi fide bonũ hoc cõſequimur. Hæc autẽ ſanctificatio debet perpetua eſſe in hac vita. Quare ſi de iſta ſanctificatione loquamur, omnia opera quæ fidei repugnãt, qualia ſunt quæ vocamus peccatã aduerſus Deum, nõ ſolũ in ſabbatho, ſed omnibus quoque aliis diebus prohibita ſunt. Altera eſt exterior, & fit per externũ miniſterium Eccleſiaſticũ, per prædicationem verbi Dei (ſub qua apud Iſraelitas, comprehendebantur etiam ſacrificia, quæ nihil aliud fuerũt quàm prædicatio de Ieſu Chriſto) & per diſpenſationem ſacramentorum. Per hæc enim Deus ſanctificat homines, & dat eis fidem & Spiritum ſanctum, vt verè coram ipſo ſanctificentur. Si ergo de hac ſanctificatione loquamur, tunc Lex ea opera vetat quæ impediunt quominus quis poſſit in ſabbatho adeſſe prædicationi verbi Dei, ſacrificiis,& diſpenſationi ſacramentorum. Hæc autem ſunt præcipue, agrum colere, quotidianũ ſuum artificium exercere, & alia idgenus negotia facere. Licuit tamen in neceſſitate ea opera in ſabbatho facere quæ partim non ſunt impedimento ne quis ſancta ſabbathi opera faciat, qualia ſunt infirmũ curare, œconomica opera facere, cibos parare, oues & boues aquatum ducere, Luc.13.c.15, aſinum aut bouem è fouea extrahere, Luc.14.a.5, & ſiquid horum operum aliud eſt: partim ad ſanctificationẽ pertinent, vt circuncidere puerum, Iohan.7.c.23, mactare ſacrificia, Matth.12.a.5, & idgenus alia. Ac de vtriſque horum operum meminit Chriſtus quum ſabbathum exponit hoc loco, dicendo, Sabbatho benefacere licet, infirmum videlicet curare,& vitam hominis incolumem ſeruare. Hoc enim opus non impedit quo minus audias concionem verbi Dei, & adſis ſacrificiis. nã hæc ſunt publica ſabbathi opera. Ex his profecto manifeſtũ eſt, quum Lex dicit, Nullũ opus facies in ſabbatho: non ſimpliciter de omnibus operibus loqui, ſed de his tantum quæ ſunt impedimento ne ſabbathum ſanctificetur, hoc eſt ne ea opera peragãtur quæ ſpecialiter ad cultũ Domini pertinẽt: vt ſunt, Audire verbum Dei,& obſeruare cultum ſacrificiorum ad confirmandam & teſtificandam fidem. Ex his etiam & de die Dominica, & de aliis quibuſdam publicis feſtis Chriſtianorum iudicandũ eſt. tametſi enim hæc nõ ſint tanta ſeueritate in rep Chriſtianorum inſtituta, quanta ſabbathum in rep. Iſraelitica inſtitutũ fuit: tamẽ quia ordinata ſunt, vt omnia in Eccleſia decenter & ſecundum ordinem fiãt, 1.Corin.14.g.40: & vt fidei noſtræ articuli & miracula, in feſtis maiore religione doceantur,& cõſeruentur: profecto Diuinæ etiã ſunt ordinationis,& talia præcepta Domini, qualia Paulus Eccleſiaſticas ordinationes in Corinthiis appellat. Quòd autem ſolennitates illas apud Iudæos tam ſeuerè exegit Dominus, vt in Lege atque Prophetis paſſim legitur, quum pietas tamen in obſeruatione earum minime ſita eſſet, duplex ſanè cauſa fuit. Prior, quòd in illis Legem Domini populus diſcere deberet, atque fidem alere: ad quæ ardentiſſimo ſtudio rapi nos conuenit. proinde non poterãt iſtæ ſolennitates negligi ſine inſigni tam diuinæ bonitatis contemptu, quàm pietatis neglectu. Quibus enim graue erat, vel raris adeò temporibus, memorãdis Dei beneficiis, diſcẽdæque Legi vacare, ii ſatis declarabant neque Deum, neque Legem Dei ſe aliquid æſtimare. eóque non tam peccabant prophanando dies illos, quàm contemnendo ſemel Dei & beneficia & doctrinã. Siquidẽ ſanctificare ſabbathũ, quoad externa exercitia, aliud nõ erat quàm commemorãdis Dei beneficiis, diſcendæque Legi eius vacare. vnde vſque ad Apoſtolorum tempora mos ille durauit vt per ſingula ſabbatha, Lex & Prophetæ in Eccleſia legerẽtur, vti manifeſtũ eſt ex Act.13.d.27,& 15.d.21. Altera autem ratio magis præcipua, cur tanti habita ſub Lege fuerit dierũ religio, hæc fuit, quòd figura eſſet ſabbathiſmi animi, Deo, nõ ſibi viuentis. Nam certũ eſt, ſabbathũ quo ab externo opere feriãdum erat, figurã fuiſſe vitæ in qua nihil pro noſtro arbitrio, ſed omnia ex ſententia Domini agimus: quod vnicè & perpetuò hic ſtudere debemus. Meditari nãque in hoc ſeculo oportet, quod aſſequuturos nos in futuro ſperamus. Speramus autem ingreſſuros nos in requiẽ Domini: vt ſicut ipſe perfectis cælo & terra, aliiſque creaturis, ab omni opere ſuo quieuit: ita & à noſtris operibus vniuerſis vacemus, in

ipſo æterna quiete fruituri. id quod eſt ingredi in requiem Domini, Heb. 4.c.10. Vbi autem ed peruenerimus, neomentam neomenia. & ſabbathum ſabbathũ excipiet, vt Eſaias cap. 66 g. 23, prædixit, hoc eſt iugis ſolennitas, feſtúmque & ſabbathum perpetuum erit.

an malefacere? animam ſeruare, an occidere? At illi tacebant.

an male? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant.

5 Et quum circunſpexiſſet eos cum iracũdia, cõdoleſcens ſuper cæcitate cordis eorũ, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus illius ſana vt altera.

Et circũſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuã. Et extendit: & reſtituta eſt manus illi.

ANNOT.

Malefacere?] Quid per benefacere intelligat, oſtendit aperte, quũ ægroto ſanitatem reſtituit: idẽ oſtendit per Animã ſeruare: nẽpe curare ne pereat & moriatur homo negligẽtia & cõtemptu noſtro. Igitur à contrario, Malefacere, eſt nõ ſolicitũ eſſe de ægroto, nec iuuare ſi poſſis: quod quid aliud eſt quàm perdere, & occidere hominem? Verba igitur Chriſti perinde valent ac ſi diceret, Videtis hunc miſerum, cui nemo bonus non optet conſultũ eſſe: quémque qui negligendum duxerit, nihil hominis, nedum religionis habeat neceſſe eſt. Ad quid ergo ſabbathum inſtitutum putatis, ad malefaciendũ, vt negligantur quos iuuare poſſitis: an ad benefaciendum? Obſeruandum præterea ex hac Domini interrogatione, non benefacere quum poſſis, eſſe malefacere: & nõ ſeruare quum liceat, eſſe perdere. Nam voluit videri ſe lædere hominem illum habentem manum aridam, atque perdere, ſi illũ non curaſſet: quod ſanè vt nunquam, ita multo minus ſanctis ſabbathis potuit licere: eóque probauit, non ſolũ vacare culpa, ſi illum curaret, ſed etiã futurum ſe obnoxium culpæ, ſi illum curare negligeret. Alioqui reſpõdere potuiſſent, Non licet ſabbatho perdere, ſed neque curare. Verùm ſciebãt, non iuuare quũ quis id poſſit, perinde eſſe atque perdere: eóque quod reſpõderent non habebãt. Tacebãt.] Neque huius ægroti ob oculos ipſis poſita miſeria, neque cauſæ tam luculẽta & aperta æquitas crudelitatem Phariſaicam potuit immutare: qúmque nihil haberent quod reſponderent, tacere, quàm quod verum ſentiebant, fateri maluerunt. Non audebant dicere, ſabbathis malefaciendum eſſe potius, quàm benefaciendum, quanquam ita vellent. reſpondere autem, ſabbathis eſſe benefaciendum, quoniam ob id iam Dominum damnauerant, nolebãt. Obmuteſcebant igitur, qui reſpondendi de Lege, iuſto & iniuſto, licito & illicito ſibi etiam ſolis, authoritatem vendicauerant.

5 Et quum circunſpex. eos cum ira, &c.] Quî non indignatus illis fuiſſet, non tam apertè, quàm inſanè, adeò manifeſtam Dei veritatem & bonitatem inſectãtibus? Iraſcitur quidem Chriſtus, ſed iracundia miſta cum dolentia noſtræ cæcitatis: quo ruſſus ſuam benignitatẽ erga nos declarat: nimirum quòd licet nos illum ſubinde noſtra pertinacia, noſtra cæcitate ad irã prouocemus, tamen pro ſua in nos benignitate, nõ aliter atque pater, cõdoleſcit ſuper pertinacia filiorũ, & ſuper cæcitate noſtra. Cæcitate cordis eorum,] Ex præcedentibus facile colligitur quid vocet cæcitatem cordis. Mira verò Domini bonitas, qui quamlibet obſtinatis, rationem præterea quòd ſanandus hic ſibi eſſet, ſumma cum manſuetudine reddidit, quam Matthæus memorat, ductam ab ipſorũ exemplo, eámque vt à minori, ita mirè efficacẽ. Quis, inquit, ex vobis, &c. q.d. Quid ita ſtupetis, & piget reſpondere, quod iuſtum eſſe vos veſtro ipſorum exemplo comprobatis? Sabbathis ſiquidem ipſi benefacitis, & quidem iumẽtis atque pecoribus veſtris: quanto magis ergo licebit benefacere homini, tanto quàm ouis ſit, præſtantiori? Cui veſtrum vel ouis decidit in foueam, quam dubitet ſabbatho extrahere? Sed alieni eſtis, vt dixi, ab omni dilectione: & veſtra tantum curantes, non intelligitis quid ſit, Miſericordiam volo, & non ſacrificium: ideo pecori, ſed veſtro, plus propenſi eſtis, quàm fratri. nam inuiolata religione ſabbathi, pecora veſtra ipſi curatis, fratrem curari à me nõ permittitis. Luc. 14.a.5, omnino ſimile legimus de hydropico, vbi pariter à Phariſæis obſeruabatur, & ſimiliter eos interrogabat: & curandum eſſe ſabbatho, eodem argumento probabat: nimirũ hominem non eſſe, etiã ſabbatho, negligendum, quum illi aſinũ aut bouem ſabbatho extrahere e puteo non dubitarent. Extende manum tuam.] Quum ratione & exemplo probaſſet, non licere tantum, ſed omnino oportere ſabbatho benefacere, præcipit homini, ſanat hominem. In qua ſanatione animaduertendum, ſolo verbo hunc curaſſe, non admota manu, aut aliqua re

externa,vt aliâs solitus erat:vt illi minorem causam haberent aduersus ipsum insaniẽdi.quomodo enim sabbathum verbo violasset? Eo nos sanè docuit,nõ satis esse,quòd benefaciamus, sed etiam omnẽ lapidem esse mouendum,vt id fiat cum gratia quorumlibet. Sic videmus hîc Christũ egisse: male habentem in medium statuit,vt vel eius cõspecta miseria,illi moti agnoscerent pium esse, etiam sabbatho eum curare. Tum interrogatione cõmoda monuit,vt nunquam non liceret benefacere, ita multo magis sabbatho.Sancto enim die,sanctè quoque agendum est,hoc est ex mandato Domini, eóque secundum dilectionem. Postremò & ab ipsorum exemplo idem comprobauit. Lucas post hæc narrat, illos repletos fuisse amentia. Mirâne hæc erat amentia,ob tam diuina beneficia,tantáque cum modestia præstita,tanto odio potuisse prosequi Dominum? Sed tale ingenium est reprobis omnibus: quum diuina bonitate tentantur,tum maxime aperit se in illis vis satanica,& regnum perditionis.

Exeũtes autem Pharisæi, statim eum Herodianis cõsiliũ faciebãt aduersus eum, quomodo eum perderent.

6 'Egressi verò Pharisæi, statim vnà cũ Herodianis consilium inibant aduersus eum,vt illum perderent.

Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa sequuta est eum,

7 Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare:& ingens multitudo à Galilæa sequuta est eũ, & ab Iudæa,

Et ab Ierosolymis, & ab Idumæa,& trãs Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem,multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

8 Et ab Hierosolymis,& ab Idumæa,& trãs Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant ac Sidonem,*hominum* multitudo magna: qui cum audissent quæ faciebat,venerunt ad eum. B

Et dixit discipulis suis vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne cõprimerent eum.

9 Et iussit discipulis vt nauicula sibi deseruiret propter turbam,ne ipsum premerent.

Multos enim sanabat, ita vt irruerẽt in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas.

10 Multos enim sanauerat,ita vt irruerent in eum, quò illum tangerent,quotquot affligebantur.

Et spiritus immũdi quũ illũ videbãt procidebãt ei, & clamabant,dicentes, Tu es filius Dei.

11 Et spiritus immundi quum illũ vidissent,'procidebant ei,& clamabãt,dicentes, Tu es filius Dei.

Et vehemẽter cõminabatur eis,ne manifestarẽt illũ.

12 Et vehementer interminabatur eis,ne se manifestum facerent.

Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse.& venerunt ad eum.

13 ‖'Et ascendit in montem, ac vocabat ad se quos voluit ipse:& venerunt ad eum, Har. 2.1.

Suprà 6. a.7. matth.10.a.1. luc.9.a.1.

ANNOT.

6 Egressi verò Pharisæi,] Vide Matth.12.b.14.

7 A Galilæa,&c.] Matthæus sequutas fuisse turbas dicit,verùm vnde essent non explicat, quod noster hoc loco facit.

11 Procidebant,&c.] Paucis ostendit,Christi virtute fractam esse omnem huius mundi potentiam,etiam satanicam. procidunt enim coram ipso immundi spiritus, quò toti mundo fiat manifestum, satanam per Christum esse victum. Proinde nihil virium amplius habet satanas in fideles Christus enim communione sui virtutem suam communicat sanctis.

13 Et ascendit in montem,] Docti quidam ab Harmonia Euangelica dissentientes, quod ad ordinem historiæ spectat,sic scribunt,Ordo historiæ videtur sic habere,Quũ prædicando & sanando male habentes Christus per Galilæam circuiuisset:& vt consequens erat,maxima ipsum populi vndique accurrentis multitudo circumfudisset,(quod Matthæus in fine cap. 4. d. 25,testatur:)secessit in montem ad orandum, pernoctauitque in deprecatione Dei, vt Lucas 6.b.12,meminit.Hunc enim morem habuit,vt subinde pressus nimia populi turba,aliquò secederet, vt & ad precandum interquiesceret: & turbam commode, præsertim eorum qui carnalia tantum quærebant, à se dimitteret: tum denique cælestia iis qui ea sitiebant, maiore opportunitate euangelizaret. Sic Lucas in fine cap. 4.g. 42, meminit eum desertum locum

petiisse: & quum illum turbæ sequutæ vellet detinere, dixisse, Oportet me & aliis ciuitatibus Euangelizare, ac ita illos à se dimisisse. Nam subiicit, Et prædicabat in synagogis Galilææ. Sic dimisit turbam, quum, postquam è naui Simonis docuisset, iuberet Petrum nauem in altum ducere, laxaréque retia in capturam, quod Lucas scribit cap. 5.a.1. Et paulo post, e.15, Peruagabatur autem magis rumor de illo, & conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & sanarentur ab ipso ab infirmitatibus suis. Ipse autem agebat in secessu in desertis, & orabat. Sic ergo & in præsenti secesserat quum vidisset turbas, vt ait Matthæus, 5. a. 1, noctémque in precatione trãsegit. Orto autem die vt habet Lucas, 6.b.13, vocauit quos ipse voluit, discipulos suos, vt noster hîc ait: & venerunt ad ipsum, teste Matthæo, 5.a.1, cum nostro: & elegit duodecim ex eis vt essent secum, & vt emitteret eos ad prædicandũ, vt hoc loco dicit noster, vsque ad 20 versum. Cum his itaque discipulis ait Lucas, versu 17, & in Apostolos iam electis, Dominus descendit de mõte, stetitque in loco campestri, qui præsentem turbam posset capere. Tum eleuatis (inquit idem versu 20) oculis suis in discipulos vniuersos, quorum vtique in illa turba aderant permulti, aperuit os suum, & docebat eos, vt narrat Matthæus, 5.a.2, dicens, Beati pauperes spiritu. Hanc putant esse historiæ huius seriem, & hoc ordine, quæ ex Euangelistis recẽsuimus, à Domino esse gesta. Iam huius ordinis hanc habent rationem. illis quidem non fit dubiũ eandem esse Domini orationem, quam Lucas cap. 6.c. 20, conscripsit, cum ea quam memorat Matthæus. Quum igitur Lucas scribit, primum in montem secessisse Dominum, atque in precatione pernoctasse: mox orto die ex vocatis ad se discipulis, duodecim Apostolos designasse: tũ è monte cum eis in locum campestrem ad reliquam populi turbam descendisse: stantémque illic, orationẽ apud Matthæum scriptam habuisse: hoc ipso ordine hæc omnia facta esse nihil ambigunt. aliorum tamen iudicium esse volunt. Igitur quod Matthæus habet, Quum vidisset autem turbas, ascendit in montem: intelligemus idem esse cum eo quod Lucas scribit, Factum est autẽ in illis diebus, exiit in montem ad orandũ, &c. Illud vero quod est apud eundem Matthæum, Et quũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: idem est cum eo quod noster hic habet, Ac vocat ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. Lucas scribit, Et vocauit discipulos suos. Postea describunt noster cum Luca electionem duodecim Apostolorum, quam præterit Matthæus: vt & descensum de monte cum discipulis in locum campestrẽ tacuit. Quod autem ponit idem Matthæus, Et postquam aperuisset os suum, docebat illos: id Lucas sic extulit, Et ipse attollens oculos suos in discipulos, dicebat. Sic nulla erit pugnãtia de loco vbi quibusdam visum fuit quasi Matthæus scripsisset, in monte habitam orationem, quam cap. 5. scribit, Lucas verò in loco campestri. In montem quidem Matthæus cum Marco ascendisse Dominum nominatim exprimunt, quod & Lucas facit: non autem sic exprimit Matthæus orationem hanc ab eo in monte habitam esse: sed ait, Postquam aperuisset os suum, docebat illos. Id autem, vt Lucas testatur, factum est in loco campestri, quum in eum è monte cum discipulis iam descendisset. Etenim & ipso Matthæo teste in fine capitis septimi, orationem hãc ad discipulos præsente & audiente omni populi multitudine habuit. nam ita claudit illud septimum caput, Et factum est vt quum finisset Iesus sermones hos, obstupuerunt turbæ super doctrina illius.

14 Et fecit vt duodecim essent secũ, & vt emitteret eos ad prædicandum: — Et fecit vt essẽt duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare.

ANNOT.

14 Vt duodecim essent secum,] Quòd ex multis adeò discipulis, quorum (vt Lucas meminit) turbam habuit, duodecim selegit, quos Apostolos constituit & vocauit, quos & voluit peculiariter secum esse, hoc est perpetuos habere comites, & sectatores indiuiduos: dein & primum ad prædicandum Euãgelium regni emittere cum potestate sanandi morbos, eiiciendíque dæmonia: huc videtur spectasse. In duodecim tribus, populũ Israel (qui typus fuit totius populi electorum) distinxerat Deus. Iam his selectis Apostolis voluit vti ministris atque legatis ad verum Israel (hoc est quicquid vndique esset filiorum Dei) congregandum atque instituendum. veri enim Israelis iudices & principes esse debebãt. Hoc ergo vt significaret, duodecim numero selegit, per quos primos etiam regnum cælorum apud gentem Israelis secundum carnem est auspicatus. Multo maximum sanè & ineffabile Dei beneficium est, quòd ex tam perdito hominum genere, populum æternæ fœlicitatis participem sibi delegit: ideo plurimis id signis & typis præfigurauit, vt tantam nobis bonitatem suam melius commendaret, & ad fidendum ipsi ita prouocaret. Hoc ergo duodenario Apostolorum significare voluit,

nequaquam finem gentis Israeliticæ(vt videbatur) aduenisse,sed iam veros Israelitas ex omnibus terris, quàm latè orbis patet , ad montem sanctum Sion & domum Domini conuocandos.Id quum primùm per hos duodecim vellet auspicari,ita ceu duodecim tribuũ Iacob nouos principes illos hic designauit. Obseruandum autem quód Dominus, potissimũ quum eligendi sibi erant Apostoli, ad precandũ secesserit, precatúsque sit adeó instanter, vt totam noctem in precatione transegerit,vt scribit Lucas cap.6.b.12.Quo declarauit quàm cordi sibi nostra salus fuerit,qui tam anxiè Patrẽ orauerit,indubiè vt ipse nascẽtis regni idoneos sibi ministros & duces designaret,vtque illos suo Spiritu instrueret,& donaret successum, vt quãplurimi per verbum ipsorum regno suo adducerentur. Etsi nanque doctrina atque monitio salutis proprium Patris opus sit,voluit tamen homines sibi in his cooperari,iuxta illud 1.Corin.3.b.9, Etenim Dei sumus cooperarii, Dei agricolatio, Dei ædificatio estis.Pios igitur ac sedulos doctores ac monitores donat. Hoc autem facto vt suũ erga nos amorem, & in nostrã salutem solicitudinem luculenter & amabiliter demonstrauit: ita certe simul docuit quãta cura,quantáque circunspectione , ministri ecclesiarum deligendi sint, quãta denique religione Deo supplicandum vt ostendat quos ipse elegerit. Quod ab Apostolis studiose factum legimus Act.1.c.16.

15 Vtque haberent potestatem sanandi morbos,
eiiciendíque dæmonia.
16 'Et imposuit Simoni nomen Petrus:
17 Et Iacobum *filium* Zebedæi, & Ioannem fra-
trem Iacobi:'& imposuit eis nomina 'Boanerges, C
quod est,filii tonitrui:
18 Et Andream,& Philippum,& Bartholomæum,
& Matthæum, & Thomam, & Iacobũ Alphæi
filium,& Thaddæum,& Simonem Cananæum,
19 Et Iudam Iscarioten, qui & prodidit illum.
20 'Et veniunt in domum:& conuenit iterum tur- Ha.2.10.
ba,sic vt non liceret illis vel panes edere.
21 Et quum audissent qui ad illum attinebãt, ex-

Et dedit illis potestatem curandi infirmitates,& eiiciendi dæmonia.
Et imposuit Simoni nomen Petrus:
Et Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitrui:
Et Andream,& Philippũ, & Bartholomæum, & Matthæum,& Thomam, & Iacobũ Alphæi,& Thaddæũ, & Simonem Cananæum,
Et Iudam Iscarioten, qui & tradidit illum.
Et veniunt ad domũ: & cõuenit iterũ turba,ita vt non possent neque panem manducare.
Et quum audissent sui,ex-

ANNOT.

16 Et imposuit] Vide Matth.10.a.2.

17 Et imposuit eis no.] Hoc more suo facit, vt significet præcipuum adeó munus esse ad quod ipsos delegisset,vnde oporteret eos prorsus alios esse,ideóque & aliis nominibus vocari. Sic & Abrahæ,Saræ,ac Israeli(qui vt carnalis Israelis authores,ita spiritualis typi fuere) noua hæc nomina indidit.Potissimũ autem his tribus,Petro & filiis Zebedæi, nomina dedit, quód ipsorũ opera ad regnũ suum instituendũ præcipue vsurus esset: quare & præ aliis peculiariter familiares habuit, vt sanè eos ad plura,quàm alios adhibuit:vt clarè testantur historiæ Euangelicæ. Boanerges,] Corrupta vox ex duabus integris,pro qua Hebraice diceretur B E-N E R E G E S,vel Chaldaicè B E N E R I G V S,filii fremitus,& tumultus, siue(vt noster interpretatur)filii tonitrui.Satis enim constat,vulgari tum lingua Dominum fuisse vsum quæ nobis modo Syriaca, vel Chaldæa dicitur, in qua R A G V S siue R I G V S dicitur fremitus,siue tumultus,aut tonitru,vt exponit Marcus.Sic autẽ eos vocauit , quód essent præ aliis, Euangelii tonitru mundũ percussuri. Id à Iacobo factum esse,argumento est quòd eum Herodes ante alios omnes, neci dedit: indubie quód præ reliquis Apostolis,infestior illis Euangelii prædicatione fuisset. De multo maximo tonitru quod edidit Iohannes huius frater, abunde testatur Historia Euangelica,& epistola quam nobis reliquit.

20 Et veniunt in do.] Quum esset in domo, adductus est ei dæmoniacus,vt narrat Matthæus cap.12.b.22. Dominus labore confectus,domum redit,vt illic nonnihil respiraret, ac cibum capiens,nouis sese repararet laboribus. Verùm populi cupientis audire verbum Dei importunitas id non permisit. Dominus enim vbi illorũ animaduertit ingens desyderium, neglecto cibo & posthabita mensa,ad docendum se contulit.

ierũt vt manus iniicerent in eum: dicebant enim,
'In furorem versus est.
Et Scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, 22
Matth.9.d.34 & 12.b.24. luc.11.b.14. dicebant, Beelzebul habet, & 'per principem dæ
moniorum eiicit dæmonia.
'Et ad se vocatis eis, in parabolis dicebat illis, 23
Quomodo potest satanas satanam eiicere?
Et si regnum aduersus sese diuisum fuerit, non 24
potest stare regnum illud.
Et si domus contra semetipsam diuisa fuerit, 25
non potest stare domus illa.
D Et si satanas insurrexit aduersus semetipsum, ac 26
diuisus est, non potest stare, sed finem habet.
'Non potest quisquam vasa fortis, ingressus in 27
domum illius, diripere, nisi prius fortem alliga-
uerit, & tunc domum eius diripiet.
Mat.12.c.38. luc 12.b.10. 1.iohan.5.d.16. ‖Amen dico vobis, omnia remittẽtur filiis ho- 28
minum peccata, & conuitia quibuscunque conui
tiati fuerint:
At qui conuitium dixerit in Spiritum sanctum, 29
non habet remissionem in æternum, sed obno-
xius est æterno iudicio.
Dicebant enim, Spiritum immundum habet. 30
Mat.12.d.46. luc.8.c.19. ‖'Et veniunt mater eius & fratres, & foris stan- 31
tes, miserunt ad eum qui euocarent eum.
Et sedebat turba circa eum: dicúntque ei, Ecce, 32
mater tua & fratres tui foris quærunt te.
Et respondit eis, dicens, Quæ est mater mea & 33
fratres mei?
Et quũ circunspexisset in circuitu circũ se disci- 34

lerunt tenere eum: dicebã: enim, Quoniam in furorẽ versus est.

22 Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorũ eiicit dæmonia

23 Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanã eiicere?

24 Et si regnum in se diuidatur, nõ potest regnum illud stare.

25 Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare.

26 Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertit' est, & non poterit stare, sed finem habet.

27 Nemo potest vasa fortis, ingressus in domum ei', diripere, nisi prius fortẽ alliget, & tunc domum eius diripiet.

28 Amen dico vobis quoniã omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerunt:

29 Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, nõ habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

30 Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.

31 Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes, miserunt ad eum, vocantes eũ.

32 Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

33 Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei?

34 Et circũspiciens eos qui in circuitu eius sedebant,

ANNOT.

21 In furorem versus est.] Mira gentis Iudaicæ ingratitudo. quũ cognati Domini audirent quæ doceret, & viderent quæ in dies faciebat miracula, nõ intelligẽtes illa diuinæ in ipso esse naturæ, furori cuidam tribuebant. neque enim credebant in eum, vt testatur Iohannes, cap.7. a.5. Et quum cognati essent, putabant sui esse officii, mentis impotem, & à spiritu quopiã correptum, vinculis coercere. Aderant itaque, manus insanienti auxiliatrices illaturi. Hinc videmus quid de Sapientia cælesti iudicet crassa hominis caro: pro insanis habet quicunque cum mundo insaniente non ineptiunt.

22 Per princip. dæm.] Matthæus significat Beelzebub fuisse principem dæmoniorum, cap. 12.b.24.

23 Et ad se vocatis, &c.] Vide Matth.12.b.25.

27 Non potest quisquam, &c.] Hæc ab hoc versu vsque ad 31, exponuntur in Matthæo, eodem cap.12, à versu 29, vsque ad 33.

31 Et veniunt mater eius, &c.] Vide Matth.12.d.46.

afr, Ecce mater mea& fratres mei.
Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic, frater meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat.

Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua,

Audite, Ecce exiit seminans ad seminandum:

Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerũt volucres cæli, & comederũt illud.

Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ.

Et quando exortus est sol, exæstuauit: & eo quòd non habebat radicem, exaruit.

Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructũ non dedit.

Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructũ ascẽdentem & crescentem, & afferebat vnum triginta, & vnũ sexaginta, & vnũ centũ.

Et dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat.

pulos sedentes, ait, Ecce mater mea & fratres mei.
35 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic, frater
meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

1 ET iterum cœpit 'docere iuxta mare: & congre Har.2.12. Matth 13.a.1. luc.8.a.4.
gata est ad eum turba multa, ita vt nauim in-
gressus sederet in mari, & tota turba iuxta mare
in terra erat.
2 Et docebat eos per parabolas 'multa, '& dicebat
illis in doctrina sua,
3 Audite, Ecce exibat seminator ad seminandũ:
4 Et accidit inter seminandum, aliud quidem ce-
cidit 'secus viam, venerúntque volucres cæli, &
comederunt illud.
5 Aliud verò cecidit 'super petrosa, vbi nõ habuit
terram multam: & statim exortum est, quòd non
haberet altitudinem terræ.
6 Sole autem exorto, æstu affectũ est: & eo quòd
non haberet radicem, exaruit.
7 Et aliud cecidit in spinas: & succreuerũt spinæ,
ac suffocauerunt illud, & fructum non dedit.
8 Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fru-
ctum emergẽtem atque crescentem: & afferebat
vnum triginta, & vnũ sexaginta, & vnum centũ.
9 'Ac dicebat illis, 'Qui habet aures ad audiendũ
audiat.

ANNOT.

1 Docere iuxta mare:] In littore lacus Genesar crebro docuisse legitur Christus: forte locus opportunus erat in quo multi conuenirent. Vide Matth.13.a.1, totam hanc parabolam.

2 Multa,] Quæ multa illa sint, satis docet præsens caput. Varia aderant auditorum ingenia, atque ideo vnam & eandem Euangelii & regni Dei doctrinam multis & variis similitudinibus populo tradit, prudenter dispensans diuitias regni Dei. Et dicebat eis in doctri. sua.] Hebraismus est, pro, Et dicebat eis docendo. Vel, dicebat eis iuxta suum docendi genus, quod erat in parabolis. Sine parabolis enim nõ loquebatur eis, vt infrà dicetur, versu 34.

4 Secus viam,] Lucas addit, Et conculcatum est.

5 Super petrosa,] Lucas, Super petram.

9 Et dicebat illis,] Lucas habet, Hæc dicens clamabat. Sublata voce, vt facilius exaudiretur, hæc dixisse apparet, vt & Iohan.7.d.28, Clamabat ergo Iesus in templo, docens, ac dicens, Et me nostis, &c. Et versu 37. In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus, & clamabat dicens, Siquis sitit, &c. Vtque animis essent attentis ad ea quæ dicebat. Sed & ardorem animi sui hoc clamore prodebat, quàm cuperet se intelligi, & verbum suum recipi. Qui habet au.] q.d. Non necesse habeo hanc parabolam pluribus explicare: quia qui sunt rerum periti, facile intelligent quid sibi velit hæc parabola, videlicet quòd sicut non est culpa seminis si non semper ferat fructũ, ita nõ est culpa Euangelii si non in quouis auditore suum fructum producat. Audiat igitur is cui à Deo donatum est vt audita intelligat, vt Deut.29.a.4, Et non dedit vo-

bis Dominus cor intelligens,& oculos videntes,& aures quæ possint audire,vsque in præsentem diem.Certe his verbis admonet non omnes esse capaces huius doctrinæ.

Quũ autem cœpisset esse solus,interrogauerũt 10
eum ʹhi qui circum illum erant, cum duodecim,
ʹde parabola.

Et quum esset singularis, Interrogauerũt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam.

B Et dicebat eis,Vobis datum est nosse ʹmysteriũ 11
regni Dei: ʹillis autem qui foris sũt,per parabolas
omnia fiunt:

Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sunt,in parabolis omnia fiunt:

Esa.6.c.9. mat.13.b.24. luc.8.b.10. iohã.12.f.40. act.28.f.26. rom.11.a.8. ‖ʹVt videntes videant,& non cernãt:& audien- 12
tes audiant,& non intelligant: nequando cõuer-
tantur,& remittantur eis peccata.

Vt videntes videãt,& non videãt: & audientes audiãt, & non intelligant:nequãdo conuertantur, & dimittantur eis peccata.

Har.2.13. ‖Et ait illis,Nescitis parabolã hanc? & quomo- 13
do omnes parabolas cognoscetis?

Et ait illis,Nescitis parabolã hanc?& quomodo omnes parabolas cognoscetis?

ʹSeminator ille,ʹsermonem seminat. 14

Qui seminat,verbum seminat.

Alii autem sunt qui iuxta viam ʹ*semen excipiũt*, 15
vbi seminatur sermo: & quũ audierint, cõfestim
venit satanas, & aufert sermonem qui seminatus
est in cordibus eorum.

Hi autem sunt qui circa viam,vbi seminatur verbũ: & quũ audierint,confestim venit satanas,& aufert verbum quod seminatũ est in cordibus eorum.

ʹEt alii sunt similiter qui in petrosa semen exci- 16
piunt:qui quũ audierint sermonem, statim cum
gaudio accipiunt illum.

Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui quum audierint verbũ, statim cum gaudio accipiunt illud.

Et non habent radicẽ in se,sedʹtemporarii sunt: 17

Et non habent radicem in se, sed temporales sunt:

ANNOT.

10 Hi qui circum illum e.] Id est,discipuli eius vnà cum duodecim Apostolis. Matthæus cum Luca,discipulos vocat,quos noster Qui circa ipsum erant. De parabola] Lucas habet, Dicentes quæ esset hæc parabola. Id est,quid sibi vellet,siue quid significaret.

11 Mysterium] Arcanum,siue secretum,non communicandum prophanis. Vetus interpres aliquoties vertit sacramentũ. Illis autem qui foris sunt,] Ista explicantur Math.13 b.11.

12 Vt videntes vid.] Hæc perinde à nostro & Luca scribuntur, atque si ipsorum essent verba:quæ sunt tamen Esaiæ prophetæ,vt vides Math.12.b.14.

14 Seminator ille,] Quis sit iste seminator,ipse explicat in expositione parabolæ zizaniorum,apud Matthæum,cap.13.e.37,his verbis,Qui seminat bonum semen,est Filius hominis.

Sermonem seminat.] Quid per sermonem siue verbum intelligendum sit, Lucas exponit,dicens cap.8.b.11,Semen,est verbum Dei.Et vt intelligamus Christum loqui de Euangelii prædicatione,ipse apud Matthæũ in ista parabola,initio statim suæ expositionis vocat sermonem regni, dicens versu 19, Quum quiuis audit sermonem regni. Nimirum quo traduntur mysteria regni cælorum. Comparat ergo Christus hac parabola Euangelium semini, & illius prædicationem sationi : propterea quòd idem illi accidat dum prædicatur, quod semini dum seritur,vt iam dictum est. Nam quãuis in se bonum sit semen,& ad bonã frugem aptum, multum tamen refert in quam tellurem iaciatur. Ad eum modum & verbũ Dei, licet bonum sit,& ad pietatem promouendã accõmodum,plurimũ tamen refert quẽ auditorem sortiatur.

15 Semen excipiunt,] Hæc verba adiecit interpres ex sequenti versu, quo dilucidior esset sensus. Est autem Hebraismus in hoc versu,pro, Semina iacta secus viam,ii sunt quibus prædicatur verbum,&c. Vel,eos significant quibus prædicatur,&c. Vide Matth.13.c.19.

16 Et alii sunt,&c.] Et hic Hebraismus,pro, Similiter semina quæ seminantur super petrosa,sunt ii qui,&c. Vel,significant eos qui,&c.

17 Temporarii sunt:] Lucas exponens quid sit temporarios esse,pro hoc habet, Ad tempus credunt. Vide Matthæum,versu 21.

deinde orta tribulatione & persecutione propter verbũ, cõfestim scandalizãtur.

deinde coorta afflictione aut persecutione pro-
pter sermonem, confestim offenduntur.

Et alii sunt qui in spinis seminãtur: hi sunt qui verbum audiunt,

18 'Et alii sunt qui in spinas semen excipiũt: hi sunt
qui sermonem audiunt,

Et ærumnæ seculi, & deceptio diuitiarũ, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

19 Et solicitudines seculi huius, ‖ac deceptio diui- 1.Tim.6.d.7
tiarum, cæterarúmque rerũ cupiditates introeun
tes suffocant sermonem, ac redditur infructifer.

Et hi sunt qui super terrã bonã seminati sunt, qui audiũt verbum, & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum.

20 'Et alii sunt qui in terram bonam semen exce-
perunt, qui audiunt sermonem & suscipiũt, & fru
ctificant, *ita vt* aliud *granum adferat* triginta, aliud
sexaginta, aliud centum.

Et dicebat illis, Nunquid venit lucerna

21 'Et dicebat illis, ‖Num lucerna incenditur Matth.5.b.15 luc.8.c.26. & 11.e.33.

ANNOT.

18 Et alii sunt qui, &c.] Pro, Et illos homines significant semina iacta in spinas, qui, &c. Hebraismus. Vide Matthæum, versu 22.

20 Et alii sunt, &c.] Hic versus, ex nostro & Luca exponitur in Matthæo, versu 23.

21 Et dicebat illis, Num lucerna, &c.] Eadem similitudine vsus est Dominus apud Matthæum cap.5.b.15, vbi Apostolos lucem mundi vocauerat. Vnde pro loco, & vt se docendi materia offerebat, vsum fuisse apparet. Hic verò vt etiam narrat Lucas, vsus est quum de semine varie cadente parabolam exposuisset, & declarasset satos in bonam terram, esse eos qui verbum audiunt, suscipiunt, atque fructum ferunt: mox enim subiicit, Nunquid lucerna accenditur, &c. vsque ad 24 versum. Quæ verba hunc sensum habere videntur, Videte quomodo audiatis verbum: habet enim se vt semen sparsum in agrum, cuius vix quarta pars à terra fertili cõcipitur, & fert fructum: ita sunt perpauci qui corde bono verbũ audiunt, fructúmque proferunt. Si ergo videmini vobis verbum rectè audisse, proferte fructum. Certe lucerna non accenditur, nisi vt imposita candelabro luceat: ita qui face verbi Dei vere illustrantur, etiam luceant aliis oportet. Vt enim prouerbium habet, Nihil absconditum quod non manifestetur: neque fit quicquam occultè, quod quidem recte fiat, vt occultũ semper maneat, nec cognoscatur, sed vt tandem proferatur in lucem: ita quãlibet secreta sit verbi in corde perceptio, si vera fuerit, tandem promat se necesse est. Neque enim Deus hoc opus suum, opus tam insigne gloriæ suæ fecerit vt non luceat, sed potius vt eo ad salutem plurimi inuitentur & adducantur, noménque ipsius hoc amplius sanctificetur. Quare audiat hæc cui hoc datum est, qui audiendi aures habet, videátque quàm syncere verbũ Dei percipiat. Veris hîc agitur, non hypocrisi, si verbũ verè habuerit quis, dabitur illi præterea vt in cognitione Dei proficiat, & bonis operibus abundet: qui minus, ab illo etiam auferetur quod videtur habere, nempe fictitia illa probitatis persona, ac tãdem quicquid sapientiæ, iustitiæ, aut vllius boni habere existimatur. Reuera enim nihil solidi boni absque verbo Dei poterit habere. Atque ita apparet Dominum hoc loco ad eandẽ ferme exhortationem similitudine illa lucernæ vsum, nimirũ vt ostenderet, quicunque verè igni Spiritus fuerit accensus, eum non posse nõ lucere per bona opera: idque quod animo cõcepit, in salutẽ aliis proferre. Similiter & alio loco, Lucæ 11.e.33, legimus Christum hac eadem similitudine vsum, & ad eundem ferè modum. Nonnulli sic scribũt in hunc locum, Generalem hanc & prouerbialem sententiam ad suum priuatum propositũ accõmodat Christus hoc loco, vt per eam explicet cur discipulis, & non turbæ auditorum, parabolas, & alias Euangelii obscuritates interpretetur. Discipuli enim Christi, ac præcipue Apostoli in hoc erãt vocati & ordinati vt essent tanquam lumen totius orbis terrarum. Vos, inquit, estis lux mundi. Porrò autem, lumen non in hoc paratur vt abscondatur inaccensum, sed vt accendatur: & accenditur, non in hunc vsum vt subter modium, &c. Quare quum Apostoli electi sint in lumen orbis terrarum, necesse est accendantur, hoc est, erudiantur & doceantur, quo & ipsi Euangelium perspicue intelligant, & aliis perspicue tradere queant. Obseruandum verò vt quod hic noster per interrogationem scripsit, à Luca absolute scriptũ esse, hoc modo, Nemo verò quum lucernam accenderit, operit eam vase, &c.

C vt 'subter modium ponatur, aut subter lectum?
Nónne 'vt super candelabrum ponatur?

vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nóne vt super cādelabrum ponatur?

Matt.10.c.26 lnc.8.c.17. & 12.a.2. |'Non est enim quicquam occultum, quod non 22
manifestetur: 'neque fuit secretum, sed vt in pro-
patulum veniat.

Non est enim aliquid absconditum qund non manifestetur: nec factū est occultum, sed vt in palam veniat.

'Siquis habet aures ad audiendum, audiat. 23

Siqnis habet aures audiendi, audiat.

Matth.7.a.2. luc.6.f.38. Et dicebat illis, 'Videte quid audiatis. |'qua mē- 24
sura metimini, eadem vobis fiet admēsio: & ad-
iicietur vobis qui auditis.

Et dicebat illis, Videte quid audiatis in qua mensura mensi fueritis, remetiotur vobis.

Matt.13.b.12. & 15.c.29. luc.8.c.18. & 19.d.26. |Qui enim habet, dabitur illi: & quí non habet, 25
etiam quod habet, auferetur ab eo.

Qui enim habet, dabitur illi: & qui nnn habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

Ha.2,26. |Et dicebat, 'Sic est regnū Dei quemadmodum 26
si homo iaciat semen in terram,

Et dicebat, Sic est regnum Dei quemadmodū si homo iaciat sementem in terram,

ANNOT.

Subter modium] Lucas, Nemo operit eam vase. Vt super cand.] Lucas addit, Vt intrantes videant lumen.

22 Non est enim quicq. occultum,] Subaudi, in Prophetis de me: quod nō sit manifestādum à vobis. Est & hæc generalis sententia, sed à Christo aptissime ad suum negotium vsurpata, quā nonnulli aliter interpretārur, quàm in Matthæo exposuerimus, hoc modo, Euangeliū est mysterium æternis quidem temporibus tacitū, vt Paulus ait Rom.16.d.25: attamen in hoc diuinitus ordinatū vt suo tempore manifestetur, & in totum terrarū orbem spargatur. Quicquid autem, quantumuis occultum & abscōditum, ad reuelationem ordinatum est, necesse habet velint nolint omnes portæ inferi, manifestari, in apertum venire, & cognosci. Quare necessarium est vt & Euangelium manifestetur. Non potest autem manifestari, nisi hi qui ad Euangelium prædicandum vocati sunt, perspicue intelligant: alioqui cæcus cæcū ducit, & ambo in foueá cadunt. Necesse igitur fuit vt Christus Apostolis suis ad prædicandū Euangeliū ordinatis, genuinam & germanam Euāgelii sententiā dilucide explicaret. Vnde huc etiā facit quod Christus apud Matthæū cap.10.c.26, ait, Nihil est tectum, quod non sit retegendum: & nihil occultū, quin futurū sit vt sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aure auditis, prædicate in tectis. Neque fuit secretū,] Oratio defectiua, quæ sic suppletur, Neque occultū de me in Prophetis quicquā, vt maneat occultum, sed vt in propatulū veniat.

23 Siquis habet aures, &c.] Vide suprà versu 9.

24 Videte quid aud.] Istud suprà annotatū est, versu 21. q.d. Non hîc luditur, sed seria res agitur. Si enim vultis consulere vocationi & officio, imò & saluti vestræ, necesse habetis conciones Euangelii diligentissime & attentissimis animis audire. Et huic exhortationi addit Christus apud Lucam, pro redditione causæ, generalem sententiam, quæ versu sequenti apud hunc nostrum scribitur, dicens, Qui enim habet, &c. quæ etiam suprà declarata est versu 21.

Qua mensura, &c.] Hoc prouerbio Dominus ostendere voluit, tanto plus nos supernæ scientiæ, ac inde omnimodæ fœlicitatis percepturos, quanto & largiore fidei mensura animū adiecerimus ad auditum verbum, & promptiore prædicandi Euangelii studio illud aliis prædicauerimus. Vnde subiicit, Et adiicietur vobis qui auditis: id est, iuxta vulgatū prouerbium, quia benigna auditionis mensura verbis meis auscultatis, vnde indubie idem & fideliter prædicabitis, vicissim bona mensura verum intellectum & cælestem sapientiam admetietur vobis Pater supremus. Quidam ad sequentia referunt hæc, Videte quid audiatis, hoc sensu, Videte vt quæ dico, faciatis. nam si verbum auditis, & semen excipitis, nihil tamen fructus fertis, neque fratres diligitis, sed læditis eos, certe eadē mensura remetietur vobis Deus. Prior interpretatio magis loco cōuenire videtur. Quædam exemplaria Græca hoc ordine versum istū legūt cum sequenti, Videte quid audiatis, & apponetur vobis audientibus. Qui enim habet, dabitur ei: & qui nō habet, etiam quod habet tolletur ab eo. In qua mensura metimini, metietur vobis, & adiicietur vobis. Cui lectioni vetera scripta Latina nonnulla consentiunt.

26 Sic est regnum Dei] Significat Christus hac parabola, Euangelium ita mirum in mo

dum,præter hominum opinionem,ac ne ſentientibus quidem,paſſim enaſciturum & fructifi
caturum: non ſubito quidem,ſed ſenſim,& ordine quem Pater ſtatuit. Certe ad hunc modum
& hoc noſtro ſeculo,regnũ Dei rediit ad nos,nihil minus hominibus volentibus vel opinan
tibus: vnde illæ impiorum voces, Vnde tandem exortum eſt hoc nouũ doctrinæ genus? quàm
breui tempore præualuit? Qui factũ eſt vt non præſenſerimus,& ne in ipſo quidem curſu ſatis
conatus iſtorum animaduerterimus? Sed ſic eſt regnum Dei, irrepit prius quàm id caro ſatis
animaduertat. Ita ludit Deus mundũ: & per humiles ſuos,ſtultos & infirmos, confundit glo-
rioſos,ſapientes & potentes.

Et dormiat, & exurgat nocte & die: & ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille.

27 Ac 'dormiat,atque exurgat *ille* nocte ac die: ſe-
géſque germinet, 'ac ſurgat in altũ 'dũ neſcit ille.

Vltrò enim terra fructificat, primùm herbã, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica:

28 Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam,
deinde ſpicã, deinde plenum frumentũ in ſpica:

Et quũ produxerit fruct⁹, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.

29 'Quum autem productus fuerit fructus, ſtatim
mittit falcem,quoniam adeſt meſſis.

Et dicebat, Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ cõparabimus illud?

30 ‖Et dicebat, 'Cui aſſimilabimus regnum Dei? Matth.13.d.31 luc.13.d.19.
aut qua collatione conferemus illud?

Sicut granũ ſinapis, quod quum ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminib⁹ quæ ſunt in terra:

31 *Eſt* ſicut granum ſinapis,quod quũ ſeminatum D
fuerit in terra,minus eſt omnibus ſeminibus quæ
ſunt in terra:

ANNOT.

27 Dormiat,atque exurgat] Quidam vtrunque verbũ, Dormiat & exurgat, putãt referendum ad eum qui iecit ſemen: ita vt intelligamus illum dormire nocte, & exurgere die: & in hunc quidem ſenſum interpretatur Theophilactus. Alii arbitrantur poſterius verbum magis referendum eſſe ad ſemen, quòd nullo colente tacitis auctibus & nocte & die proficit vſque ad maturitatẽ. Nam dormire dicitur qui ſecurus eſt, nec iam laborat. q.d. Sic habet ſeſe regnũ Euangelicum, quaſi ſiquis interdiu iaciat ſementem in terram. Mox vbi ſemen creditum eſt aruo, veluti ſecurus obdormiſcit qui iecit: eóque dormiẽte, nihilo ſecius interim ſemen tacitis incrementis, abſque cuiuſquã opera, noctu pariter atque interdiu prouenit: iámque ſeges enaſcitur & aſſurgit, nimirum vltrò properans ad frugem vi quadã occulta naturæ. Dum neſcit ille.] Sermo Græcus ambiguus eſt: poteſt enim accipi vt ſemen exoriatur & exurgat vi naturæ, quũ ipſum hoc neſciat. eo quòd dictio Græca Sporos, quæ ſemen ſignificat, ſit maſculini generis. Ad hominem tamen potius referendum, ac ſi dicat, ita occulte fructificat vt ſenſum patriſfamliâs fallat.

29 Quũ autẽ prod.fu.fru.] Phariſæi, Scribæ, Sacerdotes, Seniores, Præfecti, Principes, Reges, Philoſophi, certatim conati ſunt obruere ne proueniret ſemen Euangelii, hodiéque conãtur. His tamen fruſtra reluctãtibus, occupare cœpit totum orbem, nec deſinet ſuccreſcere vſque ad conſummationem mũdi, donec maturuerit vniuerſa ſeges. Vbi tempus meſſis aduenerit (Matth.13.d.30) falx in meſſem mittetur: túncque ſuccisis omnibus, zizania tradentur igni, purum ac putum triticum ſeponetur in horreum. Mittit] Nempe agricola.

30 Cui aſſimilab.reg.Dei?] Id eſt, Cui rei dicemus eſſe ſimile regnum cælorũ? aut quam adhibebimus collationem per quam illius naturam ac vim explicemus his qui nihil ſapiunt, niſi quod oculis vident? Vide Matth. 13.d.31. Hac parabola deſcribit quomodo initium regni cælorum ſit omnium humilimum & abiectiſſimum: & vt ſimul cõſolatio adſit, vires illius regni abiecti aperit, quòd ex humilimo tandem ſit euaſurum ſupremum & illuſtriſſimum. Regnum cælorum à Prophetis ita prædicatum erat vt expectatum ſit omniũ illuſtriſſimum. Iam ea quæ per Chriſtum gerebantur initio, humilima videbantur in oculis mundi, licet in ſe fuerint auguſtiſſima, nempe planè diuina. vnde facile fieri potuit vt viderẽtur & Apoſtolis non bene conſona ſplendori regni cælorum qualem deſcripſerãt & prædixerant Prophetæ. Perſonæ erant abiectæ & humiles, doctrina & religio diſpar ſplendori Iudaico: nullus aderat opũ, potentiæ, & regalis gloriæ fulgor. Iſtam humilitatem, abiectionem, paucitatem fatetur Chriſtus, ſed hac ſimilitudine exordium illud exile, futurum omnium illuſtriſſimum & ampliſſimum oſtendit.

Et quum seminatum fuerit, exurgit, & fit ma- 32
ius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita
vt possint sub vmbra eius aues cæli nidificare.
Matt.13.e.34 ¶'Et talibus multis parabolis loquebatur eis ser- 33
monem, prout poterant audire.
Sine parabola verò nõ loquebatur eis: seorsim 34
autem discipulis suis exponebat omnia.
Matth.8.c.23 Luc.8.c.22. ¶'Et ait illis in die illo quum facta esset vespera, 35
Transeamus in vlteriorem ripam.
Et dimissa turba, assumũt eum ita vt erat in na 36
ui: sed & aliæ nauiculæ erant cum illo.
'Et oritur procella venti magna, & fluctus ir- 37
ruebant in nauim, 'ita vt illa iam impleretur.
Et erat ipse in puppi 'super ceruical dormiens: 38
'& excitant eum, dicúntque illi, 'Præceptor, non
est tibi curæ quòd perimus?
'Et excitatus increpauit ventum, dixítque ma- 39

32 Et quum seminatũ fuerit, ascendit, & fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare.

33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.

34 Sine parabola autem non loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis edisserebat omnia.

35 Et ait illis in illa die, quũ sero esset factum, Transeamus contrà.

36 Et dimittentes turbam, assumũt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erãt cũ illo.

37 Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.

38 Et erat ipse in puppi super ceruical dormiẽs: & excitant eum, & dicũt illi, Magister, non ad te pertinet quia perimus?

39 Et exurgens, comminatus est vento, & dixit mari, Ta-

ANNOT.

33 Et talibus multis parab.] Vide Matth.13.d.34.

35 Et ait illis in die illo,] Sic ex Matth.13.g.53, & hoc nostro, & Lúca, 8.c.22, texenda historia, Et factum est in vna dierum, quum finisset Iesus parabolas has, factáque esset vespera, discessit illinc, & dicit illis, Transeamus in vlteriorem ripam stagni. Et quũ dimisissent turbã, ascendit in nauim, ac discipuli eius: & assumunt eum ita vt erat in naui, ac soluerũt. Id est, susceperunt eum traiiciendum vt se composuerat in naui, iacentem supposito ceruicali.

37 Et oritur procel.] Matth.8.c.23, Et ecce motus magnus factus est in mari. Lucas verò, Et ingruit procella venti magna in stagnum. Ita vt il. iam imple.] Lucas, Et complebantur, ac periclitabantur.

38 Super ceruical dor.] Vide vt hîc Christus sese hominẽ exhibuerit, vtque humani nihil à se, præter solum peccatũ, alienum habuerit. Quid ergo neget nobis, qui vsqueadeò nobiscum communia habere omnia dignatus sit? Et excitant eum,] Hîc videmus quo pacto Deus sanctos suos soleat tentare. nam tẽtationis natura hîc graphice depicta est. Tempestatem immittit sæuam: neque hoc contentus, operiri etiam fluctibus nauim, impleríque sinit: adhæc summè periclitantes videtur prorsus negligere. illis enim iam extrema expectãtibus securè ipse stratus in puppi dormit. Sic sanè probantur sancti, vt non solũ suprà quàm videantur sibi ferre posse, affligantur, sed simul ita se Deus erga illos, etiam quum iam actum de eis videtur exhibet, vt nullam eorum rationem habere existimetur. At non sinit tamen Spiritus, vtcunque deplorata omnia videantur, sanctos animum despõdere. Ita videas hîc discipulos, etsi nihil certius morte expectarent, nequaquẽ tamen omnem prorsus spem abiecisse. Dominũ excitant, opémque orant: ita tamẽ vt videas summa angustia trepidantes, perpusillum fiduciæ habere reliquum. nam nondum prorsus collapsam fuisse eam, id simul commõstrat quòd opem à Domino orarunt: nequaquam oraturi illam, nisi aliqua ipsis fuisset spes reliqua. Sic per omnia cõmoueri atque trepidare solẽt sancti, vbi serio tentãtur (id quod in Psalmis Dauidicis frequentissime legimus) neque tamen spe ac fiducia in Dominum penitus excidere. Ideo semper in tempore quoque sentiunt Domini præsentiam, vnde fides ipsorũ in Deum incrementũ sumit, atque inde quicquid hominem Dei decet. Præceptor, non est tibi] Lucas, Præceptor, Præceptor, perimus.

39 Et excit. increp. ventũ,] Quid hîc Dominus? tentare suos, nõ perire volebat. Increpauit ventũ,] Lucas addit, Et tempestatem aquæ. Quid sit increpare ventum, noster sequentibus docet, quum dicit, Tace, & obmutesce.

ce, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna.

ri, Tace, obmutesce. 'Et conquieuit ventus: factáque est tranquillitas magna.

Et ait illis, Quid timidi estis? necdũ habetis fidem?

40 Et ait illis, 'Quid timidi estis adeó? 'quî fit vt nõ
habeatis fiduciam?

Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum, Quis putas, est iste, quia ventus & mare obediunt ei? CAP. V.

41 'Et timuerunt timore magno, dicebántque inter sese, Quisnam hic est, quia & ventus & mare
obediunt ei? CAP. V.

ET venerunt trans fretũ maris in regionem Gerasenorum.

1 ET venerunt traiecto mari in regionem 'Gada Har.2.16.
renorum. Matth.8.d.28 luc.8.d.26.

Et exeunti ei de naui statim occurrit de monumentis homo i spiritu immũdo,

2 |Egressóque ei de naui, statim occurrit è monu- Har.2.17
mentis 'homo 'spiritui obnoxius immundo,

Qui domicilium habebat in monumẽtis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare:

3 'Qui domicilium habebat in monumentis, &
neque catenis quisquam poterat eum ligare:

Quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset: & nemo poterat eum domare.

4 Propterea quòd quum sæpe cõpedibus & catenis vinctus fuisset, discerptæ essent ab illo catenæ, & compedes essent comminutæ: neque quisquã valuisset eum domare.

ANNOT.

Et conquie.] Lucas, Et cessauerũt, & facta est trãquillitas. Magnus paulo antè motus, nũc rursus magna tranquillitas. Ita pro modo afflictionis, modus cõsolationis esse solet. Psal.94. d.19, In multitudine cogitationum mearum in intimo meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. 2. Corinth.1.a.5, Sicut abundãt afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra.

40 Quid timidi estis] Matthæus, Quid timidi estis, exigua præditi fiducia? Quî fit vt, &c.] Lucas, Vbi est fides vestra? In hoc tentãtur sancti & explorãtur, vt & Deus & ipsi melius innotescãt, vt agnoscentes quàm sint nihil, & quàm bonus Deus, de seipsis tãto modestius, de Dei verò bonitate erga se tãto augustius sentiãt. Ita Dominus cum tentatione exitũ iuxtà & fructũ dat. 1. Cor.10.c.13. Omnino enim fidei imbecillitas fuit quòd ita trepidabant discipuli.

41 Et timuerunt tim.ma.] Lucas ait, Timentes mirati sunt. Dicebántque inter se, Quisnã est hic, quòd & ventis imperat & aquæ? Noster dicit, Et vẽtus & mare obediũt ei? Hîc animaduertendũ quid efficiant miracula vera: semper enim per illa, Dei & Christi illustratur potentia, vt pii videant quàm tutò sese illi committant, habenti scilicet potestatem omniũ: quantóque timore & reuerentia Deum ipsum suscipere, atque adorare debeant. Hóc ipsum nanque præsenti facto Christus suis vtique voluit persuadere.

IN CAPVT V.

1 Gadarenorum.] Matthæus, cap.8.d.28, habet, Gergesenorum. Ita enim ea regio trãs lacum Genesar, & contra Galilæam, vt Lucas scribit, cap.8.d.26, sita, ab oppido Gadara, cuius multa apud Iosephum mentio, nomen accepit. In ea regione, vt author est Hieronymus, fuit oppidũ Gergessa: ad cuius forsan agrum hoc traiectu Dominus applicuit: eóque scriptũ est à Matthæo venisse Dominum in regionem Gergesenorum. Ergo vbi de naui egressus esset ad terram, vt Marcus & Lucas memorant, ilico occurrerunt ei duo dæmoniaci. Noster & Lucas vnius tantum meminerunt, quòd in altero eorum æque atque in ambobus Christi virtutem potuerint describere. Neque enim de iis quos Dominus sanauit: sed de Domino sanante, historiam scribere susceperunt, vt virtus ipsius, non numerus eorum qui adiuti ab ipso fuere, innotesceret & celebraretur.

2 Homo] Lucas addit, E ciuitate. Spirit.obno.immun.] Græce, In spiritu immundo, Hebraismum declarat Lucas his verbis, Qui habebat dæmonium iam temporibus multis.

3 Qui domicil.hab. in monum.] Lucas habet, Et vestimento non induebatur, & in domo non manebat, sed in monumentis.

Et ſemper die ac nocte in mõtibus & in monu 5
mẽtis erat clamãs,& cõcîdens ſeipſum lapidibus.
Quum vidiſſet autem Ieſum eminus, cucurrit, 6
& 'adorauit eum:
Et clamans voce magna,dixit,'Quid mihi tecũ 7
eſt,Ieſu fili Dei altiſſimi? 'adiuro te per Deum, 'ne
me torqueas.
(Dicebat enim illi, 'Exi ſpiritus immunde ab 8
homine.)
Et interrogabat eum,'Quod tibi nomen eſt? 9
Et reſpondit, dicens ei, Legio mihi nomen eſt:
'quia multi ſumus.
Et deprecabatur eum multum 'ne ſe emitteret 10
extra regionem.

Et ſemper die ac nocte in monumentis & in montib⁹ erat,clamans & cõcîdens ſe lapidibus.
Videns autem Ieſum alõge,cucurrit, & adorauit eũ:
Et clamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei ſummi? adiuro te per Deum,ne me torqueas.
(Dicebat enim illi, Exi ſpiritus immũde ab homine.)
Et interrogabat eũ,Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei, Legio mihi nomen eſt:quia multi ſumus.
Et deprecabatur eum multum ne ſe expelleret extra regionem.

ANNOT.

6 Adorauit eum:] Lucas,Procidit ante eum.

7 Quid mihi tecum eſt,] Vide Matth.8.d.29. Adiuro te per Deum,] Hoc eſt, Peto à te vt iures mihi per Deum quòd me non torquebis.Lucas habet,Obſecro te .Matthæus dicit illos rogaſſe. Ne me torq.] Vide ſequentem annotarionem.

8 Exi ſpiritus,&c.] Hæc eſt cauſa quare ſe torqueri diceret. nam nullũ maius tormentum eſt diabolo, quàm illos ſibi eripi quos putabat eſſe ſuos. Præterea tormentum illi eſt regnum Chriſti,quo nihil magis ei aduerſatur.Nondum cruciãtur vt cruciabũtur poſt Chriſti aduentum:ſed per ſeipſos cruciãtur.Quo magis appropinquat regnũ Chriſti,eo magis vrũtur.Deinde vt Petrus (1.Pet.3.d.19) docet animas piorum liberatas fuiſſe aduentu Chriſti:ita diabolus & omnes impii,ſuſtinent grauiorem pœnam,quòd ipſis oſtenſus ſit in deſperationẽ. Lucas addit,Multis enim temporibus corripuerat illum.

9 Quod tibi nomẽ eſt?] Interrogat de nomine diaboli:non quòd nomina ſint diabolo,ſed quia poteſtatẽ diaboli volebat demõſtrare.Legio,numerus certus pro incerto:quo ſignificat ſe in magno eſſe numero. Vnde colligimus opinionem eſſe vanã qua vulgo æſtimãt ſingulis hominibus deſtinatos eſſe duos angelos,vnum bonum,alterũ malum:qui error à Gentibus manauit,qui ita de geniis cenſebant. Præterea obſeruandum, hoc teſtimonio poſſe refelli quoſdam fanaticos qui putant angelos & diabolos eſſe bonas & malas inſpirationes.niſi enim dæmones eſſent reuera ſpiritus eſſentiales, hoc cõſtare non poſſet. Cur autem legio vnà habitauerit in vno homine,non eſt noſtrum inquirere, niſi ideo dixerit ſe legionem eſſe, quòd maiorem habeat efficaciam in vno quàm in alio: vt quum Deus maiorem habet curam vnius quàm alterius, maiorem dat numerum angelorum: non quòd indigeat tanto numero, ſed ita cumulum gratiæ ſuæ declarat. Quum igitur legionem nominat,ſignificat hoc vnum ſe conari vt quàm plurimum noceat:ſeſéque eo animo præditum vt etſi vnus ſatanæ angelus potentior ſit omnibus corporalibus creaturis,tamen quo maius damnum inferat homini,nõ vnum tãtum angelũ,ſed totam legionem angelorum ſuorũ in hominem immittat, vt omnia proterat & deuaſtet. Quia multi ſumus.] Lucas exponit, Quia dæmonia multa intrauerãt in eum.

10 Ne ſe emitteret extra regionem.] Lucas, Ne imperaret ipſis vt in abyſſum irent. His verbis vidẽtur dæmones certis locis addici.In aere ſanè agere eos declarat illud Epheſ.2.a.2,iuxta principẽ ambulaſtis cui eſt poteſtas aeris,qui eſt ſpiritus nunc agens in filiis cõtumacibus. Et cap.6.b.12,Spirituales aſtutiæ in cæleſtibus,Id eſt,in aere.Ad deſerta illos nonnunquã relegari,experientia conuincitur. Certe domos aliquando infeſtare eos,& pro defunctorum animabus ſe iactare, experientia etiam ſatis comprobat. Qua ſanè fallacia nõ parum ſuperſtitionis obtruſerunt ſimplicioribus, cum miſſas,tum alia hominum commenta extollendo. Atqui abyſſus(quæ alioqui aquæ profunditatem,vel potius aquam fundo carẽtem ſignificat,& Hebraice, T H E H V M vocatur)hic pro inferno videtur accipi,quò diabolum relegandũ & Apocalypſis cap.20.a.1,teſtatur:hoc eſt quicquid id demũ vel loci,vel cõditionis eſt,quod motuus in Scripturis attribuitur. Nõnulli abyſſum accipiunt pro loco deſerto vbi nulli ſunt incolæ. Non precantur ne extra regionem, aut in abyſſum mittantur dæmones,quòd delicatius viuãt

in amœna regione, quàm in aſpera: ſed quòd cupiant ibi eſſe vbi maxime noceant. nolũt eſſe otioſi: ſed volũt deſtruere & perdere, idque omnibus modis procurãt, inſtar leonis circũeuntes, vt quærãt prædã, teſte Petro, 1. Pet. 5. c. 8. quòd igitur orãt dæmones ſeſe non detrudi in abyſſum, perinde eſſe videtur atque ſe ex hoc orbe non depelli, ne nocendi hominibus facultas ipſis adimeretur. Quanquam vt in deſerta, ita veriſimile eſt & in abyſſos aquarum illos relegari, quod & ipſum experientia comprobat. Vnde enim quis tantã excitari tempeſtatem, moto lacu Lucernate lapillo forte iniecto, quantam certo accolæ prædicant, niſi ab inhabitante dæmone credat? ſi quidem conſtiterit, quicquid incommodi hominibus accidit, immiſſiones eſſe angelorũ malorũ: tum autem potiſſimum opera dæmonũ vocari, quũ aliæ cauſæ non apparent. quod vtrunque facile conſtaturum arbitror, quibuſcunque ſecundum Scripturam de his iudicare libuerit. Inficiari non poteſt, tempeſtates, aliáque cum maris, tum aquarum aliarum pericula, atque occultiores peſtes, machinamenta eſſe dæmonum, qui ibi denique habitare, vbi potiſſimum lædunt, non ab re dicuntur. Ergo ire in abyſſum deprecantur, vt in hoc orbe permanentes, plus negotii faceſſere queant hominibus. Propter eáque dum iam nec mentem, nec corpus infeſtare horum, quos tam ſæuè diuexarant, Dominus permittebat, orant ſibi poteſtatem fieri ingrediendi porcos: vt vel hac parte hominibus illi incommodarent. Ita prius quàm in corpus Iob poteſtatem accepiſſet ſatan, facultates eius diſperdidit.

Erat autẽ ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens.

11 Erat autem ibi iuxta montes grex porcorum
magnus, 'paſcens.

Et deprecabãtur eum ſpiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

12 Et deprecabantur eum omnes dæmones dicẽ-
tes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immũdi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo millia: & ſuffocati ſũt in mari.

13 'Et permiſit eis ſtatim Ieſus. Et egreſſi ſpiritus B
immũdi, ingreſſi ſunt in porcos: & ferebatur grex
per præceps in mare, (erant autem ferme bis mil-
le) & ſuffocati ſunt in mari.

Qui autem paſcebant eos fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſũt videre quid eſſet facti:

14 Porrò qui paſcebãt porcos, fugerunt, & renun-
tiauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt
ad videndum quid eſſet quod acciderat:

Et veniunt ad Ieſum & vident illum qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitũ, & ſanæ mentis: & timuerunt.

15 Et veniunt ad Ieſum, & vident illum 'qui à dæ-
monio vexabatur, 'ſedentem ac veſtitum, & ſanæ
mentis, qui habuerat Legionem: & timuerunt.

Et narrauerunt illis, qui viderãt, qualiter factũ eſſet ei qui dæmonium habuerat: & de porcis.

16 Et narrauerunt illis, 'qui viderant, 'qualiter ac-
cidiſſet ei qui dæmonium habuerat: & de porcis.

Et rogare cœperunt eum vt diſcederet de finib' eorũ.

17 Et 'rogare cœperunt eum vt diſcederet 'de fini-
bus ipſorum.

ANNOT.

11 Paſcens] Lucas addit, In monte.

13 Et permiſit, &c.] Voluit Dominus Gadarenos experiri. nam apparuit plus ipſos mediocri damno porcorum moueri, quàm Chriſti gratia, qua etiam ſe reddunt indignos.

15 Qui à dæm. vex.] Lucas, A quo dæmonia exierant. Sedentem] Lucas addit, Ad pedes Ieſu.

16 Qui vid.] Lucas habet, Etiam ii qui viderant. Qualiter. accid. ei] Lucas, Quomodo ſanus factus eſſet qui agitatus erat à dæmoniis.

17 Rogare cœp. eum vt] Lucas, Et rogauerunt eum omnis multitudo circumiacentis regionis Gadarenorũ. Typum hi Gadareni gerunt omniũ qui terrena curãt, qui diuitiarum cupiditate occæcantur: ii vt indigni ſunt opibus cæleſtibus, ita illas etiam vltrò oblatas auerſantur: & quamlibet ſæuos dæmones, quàm Ieſum Chriſtum authorem ſalutis, ferre malunt. Vnde rectè teſtatus eſt Chriſtus, ſuum diſcipulum fieri non poſſe, niſi qui renuntiauerit antè omnibus, Luc. 14. g. 33. De finib. ipſ.] Lucas addit, Quia magno timore tenebantur. Ipſe ve-

rò ascensa naui reuersus est. Animaduertendû, Christû Gadarenorum precibus annuisse, & ab indignis se discessisse. Nã docuerat, porcis margaritas verbi Dei non spargendas esse, Matth. 7.a.6. Et discipulis præceperat, vbi nõ fuissent recepti, ne Euãgelium prædicarent, Matth.10. b.14. Pateret igitur vt & ipse contemptores istos porcos, & repellentes à se Euangelii thesaurum, valere sineret.

Et cum ingressus esset nauim, rogabat illũ qui 18
fuerat à dæmonio correptus, vt esset cum illo.

'Iesus autem non permisit eum, sed ait illi, Abi 19
in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta
tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta 20
sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

Har.2.18. ¶'Et quum traiecisset Iesus naui rursus in vlterio- 21
rem ripam, 'conuenit turba multa ad eum, & erat
circa mare. 11

Matth.9.c.18 luc.b.f.41. ¶Et ecce, venit 'quidam principum synagogæ, 22
C nomine Iairus: & quum vidisset eum, prócidit ad
pedes eius.

Et 'deprecabatur eum multum, dicens, Filiola 23
mea 'in extremis est: 'oro vt venias, & 'imponas illi
manus, vt salua sit, & viuet.

Quûmque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo.

Et non admisit eum, sed ait illi, Vade in domũ tuam ad tuos, & annũtia illis quãta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

Et quum transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

Et venit quidam de archisynagogis, nomine Iairus: & videns eum, prócidit ad pedes eius.

Et deprecabatur eũ multum, dicens, Quoniam filia mea in extremis est: veni, impone manus super eã, vt salua sit, & viuat.

ANNOT.

19 Iesus aut. nõ permisit eum,] Lucas addit, Sed ablegauit eum, dicẽs, Redi, &c. Mira Domini in Gadarenos quãlibet ingratos benignitas in hoc notanda est, quòd quem sanauerat, orantem id licet, in comitatum suum non admisit, sed iussit redire in domum suam, atque ad suos, illisque annuntiare, &c. Repulsus Dominus à Gadarenis, illos quidem vt meruerant, in præsens deseruit: quoniam autem nondum desponderi eorum salus potuit, reliquit eis Apostolum, se illis pauló gratiorem. Quin & ipse illos reuisit, vt est infrà cap. 7. d.31. per medios nanque fines Decapoleos reuersum à finibus Tyri & Sidonis, iter illum fecisse memorat. Et haud scio annon ex hac regione fuerit & surdus ac mutus ille quem ibidem Euangelista scribit à Domino sanatum: cuius miraculi causa homines illi Christum passim prædicabant, dicentes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Nam in Decapoli & Gadarenorum regio sita est, vt ex primo & 20 versu huius capitis docemur. Monentur autem Euangelii ministri, hoc Domini exemplo, ne mox desperent, siqui Euangelium prædicatum ab ipsis, non ilico recipiant, sed vt tentent potius omnia tam per alios, quàm per se, vt vel aliquos lucrentur: experturi indubie id, fructum tandem aliquem allaturum. Non enim eadem est credendi omnibus hora constituta.

21 Et quum traiec. Ie.] Vide Matth. 9.c.18. Lucas dicit cap.8.f.40, Factũ est autem quum rediret Iesus. quod noster magis exprimit, dicendo, Et quum traiecisset Iesus naui rursus in vlteriorẽ ripam. Conuenit tur.] Lucas, Et excepit eum turba: nam omnes expectabãt eum.

22 Quidã principũ synag.] Lucas, Et ipse princeps synagogæ erat. Idem dicit nominatum fuisse Iairum.

23 Deprecab. eum mul.] Lucas addit, Vt intraret in domum suam: quoniam filia vnigenita erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. In extremis est,] Græce ad verbũ, extremè habet. Id est, in extremo vitæ discrimine pessime affecta est. Oro vt venias] Græce tantum legitur, Vt venias: pro, Hæc ideo dico, vt venias. vel, oro vt venias. Imponas illi manus,] Vide Matth.9.c.18. Hîc animaduertere potes quàm verè de Centurione Dominus dixerit Matth.8.b.10, tantã se fidem in Israel nõ inuenisse. is enim ne in ædes suas veniret Christus, deprecabatur: tantum verbũ dicere orabat, quo sanitatem puero suo restitueret: hic non tantum orat vt in domum suam Dominus descendat, sed etiam vt manus filiæ imponat: adeò

non agnoſcebat quod Centurio, verbo ipſum omnia poſſe. Tanto autem illuſtrior fit Chriſti facilitas & benignitas qui hanc imbecillitatem fidei huius principis ſynagogæ nihil moratus, ilico ſurrexerit, cúmque eo abierit. Hæc tanta Domini facilitas moneat, & nihil fruſtra ab eo orari poſſe, quod quidem orantibus bonum ſit: & decere nos, qui Chriſti eſſe volumus, vt pari facilitate exorabiles omnibus ſimus.

Et abiit cum illo: & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

24 Et abiit cum illo: & ſequebatur eum 'turba multa, '& comprimebant eum.

(Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim:

25 (Et mulier quædam quæ 'fuerat obnoxia profluuio ſanguinis annos duodecim:

Et fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquã profecerat, ſed magis deterius habebat:

26 Fuerátque multa perpeſſa à compluribus medicis, & inſumpſerat omnia ſua, neque quicquam adiumẽti ſenſerat, ſed magis in deterius venerat:

Quũ audiſſet de Ieſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum eius:

27 Quum audiſſet de Ieſu, venit in turba à tergo, & tetigit veſtimentum eius:

Dicebat enim, Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero.

28 Dicebat enim, 'Si vel veſtimenta eius tetigero, ſalua ero.

Et confeſtim ſiccat° eſt fõs ſanguinis eius: & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga.

29 Et confeſtim 'ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: '& ſenſit corpore quòd ſanata eſſet ab eo 'flagello.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem quæ exierat de illo, cõuerſus ad turbam, aiebat, Quis tetigit veſtimenta mea?

30 Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo 'cognoſcens virtutem ex ſeſe prodiiſſe, conuerſus in turba, aiebat, 'Quis tetigit veſtimenta mea?

Et dicebant ei diſcipuli ſui, Vides turbã cõprimẽtẽ te, & dicis, Quis me tetigit?

31 'Et dicebant ei diſcipuli ipſius, 'Vides turbam vndique prementem te, & dicis, 'Quis me tetigit?

Et circunſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat.

32 Et circunſpiciebat vt videret eam quæ hoc fecerat.

ANNOT.

24 Turba multa,] Matthæus addit, Et diſcipuli eius. Et comprim. eum.] Lucas habet, Inter eundum autem, turbæ comprimebant eum.

25 Fuerat obnoxia profl. ſang.] Græce legitur, Erat in profluuio ſanguinis. & eſt Hebraiſmus, pro, laborabat profluuio ſanguinis. Hanc hiſtoriam vide apud Matthæum, 9. c. 20.

28 Si vel veſtimenta eius] Lucas, Fimbriam veſtimenti eius.

29 Siccatus eſt fons ſang.] Lucas, Cõſtitit fluxus ſanguinis eius. Et ſenſit corpore quòd ſanata eſſet] Hic ſenſus acceptæ ſanitatis, animaduertendus eſt eis qui à Domino ſaluantur. oportet enim omnino verã eſſe Chriſti medicinam. Flagello.] Obſerua, morbos & infirmitates appellari flagella quibus Dominus flagellat homines vt ſe agnoſcãt, & conuertantur.

30 Cognoſcens virtutem ex ſeſe prodiiſſe,] De hac Chriſti virtute, vide paulo infrà verſu 34. Quis tetigit veſtimẽta] Premitur Chriſtus à turba, teſtibus diſcipulis, nedũ tangitur: & tamen non dicit ſe tangi: ſed quaſi ſtupidus tacet ad eam preſſuram quam à turba patiebatur, neque aliquid virtutis exiiſſe de ſe commemorat. Mox verò atque mulier iſta acceſſit nec premens, nec corpus eius vel leniter, ſed veſtimentum, imò verò veſtimenti duntaxat fimbriam contingens, ſubſiſtit: & conuerſus quærit à quo ſit contactus: ſenſiſſe nanque ſe virtutem emiſiſſe. Quid quæſo nobis hic aliud commendatur, quàm excellentia fidei? quàm videlicet potens ſit fidei contactus. nam ad contactum turbæ, nulla virtus egreſſa commemoratur: ad contactum verò mulieris huius, mox egreditur, móxque ſeſe exerit hæc tanta Chriſti virtus, quam nominatim ex ſeſe prodiiſſe prædicat.

31 Et dicebant ei diſcip.] Lucas habet, Negãtibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cũ illo erant. Vides turbam] Lucas, Præceptor, turbæ te coartãt & comprimũt. Quis me tetigit?] Lucas habet, Ieſus autem dixit, Tetigit me aliquis. ego enim noui virtutem à me exiiſſe. De hac virtute vide verſu 34, paulo pòſt ſequenti. Lucas addit, Vidẽs quòd nõ latuiſſet

Mulier verò 'timens & tremens,ſciens quod fa- 33
ctũ eſſet in ſe: venit & accidit ei, 'dixítque ei om-
nem veritatem.

Mulier verò timens & tremẽs, ſciens quod factũ eſſet in ſe: venit & prócidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

D Ille autẽ dixit ei, 'Filia, 'fides tua te ſeruauit: 'va- 34
de cum pace,& eſtó ſana à flagello tuo.)

Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te ſaluam fecit: vade in pace, & eſto ſana à plaga tua)

Adhuc eo loquente veniunt 'à principe ſyna- 35
gògæ,qui dicerent,Filia tua mortua eſt: 'quid vl-
trà vexas magiſtrum?

Adhuc eo loquente veniũt ab archiſynagogo, dicẽtes, Quia filia tua mortua eſt: quid vltrà vexas magiſtrũ?

ANNOT.

33 Timens & tremens,] Obſeruandum hîc propter infirmos,vt fides huius mulieris,licet egregia & efficax, adiũctum habeat timorem ac tremorem,ita vt neceſſe habeat à Chriſto con ſólationem accipere,pacificari & confirmari. Vnde verò ille timor ac tremor in muliere, niſi quòd ſibipſi propriæ infirmitatis conſcia erat? ſciebat enim ſe non eſſe meritam tantũ beneficium. Dixítque ei omnem veritatem.] Lucas velut exponens iſtud,dicit,Ob quam cauſam tetigiſſet eum,indicauit ei coram toto populo,& vt ſanata fuiſſet confeſtim.

34 Filia,] Matthæus & Lucas habent, Confide filia. Vide Matthæum, 9. c. 23. Fides tua te ſer.] Paulo antè verſu 30, dictum eſt, Et ſtatim Ieſus cognoſcens virtutem ex ſeſe prodiiſſe.Et apud Lucam dicebat,Sentio virtutem ex me prodiiſſe. Item apud eũdem,cap.5.d.17, Et virtus Domini aderat ad ſanandum eos. Et cap. 6. c. 19, Et omnis turba quærebat eum tangere,quia virtus ab illo exibat,& ſanabat omnes.Quum igitur Domini virtus ſanaret:cur dicit,Fides tua te ſaluam fecit & non magis,Virtus mea te ſaluam fecit? Huius duplex eſt ratio. Vna eſt, quòd tametſi verum ſit,ſolam Chriſti virtutem ſanaſſe hanc mulierem,vt & reliquos: quia tamen iſta Chriſti virtus talis eſt vt nemini contingat, hoc eſt, neminem ſaluet niſi cui adfuerit fides:& fides ſola talis ſit quæ virtutis Chriſti ſit capax:recte dicitur hæc mulier ſanata eſſe per fidem quam habebat in Chriſtum.Oportet itaque duo hæc coniungere,fidẽ ſcilicet & virtutẽ Chriſti.Vtut enim magna ſit virtus Chriſti,nemini tamẽ ſeſe exerit incredulo,vt infrà dicitur cap.6.a.5,vbi legitur,nõ potuiſſe multas virtutes facere in patria ſua propter incredulitatem eorum.Rurſus,niſi adeſſet virtus Chriſti & immenſa bonitas, inanis eſſet omniũ in illum fides.Quũ ergo iſta ita habeãt,relinquitur fidem & virtutẽ Chriſti habere ſe inuicem correlatiue, ita vt recte dicatur, Hæc mulier per fidem ſaluata eſt: quũ tamen virtus Chriſti hoc fecerit. & rurſus eadem ratione poſſit dici virtute Chriſti ſaluata:quum tamen ſine fide non fuiſſet virtute Chriſti ſaluata . Ad eundem modum ſentiendum eſt de fide & gratia ſiue bonitate Dei. Fide dicimur ſaluari in Chriſto Ieſu : quum tamen re vera per gratiam & miſericordiam Dei ſaluemur.Vnde Paulus dicit Epheſ.2.b.5,Per gratiã eſtis ſeruati.Et Tit. 3.b.5, Secundũ ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit.Verùm quia nemo incredulus per gratiam Dei ſaluatur,nemo ſine fide poteſt eſſe bonitatis Dei particeps,Heb.11.a.6: & neceſſe eſt vt ipſa Dei gratia,bonitas& miſericordia,fide apprehendatur in Chriſto Ieſu:fit vt fidei aſcribatur ſalus& iuſtificatio.Habet autẽ ſe fides correlatiue ad gratiam & miſericordiam Dei,ita vt nulla earum ſine altera proſit. atque ideo Paulus quum Epheſ. 2.b.5,ſemel poſuiſſet, Per gratiam eſtis ſeruati: nequis illud ſine fide factum, vel fieri poſſe putet, mox idem dicens, addit, verſu 8,Gratia enim eſtis ſeruati per fidem. Altera cauſa cur potius dixerit,Fides tua te ſaluam fecit, quàm, Virtus mea, &c. hæc eſt, vt mulierem hanc in ea fide confirmaret, oſtenderétque hanc eſſe viam acquirendæ ſalutis,& participandi de virtute illa diuina,vt videlicet ſyncera fiducia ei adhæreamus:id quod non feciſſet ſi dixiſſet,Virtus mea ſaluã te fecit.Prædicaſſet quidem virtutem ſuam:verùm viam apprehendendæ illius non cõmendaſſet. Vade cum pace,] Corroboratio conſcientiæ virtute Chriſti ſanatæ.Sic Luc.7.g.47,tametſi remiſſa iam eſſent mulieri peccatrici peccata,dixiſſétque de illa ad Simonem Chriſtus,Remiſſa ſunt ei peccata multa,quoniam dilexit multũ:tamen vt illam de hac certam redderet,& mœrentem ſolaretur,dicebat ad eam(verſu 48)Remiſſa ſunt tibi peccata.

35 A principe ſynag.] Id eſt,à domo principis ſynagogæ.Latina ſcripta exemplaria legũt, ab archiſynagogo. Quid vltrà vexas magiſtrum?] Lucas dicit ſine interrogatione,Noli vexare magiſtrum.Suprà verſu 23,quàm infirma & imbecillis fides huius archiſynagogi fuerit,viſum eſt.Dein quomodo prædictæ mulieris exemplo, virtute Chriſti & fidei interuentu curatæ,nonnihil ſit erecta:iam verò rurſus per iſtos nuntios deiecta & debilitata.Quo exem-

plo nobis fidei tentatio depingitur, quomodo illa indicio & sensu rationis impugnetur. Erectus enim verbis Christi dicentis mulieri, Vade in pace, fides tua te saluam fecit: paulo maiora de ipso Christo mente conceperat: mox hoc nuntio nunc à suis allato deijcitur, quòd necdum ed peruenisset vt agnosceret virtutem Christi tantam esse, quæ etiam mortuos suscitaret.

Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo, Noli timere, tantummodo crede.

36 Iesus autem protinus audito sermone qui dicebatur, ait principi synagogæ, 'Ne metuas, 'tantummodo crede.

Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum, & Iohannem fratrem Iacobi.

37 Et non permisit vt quisquã se sequeretur, 'præter Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.

Et veniunt in domum archisynagogi, & vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum.

38 Et venit in domum principis synagogæ, vidétque tumultum, ac flentes & eiulantes multum.

Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella nõ est mortua, sed dormit.

39 Et ingressus ait illis, 'Quid tumultuamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit.

Et irridebãt eum. Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem & matrẽ puellæ, & qui secũ erãt, & ingrediuntur vbi puella erat iacens.

40 Et irridebãt eum. Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & eos qui cum ipso erant, & ingreditur eò vbi puella erat iacens.

Et tenens manum puellæ ait illi, Talitha cumi, quod

41 'Et apprehensa manu puellæ, ait illi, 'Talitha

ANNOT.

36 Ne metuas,] Cœperat archisynagogus hæsitare, vt his verbis apparet, quibus aliâs Christus non fuisset vsus. Fidem igitur ac spem collabentẽ ac periclitantem hac consolatione erigit. Videmus autem Christi benignitatem atque curam quam pro erigendis infirmis habet, quódque infirmitates ac tentationes nostras non ignoret: præterea, quòd suos non negligat, sed mox atque necesse fuerit, opem ferat, etiam non rogatus. Hæc magnæ consolationi nobis esse debent. Tantummodo crede.] Lucas addit, Et salua erit. Quid eum credere velit, satis apparet ex verbis ipsius Christi sic cæcos interrogãtis, Matth.9.d.28, Creditis me hoc posse facere? Ad fidẽ igitur eam illũ erigit qua credat ipsum sanare posse filiam etiam mortuam. Nam ista verba non tam sunt fidem exigentis, quàm præstantis ac facientis. Non dicit autem simpliciter, Crede: sed, Tantummodo crede. Quibus verbis aperte indicat, se nihil omnino quærere, quàm vnã fidem. Nam vbi incredulitas, ibi nequit sese diuina virtus petenti exerere.

37 Præter Petrum, &c.] Cur paucos adeò testes suscitationi huius puellæ voluerit adesse Dominus, iisdémque vehementer præceperit necui dicerent, quibusdam hæc fuisse ratio videtur. Hæc puella, prima fuit quam à morte in vitam Christus reuocauit: propterea voluit tãquam insolẽtius factum, primùm à paucis atque certis dũtaxat testibus conspici. Vt enim temporis successu, magis ac magis sese reuelauit: ita & in discipulis suis ordinem obseruauit, vt quibusdam maturius, aliis serius suam veritatem manifestaret: in omnibus spectans vt eo ordine, eo tempore, eo loco, atque iis ministris gloriam Patris reuelaret, quemadmodũ à Patre fuerat definitum. Sic pastoribus reuelauit, quod non summos sacerdotes modo, verumetiam alios sanctos celauit. Sic primùm voluit solis Iudæis regnum Dei prædicari, vt Matth.10.a.5, legimus: postea inuulgari per vniuersum orbem. Et turbis loquebatur in parabolis, discipulis explicabat mysteria. Atque inter hos ipsos denique delectum habuit. neque enim hoc solùm loco istos tres aliis prætulit: indubie, quia ad maiora illis statuerat vti. Videre iã Christũ esse Dominum mortis, erat præcipuum quod de ipso sciri poterat: vnde tanquam insignius mysterium, voluit id primum (vt & de aliis quibusdam fecit) paucis, iisque selectis reuelari.

39 Quid tumultuamini, &c. Vide Matth.cap.9.c.23.24.

41 Et apprehensa ma.] Vide eodem cap. versu 25. Talitha cumi,] Videtur Marcus peculiariter delectatus fuisse, verba Domini quibus miraculi aliquid operatus est, in sua lingua referre, vt lectores tanquam in rem præsentem adduceret. CVMI enim Hebraicũ est, quod significat surge. TALITHA verò Chaldaicũ est vel Syriacum, & puellam significat. Voces sanè humiles, & è medio vulgi sermone desumptæ. nam certum est, Christum populari ser

mone vsum,qui tum promiscuæ multitudini erat in vsu,præcipue quum apud populum verba faceret. Quædam exemplaria corruptè legunt Tabitha, per B,quum per L, Talitha legendum sit,suffragantibus etiam Latinis manu scriptis codicibus.

cumi, quod est, siquis interpretetur, Puella "(tibi
dico)surge.

est interpretatum Puella (tibi dico)surge.

"Et confestim surrexit puella, & ambulabat: "e- 42
rat enim annorum duodecim. "& obstupuerunt
stupore magno.

Et cõfestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim. & obstupuerunt stupore magno.

"Et præcepit illis vehementer ne quisquã id sci- 43
ret: & "iussit vt daretur illi quod ederet.

Et præcepit illis vehemẽter vt nemo id sciret: & dixit dari illi manducare.

CAP. VI.

CAP. VI.

Har.2.19. Matt.13.g.54 luc.4.c.16.

ET egressus est illinc, venítque "in patriã suam: 1
& sequuntur eum discipuli sui.

ET egressus inde, abiit in patriã suam: & sequebantur eum discipuli sui.

Quúmque adesset sabbatũ, cœpit in synagoga 2
docere: multíque audientes obstupuerũt, dicẽtes,
"vnde huic hæc? & quæ est sapientia quæ data est
illi, quòd & virtutes tales per man' eius efficiũtur?

Et facto sabbatho, cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapiẽtia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur?

ANNOT.

Tibi dico] De suo adiecit siue is fuit Euangelista, siue alius quispiam, quo significantius redderet & sensum vocantis, & authoritatem imperantis.

42 Et confestim surr. pu.] Lucas, Et reuersus est spiritus eius, & statim surrexit puella, &c. Hæc contra eos dicuntur qui putant animam cum corpore interire: si enim spiritus cum corpore interisset, non hic diceretur reuersus. Erat enim annorum duod.] Ad id referendum est quod dixerat, Et ambulabat: ne putaretur fuisse infans, cui nondum esset ambulandi vsus. Et obstup.] Ad commendationem pertinet miraculi.

43 Et præcepit illis] Huius præceptionis duplex redditur ratio. Quidam volunt ideo factum esse vt daret suis exemplum fugiendæ vanæ gloriæ: vt satis scilicet haberent iuuisse homines: gloriam autem hinc sibi nullam quærerent. Vtilis quidem admonitio, & nunquã satis animaduersa. Altera verò quæ probabilior esse apparet, hæc est, Quia sciebat Iesus hinc curiositatem vulgi, illinc ingẽtem Sacerdotum erga se inuidiam inuulgatione magnorum istorum miraculorũ irritari: ita vt illi nescio ad quem terrenũ honorem præstandum allicerẽtur, quod videmus Iohan. 6.b.15: hi verò magis ac magis ad insidias struendas permouerentur, audito quòd stupenda patraret, & maxime quum nondum esset tempus gloriæ, nec oporteret ipsum ante passionem pro Christo Dei inuulgari. Huius rei testimonium exhibere videntur aliquot loci: vt Matth.12.b.17, Et interminatus est illis ne se manifestum facerent, Vt compleretur quod dictum est per Esaiam, &c. Non contendet, neque clamabit, &c. Non enim voluit mundana gloria, fama, pompa celebrari, & aduersarios suos irritare, vt illic dictum est: sed gloriam suam magis reseruare in tempus resurrectionis. Huc etiam facit quòd discipulis vetuit ne se manifestũ facerẽt, donec Filius hominis à mortuis resurrexisset, vt habes Matth.17.b.9. Et Luc.9.c.21, dicebat discipulis, Vos autem quẽ me esse dicitis? Respõdente Petro, Christum Dei: ille comminatus præcepit necui dicerent hoc. Et rationem huius reddens, inquit, Oportet Filium hominis multa pati, &c. ac tertia die resurgere. Hinc videmus quare Christus noluerit aliquando publicari sua miracula, nempe quòd nondum visum esset illi euulgandum se esse Christum, licet ipse seipsum quibusdam manifestarit, ne ad inanem regni speciem populum incitaret, & Pharisæos, Sacerdotésque exacerbaret. Vide eadem Matth.8.a.4. Iussit vt daretur. &c.] Hoc iussit, vt certiorem redderet excitationis veritatem, ne videretur esse phantasma. vnde & dare noluit, sed iussit vt parentes ipsi hoc facerent. Sic & Lazarum à mortuis excitatum, conuiuam habere voluit, Iohan.12.a.2.

IN CAPVT VI.

1 In patriam suam.] Vide Matth.13.g.54.

2 Vnde huic hæc? &c.] Quæ Matthæus paucis verbis dixerat, nempe, Vnde huic sapien-

tia hæc & virtutes? noster multo pluribus scribit hoc loco. Virtutes pro miraculis accipiendũ esse, sæpius dictum est, & hic satis apparet.

Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? nónne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo.

3 Nónne hic est 'faber ille, filius Mariæ, frater Ia-
cobi & Iose & Iudæ & Simonis? nónne & soro-
res eius hîc nobiscũ sunt? & 'offẽdebantur per eũ.

Et dicebat illis Ies⁹, Quia non est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.

4 Dicebat autem illis Iesus, ‖Nõ est Propheta con Iohã.4.f.44.
temptus nisi in patria sua, & inter cognatos, & in
familia sua.

Et nõ poterat ibi virtutem vllã facere: nisi paucos infirmos ĩpositis manib⁹ curauit

5 'Et non poterat ibi virtutem vllam edere, nisi
quòd paucos infirmos impositis manib⁹ sanauit.

Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat castella in circuitu, docens.

6 ‖Et mirabatur propter incredulitatem eorum: Matth.9.d.35
'& obambulabat per vicos vndique circuniacen- luc.13.c.22.
tes, docens.

Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum.

7 ‖'Et accersit duodecim, cœpítque eos emittere Matth.10.a.1
'binos, 'ac dabat illis potestatem aduersus spiritus luc.9.a.1.
immundos. suprà 3.b.14.

Et præcepit eis nequid tollerent in via, nisi virgã tantum: non peram, non panẽ, neque in zona æs.

8 'Et præcepit illis nequid tollerent in viam, nisi
virgam tantùm: non peram, non panem, non in
zona æs:

Sed calceatos sandaliis: & ne induerentur duabus tunicis.

9 Sed calcearentur ‖'sandaliis: & 'ne indueren- Act.12.b.8.
tur binis tunicis.

Et dicebat eis, Quocũque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde.

10 Et dicebat eis, Vbicunque introieritis in do-
mum, illic manete donec exeatis illinc.

Et quicunque non receperint vos, excũtes inde, ex-

11 ‖'Et quicunque nõ receperint vos, neque audie- Matt.10.b.14
rint vos, exeũtes illinc, ‖excutite puluerem qui est luc.9.a.5. Act.13.g.51.

ANNOT.

3 Faber ille] Hanc lectionem, etiam scripta Latina exemplaria habent. Vide Matthæum cap. 13, versu 55. Offend. per eum] Græce, Scandalizabantur in eo. id est, ob miracula & doctrinam. Vide eodem capite Matthæi, versu 57.

5 Et non poterat, &c.] De his est annotatio supradicto capite Matthæi, versu 58. Non poterat, id est nolebat, vel non ferebat animus eius.

6 Et obambulabat.] Similia leguntur Matth.9.d.35.

7 Et accersit duodecim, &c.] Non hic primum Dominus Apostolos selegit: nam suprà cap.3.b.14, noster selectos fuisse scribit, dicens, Et fecit vt duodecim essent secum. Binos,] Eleganter expressit interpres Latinus, quum Græce sit, duos duos, hoc est per paria, siue per iuga: vt intelligas omnes duodecim fuisse missos, sed sena iuga. Quandoquidem & Matthæus recensens duodecim Apostolorum nomina, binos copulauit, cap.10.a.2. Lucas refert cap.10.a.1, Dominum designatos septuaginta discipulos misisse ante faciem suam binos. Ac dabat illis potest.] Hæc exponuntur eodem Matthæi capite 10, versu 1.

8 Et præcepit, &c.] Hæc vsque ad 12 versum explicantur eodem capite Matthæi, versu 9.

9 Sandaliis.] Sandalium Græcis est calceamenti genus conueniens mulieribus, quod plãtas pedum modo tuebatur ab iniuria, superne ansulis quibusdam aut funiculis alligatũ. Hypodemata verò, pro quibus Interpres frequenter vertit calceamenta, inde nomen habẽt quòd pedibus subligentur. Vnde probabile est, Euangelistas inter hypodemata & sandalia, nullum posuisse discrimen, præsertim quum hic noster vtrunque coniungat, ὑποδεδεμένους σανδάλια.

Ne induer. bi. tu.] Lucas clarius, Neque duas tunicas habeatis. Nempe alterã indutam, alteram in sarcinis.

sub pedibus vestris, in testimonium illis. Amē di-
co vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis
in die iudicii, quàm ciuitati illi.
'Et egressi prædicabant vt resipiscerent. 12
Luc.5.c.14. |Et dæmonia multa eiiciebant, '& vngebāt oleo 13
multos ægros, & sanabant.

excutite puluerem de pedibus vestris, in testimoniū illis.

Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent.

Et dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant.

ANNOT.

12 Et egressi præd.] Matthæus refert cap.10.a.7, Dominum præcepisse Apostolis vt prædicarent regnū cælorū aduenisse. Lucas, cap.9.a.2, simpliciter habet, præcepisse vt prædicarēt regnum Dei, & sanarent infirmos. Idem mandatum dedit & septuaginta aliis discipulis, quos ante faciem suam in loca ad quæ venturus erat præmittebat, de quibus Luc.10.b.9. Adiuncta autem & altera particula fuit, vt ex hoc loco apparet, (vnde satis patet, Dominū voluisse suos ad eundem modum Euangelicam prædicationem auspicari atque perducere, quo Iohannes & ipse eam auspicati erant) Iamiam resipiscendum scilicet, quia appropinquasset regnum cælorum. Hæc autem summa duntaxat, & caput prædicationis Iohannis, Christi, & Apostolorū fuit. quod diligenter animaduertēdum est. Quòd verò iussit simul cū prædicatione regni Dei, sanare infirmos, leprosos mundare, mortuos suscitare, dæmonia eiicere, ad hoc fecit, vt dictum est Matth.10.a.1, & vt magnificis portentis hæc doctrina vitæ orbi cōmendaretur, non minus insigniter, quàm Lex fuerat commendata Iudæis: & vt simul declararetur, regnū Christi animabus pariter atque corporibus salutem afferre.

13 Et vngebant oleo multos ægros,] Dominus cæco redditurus visum, ex puluere & sputo lutum composuit, alios tactu sanauit, alios verbo. Ad hunc modum Apostoli alios morbos solo verbo, alios tactu, alios vnctione curarunt. Certum est vnctionem istā non temere, vt nec omnia alia, fuisse vsurpatam: non vt esset curationis organum, sed symbolū duntaxat, quo imperitiorum ruditas admoneretur vnde tanta virtus prodiret: ne scilicet eius laudem Apostolis tribuerent. Oleo autem significari Spiritum sanctum eiusque dona, vulgare ac tritum est. Cæterum euanuit gratia illa curationum, quemadmodum & reliqua miracula, quæ ad tempus edi voluit Dominus: vt nouam Euangelii prædicationem in æternum admirabilem redderet. Vt igitur maxime demus, vnctionem sacramentum fuisse earum virtutum quæ tum per manus Apostolorum administrabantur: nihil nunc ad nos pertinet, quibus virtutum administratio commissa non est. Et qua maiori ratione sacramentum ex hac vnctione faciunt, quàm ex aliis quibusvis symbolis quæ nobis in Scriptura commemorantur? Cur non aliquam natatoriam Siloah destinant, in quam certis temporum vicibus se immergant male habentes? Frustra (inquiunt) id fieret. Certe non magis frustra, quàm vnctio. Cur non mortuis incubant, quoniam puerum mortuum, illi incubando, suscitauit Paulus? Act. 20.b.10. Cur non lutum ex sputo & puluere sacramentum est? Dices, Hoc autem ab Iacobo præcipitur. Sane, sed pro eo tempore loquebatur Iacobus, quo adhuc huiusmodi Dei benedictione fruebatur Ecclesia. Adest profecto suis Dominus omnibus seculis, & eorum langoribus quoties opus est medetur, non minus quàm olim: sed manifestas illas virtutes non ita exerit, sed miracula per Apostolorū manus non dispensat. Præterea Iacobus omnes infirmos vult inungi: isti verò qui vnctionem volunt esse sacramentum, non infirmos, sed semimortua cadauera, sua pinguedine inficiunt, quū iamiam anima in primoribus labris laborat, vel vt ipsi loquuntur, est in extremis. Si præsentem habēt medicinam in suo sacramento, qua vel morborum acerbitatem leuiant, vel saltem aliquot animæ solatiū afferant, crudeles sunt qui nūquam in tempore medētur. Postremo quòd sacramentum non sit, vt cœptum est dici, hinc etiā satis apparet, quòd quū duo ista in sacramento exigantur, Vt ceremonia sit à Deo instituta, Vt Dei promissionem habeat: simul postulatur vt ceremonia illa nobis tradita sit, & promissio ad nos spectet. Non enim circuncisionem iam, sacramentum Christianæ Ecclesiæ quisquam esse contendit, tametsi & Dei institutum erat, & promissionem annexam habebat, quia nec nobis mādata fuit: nec promissio quæ illi adiuncta fuerat, nobis eadem conditione data. Promissionem quam in vnctione ferociter iactant, nobis non esse datam, ipsi experientia declarant, quum hanc suam vnctionem tum demum exhibeant (vt dictum est) quum de vita ægroti desperatū est. quasi iniuria vnctioni illi fieret, si vnctus, huius vitæ actionibus membra sua accommodet. Vnde quibusdam, qui vncti valetudinem recuperant, religio est intra aliquot dies terram nudis pedibus contingere.

Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat, Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.

14 Et 'audiuit rex Herodes (innotuerat enim no- Ha.2.20
men eius) 'dicebátque, Ioannes ille qui baptiza- Matth.14.a.1 Luc.9.a.7.
bat, resurrexit à mortuis, & propterea virtutes a-
gunt in illo.

Alii autem dicebãt, Quia Elias est. alii verò dicebãt, Quia Propheta est, quasi vnus ex Prophetis.

15 'Alii dicebant, 'Elias est. alii verò dicebãt, 'Pro-
pheta est, vel tanquam vnus ex Prophetis.

Quo audito Herodes, ait, Quem ego decollaui Iohãnẽ, hic à mortuis resurrexit.

16 'Quũ audisset autẽ Herodes, ait, ‖Cui ego præ- Luc.3.d.19.
cidi caput, Ioannes iste est: ipse surrexit à mortuis.

Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcerẽ propter Herodiadem, vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.

17 Nam ipse Herodes 'missis *satellitibus*, manus
iniecerat in Iohannem, & vinxerat eum in carce-
re propter Herodiadem, vxorem Philippi fratris
sui, quia duxerat eam vxorem.

Dicebat enim Iohannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

18 Dicebat enim Ioannes Herodi, ‖Non licet ti- Leui.18.b.16
bi habere vxorem fratris tui.

Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum: nec poterat.

19 'Herodias autem insidiabatur illi, volebátque
occidere eum: nec poterat.

Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

20 Herodes enim 'metuebat Ioannem, sciens eum
virum iustum ac sanctum, & obseruabat eum: au
ditóque eo multa faciebat, & libẽter eũ audiebat.

ANNOT.

14 Audiuit rex Herod.] Ex Matthæo cap.14 a.1, & Luca, 9.a.7, hæc sic cõponenda sunt, dicẽtibus, In illo tẽpore audiuit rex Herodes famã Iesu, & quæ fiebant ab eo omnia. Noster pro, Famam Iesu, habet, Clarum enim factum erat nomen eius. Exponũtur hæc in Matthæo. Admonet Chrysostomus, quòd ista fama Saluatoris non statim ab exordio miraculorum Herodi, sed diu pòst, nempe demum post mortem Iohannis, innotuerit: id quod regio fastui deputat, propterea quòd huiusmodi res isti magnates fastu nimio ebrii minus curãt. Dicebãtque, &c.] Eadẽ habet Matthæus. Lucas verò videtur discrepare, dicens, Et hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdam quòd Iohannes surrexisset à mortuis: à quibusdam verò quòd Elias apparuisset: ab aliis autem, quòd Propheta aliquis ex antiquis surrexisset. Et ait Herodes, Iohãnem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Chrysostomus hũc locum ita conciliat, vt dicat Herodem quæ Lucas habet, primùm contra aliorum opinionem, ad auditã famam Iesu dixisse. Postea verò corroborata miraculorum Christi virtute, descendisse in opinionem eorum qui dicebãt Iohannem surrexisse à mortuis, eáque dixisse quæ à Matthæo & nostro conscribuntur. id quod omnino verisimile est.

15 Alii dicebãt, Elias est.] Lucas, Quòd Elias apparuisset. Propheta est,] Lucas, Quòd Propheta quispiam ex antiquis surrexisset.

16 Quum audisset autem,] Vide hæc Matth.14.a.2.

17 Missis satellitibus,] Græce tantum legitur, Mittens, vel Misit. illud, satellitibus: additũ est ad complendam sententiam.

19 Herodias autem] Istud exponitur eodem capite Matthæi, versu 5.

20 Metuebat] Non dubium quin Iohannes opportune monuerit Herodem, & citra procacitatem, neque denique sine spe fructus: nequis credat eum, sanctum dedisse canibus: quod ex his colligitur quæ noster hîc narrat. Quum autem legimus eum reprehendisse adulteriũ Herodis, ne putemus eum non reprehendisse alia vitia: sed hoc insignius erat: facile enim patiebatur reprehẽdi alia vitia: hoc verò tam odiosum erat vt ferre non posset. Tamen videmus aliquid in Herode dignum laude: nam colebat Iohannem, multa faciebat ab eo doctus, libenter audiebat: quæ sanè non erant deplorati hominis. nam deplorati facile contemnunt Deum & ministros eius. Multi sunt reprobi qui ne verbum quidem vllum audire volũt: hic libenter audit. Neque audit vt solent multi qui oblectãtur acsi quis iucundas fabulas narraret: hic mul

ta faciebat. Quàm multi hodie deteriores Herode, qui non tantũ contemnunt ministros qui viuunt, sed etiam Apostolos & Prophetas. Quàm multi exhorrescũt si tantum verbũ de Deo fiat. Quàm multi qui sine profectu audiunt. Et quamuis Herodes hos affectus haberet, nõ abstinuit tamen à Iohanne: quem ante natalẽ occidisset, nisi obstitisset populi timor. Hinc videmus valde contrarias affectiones.

'Et quum dies opportunus accidisset, quũ He- 21
rodes 'in natalitiis suis cœná faceret 'primatibus
ac 'tribunis & primoribus Galilææ:

Et quũ dies opportunus accidisset, Herodes in natali suo cœnã fecit principibus & tribunis & primis Galilææ.

Quúmque introisset filia ipsius Herodiadis, ac 22
saltasset, placuissétque Herodi ac simul accũbentibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis, & dabo tibi.

Quúmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbẽtibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis, & dabo tibi.

Et iurauit illi, Quicquid à me petieris, dabo tibi, 23
vsque ad dimidium regni mei.

Et iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.

D At illa egressa dixit matri suæ, Quid petam? Il- 24
la verò dixit, Caput Ioannis Baptistæ.

Quæ quum exisset, dixit matri suæ, Quid petam? At illa dixit, Caput Iohannis Baptistæ.

Et ingressa statim cum festinatione ad regem, 25
petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in lãce caput Iohannis Baptistæ.

Quúmque introisset statim cum festinatione ad regem petiuit, dicens, Volo vt protinus des mihi in disco caput Iohãnis Baptistæ.

Et dolore affectus rex: 'propter iusiurandum, 26
eósque qui simul accumbebãt, noluit eã reiicere.

Et cõtristatus est rex: propter iusiurãdum & propter simul discumbentes, noluit eam contristare.

Et confestim rex misso 'spiculatore, iussit in- 27
ferri caput eius. At ille abiit, ac decollauit eum in carcere.

Sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eũ in carcere.

Et attulit caput eius in lãce, & dedit illud puel 28
læ: & puella dedit illud matri suæ.

Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ: & puella dedit matri suæ.

Quo audito, discipuli eius venerunt, & sustule- 29
runt cadauer eius, posuerúntque illud in monumento.

Quo audito, discipuli eius venerũt, & tulerũt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

Har.2.21. Luc.9.a.10. |'Et congregantur Apostoli ad Iesum, & renũ 30

Et conuenientes Apostoli ad Iesum renuntiauerunt

ANNOT.

21 Et quum dies opportunus] Adultera vndecunque occidendi Iohannis occasionem captans, natalem hunc Herodis pro opportuno die habuit ad perficiendum cõceptum facinus. Nam Herodis ingenium nouerat mulier astuta. Deinde sciebat morem ac luxum futurum eius diei, ita videlicet dissolutum & lasciuum, vt sperauerit eum diem plurimũ occasionis perficiendi propositi daturum. Expendit videlicet quid possit conuiuiorum luxus, & dissolutio animorum: quibus mediis erat pro voto vsura. In natalitiis, &c.] Vide Matthæum supradicto cap. 14, à versu 6, vsque ad 30. Primatibus,] Vox Græca Megistanes, significat primates ac primores. qua voce vsus est & Suetonius in Caligula Cæsare, Regem etiam regum & exercitatione venandi, & conuictu Megistanum abstinuisse. Tribunis] Chiliarchi, Græce sonat eos qui millenis præfecti sunt, vt militum tribunos intelligas.

26 Propter iusiurand.] Ex Matthæo versu 9, liquet post REX, distinguendum esse, vt intelligas eum non contristatum propter iusiurandum, sed propter iusiurandum ac propter simul accumbentes noluisse frustrari puellam, quum Iohannem vellet incolumem.

27 Spiculatore,] Euangelista Latinam vsurpauit vocem, mutata vocali.

30 Et congregantur Apost.] Lucas cap. 9. b. 10, habet, Et reuersi Apostoli narrauerunt illi

quæcunque fecerant. Matth.10.a.1,& Luc.9.a.2, missi erant Apostoli vt prædicarent. Nũc reuersi, congregantur ad Dominum,& renuntiant quæ egissent,& docuissent.

ei omnia quæ egerãt & docuerant.

tiauerunt ei omnia,& quæ egissent, quæque do-
cuissent.

Et ait illis, Venite seorsum in desertum locũ, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant, multi: & nec spatium manducandi habebant.

31 Et ait illis, Venite vos soli seorsim in desertũ
locum,& requiescite pusillũ. Erant enim qui ve-
nirent & abirent multi: ac ne cibum quidem ca-
pere vacabat. E

Et ascẽdentes in nauim abierũt i desertũ locũ seorsũ.

32 Et abiit in desertum locum nauigio seorsim. Matt.14.b.13
Luc.9.b.10.

Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

33 Et viderunt eos abeuntes turbæ, & agnouerũt
eum multi: & itinere pedestri ex omnibus ciuitá-
tibus concurrerũt illuc, & præuenerũt eos, con-
uenerúntque ad illum.

Et exiens vidit turbã multam Iesus, & misertus est super eos: quia erãt sicut oues non habentes pastorem. & cœpit illos docere multa.

34 Et egressus vidit turbam multam Iesus, & af- Matt.9.d.36.
fectu misericordiæ tactus est erga eos: quia erant & 14.b.14.
velut oues non habentes pastorem. & cœpit il- Luc.9.b.11.
los docere multa.

Et quum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic,& iam hora præterijt:

35 Et quum iam multum diei præterisset, accesse- Matt.14.b.15.
runt ad illum, discipuli eius, dicentes, Desertus est
locus,& iam multum temporis effluxit:

Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos,

36 Dimitte illos, vt abeant in circuniacentes villas

ANNOT.

31 Venite vos soli seorsim] Matthæus cap.14.b.13, dicit Christũ ideo secessisse quòd audiret Herodem decollasse Iohannem: noster verò, vt liceret discipulis pauxillum requiescere ab ea molestia quam ex populi frequentia capiebant. Vterque sanè rectè: nam vnius facti plures esse causas, non est absurdũ, modò illæ non pugnent inter se. Nõ tam cessisse tamẽ videtur vt fugeret Herodẽ, qui cupiebat ipsum videre, vt testatur eodẽ capite Lucas, versu 9, quàm vt interquiesceret paululũ. In ea causa quam Matthæus scribit, docemur vt furori impiorum ad tẽpus cedamus, nullámque occasionem sæuiendi demus. Vitare impios licet ad cædem faciẽdam paratos, vt postea maiore fructu liceat inseruire piis. Ita cessit hic Christus Herodi, quòd nõdum esset moriẽdi tempus: quemadmodũ & Matth.12.b.15, quũ Pharisæi ad necem insidiarentur ei, cessisse scribitur. Quòd ad causam attinet quam noster affert, consideranda est Christi humanitas, qua suorum imbecillitatem agnoscens, & irremissorum laborum molestiam, spatium & locum dat quiescendi.

32 Et abiit in desertum] Secessit nauigio trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, id est lacum Genesar, vt scribit Iohannes, cap.6.a.1. Lucas addit, In desertum ciuitatis quæ vocatur Bethsaida: quũ tamen in aduerso huius oppidi littore panes multiplicauerit: quia noster scribit circiter finem huius capitis, versu 45, ad hoc oppidum Dominũ traiicere discipulos iussisse, donec ipse turbas dimitteret. Quare necesse est Lucam aut loqui de loco in quo Dominus ante transmissum lacum docuit, aut desertum Bethsaidam vocatum, & quod vltra lacum erat. Nõ multum autem quietis sibi indulsit, nam mox itinere pedestri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt ad illum.

33 Itinere pedestri] Vide Matth.14.b.13.

34 Et egressus] Hæc leguntur Matth.9.d.36,& 14.b.14. Lucas, cap.9.b.10, Et excepit eos. Et cœpit il. doc. multa.] Lucas exponit quid docuerit, dicẽs, Loquebatur eis de regno Dei.

35 Et quum iam multum diei præterisset,] Matthæus cap.14.b.15, Porrò quum appetisset vespera. Lucas, Dies autem cœperat declinare. Iohãnes cap.6.a.1, scribit Christum subiisse in montem, & illic sedisse cum discipulis suis: propéque adfuisse Pascha, festum Iudæorũ. Discipuli eius] Lucas addit, Duodecim.

ac vicos, emántque sibi 'panes: 'nã quod edãt non
habent.

At ille respondens ait illis, Date illis vos quod 37
edant. Et dixerunt ei, 'Euntes emamus ducentis
denariis panes, & demus illis quod edant?

At ille dicit eis, Quot panes habetis? ite & vi- 38
Har.2.22 dete. ‖ 'Et quum cognouissent, dicunt, Quinque,
Matt.14.b.17 luc.9.b.13. & duos pisces.
iohan.6.a.9. Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, 39
F 'distributis conuiuiis in viridi gramine.

Et discubuerunt 'diuisi in viridaria 'centeni & 40
quinquageni.

Et quum accepisset quinque panes ac duos pi- 41
sces, 'sublatis in cælum oculis benedixit, ac fregit
panes: deditque discipulis suis vt apponerét illis:

emant sibi cibos quos manducent.

37 Et respõdens ait illis, Date illis vos mãducare. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare?

38 Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et quũ cognouissent, dicunt, Quinque, & duos pisces.

39 Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes secũdum contubernia super viride fœnum.

40 Et discubuerũt in partes per centenos, & quinquagenos.

41 Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus, intuẽs in cælum benedixit, & fregit panes: & dedit discipulis suis vt ponerent ante

ANNOT.

36 Panes] More Hebræorum panes posuit pro cibariis. Matthæus habet, Emant sibi cibaria. Nam quod edant non habent.] Notandum desiderium audiendi Christum quo populus tantopere ardebat vt cibi desiderium posthaberet. Certe vbi gratia Christi sentitur, illi nihil non posthabetur. Lucas addit, Quia hic in loco deserto sumus.

37 Euntes emamus, &c.] Ex Luca apparet, alteram partem orationis hic deesse, dicente, Non sunt nobis plures quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos eamus, & emamus in omnem hunc populum escas. Iohannes scribit Dominum peculiariter interrogasse Philippum his verbis, Vnde ememus panes vt mãducent hi? Hoc autẽ dicebat, tentãs eum: ipse enim sciebat quid facturus esset. Respondit ei Philippus, Ducentorũ denariorum panes non sufficiunt vt vnusquisque illorum pusillum quid accipiat. Quum noster dicat, Euntes emamus ducentis denariis panes: vidẽtur tantum habuisse pecuniæ. Cui satis cõuenit & Philippi prædicta respõsio. q.d. Si etiã omnem nostram pecuniã, ducentos quos habemus denarios, insumeremus, non esset satis pro tanta multitudine. Ducenti autem denarii, viginti coronatis francicis valent, authore Budæo. coronatus verò tẽpore supputationis Budæi, valebat triginta quinque solidos Gallicos nostrates, quos duodenarios vocamus. Hic autẽ se exeruit in discipulis doctrina Christi, qui tantam pecuniam, vt verisimile est, omnem quam habebant, parati fuerunt in vsum populi istius expendere.

38 Et quum cognouissent,] Iohannes id magis explicat, his verbis, Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos?

39 Distributis conuiuiis,] Græce, Conuiuia, conuiuia. id est, distributis conuiuiis: vt antè dixit, Cœpítque emittere duos duos. Id est, binos. Hebraismi sunt, vt 2. Reg. 3. c. 16, Facite alueum torrentis huius fossas & fossas. Id est crebras fossas. Distribuerunt igitur cõuiuas in plures ordines. Gallice, Par bandes.

40 Diuisi in viridaria,] Græce ad verbum, Et discubuerunt prasiæ prasiæ. Dicuntur autem prasiæ herbaria, cuiusmodi sunt areolæ hortorum. Cæterum & hoc, Prasiæ, prasiæ: & illud Conuiuia, conuiuia, dictum est iuxta proprietatem sermonis Hebraici, vt dictũ est. ad quã formam multa annotauit Augustinus in libro De tropis Veteris test. velut illud, Decima decima agno vni septem agnis: Et mille ex tribu, & mille ex tribu. pro, ex singulis tribubus millenos. Discubuerunt igitur prasiæ prasiæ, hoc est in plures & varias prasias, id est per spatia quædam cõtinentia conuiuas, vt areolæ hortenses sua olera. Cent. & quinq.] Ad verbum, per centum & quinquaginta. Vt intelligas loca fuisse distincta sulco, aut simili interuallo: & pro magnitudine, in aliis accubuisse centenos, in aliis quinquagenos.

41 Sublatis in cæl. oc. ben.] Vide Matth. 14. c. 19.

eos:& duos pifces diuifit omnibus.

& duos pifces diuifit omnibus.

Et manducauerũt omnes, & faturati funt:

42 Et comederunt omnes,& faturati funt:

Et fuftulerunt reliquias fragmentorũ,duodecim cophinos plenos:& de pifcib.

43 'Et fuftulerunt fragmentorũ duodecim cophi-
nos plenos:& de pifcibus.

Erant autem qui manducauerũt, quinque milia virorum.

44 Erant autem qui comederant, circiter 'quinque
milia virorum.

Et ftatim coegit difcipulos fuos afcendere nauim, vt præcederent eum trans fretũ ad Bethfaidam, dũ ipfe dimitteret populum.

45 'Et ftatim coegit difcipulos fuos cõfcendere na
uim,'vt præcederent trãfmiffo *mari* Bethfaidam,
dum 'ipfe dimitteret turbam.

Et quum dimififfet eos,abiit in montem orare.

46 |Et quum'dimififfet eos,'abiit in montem ad o- Har.2.31.
randum.

Et quum fero effet,erat nauis in medio mari,& ipfe folus in terra.

47 |'Et quũ vefpera aduenifset,erat nauis in medio Matt.14.c.23. Iohan.6.b.16
mari,& ipfe 'folus in terra.

Et videns eos laborãtes in remigãdo:(erat enim vẽtus contrarius eis) & circa

48 Vidítque eos laborantes in remigando:(erat e-
nim ventus contrarius eis) 'at circa quartam vigi

ANNOT.

43 Et fuftulerunt] Iohannes addit,Vt antẽ impleti fuerunt,dicit difcipulis fuis, Colligite quæ fuperfunt fragmenta,nequid pereat.Collegerũt ergo,& impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinque panibus hordeaceis. Vide Matthæum eodem cap.14,verfu 20.

44 Quinque milia virorum.] Poft hæc Iohannes addit cap 6.b.14, turbas miratas fuiffe, his verbis, Illi ergo homines quum vidiffent quod Iefus fecerat fignum, dicebant, Hic eft verè Propheta ille qui venturus eft in mundum.

45 Et ftatim coegit] Sic & fuprà cap.4.d.35,legimus,quum pauld illuftrius diuinã virtutem exeruiffet,iámque fupra modum à turbis adobrueretur, dediffe operam vt ad tempus disfaberẽtur.Carnalis enim populi applaufus nolebat, magis quærebat qui auido corde verbum Dei audirent. Ac in Iohanne quidem hoc loco aperta caufa fcripta eft cur voluerit turbã maturè amotam,dicente cap.6.b.15,Iefus ergo quum cognouiffet quòd venturi effent,ac rapturi ipfum vt facerẽt ipfum regem,feceffit iterũ in montem ipfe folus.Terrenum regnum nolebat qui Rex erat cælorum:& in præfenti,ferui,non Regis figura volebat confpici. Vt præcederent tranfm.] Scrupus videtur hîc ineffe,quòd Iohãnes fcribit difcipulos traiecto lacu veniffe Capernaum: & in Marco coactos à Domino confcendere nauim, & præcedere ipfum tranfmiffo mari Bethfaidã.Matthæus fimpliciter habet,In vlteriorem ripam.Sed quid fi iuffi rectà traiicere, nempe Bethfaidam vnde venerant, & acti tempeftate, appulerint tamen Capernaum? Quãquam quũ habitare fere Capernaum tum folerent,nõ eft veri diffimile,Dominũ quoque voluiffe vt Capernaum abirent:fed quia cupiebat quãprimũ illos difcedere,quo & turbas citra morã dimitteret, infferit in viciniorem ripam traiicere, vt à fe maturius abirent.

46 Dimififfet eos,] Non eft hîc idem verbum Græcum quod in fine præcedentis verfus, verùm aliud quod non fignificat fimpliciter dimittere,fed dimittere dicto vale, ac mandatis quæ volueris mandare: quemadmodum folemus dimittere notos & amicos. Eandem vocem Act.18.c.18, interpres vertit,Vale faciens, fiue Vale dicto. Abiit in montem] Vide Matthæum eodem cap.14.c.23.

47 Et quum vefpera] Hæc declarantur eodem capite Matthæi, verfu 23.24. Iohannes, Vt autem vefpera facta fuit,defcenderunt difcipuli eius ad mare: & quum confcendiffent nauim,venerunt traiecto mari Capernaum.Iámque tenebræ erant, nec venerat ad eos Iefus,ac mare vento magno flante intumefcebat. Reliqua omnia vfque ad 50 verfum explicantur in Matthæo, eodẽ cap.14.c.24, vfque 32. Solus erat in terra.] Solum dicit, non propterea quòd dimiffis turbis,folus fuerit in deferto,fed magis quòd omnibus dimiffis difcipulis iam aliquandiu in mari periclitantibus, non adfuerit, fed adhuc in monte vbi orabat, reftiterit: & tamẽ quæ paterentur difcipuli,& quo maris loco fluctuauerint, cognouerit.Id indicare videtur quod fcribit Iohannes,dicens, Iámque tenebræ erant, nec venerat ad eos Iefus.

48 At circa quartam vigil.] Iohannes, Quũ remigaffent ergo ferme ftadia viginti quin-

que aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & appropinquantem naui: ac timuerunt. Ille autẽ dicit eis, Ego ſum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in nauim. Noſter aſcendiſſe ad illos dicit, & ventum conquieuiſſe. De quatuor noctis vigiliis dictum eſt ſupradicto Matthæi capite 14.c.25.

G liam noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare: &
volebat præterire eos.
At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper ma 49
re, putauerunt ſpectrum eſſe: & exclamauerunt.
Omnes enim videbant eum: & cõturbati ſunt. 50
Et ſtatim loquutus eſt cum eis, dixítque eis, Confidite, ego ſum: ne terreamini.
Et aſcendit ad illos in nauim, & cõquieuit ven 51
tus: & 'vehementer ſupra modum intra ſeſe 'ſtupebant, & admirabantur.
'Non enim intellexerãt de panibus: erat enim 52
'cor eorum obcæcatum.
Matt.14.d.34 ‖Et quum traieciſſent, venerunt 'in terram Ge- 53
neſareth, & applicuerunt in portum.
Quúmque egreſſi eſſent de naui, cõtinuò agno 54
uerunt eum:
'Ac percurrentes totam vndique regionem il- 55
lam, cœperunt in grabatis eos qui male habebãt
circunferre, quum audiſſent eum illic eſſe.

quartã vigiliã noctis venit ad eos, ambulans ſupra mare & volebat præterire eos.
At illi vt viderũt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe: & exclamauerunt.
Omnes enim viderunt eũ: & cõturbati ſunt. Et ſtatim loquutus eſt cum eis: & dicit eis, Confidite, ego ſum: nolite timere.
Et aſcendit ad illos in nauim: & ceſſauit ventus, & plus magis intra ſe ſtupebant.
Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.
Et quum transfretaſſent, venerunt in terram Geneſareth, & applicuerunt.
Quúmque egreſſi eſſent de naui, continuò cognouerunt eum:
Et percurrentes vniuerſam regionem illã, cœperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circũferre, vbi audiebant eum eſſe.

ANNOT.

51 Vehement. ſup. mod.] Græce, Valde ex abundanti. aut, valde ſupra modum. Hebraicam phraſim reſipit hæc ingeminatio. Exod.1.b.7, Multiplicati ſunt valde valde. Gene.17.a.2, Multiplicabo te valde. Sic paulo pòſt verſu 6. Stupebant,] Vox Græca vehementem admirationem ſignificat, vt homo præ admiratione non ſit apud ſe. Et tamen mox additur, Et admirabantur: velut interpretetur Euangeliſta vocem præcedentem.

52 Non enim intellexerant de pan.] Hoc eſt, obliti erant miraculi tanti, quod iamiã Dominus perpetrarat, quum vigintiquinque milia, quinque panibus cibaſſet. Et reddit quaſi rationem cur ſupra modũ intra ſe ſtupuerint diſcipuli. Ex quo diſcimus multorũ fidem tardam eſſe, & valde tepidam. At paſſus eſt Dominus diſcipulos ſuos in multis labi, ignorare, & infirmos eſſe, ne infirmi in Eccleſia, deſperarent, quum viderent ſummos Apoſtolos tantum infirmitatis habuiſſe. Sed hæc duntaxat ad diſcipulos Chriſti pertinẽt, hoc eſt ad eos qui eius verbum audiunt, ei adhærent, eúmque ſequuntur, non ad illos qui verbum eius non audiunt, aut qui verbum eius perſequũtur. Cor eorum obcæcatum.] Tanta erat caligo cordis vt pro ſtupenda re ducerent quòd Ieſus ambulaſſet ſupra vndas: quum longe prodigioſius eſſet tantulo cibo tantam ſaturare multitudinem.

53 In terram Geneſar.] Regio adiacens lacui Geneſar, ab eodem nomẽ accepit. Vide interpretationem nominum Hebraicorum à nobis impreſſorum.

55 Ac percurrentes, &c.] Quòd vndique Domino afferuntur ægroti, monſtrat ipſum eſſe ſeruatorem, qui potiſſimũ afflictis & miſeris opem ferre delectetur: quod nobis & in ipſum fidem, & erga proximos dilectionem debet augere, quo & nobis eadem ab ipſo expectemus, & fratribus pro noſtra virili eadem præſtemus. Sic & illud apud Matthæum, quòd viri loci illius nuntios in omnem finitimam regionem miſerunt qui Chriſtum adeſſe nuntiarent, atque male habentes ipſi adducerẽt: docet pro aliis quoque curã habendã eſſe. Sanè ad eũdem modũ debemus & nos dare operam, quotquot Chriſtum habemus, vt eum quamplurimi agnoſcãt, omnéſque morbidi ſalutem ab ipſo petant.

Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriã vestimẽti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

CAP. VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Ierosolymis.

Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est nõ lotis, manducare panes, vituperauerunt.

Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionẽ Seniorũ.

Et à foro, nisi baptizẽtur, non comedunt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ, & vrceorũ, & æramẽtorum, & lectorum.

Et interrogabãt eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui nõ ambulant iuxta traditionem Seniorũ, sed cõmunibus manibus manducant panem?

At ille respondens dixit eis, Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis: sicut scriptũ est, Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorũ longe abest à me.

In vanũ autem me colunt, docentes doctrinas, præce-

56 Et quocunque introisset in vicos aut in ciuita-
tes, aut in villas, in plateis ponebant infirmos: &
deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti
eius tangerent: & quotquot tangebant eum, sal-
ui fiebant.

CAP. VII.

1 ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam Har.2.26 Matth.15.a.1.
de Scribis, qui venerant Hierosolymis.
2 Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius
communibus manibus, id est illotis, edere pa-
nes, incusabant.
3 Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebrò la-
uerint manus, non capiunt cibũ, tenentes instituta
maiorum.
4 Et à foro *venientes*, nisi loti fuerint, non come-
dunt. Et alia multa sunt quæ susceperunt seruan-
da, *nempe* lotiones poculorum, & vrceorum, & æ-
ramentorum, & lectorum.
5 Deinde interrogant eum Pharisæi & Scribæ,
Quare discipuli tui non ambulãt iuxta ritum *tra-
ditũ* à maioribus, sed illotis manibus edũt panẽ?
6 At ille respondens dixit eis, Bene vaticinatus
est Esaias de vobis hypocritis: sicut scriptum est,
Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorũ Esa.29.d.13.
longe est à me.
7 In vanum autem me colunt, docentes doctri-

ANNOT.

56 Vt vel fimbriam] Vide Matth.14.d.36.

IN CAPVT VII.

1 Et conuen. ad eũ, &c.] Hæc omnia vsque ad 14 versum exponuntur in Matthæo, 15.a.1.

2 Communibus manibus] Obserua, Communes manus ab ipso Euangelista exponi illotas. Metaphora ab iis rebus quæ quòd communes sint, & à multis tractentur, sordes colligunt & impuritatem.

3 Instituta maiorum.] Hic videmus quæ sint instituta siue traditiones maiorum, nempe quæ verbo Dei adduntur.

4 A foro] Rerum scilicet venalium, vbi & Gẽtiles attingere & alloqui, quædam etiã immunda attrectare cogebantur: ideò se totos abluebant. Quæ suscep. ser.] Hinc videmus Deum non fuisse harum traditionum authorem, sed Seniores: deinde populum suscepisse seruandas, hoc est vltrò subiisse. propterea Matthæus, traditiones Seniorum vocat, vt & noster sequenti versu. Idem etiam Matthæus paulo pòst, mãdato Dei opponit traditionẽ Seniorum.

5 Quare discip. tui non amb.] Matthæus eodem sensu, aliis tamen verbis, Quare discipuli tui trãsgrediuntur traditionem Seniorum? Sed illotis man.] Matthæus, Non enim abluunt manus suas quando panem manducant.

6 Bene vaticin. est de] q. d. Factis vestris declaratis, rectè, meritòque de vobis hypocritis vaticinatum Esaiam, qui foris speciem habetis sanctimoniæ, quum intus pleni sitis iniquitate: apud quem hunc in modum queritur Deus, Populus, &c. Vide Matthæum.

nas, præcepta hominum.
Nam 'omiſſo præcepto Dei, tenetis conſtitu- 8
B tionem hominum, ablutiones vrceorum & pocu
lorum: aliáque ſimilia his facitis multa.
Et dicebat illis, Bene reiicitis præceptum Dei, 9
vt conſtitutionem veſtram ſeruetis.
Exod.20.b.12 deut.5.b 16. 'Moſes enim dixit, Honora patrem tuum & 10
ephes.6.a.2. Exod.21.c.17 matrẽ tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri,
leuit.20.b.9. morte moriatur:
prou.20.c.20 Vos autẽ dicitis, Si dixerit homo patri vel ma- 11
tri, 'Corban (quod eſt donum) quodcunque ex
me, in tuum cedet commodum.
'Et præterea non ſinitis eum quicquam facere 12
patri ſuo aut matri ſuæ.
'Et irritum facitis verbum Dei per conſtitutio- 13
nẽ veſtram quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmo-
di multa facitis.
Matt.15.b.10. 'Et quum aduocaſſet ad ſe totam turbam, dice 14
bat illis, Audite me omnes, & intelligite,
Nihil eſt extra hominẽ introiens in eum, quod 15
poſſit eum 'inquinare: ſed quæ de homine proce
dunt, illa ſunt quæ inquinant hominem.
'Siquis habet aures ad audiendum, audiat. 16
Har.2.27 Et quũ introiſſet in domum, ſemotus à turba, 17
'interrogabãt eum diſcipuli eius de ſimilitudine.

pta hominom.
8 Relinquentes enim mãdatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum & calicom: & alia ſimilia his facitis multa.
9 Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionẽ veſtrã ſeruetis
10 Moyſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuã. &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.
11 Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod eſt donum) quodcũque ex me, tibi profuerit.
12 Et vltrà nõ dimittitis eũ quicquam facere patri ſuo aut matri.
13 Reſcindentes verbũ Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis.
14 Et aduocans iterum turbã, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite,
15 Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eũ coinquinare: ſed quæ de homine procedunt, illa ſũt quæ cõmunicãt hominẽ.
16 Siquis habet aures audiẽdi, audiat.
17 Et quum introiſſet in domum à turba, interrogabãt eum diſcipuli ei' parabolã.

ANNOT.

8 Omiſſo præcepto Dei] His verbis declarat quod dicit Matthæus, Quare & vos trãſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Tranſgredi enim mandatum Dei, vocat omiſſionem præcepti Dei. Propter traditionem veſtram, hoc eſt, vt teneatis traditionem hominum. Id amplius declarat ſequenti verſu, dicendo, Bene reiicitis verbum Dei, vt conſtitutionem veſtram ſeruetis. Repetitio enim eſt, in Scripturis frequentiſſima.

10 Moſes enim dixit,] Matthæus habet, Nam Deus præcepit. quod perinde eſt ac ſi dicas, Per Moſem Deus hanc legem prodidit. His verbis docemur, Dei verba eſſe & præcepta quæ Moſes præcepit & docuit.

11 Corban] Vide expoſitionem huius dictionis Matth.27.a.6.

12 Et præterea non ſinitis] q.d. Qui pecuniam miſit in gazophylacium, huic dicitis non eſſe iam opus vt quicquam impertiat egentibus parentibus, quòd præcepto Dei ſit factum ſatis: & interim ſuperſtitione deterretis parentes ne audeant à filiis exigere quod ſemel Deo dicatum videtur, ne ſacrilegio ſeſe reddant obnoxios.

13 Irritum facitis] Id eſt, veſtris cõſtitutionibus populũ onerantes efficitis, vt ſanctiſſima Dei præcepta negligat populus, tanquã antiquata & abrogata. Vox Græca ſignificat proprie detrahere authoritatẽ, & irritũ facere quod aliquãdo fuerit cõprobatũ, abrogare & antiquare.

14 Et quum aduocaſſet turbam] Vide hæc Matth.15.a.10.

15 Inquinare] Græce communicare. de quo verbo, eodem capite Matthæi, verſu 11.

16 Si quis habet aures] Vide ſuprà cap.4.a.9.

17 Interrogabant eum diſc.] Matthæus verſu 15, ſcribit Dominum fuiſſe interrogatum à Petro, his verbis, Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.

Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare?

18 Et ait illis, 'Adeò & vos intelligentia caretis?
nondum intelligitis quòd omne foris introiens C
in hominem, non potest eum inquinare?

Quia nō intrat in cor ei⁹, sed in vētrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas?

19 Quia non intrat in eius cor, sed in ventrem, &
in secessum exit, repurgans omnes escas.

Dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.

20 Dicebat autem, 'quod ab homine exit, illud in-
quinat hominem.

Ab intus enim, de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,

21 |'Ab interiorib⁹ enim de corde hominū malæ co Genes. 6.a.5, 8.d.21.
gitationes procedūt, adulteria, stupra, homicidia.

Furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus mal⁹, blasphemia, superbia, stultitia.

22 Furta, auaritiæ, fraudes, dolus, impudicitia, ma
lus oculus, conuitia, superbia, stultitia.

Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicāt hominem.

23 Omnia hæc mala ab internis procedūt, & in-
quinant hominem.

Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminē voluit scire, & nō potuit latere

24 |'Et inde surgens abiit in confinia Tyri ac Si- Ha. 2.28.
donis: & ingressus domum, neminem voluit sci- Matth. 15.c.21
re, nec potuit latere.

Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundū, intrauit, & procidit ad pedes eius:

25 Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius fi-
liola habebat spiritum immundum, venit, & acci
dit ad pedes eius:

(Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.

26 (Erat enim mulier Græca, Syrophœnissa gene
re) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de fi-
lia sua.

Qui dixit illi, Sine pri⁹ saturari filios. nō est enim bonum sumere panem filiorū, & mittere canibus.

27 Iesus autem dixit illi, Sine prius saturari filios.
non est enim honestum sumere panem filiorum,
& proiicere catellis.

At illa respondit, & dixit illi, Vtique Domine: nam & catelli comedunt sub mēsa de micis puerorum.

28 At illa respondit, & dicit illi, Etiam Domine: D
nam catelli quoque comedūt sub mensa de micis
filiorum.

Et ait illi, Propter hūc sermonē vade: exiit dæmoniū à filia tua.

29 Et ait illi, Propter istum sermonem vade: exiit
dæmonium à filia tua.

Et quum abiisset domum suam, inuenit puellam iacētem supra lectum, & dæmonium exiisse.

30 Et quum abisset in domū suam, reperit dæmo-
nium exisse, & filiam iacentem super lectum.

Et iterum exiēs de finib⁹ Tyri, venit per Sidonē, ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

31 'Et rursum egressus de finib⁹ Tyri ac Sidonis, ve Ha. 2.29
nit ad mare Galilææ per medios fines Decapolis.

ANNOT.

18 Adeò & vos intell. car.] Matthæus, Adhuc & vos, &c. q.d. post toties & tandiu iam auditam veritatis doctrinam, & vos non intelligitis, vt ii qui illam non ita audierunt, tantúmque occasionis cognoscendæ veritatis non acceperunt?

20 Quod ab homine exit,] Matthæus magis explicat, dicendo, versu 18, At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & ea coinquinant hominem.

21 Ab interioribus] Interiora hominis ipse exponit esse cor, vt & sequenti versu 23.

24 Et inde surgens] Et hæc exponūtur eodē capite Matthæi 12.c.21, vsque ad 31 versum.

31 Et rursum egressus, &c.] Vide Matthæum cap. 15.c.29.

Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiet in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

3 Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, de-
ficient in via: quidam enim ex eis è longinquo ve
nerunt.

Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine?

4 Et responderũt ei discipuli sui, Vnde istos quis
poterit hîc satiare panibus in solitudine?

Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem.

5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Illi ve
rò dixerunt, Septem.

Et præcepit turbæ discumbere super terram: & accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ.

6 Et præcepit turbæ discumbere super terram: &
acceptis septem panibus, quum gratias egisset, fre
git, dedítque discipulis suis vt apponerent: & ap-
posuerunt turbæ.

Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi.

7 Et habebant pisciculos paucos: & quum bene-
dixisset, iussit apponi & hos.

Et manducauerunt, & saturati sunt: & sustulerũt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

8 Comederunt autẽ, & saturati sunt: ac sustulerũt
quæ superfuerant fragmentorũ, septem sportas.

Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.

9 Erant autem qui comederãt, fermè quater mil-
le: & dimisit illos.

Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

10 [Et mox ingressus in nauim cum discipulis suis; Matt.15.d.39.
venit 'in partes Dalmanutha. B

Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signũ de cælo, tentantes eum.

11 ['Et egressi sunt Pharisæi, cœperũntque dispu- Matth.16.a.1.
tare cum illo, quærentes ab eo signum è cælo, tẽ-
tantes eum.

Et ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio ista signum quærit? amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

12 Et quum 'ingemuisset spiritu suo, dicit, Cur ge
neratio hæc signum quærit? amen dico vobis, 'si
dabitur generationi huic signum.

Et dimittens eos, ascendit iterùm nauim, & abiit trans fretum.

13 [Et relictis illis, ingressus rursus nauim, abiit tra Matth.16.a.4
iecto *lacu*.

Et obliti sunt panes sumere: & nõ nisi vnũ panem habebant secum in naui.

14 [Et obliti fuerant sumere panes: nec præter v- Har.2.31.
num panem habebant secum in naui. Matth.16.a.5

Et præcipiebat eis, dicẽs, Videte & cauete à fermẽto Pharisæorũ, & fermento Herodis.

15 Ac præcepit illis, dicens, | 'Videte, cauete à fer-
mento Pharisæorum, '& à fermento Herodis.

ANNOT.

10 In partes Dalmanutha.] Vide Matth.cap.15.d.39.

11 Et egressi sunt Pharisæi,] Hæc explicantur Matth.cap.16.a.1.

12 Ingemuisset spiritu suo,] Adeò scilicet dolebat ei deplorata illorum cæcitas. Qui vtique dolor, conuitium etiam illud apud Matthæum, Hypocritæ, ei extorsit. longe enim semper abfuit ab omni petulantia, quæ & à suis absit oportet. Qua & offensus, mox reliquit istos, traiecto rursus lacu. Sic Iohan.11.d.33, Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerãt cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Sic paulo pòst, versu 38, Iesus ergo rursùm fremens in semetipso, venit ad monumentum. Si dabitur] Modus iurãdi est Hebræis: subaudiendum verò est, Hoc vel illud mihi accidat. Sic Psal.95.b.11. Iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam. Sic 1.Samu.17.g.56, Viuit anima tua, rex, si noui. Matthæus habet. Generatio praua & adultera, signum requirit, & signum non dabitur ei.

15 Et à fermento Herodis.] De hoc in Matthæo, 16.a.6. Videte, cauete] Duo verba sunt

Græcis idem significantia citra interuentum coniunctionis: quasi dicas, Videte cernite, siue Cauete fugite: quo diligentiorem cautionem exprimeret.

Et disputabant inter sese, dicentes, Panes nõ ha 16
bemus.

Et eo cognito Iesus dicit illis, Quid disputatis 17
quòd panes non habetis? nondum animaduerti-
tis, nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor
vestrum?

Iohan.6.a.21 Oculos habentes non cernitis, & aures haben 18
tes non auditis? & non meministis?

Quùm quinque panes fregissem in hominum 19
quinque millia, quot cophinos fragmẽtus plenos
sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

C Quũ autem septem in quatuor millia, quot spor 20
tas ex reliquiis fragmẽtorum tulistis? Illi verò di-
xerunt, Septem.

Et dixit illis, Quî fit vt non intelligatis? 21

Et venit Bethsaidam: & adducunt illi cæcum, 22
& obsecrant eum vt illum tangeret.

Et apprehensa manu cæci, eduxit illum extrà 23
vicum: & quũ expuisset in oculos illius, imposuis-
sétque illi man⁹, interrogauit eum siquid videret.

Et recepto visu dicebat, Video homines quo- 24
niam velut arbores, cerno ambulantes.

16 Et cogitabant ad alterutrum, dicentes, Quia panes non habemus.

17 Quo cognito ait illis Iesus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nondũ cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum?

18 Oculos habentes non videtis? & aures habẽtes non auditis? nec recordamini?

19 Quando quinque panes fregi in quinque millia, & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

20 Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei, Septem.

21 Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?

22 Et veniũt Bethsaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

23 Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius, impositis manibus suis, interrogauit eum siquid videret.

24 Et aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes.

ANNOT.

16 Disputabant] Idem verbum Græcum, pro quo interpres vertit in Matthæo, Reputabant & Cogitatis. Matthæus addit, Intra vosipsos.

21 Quî fit vt nõ intelligatis?] Matthæus hãc sententiã sic absoluit, Quî fit vt non intelligatis me non de pane dixisse vobis illud, vt caueretis à fermento Pharisæorum & Sadducæorũ? Tũc intellexerũt quòd nõ iussisset à fermẽto panis, sed à doctrina Pharisæorũ & Sadducæorũ.

22 Et venit Bethsaidam,] Ciuitas Galilææ ex qua Petrus & Andreas, & Philippus Apostoli, Iohan.1.f.44.

23 Eduxit eum extra vicum, & quũ expuisset in oculos ill.] Circa hæc Domini facta quæ obseruanda sint vide suprà cap.7.d.33. Interrog. eum siquid vid.] Ad primum contactũ cæcus hîc non plenè videt. Voluit enim Dominus quodammodo sentire illum suam virtutẽ, ita sensim eam impertiẽs: indubiè vt certius & plenius ex accepto beneficio eum seruatorem agnosceret: eiúsque virtutem quam ita senserat, tanto plus secum admiraretur. Quanquam Christus non vnum sanandi modum seruarit: hoc ipso docens vt simpliciter ipsius bonitati nos committamus, nullum auxilii & gratiæ eius modum præscribentes. Qui sæpe ideo non statim dat omnia, vt tum magis nostrum accendat desyderium: sicut indubie accensus animus cæci huius fuit vbi se aliquid adiutum sensit. Interrogat autem, qui omnia nouit, non sua, sed cæci & aliorum causa.

24 Quoniam velut arbores] Vt apud Hebræos כִּי, pro quo Euangelistæ Græcum ὅτι apponunt, significat sæpius CERTE, sic etiam ὅτι in Nouo testamẽto sæpissime pro CERTE accipiendũ est, vt suis locis annotauimus: alioqui sensus esset obscurior. Sic profectò & hic accipiendum, Video homines certe velut arbores, cerno ambulãtes. q.d. Videor mihi videre ligna quædã. Nam qui eminus aliquid aspiciũt, primùm nõ distinctè internoscũt quid sit, tãetsi in-

telligunt ſubſtantiā eſſe: deinde quum accedunt propius, magis diſtinctè norunt. Forte prius viderat: nam alioqui arbores noſſe non poterat: vel ſi antea nihil vnquam viderat, prius deſcribitur quod poſtea vidit.

Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre: & reſtitut⁹ eſt ita vt clarè videret omnia.

25 Deinde rurſum impoſuit manus ſuper oculos illius, & fecit vt viſum reciperet: & reſtitutus eſt, ac denuò videbat dilucidè omnes.

Et miſit illum in domum ſuam, dicens, Vade in domū tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

26 Et dimiſit illum in domum ſuam, dicens, Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico.

Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicunt eſſe homines?

27 Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli illius in vicos Cæſareæ, *quæ cognominatur* Philippi: & in via interrogauit diſcipulos ſuos, dicens illis, Quem me dicunt homines eſſe? Har. 2. 32. Matth. 16. b. 13. luc. 9. c. 19.

Qui reſponderunt illi, dicentes, Iohannem Baptiſtā, alii Eliam, alii verò quaſi vnum de Prophetis.

28 Illi verò reſponderunt, Ioannem Baptiſtam, & alii Eliā, alii rurſus vnum de numero Prophetarū.

Tunc dicit illis, Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondēs Petrus ait ei, Tu es Chriſtus.

29 Et ipſe dicit illis, At vos quē me dicitis eſſe? Reſpōdens autem Petrus dicit illi, Tu es ille Chriſtus.

Et comminatus eſt eis ne cui dicerent de illo.

30 Et interminatus eſt eis ne cui dicerent de ſe.

Et cœpit docere eos quoniā oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à Senioribus, & à ſummis Sacerdotib⁹ & Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere.

31 Et cœpit docere eos, quòd oporteret Filiū hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, ſummíſque Sacerdotibus ac Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. D

ANNOT.

26 Neq. in vicum] Quòd in vicū Bethſaida ingredi illum non vult, nec illic acceptum beneficium annuntiare, haud dubiè factum apparet ob peculiarem incredulitatem hominum huius loci, quam Matth. 11. c. 21, exprobraſſe eis Dominum legimus.

27 Et egreſſus eſt Ieſus, &c.] Vide hæc Matth. 16. b. 13. Et in via interrog.] Quum Lucas cap. 9. c. 18, ſcribit, Et factū eſt, quū ſolus eſſet orans, erāt cū illo & diſcipuli eius, interrogauítque illos, dicens, Quē me dicunt eſſe turbæ? Matthæus verò, Quū veniſſet in partes Cæſareæ Philippi: nemo hic eſſe diſcrepantiam putet. nam iſtud Marci, In itinere: exponendum eſt ex Luca, qui dicit factum eſſe quū alicubi videlicet in itinere ſolus oraret, nemóque adeſſet præter diſcipulos. Et quod Matthæus dicit, Quum veniſſet in partes Cæſareæ: declarandum eſt ex verbis Marci, qui dicit in itinere factum eſſe quū iret in partes Cæſareæ Philippi. Hoc pacto nulla erit diſſonantia. Cætera exponuntur in Matthæo.

30 Ne cui dicerent de ſe.] Matthæus iſtud explicat, his verbis, Ne cui dicerent quòd ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

31 Quòd oporteret Filiū hominis multa pati,] Matthæus apertius, Quòd ipſum oporteret abire Ieroſolymam, ac multa pati à Senioribus. In cuius verbis obſeruandum, pronomine IPSVM exponi, quod noſter dicit Filiū hominis. Et poſt tres dies reſurg.] Matthæus habet, Tertio die, quod idem ſignificant quæ hîc dicuntur à noſtro: tametſi nodus aliquis ineſſe videatur, qui bifariam explicari poteſt. Primùm, ſi tertium diem numeremus nō à morte Seruatoris, ſed à tota paſſione quæ cœpit pridie paraſceues, quū iam iniretur conſilium de cōprehendēdo Ieſu, quum vēderetur, quum tæderet, ac mœreret. Siquidem & paſſionis ſummā videtur & noſter Marcus ſuis verbis complecti, dicendo, Et cœpit docere eos quòd oporteret &c. ſic enim recēſet vt Poſt tres dies, ad totum ſermonem qui præceſſit, referri poſſit, non tātum ad id quod erat poſtremum, Occidi. Quemadmodum ſequenti capite recenſet, verſu 31, Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertio die reſurget

ac vicos, emántque sibi 'panes: 'ná quod edát non
habent.
At ille respondens ait illis, Date illis vos quod 37
edant. Et dixerunt ei, 'Euntes emamus ducentis
denariis panes, & demus illis quod edant?
At ille dicit eis, Quot panes habetis? ite & vi- 38
Har.2.22 dete.‖'Et quum cognouissent, dicunt, Quinque,
Matt.14.b.17 & duos pisces.
luc.9.b.13.
iohan.6.a.9. Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, 39
F 'distributis conuiuiis in viridi gramine.
Et discubuerunt 'diuisi in viridaria 'centeni & 40
quinquageni.
Et quum accepisset quinque panes ac duos pi- 41
sces, 'sublatis in cælum oculis benedixit, ac fregit
panes: deditque discipulis suis vt apponerét illis:

emant sibi cibos quos manducent.
Et respódens ait illis, Date illis vos máducare. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare?
Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et quú cognouissent, dicunt, Quinque, & duos pisces.
Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes secúdum contubernia super viride fœnum.
Et discubuerút in partes per centenos, & quinquagenos.
Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus, intués in cælum benedixit, & fregit panes: & dedit discipulis suis vt ponerent ante

ANNOT.

36 Panes] More Hebræorum panes posuit pro cibariis. Matthæus habet, Emant sibi cibaria. Nam quod edant non habent.] Notandum desiderium audiendi Christum quo populus tantopere ardebat vt cibi desiderium posthaberet. Certe vbi gratia Christi sentitur, illi nihil non posthabetur. Lucas addit, Quia hic in loco deserto sumus.

37 Euntes emamus, &c.] Ex Luca apparet, alteram partem orationis hic deesse, dicente, Non sunt nobis plures quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos eamus, & emamus in omnem hunc populum escas. Iohannes scribit Dominum peculiariter interrogasse Philippum his verbis, Vnde ememus panes vt máducent hi? Hoc auté dicebat, tentás eum: ipse enim sciebat quid facturus esset. Respondit ei Philippus, Ducentorú denariorum panes non sufficiunt vt vnusquisque illorum pusillum quid accipiat. Quum noster dicat, Euntes emamus ducentis denariis panes: vidétur tantum habuisse pecuniæ. Cui satis cóuenit & Philippi prædicta respósio. q.d. Si etiá omnem nostram pecuniá, ducentos quos habemus denarios, insumeremus, non esset satis pro tanta multitudine. Ducenti autem denarii, viginti coronatis francicis valent, authore Budæo. coronatus verò tépore supputationis Budæi, valebat triginta quinque solidos Gallicos nostrates, quos duodenarios vocamus. Hic auté se exeruit in discipulis doctrina Christi, qui tantam pecuniam, vt verisimile est, omnem quam habebant, parati fuerunt in vsum populi istius expendere.

38 Et quum cognouissent,] Iohannes id magis explicat, his verbis, Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos?

39 Distributis conuiuiis,] Græce, Conuiuia, conuiuia. id est, distributis conuiuiis: vt antè dixit, Cœpítque emittere duos duos. Id est, binos. Hebraismi sunt, vt 2.Reg.3.c.16, Facite alueum torrentis huius fossas & fossas. Id est crebras fossas. Distribuerunt igitur cóuiuas in plures ordines. Gallice, Par bandes.

40 Diuisi in viridaria,] Græce ad verbum, Et discubuerunt prasiæ prasiæ. Dicuntur autem prasiæ herbaria, cuiusmodi sunt areolæ hortorum. Cæterum & hoc, Prasiæ, prasiæ: & illud Conuiuia, conuiuia, dictum est iuxta proprietatem sermonis Hebraici, vt dictú est. ad quá formam multa annotauit Augustinus in libro De tropis Veteris test. velut illud, Decima decima agno vni septem agnis: Et mille ex tribu, & mille ex tribu. pro, ex singulis tribubus millenos. Discubuerunt igitur prasiæ prasiæ, hoc est in plures & varias prasias, id est per spatia quædam cótinentia conuiuas, vt areolæ hortenses sua olera. Cent. & quinq.] Ad verbum, per centum & quinquaginta. Vt intelligas loca fuisse distincta sulco, aut simili interuallo: & pro magnitudine, in aliis accubuisse centenos, in aliis quinquagenos.

41 Sublatis in cæl. oc. ben.] Vide Matth.14.c.19.

eos:& duos pisces diuisit omnibus.

& duos pisces diuisit omnibus.

Et manducauerũt omnes, & saturati sunt:

42 Et comederunt omnes,& saturati sunt:

Et sustulerunt reliquias fragmentorũ, duodecim cophinos plenos:& de piscib⁹

43 'Et sustulerunt fragmentorũ duodecim cophi-
nos plenos:& de piscibus.

Erant autem qui manducauerũt, quinque milia virorum.

44 Erant autem qui comederant, circiter 'quinque
milia virorum.

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretũ ad Bethsaidam, dũ ipse dimitteret populum.

45 'Et statim coegit discipulos suos cõscendere na
uim,'vt præcederent trãsmisso *mari* Bethsaidam,
dum'ipse dimitteret turbam.

Et quum dimisisset eos,abiit in montem orare.

46 |Et quum'dimisisset eos,'abiit in montem ad o- Har.2.31.
randum.

Et quum sero esset, erat nauis in medio mari,& ipse solus in terra.

47 |'Et quũ vespera aduenisset,erat nauis in medio Matt.14.c.23. Iohan.6.b.16
mari,& ipse 'solus in terra.

Et videns eos laborãtes in remigãdo:(erat enim vẽtus contrarius eis) & circa

48 Vidítque eos laborantes in remigando:(erat e-
nim ventus contrarius eis) 'at circa quartam vigi

ANNOT.

43 Et sustulerunt] Iohannes addit, Vt antẽ impleti fuerunt, dicit discipulis suis, Colligite quæ supersunt fragmenta, nequid pereat. Collegerũt ergo,& impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinque panibus hordeaceis. Vide Matthæum eodem cap.14, versu 20.

44 Quinque milia virorum.] Post hæc Iohannes addit cap 6.b.14, turbas miratas fuisse, his verbis, Illi ergo homines quum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant, Hic est verè Propheta ille qui venturus est in mundum.

45 Et statim coegit] Sic & suprà cap.4.d.35, legimus, quum paulò illustrius diuinã virtutem exeruisset, iámque supra modum à turbis adobrueretur, dedisse operam vt ad tempus dilaberẽtur. Carnalis enim populi applausus nolebat, magis quærebat qui auido corde verbum Dei audirent. Ac in Iohanne quidem hoc loco aperta causa scripta est cur voluerit turbã maturè amotam, dicente cap.6.b.15, Iesus ergo quum cognouisset quòd venturi essent, ac rapturi ipsum vt facerẽt ipsum regem, secessit iterũ in montem ipse solus. Terrenum regnum nolebat qui Rex erat cælorum: & in præsenti, serui, non Regis figura volebat conspici. Vt præcederent transm.] Scrupus videtur hîc inesse, quòd Iohãnes scribit discipulos traiecto lacu venisse Capernaum: & in Marco coactos à Domino conscendere nauim, & præcedere ipsum transmisso mari Bethsaidã. Matthæus simpliciter habet, In vlteriorem ripam. Sed quid si iussi rectà traiicere, nempe Bethsaidam vnde venerant, & acti tempestate, appulerint tamen Capernaum? Quanquam quũ habitare fere Capernaum tum solerent, nõ est veri dissimile, Dominũ quoque voluisse vt Capernaum abirent: sed quia cupiebat quãprimũ illos discedere, quo & turbas citra morã dimitterer, iusserit in viciniorem ripam traiicere, vt à se maturius abirent.

46 Dimisisset eos,] Non est hîc idem verbum Græcum quod in fine præcedentis versus, verùm aliud quod non significat simpliciter dimittere, sed dimittere dicto vale, ac mandatis quæ volueris mandare: quemadmodum solemus dimittere notos & amicos. Eandem vocem Act.18.c.18, interpres vertit, Vale faciens, siue Vale dicto. Abiit in montem] Vide Matthæum eodem cap.14.c.23.

47 Et quum vespera] Hæc declarantur eodem capite Matthæi, versu 23 .24. Iohannes, Vt autem vespera facta fuit, descenderunt discipuli eius ad mare: & quum conscendissent nauim, venerunt traiecto mari Capernaum. Iámque tenebræ erant, nec venerat ad eos Iesus, ac mare vento magno flante intumescebat. Reliqua omnia vsque ad 50 versum explicantur in Matthæo, eodẽ cap.14.c.24, vsque 32. Solus erat in terra.] Solum dicit, non propterea quòd dimissis turbis, solus fuerit in deserto, sed magis quòd omnibus dimissis discipulis iam aliquandiu in mari periclitantibus, non adfuerit, sed adhuc in monte vbi orabat, restiterit: & tamẽ quæ paterentur discipuli,& quo maris loco fluctuauerint, cognouerit. Id indicare videtur quod scribit Iohannes, dicens, Iámque tenebræ erant, nec venerat ad eos Iesus.

48 At circa quartam vigil.] Iohannes, Quũ remigassent ergo ferme stadia viginti quin-

que ant triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & appropinquantem naui: ac timuerunt. Ille autẽ dicit eis, Ego ſum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in nauim. Noſter aſcendiſſe ad illos dicit, & ventum conquieuiſſe. De quatnor noctis vigiliis dictum eſt ſupradicto Matthæi capite 14.e.25.

G liam noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare: &
volebat præterire eos.
At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper ma 49
re, putauerunt ſpectrum eſſe: & exclamauerunt.
Omnes enim videbant eum: & cõturbati ſunt. 50
Et ſtatim loquutus eſt cum eis, dixítque eis, Confidite, ego ſum: ne terreamini.
Et aſcendit ad illos in nauim, & cõquieuit ven 51
tus: & 'vehementer ſupra modum intra ſeſe 'ſtupebant, & admirabantur.
'Non enim intellexerãt de panibus: erat enim 52
'cor eorum obcæcatum.
Matt.14.d.34 |Et quum traiecisſent, venerunt 'in terram Ge- 53
neſareth, & applicuerunt in portum.
Qúmque egreſſi eſſent de naui, cõtinuò agno 54
uerunt eum:
'Ac percurrentes totam vndique regionem il- 55
lam, cœperunt in grabatis eos qui male habebãt circunferre, quum audiſſent eum illic eſſe.

quartã vigiliã noctis venit ad eos, ambulans ſupra mare & volebat præterire eos.
At illi vt viderũt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe: & exclamauerunt.
Omnes enim viderunt eũ: & cõturbati ſunt. Et ſtatim loquutus eſt cum eis: & dicit eis, Confidite, ego ſum: nolite timere.
Et aſcendit ad illos in nauim: & ceſſauit ventus, & plus magis intra ſe ſtupebant.
Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.
Et quum tranſfretaſſent, venerunt in terram Geneſareth, & applicuerunt.
Qúmque egreſſi eſſent de naui, continuò cognouerunt eum:
Et percurrentes vniuerſam regionem illã, cœperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circũferre, vbi audiebant eum eſſe.

ANNOT.

51 Vehement. ſup. mod.] Græce, Valde ex abundanti. aut, valde ſupra modum. Hebraicam phraſim reſipit hæc ingeminatio. Exod. 1.b.7, Multiplicati ſunt valde valde. Gene. 17.a.2, Multiplicabo te valde. Sic paulo pòſt verſu 6. Stupebant,] Vox Græca vehementem admirationem ſignificat, vt homo præ admiratione non ſit apud ſe. Et tamen mox additur, Et admirabantur: velut interpretetur Euangeliſta vocem præcedentem.

52 Non enim intellexerant de pan.] Hoc eſt, obliti erant miraculi tanti, quod iamiã Dominus perpetrarat, quum vigintiquinque milia, quinque panibus cibaſſet. Et reddit quaſi rationem cur ſupra modũ intra ſe ſtupuerint diſcipuli. Ex quo diſcimus multorũ fidem tardam eſſe, & valde tepidam. At paſſus eſt Dominus diſcipulos ſuos in multis labi, ignorare, & infirmos eſſe, ne infirmi in Eccleſia, deſperarent, quum viderent ſummos Apoſtolos tantum infirmitatis habuiſſe. Sed hæc duntaxat ad diſcipulos Chriſti pertinẽt, hoc eſt ad eos qui eius verbum audiunt, ei adhærent, eúmque ſequuntur, non ad illos qui verbum eius non audiunt, aut qui verbum eius perſequũtur. Cor eorum obcæcatum.] Tanta erat caligo cordis vt pro ſtupenda re ducerent quòd Ieſus ambulaſſet ſupra vndas: quum longe prodigioſius eſſet tantulo cibo tantam ſaturare multitudinem.

53 In terram Geneſar.] Regio adiacens lacui Geneſar, ab eodem nomẽ accepit. Vide interpretationem nominum Hebraicorum à nobis impreſſorum.

55 Ac percurrentes, &c.] Quòd vndique Domino afferuntur ægroti, monſtrat ipſum eſſe ſeruatorem, qui potiſſimũ afflictis & miſeris opem ferre delectetur: quod nobis & in ipſum fidem, & erga proximos dilectionem debet augere, quo & nobis eadem ab ipſo expectemus, & fratribus pro noſtra virili eadem præſtemus. Sic & illud apud Matthæum, quòd viri loci illius nuntios in omnem finitimam regionem miſerunt qui Chriſtum adeſſe nuntiarent, atque male habentes ipſi adducerẽt: docet pro aliis quoque curã habendã eſſe. Sanè ad eũdem modũ debemus & nos dare operam, quotquot Chriſtum habemus, vt eum quamplurimi agnoſcãt, omnéſque morbidi ſalutem ab ipſo petant.

56 Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriã vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

CAP. VII.

1 ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Ierosolymis.

2 Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est nõ lotis, manducare panes, vituperauerunt.

3 Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionẽ Seniorũ.

4 Et à foro, nisi baptizẽtur, non comedunt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ, & vrceorũ, & æramẽtorum, & lectorum.

5 Et interrogabãt eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui nõ ambulant iuxta traditionem Seniorũ, sed cõmunibus manibus manducant panem?

6 At ille respondens dixit eis, Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis: sicut scriptũ est, Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorũ longe abest à me.

7 In vanũ autem me colunt, docentes doctrinas, præce-

56 Et quocunque introisset in vicos aut in ciuitates, aut in villas, in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum 'vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

CAP. VII.

1 ET 'conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, qui venerant Hierosolymis. Har. 2.26 Matth. 15.a.2.

2 Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius 'communibus manibus, id est illotis, edere panes, incusabant.

3 Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non capiunt cibũ, tenentes 'instituta maiorum.

4 Et 'à foro *venientes*, nisi loti fuerint, non comedunt. Et alia multa sunt 'quæ susceperunt seruanda, *nempe* lotiones poculorum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.

5 Deinde interrogant eum Pharisæi & Scribæ, 'Quare discipuli tui non ambulãt iuxta ritum *traditũ* à maioribus, 'sed illotis manibus edũt panẽ?

6 At ille respondens dixit eis, 'Bene vaticinatus est Esaias de vobis hypocritis: sicut scriptum est, |Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorũ longe est à me. Esa. 29.d.13.

7 In vanum autem me colunt, docentes doctri-

ANNOT.

56 Vt vel fimbriam] Vide Matth. 14.d.36.

IN CAPVT VII.

1 Et conuen. ad eũ, &c.] Hæc omnia vsque ad 14 versum exponuntur in Matthæo, 15.a.1.

2 Communibus manibus] Obserua, Communes manus ab ipso Euangelista exponi illotas. Metaphora ab iis rebus quæ quòd communes sint, & à multis tractentur, sordes colligunt & impuritatem.

3 Instituta maiorum.] Hic videmus quæ sint instituta siue traditiones maiorum, nempe quæ verbo Dei adduntur.

4 A foro] Rerum scilicet venalium, vbi & Gẽtiles attingere & alloqui, quædam etiã immunda attrectare cogebantur: ideò se totos abluebant. Quæ suscep. ser.] Hinc videmus Deum non fuisse harum traditionum authorem, sed Seniores: deinde populum suscepisse seruandas, hoc est vltrò subiisse. propterea Matthæus, traditiones Seniorum vocat, vt & noster sequenti versu. Idem etiam Matthæus paulo pòst, mãdato Dei opponit traditionẽ Seniorum.

5 Quare discip. tui non amb.] Matthæus eodem sensu, aliis tamen verbis, Quare discipuli tui trãsgrediuntur traditionem Seniorum? Sed illotis man.] Matthæus, Non enim abluunt manus suas quando panem manducant.

6 Bene vaticin. est de] q.d. Factis vestris declaratis, rectè, meritóque de vobis hypocritis vaticinatum Esaiam, qui foris speciem habetis sanctimoniæ, quum intus pleni sitis iniquitate: apud quem hunc in modum queritur Deus, Populus hic, &c. Vide Matthæum.

nas, præcepta hominum.
Nam 'omiſſo præcepto Dei, tenetis conſtitu- 8
B tionem hominum, ablutiones vrceorum & pocu
lorum: aliáque ſimilia his facitis multa.
Et dicebat illis, Bene reiicitis præceptum Dei, 9
vt conſtitutionem veſtram ſeruetis.
Exod.20.b.12 deut.5.b 16. epheſ.6.a.2. 'Moſes enim dixit, Honora patrem tuum & 10
Exod.21.c.17 leuit.20.b.9. prou.20.c.20 matrẽ tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri,
morte moriatur:
Vos autẽ dicitis, Si dixerit homo patri vel ma- 11
tri, 'Corban (quod eſt donum) quodcunque ex
me, in tuum cedet commodum.
'Et præterea non ſinitis eum quicquam facere 12
patri ſuo aut matri ſuæ.
'Et irritum facitis verbum Dei per conſtitutio- 13
nẽ veſtram quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmo-
di multa facitis.
Matt.15.b.10. 'Et quum aduocaſſet ad ſe totam turbam, dice 14
bat illis, Audite me omnes, & intelligite,
Nihil eſt extra hominẽ introiens in eum, quod 15
poſſit eum 'inquinare: ſed quæ de homine proce
dunt, illa ſunt quæ inquinant hominem.
'Siquis habet aures ad audiendum, audiat. 16
Har.2.27 Et quũ introiſſet in domum, ſemotus à turba, 17
'interrogabát eum diſcipuli eius de ſimilitudine.

pta hominom.
8 Relioquenies enim mã- datum Dei, tenetis traditio- nes hominum, baptiſmata vrceorum & calicum: & a- lia ſimilia his facitis multa.
9 Et dicebat illis, Bene irri- tum facitis præceptum Dei, vt traditionẽ veſtrã ſeruetis
10 Moyſes enim dixit, Hooo ra patrem tuum & matrem tuã &, Qui maledixerit pa- tri vel matri, morte moria- tur.
11 Vos autem dicitis, Si dixe rit homo patri aut matri, Corbao (quod eſt donum) quodcũque ex me, tibi pro- fuerit.
12 Et vltrà nõ dimittitis eũ quicquam facere patri ſuo aut matri.
13 Reſcindentes verbũ Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis.
14 Et aduocans iterum tur- bã, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite,
15 Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſ- ſit eũ coinquinare: ſed quæ de homine procedunt, illa ſũt quæ cõmunicãt hominẽ.
16 Siquis habet aures audiẽ di, audiat.
17 Et quum introiſſet in do- mum à turba, interrogabãt eum diſcipuli ei' parabolã.

A N N O T.

8 Omiſſo præcepto Dei] His verbis declarat quod dicit Matthæus, Quare & vos trãſgre dimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Tranſgredi enim mandatum Dei, vocat omiſſionem præcepti Dei. Propter traditionem veſtram, hoc eſt, vt teneatis traditionem hominum. Id amplius declarat ſequenti verſu, dicendo, Bene reiicitis verbum Dei, vt conſtitutionem veſtram ſeruetis. Repetitio enim eſt, in Scripturis frequentiſſima.

10 Moſes enim dixit,] Matthæus habet, Nam Deus præcepit. quod perinde eſt ac ſi dicas, Per Moſem Deus hanc legem prodidit. His verbis docemur, Dei verba eſſe & præcepta quæ Moſes præcepit & docuit.

11 Corban] Vide expoſitionem huius dictionis Matth.27.a.6.

12 Et præterea non ſinitis] q.d. Qui pecuniam miſit in gazophylacium, huic dicitis non eſſe iam opus vt quicquam impertiat egentibus parentibus, quòd præcepto Dei ſit factum ſatis: & interim ſuperſtitione deterretis parentes ne audeant à filiis exigere quod ſemel Deo dicatum videtur, ne ſacrilegio ſeſe reddant obnoxios.

13 Irritum facitis] Id eſt, veſtris cõſtitutionibus populũ onerantes efficitis, vt ſanctiſſima Dei præcepta negligat populus, tanquã antiquata & abrogata. Vox Græca ſignificat proprie detrahere authoritatẽ, & irritũ facere quod aliquãdo fuerit cõprobatũ, abrogare & antiquare.

14 Et quum aduocaſſet turbam] Vide hæc Matth.15.a.10.

15 Inquinare] Græce communicare. de quo verbo, eodem capite Matthæi, verſu 11.

16 Si quis habet aures] Vide ſuprà cap.4.a.9.

17 Interrogabant eum diſc.] Matthæus verſu 15, ſcribit Dominum fuiſſe interrogatum à Petro, his verbis, Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.

·Et ait illis,Sic & vos imprudentes eſtis?Non intelligitis quia omne extrinſecus introiens in hominem,non poteſt eum communicare?

18 Et ait illis, 'Adeò & vos intelligentia caretis?
nondum intelligitis quòd omne foris introiens C
in hominem,non poteſt eum inquinare?

Quia nõ intrat in cor ei', ſed in vẽtrem vadit, & in ſeceſſum exit,purgans omnes eſcas?

19 Quia non intrat in eius cor, ſed in ventrem, &
in ſeceſſum exit,repurgans omnes eſcas.

Dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt,illa communicant hominem.

20 Dicebat autem,'quod ab homine exit,illud in-
quinat hominem.

Ab intus enim,de corde hominum malæ cogitationes procedunt,adulteria,fornicationes,homicidia,

21 |'Ab interiorib' enim de corde hominũ malæ co Geneſ.6.a.5, 8.d.21.
gitationes procedũt,adulteria,ſtupra, homicidia.

Furta,auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus mal', blaſphemia,ſuperbia, ſtultitia.

22 Furta,auaritiæ,fraudes,dolus, impudicitia,ma
lus oculus,conuitia,ſuperbia,ſtultitia.

Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicãt hominem.

23 Omnia hæc mala ab internis procedũt, & in-
quinant hominem.

Et inde ſurgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingreſſus domum,neminẽ voluit ſcire, & nõ potuit latere

24 |'Et inde ſurgens abiit in confinia Tyri ac Si- Ha.2.28.
donis: & ingreſſus domum, neminem voluit ſci- Matth.15.c.21
re,nec potuit latere.

Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo,cuius filia habebat ſpiritum immundũ, intrauit, & procidit ad pedes eius:

25 Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo,cuius fi-
liola habebat ſpiritum immundum,venit, & acci
dit ad pedes eius:

(Erat enim mulier Gentilis,Syrophœniſſa genere) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.

26 (Erat enim mulier Græca, Syrophœniſſa gene
re) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de fi-
lia ſua.

Qui dixit illi,Sine pri' ſaturari filios.nõ eſt enim bonum ſumere panem filiorũ, & mittere canibus.

27 Ieſus autem dixit illi, Sine prius ſaturari filios.
non eſt enim honeſtum ſumere panem filiorum,
& proiicere catellis.

At illa reſpondit, & dixit illi, Vtique Domine: nam & catelli comedunt ſub mẽſa de miciis puerorum.

28 At illa reſpondit, & dicit illi, Etiam Domine: D
nam catelli quoque comedũt ſub menſa de micis
filiorum.

Et ait illi, Propter hũc ſermonẽ vade: exiit dæmoniũ à filia tua.

29 Et ait illi, Propter iſtum ſermonem vade: exiit
dæmonium à filia tua.

Et quum abiiſſet domum ſuam, inuenit puellam iacẽtem ſupra lectum, & dæmonium exiiſſe.

30 Et quum abiſſet in domũ ſuam,reperit dæmo-
nium exiſſe,& filiam iacentem ſuper lectum.

Et iterum exiẽs de finib' Tyri, venit per Sidonẽ, ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

31 'Et rurſum egreſſus de finib' Tyri ac Sidonis,ve Ha.2.29
nit ad mare Galilææ per medios fines Decapolis.

ANNOT.

18 Adeò & vos intell.car.] Matthæus, Adhuc & vos,&c.q.d.poſt toties & tandiu iam auditam veritatis doctrinam,& vos non intelligitis,vt ii qui illam non ita audierunt,tantúmque occaſionis cognoſcendæ veritatis non acceperunt?

20 Quod ab homine exit,] Matthæus magis explicat,dicendo,verſu 18,At ea quæ proficiſcuntur ex ore,ex ipſo corde egrediuntur,& ea coinquinant hominem.

21 Ab interioribus] Interiora hominis ipſe exponit eſſe cor,vt & ſequenti verſu 23.

24 Et inde ſurgens] Et hæc exponũtur eodẽ capite Matthæi 12.c.21,vſque ad 31 verſum.

31 Et rurſum egreſſus,&c.] Vide Matthæum cap.15.c.29.

Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiét in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

3 Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, de-
ficient in via: quidam enim ex eis è longinquo ve
nerunt.

Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine?

4 Et responderũt ei discipuli sui, Vnde istos quis
poterit hîc satiare panibus in solitudine?

Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem.

5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Illi ve
rò dixerunt, Septem.

Et præcepit turbæ discumbere super terram: & accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ.

6 Et præcepit turbæ discumbere super terram: &
acceptis septem panibus, quum gratias egisset, fre
git, dedítque discipulis suis vt apponerent: & ap-
posuerunt turbæ.

Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi.

7 Et habebant pisciculos paucos: & quum bene-
dixisset, iussit apponi & hos.

Et mãducauerunt, & saturati sunt: & sustulerũt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

8 Comederunt autẽ, & saturati sunt: ac sustulerũt
quæ superfuerant fragmentorũ, septem sportas.

Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.

9 Erant autem qui comederãt, fermè quater mil-
le: & dimisit illos.

Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

10 |Et mox ingressus in nauim cum discipulis suis, Matt.15.d.39.
venit in partes Dalmanutha. B

Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signũ de cælo, tentantes eum.

11 |'Et egressi sunt Pharisæi, cœperúntque dispu- Math.16.a.1.
tare cum illo, quærentes ab eo signum è cælo, té-
tantes eum.

Et ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio ista signum quærit? amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

12 Et quum 'ingemuisset spiritu suo, dicit, Cur ge
neratio hæc signum quærit? amen dico vobis, 'si
dabitur generationi huic signum.

Et dimittens eos, ascendit iterũm nauim, & abiit trans fretum.

13 |Et relictis illis, ingressus rursus nauim, abiit tra Matth.16.a.4
iecto *lacu*.

Et obliti sunt panes sumere: & nõ nisi vnũ panem habebant secum in naui.

14 |Et obliti fuerant sumere panes: nec præter v- Har.2.31.
num panem habebant secum in naui. Matth.16.a.5

Et præcipiebat eis, dicẽs, Videte & cauete à fermẽto Pharisæorũ, & fermento Herodis.

15 Ac præcepit illis, dicens, |'Videte, cauete à fer-
mento Pharisæorum, '& à fermento Herodis.

ANNOT.

10 In partes Dalmanutha.] Vide Matth.cap.15.d.39.

11 Et egressi sunt Pharisæi,] Hæc explicantur Matth.cap.16.a.1.

12 Ingemuisset spiritu suo,] Adeò scilicet dolebat ei deplorata illorum cæcitas. Qui vtique dolor, conuitium etiam illud apud Matthæum, Hypocritæ, ei extorsit. longe enim semper abfuit ab omni petulantia, quæ & à suis absit oportet. Qua & offensus, mox reliquit istos, traiecto rursus lacu. Sic Iohan.11.d.33, Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerãt cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Sic paulo pòst, versu 38, Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Si dabitur] Modus iurãdi est Hebræis: subaudiendum verò est, Hoc vel illud mihi accidat. Sic Psal. 95.b.11. Iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam. Sic 1.Samu.17.g.56, Viuit anima tua, rex, si noui. Matthæus habet, Generatio praua & adultera, signum requirit, & signum non dabitur ei.

15 Et à fermento Herodis.] De hoc in Matthæo, 16.a.6. Videte, cauete] Duo verba sunt

bb.ii.

Græcis idem significantia citra interuentum coniunctionis: quasi dicas, Videte cernite, siue Cauete fugite: quo diligentiorem cautionem exprimeret.

Et disputabant inter sese, dicentes, Panes nõ ha 16
bemus.

Et eo cognito Iesus dicit illis, Quid disputatis 17
quòd panes non habetis? nondum animaduerti-
tis, nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor
vestrum?

Iohan.6.a.21 Oculos habentes non cernitis, & aures haben 18
tes non auditis? & non meministis?

Quùm quinque panes fregissem in hominum 19
quinque millia, quot cophinos fragmẽtis plenos
sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

C Quũ autem septem in quatuor millia, quot spor 20
tas ex reliquiis fragmẽtorum tulistis? Illi verò di-
xerunt, Septem.

Et dixit illis, Quî fit vt non intelligatis? 21

Et venit Bethsaidam: & adducunt illi cæcum, 22
& obsecrant eum vt illum tangeret.

Et apprehensa manu cæci, eduxit illum extrá 23
vicum: & quũ expuisset in oculos illius, imposuis-
sétque illi man⁹, interrogauit eum siquid videret.

Et recepto visu dicebat, Video homines quo- 24
niam velut arbores, cerno ambulantes.

16 Et cogitabant ad alterutrum, dicetes, Quia panes non habemus.

17 Quo cognito ait illis Iesus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nondũ cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum?

18 Oculos habentes non videtis? & aures habẽtes non auditis? nec recordamini?

19 Quando quinque panes fregi in quinque millia, & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

20 Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei, Septem.

21 Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?

22 Et veniũt Bethsaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

23 Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius, impositis manibus suis, interrogauit eum siquid videret.

24 Et aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes.

ANNOT.

16 Disputabant] Idem verbum Græcum, pro quo interpres vertit in Matthæo, Reputabant & Cogitatis. Matthæus addit, Intra vosipsos.

21 Quî fit vt nõ intelligatis?] Matthæus hãc sententiã sic absoluit, Quî fit vt non intelligatis me non de pane dixisse vobis illud, vt caueretis à fermento Pharisæorum & Sadducæorũ? Tũc intellexerũt quòd nõ iussisset à fermẽto panis, sed à doctrina Pharisæorũ & Sadducæorũ.

22 Et venit Bethsaidam,] Ciuitas Galilææ ex qua Petrus & Andreas, & Philippus Apostoli, Iohan.1.f.44.

23 Eduxit eum extra vicum, & quũ expuisset in oculos ill.] Circa hæc Domini facta quæ obseruanda, sint vide suprà cap.7.d.33. Interrog. eum siquid vid.] Ad primum contactũ cæcus hic non plenè videt. Voluit enim Dominus quodammodo sentire illum suam virtutẽ, ita sensim eam impertiẽs: indubiè vt certius & plenius ex accepto beneficio eum seruatorem agnosceret: eiúsque virtutem quam ita senserat, tanto plus secum admiraretur. Quanquam Christus non vnum sanandi modum seruarit: hoc ipso docens vt simpliciter ipsius bonitati nos committamus, nullum auxilii & gratiæ eius modum præscribentes. Qui sæpe ideo non statim dat omnia, vt tum magis nostrum accendat desyderium: sicut indubie accensus animus cæci huius fuit vbi se aliquid adiutum sensit. Interrogat autem, qui omnia nouit, non sua, sed cæci & aliorum causa.

24 Quoniam velut arbores] Vt apud Hebræos כ, pro quo Euangelistæ Græcum ὡς ponunt, significat sæpius CERTE, sic etiam ὡς in Nouo testamẽto sæpissime pro CERTE accipiendũ est, vt suis locis annotauimus: alioqui sensus esset obscurior. Sic profectò & hic accipiendum, Video homines certe velut arbores, cerno ambulãtes. q.d. Videor mihi videre ligna quædã. Nam qui eminus aliquid aspiciũt, primùm nõ distinctè internoscũt quid sit, tãetsi in-

telligunt ſubſtantiã eſſe: deinde quum accedunt propius, magis diſtinctè norunt. Forte prius viderat: nam alioqui arbores noſſe non poterat: vel ſi antea nihil vnquam viderat, prius deſcribitur quod poſtea vidit.

Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre: & reſtitut⁹ eſt ita vt clarè videret omnia.

25 Deinde rurſum impoſuit manus ſuper oculos illius, & fecit vt viſum reciperet: & reſtitutus eſt, ac denuò videbat dilucidè omnes.

Et miſit illum in domum ſuam, dicens, Vade in domũ tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

26 Et dimiſit illum in domum ſuam, dicens, Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico.

Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicunt eſſe homines?

27 Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli illius in vicos Har. 2. 32.
Cæſareæ, *quæ cognominatur* Philippi: & in via in- Matth. 16.
terrogauit diſcipulos ſuos, dicens illis, Quem me b. 13. luc. 9. c. 19.
dicunt homines eſſe?

Qui reſponderunt illi, dicentes, Iohannem Baptiſtã, alii Eliam, alii verò quaſi vnum de Prophetis.

28 Illi verò reſponderunt, Ioannem Baptiſtam, & alii Eliã, alii rurſus vnum de numero Prophetarũ.

Tunc dicit illis, Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondẽs Petrus ait ei, Tu es Chriſtus.

29 Et ipſe dicit illis, At vos quẽ me dicitis eſſe? Reſpõdens autem Petrus dicit illi, Tu es ille Chriſtus.

Et comminatus eſt eis necui dicerent de illo.

30 Et interminatus eſt eis necui dicerent de ſe.

Et cœpit docere eos quoniã oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à Senioribus, & à ſummis Sacerdotib⁹ & Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere.

31 Et cœpit docere eos, quòd oporteret Filiũ hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, ſummíſque Sacerdotibus ac Scribis, & occidi: & poſt D
tres dies reſurgere.

ANNOT.

26 Neq. in vicum] Quòd in vicũ Bethſaida ingredi illum non vult, nec illic acceptum beneficium annuntiare, haud dubiè factum apparet ob peculiarem incredulitatem hominum huius loci, quam Matth. 11. c. 21, exprobraſſe eis Dominum legimus.

27 Et egreſſus eſt Ieſus, &c.] Vide hæc Matth. 16. b. 13. Et in via interrog.] Quum Lucas cap. 9. c. 18, ſcribit, Et factũ eſt, quũ ſolus eſſet orans, erãt cũ illo & diſcipuli eius, interrogauitque illos, dicens, Quẽ me dicunt eſſe turbæ? Matthæus verò, Quũ veniſſet in partes Cæſareæ Philippi: nemo hic eſſe diſcrepantiam putet. nam iſtud Marci, In itinere: exponendum eſt ex Luca, qui dicit factum eſſe quũ alicubi videlicet in itinere ſolus oraret, nemóque adeſſet præter diſcipulos. Et quod Matthæus dicit, Quum veniſſet in partes Cæſareæ: declarandum eſt ex verbis Marci, qui dicit in itinere factum eſſe quũ iret in partes Cæſareæ Philippi. Hoc pacto nulla erit diſſonantia. Cætera exponuntur in Matthæo.

30 Necui dicerent de ſe.] Matthæus iſtud explicat, his verbis, Necui dicerent quòd ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

31 Quòd oporteret Filiũ hominis multa pati,] Matthæus apertius, Quòd ipſum oporteret abire Ieroſolymam, ac multa pati à Senioribus. In cuius verbis obſeruandum, pronomine IPSVM exponi, quod noſter dicit Filiũ hominis. Et poſt tres dies reſurg.] Matthæus habet, Tertio die, quod idem ſignificant quæ hîc dicuntur à noſtro: tametſi nodus aliquis ineſſe videatur, qui bifariam explicari poteſt. Primùm, ſi tertium diem numeremus nõ à morte Seruatoris, ſed à tota paſſione quæ cœpit pridie paraſceues, quũ iam iniretur conſilium de cõprehendẽdo Ieſu, quum vẽderetur, quum tæderet, ac mœreret. Siquidem & paſſionis ſummã videtur & noſter Marcus ſuis verbis complecti, dicendo, Et cœpit docere eos quòd oporteret &c. ſic enim recẽſet vt Poſt tres dies, ad totum ſermonem qui præceſſit, referri poſſit, non tãtum ad id quod erat poſtremum, Occidi. Quemadmodum ſequenti capite recenſet, verſu 31, Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertio die reſurget

bb. iii.

Hic quoniam triduum numerat ab occisione, Tertio die dixit, non, Post triduum. Alter modus est, si per synecdochen accipiamus, factum post tres dies, quod factum sit post tertium diẽ exortum. Quemadmodum & vulgò loquimur, Ab eo die cœpit odisse me: quum eodem die cœperit odisse. Et post eum diem desiit amare: quum eodem die desierit.

Et apertè sermonem loquebatur. Et apprehen- 32
dit illum Petrus, cœpitque increpare eum.

Et palàm verbum loquebatur. Et apprehẽdens eum Petrus, cœpit increpare eũ.

At ille conuersus, & intuitus discipulos suos, in- 33
crepauit Petrum, dicens, Abi post me satana: quo
niam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt ho-
minum.

Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens, Vade retro me satana: quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

Ha.2.33. Et quum ad se vocasset turbam vnà cum di- 34
Matt.10.d.38 & 16.d.24. luc.9.e.23. & 14.f.27. scipulis suis, dixit illis, Quicunque vult sequi me,
abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac se-
quatur me.

Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis, Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me.

Matt.10.d.39 & 16.d.25. luc.9.e.24, & 17.g.33. iohã.12.d.25. Nam quisquis voluerit animam suam seruare, 35
perdet eam: quisquis autem perdiderit animam
suam causa mea & Euangelii, hic seruabit eam.

Qui enim voluerit animã suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animã suã propter me & Euangeliũ, saluam faciet eã.

Quid enim profuerit homini, si lucratus fuerit 36
mundum totum, & animæ suæ iacturam fecerit?

Quid enim proderit homini, si lucretur mundũ totum, & detrimẽtum animæ suæ faciat?

Aut quid daturus est homo, quo repenset ani- 37
mam suam?

Aut quid dabit homo cõmutationis pro anima sua?

Matt.10.d.33. luc.9.c.26, & 12.b.8. Quencunque enim puduerit mei ac meo- 38
rum sermonum in generatione hac adultera &
peccatrice, pudebit illius & Filium hominis, vbi
venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.

Qui enim me confusus fuerit & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & Filius hominis confundetur eum cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.

CAP. IX.

Har.2.33 Matt.16.d.28 luc.9.d.27. ET dicebat illis, Amẽ dico vobis, sunt quidam 1
inter eos qui hîc stant, qui non gustabũt mor
tem, donec viderint regnũ Dei venisse cũ virtute.

CAP. IX.

ET dicebat illis, Amẽ dico vobis, quia sunt quidam de hic stantibus qui nõ gustabunt mortẽ donec videant regnum Dei veniens in virtute.

Ha.2.34. Matt.17.a.1. luc 9.d.28. Ac post dies sex assumit Iesus Petrum & Iaco 2
bum & Iohannem, & subducit eos in mõtem ex-

Et post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobũ & Iohannẽ, & ducit illos in mõ-

ANNOT.

32 Apertè] Græce, Liberè & audacter. Neque enim hoc dicebat nisi suis, sed apertè, & sine inuoluero, quemadmodum solet: tametsi sermo hic esset durissimus. Sermonem loquebatur] Hebraismus, pro, loquebatur eis. Et apprehẽdit illũ Pet.] Vide Matthæũ, 16.d.22.

34 Quicunque vult sequi me,] Hæc apertè declarantur in Matthæo, 16.d.24

38 Quencũq.en.pud.] Explicantur hæc Matth.10.d.33. Corrupta quædã exemplaria excusa veteris interpretis legunt Confessus & Confitebitur: quũ vetustissima scripta legant Cõfusus fuerit, & Cõfundetur. Apud Bedam in cõtextu quidẽ legitur Confessus & Cõfitebitur: sed ipsa narratio quæ verecundiæ meminit, declarat illum legisse confusus & confundetur. In eundem sensum legit Augustinus, refellens Adimantum Manichæum. Quin & Irenæus lib.3, cap.20, ad eundem modum abutitur confusus & confundi. Cæterum an satis Latine dicamus, Confundor te. pro. Pudet me tui: viderint literatores.

IN CAPVT IX.

1 Sunt quidam inter eos qui, &c.] Vide Matth.16.d.28.

2 Ac post dies sex,] Vide Matth.17.a.1. Subducit eos in montẽ] Lucas scribit ascen-

disse in montem vt oraret: & inter orandum speciem vultus eius fuisse aliam: quod annotatimus eodem capite Matthæi, versu 2.

tẽ excelsum seorsum solos, & trãsfiguratꝰ est corã ipsis.

celsũ'seorsim solos: & transformatus fuit corã illis.

Et vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terrã cãdida facere.

3 Et vestimenta illius facta sunt splẽdida, candi-
da valde veluti nix, quàm candida facere non po
test fullo super terram.

Et apparuit illis Elias cũ Moyse, & erant loquentes cum Iesu.

4 Et cõspectus est illis Elias cum Mose,'colloque-
bantúrque cum Iesu.

Et respondens Petrus ait Iesu, Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.

5 Et respondens Petrus dicit Iesu, Rabbi, bonum
est nos hîc esse: '& faciamus tabernacula tria, tibi
vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.

Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.

6 Non enim nouerat quid loqueretur: erãt enim
expauefacti.

Et facta est nubes obumbrãs eos: & venit vox de nube, dicens, Hic est Filiꝰ meꝰ charissimus: audite illum.

7 Et facta est 'nubes, 'quæ obumbrauit illos: &
venit vox è nube, dicens, Hic est Filius meus di- B
lectus: ipsum audite.

Et statim circumspiciẽtes, neminem amplius viderũt, nisi Iesum tantum secum.

8 'Et repente quum circunspexissent, nõ amplius
viderunt quenquam, sed solum Iesum *esse* secum.

Et descendentibus illis de mõte, præcepit illis necuiquam quæ vidissent, narrarent, nisi quum Filius hominis à mortuis resurrexerit.

9 ‖Porrò quum descenderent de monte, præcepit Matth.17.b.9
illis 'necui dicerent ea quæ viderant, nisi quum Fi
lius hominis à mortuis resurrexisset.

Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, Quum à mortuis resurrexerit.

10 Ac verbum hoc tenuerunt apud sese, inter se
disputãtes quid esset hoc quod dixerat, E mortuis
resurgere.

Et interrogabant eum, dicentes, Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ quia Eliã oportet venire primum?

11 'Et interrogabant illum, dicẽtes, Quid est quod
Scribæ dicunt, ‖Eliam oportere venire prius? Malach.4.b.5

Qui respondens ait illis, Elias quum venerit primò, restituet omnia: & quomodo scriptũ est in Filium hominis vt multa patiatur & contemnatur.

12 Ille verò respõdẽs dixit illis, Elias quidẽ vbi ve-
nerit prius, restituit õnia: & ‖quẽadmodũ scriptũ Esa.53.a.4.
est de Filio hominis vt multa patiatur & 'contem-
natur.

ANNOT.

Seorsim solos:] Sic etiam legunt vetustissima exemplaria veteris interpretis scripta. Voluit autem hoc modo Euangelista significare secessum vehementer secretum.

4 Colloquebantur cum Iesu] De qua re colloquuti sint, explicat Lucas, cap.9.d.31, Qui visi in maiestate, dicebant excessum eius quem completurus erat Ierosolymis. Præter hæc addit, Petrus autem, & qui cum illo erant, grauati erant somno: experrecti autem viderũt gloriã eius, & duos viros qui stabant cum illo. Quæ omnia exponuntur Matth.17.a.3.4.

5 Et faciamus] Et, pro Itaque positum, more Hebræorum.

7 Nubes] Lucas addit, Lucida. Quæ obumb.il.] Lucas addit, Timuerunt autem quum illi ingrederentur in nubem.

8 Et repente quum circunsp.] Matthæus, Et quum hæc audissent discipuli, prociderũt in faciem suam, & territi sunt vehementer. Et accedens Iesus tetigit illos, dixitque, Surgite, & ne timeatis. Vbi verò sustulissent oculos suos, neminem videbant nisi Iesum solum. Lucas dicit, Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus.

9 Necui dicerent ea quæ] Vide Matth.17.b.9.

11 Et interrogabant illum dic.] Hæc eodem capite Matthæi declarantur, versu 10.

12 Contemnatur.] Subaudi, sic fiet.

C Verùm dico vobis, Eliam veniſſe, (& fecerunt 13
Malac.4.b.5. illi quæcunque voluerũt,) ſicut ſcriptũ erat de illo.
Har.2.35 Et quum veniſſet ad diſcipulos *ſuos*, vidit tur- 14
Matt.17.c.14 luc.9.c.38. bam multam circum illos, & Scribas diſputantes
cum eis.
Et protinus vniuerſa turba quum vidiſſet eum 15
obſtupuit: & accurrentes ſalutauerunt eum.
Et interrogauit Scribas, Quid diſputatis inter 16
vos?
Et reſpõdens vnus è turba, dixit, Præceptor, ad- 17
duxi filium meum ad te, habentem ſpiritũ mutũ:
Et quandocũque eum corripuerit, lacerat eum, 18
atque ille ſpumat, ac ſtridit dẽtibus ſuis, & areſcit.
Et dixi diſcipulis tuis vt eiicerent: & nõ potuerũt.
At ille reſpondens ei dicit, O natio incredula, 19
quouſque apud vos ero? quouſque patiar vos?
Adducite illum ad me.

Sed dico vobis quia & Elias venit, (& fecerunt illi quæcunque voluerunt) ſicut ſcriptum eſt de eo.
Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas cõquirentes cum illis.
Et confeſtim omnis populus vidẽs Ieſum ſtupefactus eſt, & expauerunt: & accurrentes ſalutabant eum.
Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis?
Et reſpõdens vnus de turba, dixit, Magiſter, attuli filium meum ad te, habẽtem ſpiritum mutum:
Qui vbicũque eũ apprehẽderit, allidit illũ, & ſpumat, & ſtridet dentib⁹, & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eiicerent illum & nõ potuerũt.
Qui reſpõdens eis dixit, O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Afferte illum ad me.

ANNOT.

14 Et quum veniſſet ad diſcip.] Lucas cap. 9.e.37, memorat hæc poſtridie quàm transformatus in mõte apparuiſſet, accidiſſe. Factũ eſt, inquit, in ſequẽti die, deſcẽdẽtibus illis de mõte occurrit illi turba multa. Quæ turba, vt hic noſter ſcribit, diſcipulos circunfuderat, & aderant Scribæ qui cum diſcipulis diſputabant. Diſputantes eum eis.] Aſtutũ Satanæ ingenium hic notandum eſt in eo quòd abſente Chriſto, Scribæ, doctum hominũ genus, qui cum Domino congredi non audebant, cum rudibus & illiteratis Chriſti diſcipulis diſputationem præſente turba, & ipſa rudi & indocta inſtituũt. Habet hoc ſatan perpetuò, vt infirma potiſſimùm tentet & adoriatur. Ad hoc impellit & ſatellites ſuos. Putabant ſe hac ratione poſſe gloriam Chriſti, doctrinæque illius obſcurare, ſi reſpondere nequirent diſcipuli in promptu ad omnia: vel aliquam infirmitatem ipſorum coram populo conſpicuam facere. Ita ſolent & hodie aduerſarii veritatis. Quid autem diſputauerint, ex hoc noſtro apparet, quòd diſputationis illorũ aliqua ſaltem portio fuerit de virtute pellendi dæmones, adeóque de virtute Chriſti quã ipſe diſcipulis dederat ſuo nomine exercendam. Nam noſter ſic habet verſu 17 ſequẽti, Et reſpondens vnus è turba, dixit, Præceptor, filiũ meũ adduxi ad te, &c. vnde videre eſt diſputationẽ ei fuiſſe de eo, quòd diſcipuli nequiuerant eiicere dæmonium inuocato Chriſti nomine, quod iã antea aliquoties fecerant. Quid putamus hic dixiſſe Scribas? Certe nemini dubium eſſe debet quin omnia argumenta illorum contra Chriſti gloriam directa fuerint, vtpote quòd non diuina, ſed diabolica virtute, ſpiritus immũdos eiiceret & infirmos curaret: proinde iam fieri vt nequirent curare lunaticum iſtum. Acſi dicerent, Iactatis vos poteſtate edendi miracula præditos: nunc demonſtrate. Quum igitur nihil poſſitis, ſatis conſtat neque vos, neque magiſtrum veſtrum quicquam poſſe.

15 Obſtupuit, &c.] Hoc verſu magna Chriſti apud turbam vniuerſam authoritas notatur, quam ſanctam habere, quicunque angelus Domini fuerit, id eſt, verbi eius prædicator, eóque vita & doctrina eam parare ſibi, atque conſeruare debet ſummo ſtudio: non vt ipſe, ſed ſanctum Domini verbum in pretio habeatur.

16 Et interrogauit Scribas, Quid] Dominus hic ſuos nonnihil confundi paſſus eſt eo, quòd non potuerunt dæmonium eiicere. In tempore tamen ipſis adfuit, ne per Scribas in ſpeciem victi, ignominia iam non ipſi ſolùm, ſed & Euangelium quod prædicabant, afficeretur. Veruntamen omnis ignominiæ quam paſſi erant, ipſorum incredulitas cauſa extiterat. Domino igitur fortiter fidamus tantùm, & nulla nos ratione confuſioni patere ſinet: ne ſcilicet gloria Patris inde obſcuretur: quò tendebant omnia quæ hic diſcipulis accidiſſe legimus.

19 Adducite illum ad me.] Lucas, Adduc huc filium tuum.

Et attulerũt eũ. Et quum vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum: & eliſus in terrá, volutabatur ſpumás

20 Et adduxerunt illum ad eum. At viſo illo, con-
tinuò ſpiritus diſcerpebat eũ: & prolapſus in ter-
ram, voluebatur ſpumans.

Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia.

21 Et interrogauit patrẽ illius, Quãtum tempo-
ris eſt quòd hoc accidit ei? At ille dixit, A puero.

Et frequenter eum in ignẽ & in aquas miſit, vt eũ perderet. Sed ſiquid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.

22 Et frequenter illum & in ignem abiecit, & in a- D
quas, quò perderet eum. Age, ſiquid potes, ſub-
ueni nobis, miſertus noſtri.

ANNOT.

20 Viſo illo, cõtinuo ſpiritus diſcerp.] Lucas, Quũ autem accederet, laniauit illũ dæmoniũ, & diſſipauit. Hinc videmus vt ſæpe præſentia Domini, quũ adeſt ſepius manifeſtãdæ gratiæ, diabolus inſaniat multo magis. tametſi enim videat ſe nõ eſſe parem Deo, hoc tamen agit vt illi, quantum poteſt reſiſtat. Vnuſquiſque facile experitur quantum ſit difficultatis in vincendis tentationibus, quum ſentit gratiam Dei: quas certe tentationes impij non ſentiunt. Aliquando tamen ita regnat vt non appareat regnum ipſius. Secum expẽdat quiſque quantum temporis fuerit ſub ſatana quum in ſuperſtitionibus viueret. Quò propius accedit Christus, eò magis diabolus rabiem ſuam accẽdit. cuius rei ſpecimẽ in hac hiſtoria habemus. Quis tũc nõ dixiſſet, Quid profuit huc puerum tuũ attuliſſe? Hic ſolet eſſe diaboli ſtimulus. Sed ex cœptis nõ eſt iudicandum: exitus expectandus. nam initio diſcerptus fuit puer, poſtea liberatus. Quum Chriſtus iuſſit impleri hydrias aqua, Iohan. 2.a.7, quis nõ dixiſſet eſſe ridiculũ? quaſi verò aqua melior in iis foret. nondum autem cognoſcebatur conſilium Domini, vt neque illic, ſic nec etiam hîc. Vt igitur fidẽ parentis impediret, & Chriſto inuidiã apud populũ moueret, qui ne diſcerperetur puer, prohibere nõ poſſet, tanto magis ſæuiebat malignus ſpiritus. Ad eundẽ modum ſatan inſtigabat Pharaonem vt ante exitũ & liberationem Iſraelis, magis ac magis opprimeret populum, & ad deſperationem adduceret, & Moſi, Aaroníque Dei miniſtris ingẽtẽ inuidiam excitaret. Idem hodie videmus, vt vbi prædicatur Euãgelium, ita vt obtinẽte veritate verbi Dei, metuendum ſit ſatanæ ne è regno ſuo pellatur, ibi magis incipiat ſæuire in illis quos obſidet: illos enim adigit ad perſequẽdũ ac diſcerpendũ innoxios: iſtos maiore vi concupiſcentiarum vt peccatis inſeruiant obnixius, quàm antea: vnde fit vt audiamus quotidie, omnia eſſe peiora quàm fuerint hactenus, Eccleſiam Chriſti peius habere quàm antea. Belli homines ignorant tum virtutem Dei, tum aſtum ſatanæ, qui hoc aget vt Euãgelium Chriſti maiore grauet infamia, & miſeros in errore diutius detineat. Verum hoc ſeſe fortius gloria Euangelij Chriſti exeret, vt & in præſenti Chriſti exemplo factum videmus. Quanto magis cupiebat obeſſe gloriæ nominis Chriſti, tãto amplius illi profuit. nam id quod latebat populum in puero, ita patefiebat, nempe quàm magnum fuerat pueri obſeſſi malum, vt eo præclarior redderetur virtus Chriſti. Huc etiam faciebat quòd parẽtem pueri rogabat Chriſtus, Quantum temporis eſſet quòd hoc illis accidiſſet. & pater reſpondit, A puero.

21 A puero.] Si ab infantia cœpit hic morbus, certum eſt non fuiſſe pœnam quæ ob peccatum ab ipſo admiſſum infligeretur. Memoria nihilominus repetendum quod in Matthæo dictum eſt, nunquam nos eſſe innoxios corã Domino, ſed iure in nos animaduertere, etiamſi ſeueritatis extrema exempla in nobis demonſtret. nemo enim poteſt ſe innocentem iactare. Scimus quid dicat, Iohã. 9.a.3, neque cæcum, neque parentes peccaſſe vt cæcus naſceretur. negat quidem cæcitatem eſſe peccati pœnam. Interea tamen non fuiſſe inſontem certum eſt. neque potuiſſet Deo crimen intentare, tanquã afflictus eſſet cæcitate ſine cauſa. Vtique creaturis ſuis in gloriam ſuam vtitur Deus. Huc adde finem præcedentis annotationis, quare interrogarit de tempore.

22 Siquid potes,] Infirma fides parentis notanda: longe aberat ab eo quod dicebat leproſus Matth. 8.a.2, Si vis, potes me mundare. Dubium hoc cauſabatur huic viro, tum quòd puer à teneris hoc malo laborauerat, tum quòd diſcipuli hîc nihil poterant: tum verò quod etiam præſente Chriſto ſpiritus puerum vehementius diſcerpebat. De potentia Dei dubitat: quum primum fidei fundamentum ſit, agnoſcere Dei potentiam, vt Paulus oſtendit de Abraham, Rom. 4.d.20, Ad promiſſionem Dei non hæſitabat ob incredulitatẽ: ſed robuſtus factus eſt fide, tribuens gloriam Deo: certa perſuaſione concepta, quòd is qui promiſerat, idem potens

esset & præstare. Quum hic nihil agnoscat in Christo præter humanam facultatem, facit illi iniuriam. propterea respondet quod sequenti versu dicitur,

Iesus autem dixit ei, Illud si potes credere, om- 23
nia possibilia credenti.

Iesus autem ait illi, Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti.

Et cõfestim exclamans pater pueri, cum lachry 24
mis dixit, Credo Domine: succurre incredulita-
ti meæ.

Et cõtinuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.

Quũ vidisset autem Iesus quòd turba simul ac- 25

Et quũ vidisset Iesus cõcur

ANNOT.

23 Illud si potes credere,] Testatur de sua potentia: simúlque ostẽdit vbi sit impedimentum. paratum se ostendit ad succurrendum, non deesse sibi potentiam & voluntatem: verum incredulitatem eius obstare dicit quominus succurrat. propterea dicit, Si potes credere. q.d. Ne dubites me posse: inquiro de fide tua: si non habes quod petis, vitium abs te est, non à me. Sæpe conquerimur de Deo, quòd non adsit nobis, nec sentiamus eius virtutem: huiusmodi queremoniæ, sunt impiæ: quum nos ipsi in causa simus. Omnia possibilia credenti.] Idem significat quod Matthæus, dicens, Si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Demigra hinc illuc: & demigrabit, neque quicquam impossibile erit vobis. Omnia possibilia Deo dicuntur, siue apud Deum, quòd omnia præstare, efficere, daréque possit. Possibilia verò hominibus, quum alicuius rei sunt capaces: vt cæra potest sigillũ impressũ recipere, quod saxo & aquæ est impossibile. Possibilia igitur omnia credenti: id est, nihil est quod credens, à Deo non possit impetrare. Intelligit Dominus Patrem nunquam defuturum nobis, si capaces fuerimus gratiæ eius. Sumus veluti vasa vacua, infidelitate obstruimus os, ita vt nihil possit infundi, etiamsi totũ mare transeat super os. Sola fides os aperit vt possimus recipere gratiam Dei. Præstare igitur potest omnia Deus, verum ea impetrare non possumus, nec recipere, si fides desit. Propterea ait Iacobus cap. 1. a. 6, Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Sic dicebat ipse Christus duobus cæcis, Matth. 9. d. 28, Creditis me hoc posse facere? Et versu sequenti, Secundum fidem vestram fiat vobis. Et cap. 8. b. 13, Quemadmodum credis, ita fiat tibi. Rursum cap. 9. c. 22, Fides tua saluam te fecit. Nequis autem simpliciter credenti omnia putet esse possibilia. Nihil promittit Christus quod non sit daturus: sed interea fides non expetit quidlibet. Nihil magis fidei contrarium, quàm cupiditates carnis. fides semper respicit ad verbum Dei, cui se subiicit & obedit, nec vagatur extra suos fines: non petit quæ per verbum nouit esse contra Dei gloriam & volũtatem. Non est separanda fides à verbo & obedientia Dei, vti neque sol à calore suo & splẽdore. Hoc nos soletur, fide nos omnia impetraturos, si demus locum gratiæ eius. Quòd si adhuc infirmi simus, sua bonitate nostram infirmitatem superabit.

24 Exclamans pater pueri,] Videmus hic animi angustiam, pugnam inter fidem & diffidentiam sustinentis ac sentientis. Angustiam animi indicant clamor & lachrymæ. Pugnã inter fidem & diffidentiam exprimunt verba illa, Credo Domine, adiuua incredulitatem meã. Nonnullam sibi esse fidem declarat, alioqui filium non adduxisset: simul autem infirmã fuisse indicat, vt fieri solet in tentationibus. Vocat autem incredulitatem, fidei suæ infirmitatem quam petit corroborari. Nequis verò hæc pugnantia miretur: nihil enim dicit quod quisque apud se non experiatur. Habemus enim tantùm fidei primitias: sumus fideles ex parte, & increduli ex parte. Hoc autem honoris tribuit nobis Dominus, vt quamuis parum fidei in nobis sit, tamen fideles nos appellet. Vocat Apostolos exiguæ fidei: tamen nusquam vocat incredulos, & tamen increduli erant. Verùm guttam fidei tantùm æstimat, vt incredulitatem obliteret. Vbi ita pugnamus, ad Christum confugiendum, Dei virtus inuocanda. ita non tantũ credemus, sed vincemus incredulitatẽ. Vnicuique distribuitur fidei mensura, prout ei visum est. pauci qui perfectam fidem habeant: plures qui mediocrem: sed maiore in numero qui exiguá. Obseruandum autem vt incredulitatem suam fateatur quantum ad eiectionem spiritus immundi: & tamen interea virtutem curandorum animorum det Christo, dum opem ipsius implorat qua ab incredulitate liberetur. Postremo loco notandum & hoc, quòd hoc fidei exercitium non in rebus prosperis, sed aduersis, afflictis & anxiis factum est. ad istam philosophiam nunquam venisset homo iste, nisi animi paterni anxietatem sensisset propter misere afflictum filium, huius gratia in istam pugnam peruenit. Idem & nobis expectandum.

centem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.

currerer, increpauit spiritũ immũdum, dicens illi,
'Spiritus mute & surde, 'ego tibi impero, exi ab
eo, '& ne posthac ingrediaris in illum.

Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est.

26 'Et quum clamasset spiritus, multúmque discerpsisset eum, exiuit: & factus est tãquam mortuus,
adeò vt multi dicerent, Mortuus est.

Iesus autem tenens manũ eius, eleuauit eum: & surrexit.

27 At Iesus correpta manu illius, erexit eum: & ille surrexit.

Et quum introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eiicere eum?

28 'Et quum esset ingressus domum, discipuli illius Har.2.36
interrogabant eum seorsim, Cur nos non quiuimus eiicere illum?

Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

29 Et dixit illis, Hoc genus nulla re potest exire, E
nisi per deprecationem & ieiunium.

Et inde profecti prætergrediebãtur Galilæam: nec volebat quenquam scire.

30 ‖Et illinc egressi, 'iter fecerunt per Galilæá: 'nec Matt.17.d.22 luc.9.e.22.
volebat vt quisquam sciret.

Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis,

31 'Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis

ANNOT.

25 Spiritus mute, &c.] Hic noster docet quomodo increpatum sit dæmonium, quibus scilicet verbis. Vide Matth.17.c.18. Spiritui malo eam malitiam exprobrat qua puero & auditũ & sermonem ademerat: illíque indignatur, non puero, quòd opera Dei vitiarit. Ego tibi impero] Cum emphasi dictum, & magna authoritate, vt agnoscat mandatum non serui alicuius, sed ipsius Domini. q.d. Tu qui discipulorum meorum iussum contempsisti, audi meũ imperium, potestati meæ cedendum tibi est, quando discipulis meis cedere noluisti. Et ne posthac ingrediaris] De hoc pater pueri non cogitauerat. Christus verò cui nõ est satis vt ad tẽpus curet male habentẽ, quíque plus dare solet quàm petatur, quũ sciret ingeniũ spiritus immũdi, quàm libenter ad id quod perdere cœperat, regrediatur vt omnino perdat, hoc adiecit.

26 Et quum clamasset spir.] Hinc videmus quàm ægrè homines Christo concedat satan: quo docemur vt firmiore & perfectiore fide Christo adhæreamus, ne vnquam satanæ in nos quicquam permittamus. Notatur etiam, adeò nocẽdi nobis cupidũ esse satanam, vt si nequeat animo, noceat corpori. Sed omni incõmodo liberat Christus. Denique ad Christum plenè à seruitute satanæ trãsire non licet, nisi tãquam mortui antea reddamur. Nam verè mori non potest qui Christo crediderit: quanquam mortificari quotidie ipsum oporteat, haberíque vt ouem occisioni destinatam.

28 Et quum esset ingressus, &c.] Vide Matth.17.c.19.

30 Iter fecerũt per Gal.] Verbum Græcum significat illos clàm, aut celeriter & in trãscursu, velútque obiter fecisse iter per Galilæam, ita vt nec aperirent se vsquam, nec commorarentur. Hæc exponũt quod obscurius dixerat Matthæus, Versantibus illis in Galilæa. Nec volebat vt quisquam sciret.] Nempe profectionem suam: quod inde factum putãt nõnulli quòd (vt Lucas capite 9.g.53, scribit) obfirmasset faciem suam vt iret Ierosolymam, propterea quòd complebantur dies assumptionis eius. Quare & à finibus Cæsareæ, vbi priora gesta esse verisimile est, fuerat digressus. Omnia siquidem voluntati Patris posthabuit: vnde quũ ei iam visum esset vt cursum suum consummaret, neque docere, aut virtutes edere vspiam voluit: sed latere prorsus, vt recta, & citra morã Ierosolyma, vbi immolandus erat, adiret. Ita & nos nihil prius habeamus eo ad quod nos Pater vocarit, siue vita, siue mors id fuerit, & bene ac fœliciter habebimus, quũ nosipsos pro nomine Dei perdemus, hoc est in periculũ quoduis adducemus.

31 Docebat en.discip.s.] Lucas, Stupebant autem omnes super magnificẽtia Dei: sed omnibus mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos, Ponite vos in auribus vestris sermones istos, Filius enim hominis futurum est vt tradatur, &c. Historiæ ordo sic videtur habere, Vbi Dominus reddidisset patri filium suum sanum, stupebãt omnes: Dominus

autem istum vulgi stuporem ac etiam laudes nihil moratus, illinc mox digressus, hoc est ex finibus Cæsareæ (vbi verisimile est superiora esse gesta) versus Ierosolymam per Galilæam iter instituit: vtque ad supplicium iam ibat, ita omnium, maxime suorum animos, vt illud rectè ferrent confirmare volebat. Igitur turbis facta sua admirantibus, iussit discipulos suos magis cogitare quæ erat breui passurus, ne tum crucis scandalo offensi, à se, quem modo confitebantur Christum, deficerent. Vnde aiebat, Ponite vos in auribus vestris istos sermones, Filius; &c. quasi diceret, Sinite alios mea facta mirari: paulo pòst aliter sentient, & ad crucem me postulabunt. Ne cum his ergo à me deficiatis, percipite hos meos sermones: futurum enim est vt Filius hominis tradatur in manus hominum: hoc vos potius perpendite, & credite ita à Patre constitutum: eóque omnino oportere ita fieri, nempe vt traditus hominibus, ab eis occidar: sed occisus, tertio die resurgam. Istis cogitandis animum vestrum potius intendite, & ad crucis humiliationem apparate. non enim ista vulgi admiratio solida nostra gloria est: longè alia & plenior vos manet, sed per mortem adeunda. Ista expensa & credita, seruabũt vos ne in futurum, scandalũ in me patiamini. Possent & hæc Lucæ verba, Sed omnibus mirantibus, &c. hoc sensu intelligi, Ponite istos sermones, hoc est facta ista mea, tantámque hominum admirationẽ in auribus vestris, vt in ea de me sententia, in qua nunc estis, perseueretis. Futurum enim est vt in manus hominum tradar: ibi aliter sentietis. Horum verò videtur discipulos non semel admonuisse, licet adhuc ad ea stupescerent: nam noster hic scribit, Docebat discipulos suos, & dicebat eis, Filius hominis traditur, &c. Quid enim docere hoc aliud fuit, quàm quod de supplicio suo & resurrectionis gloria mox secutura eos præmonuit diligentius, vt tẽpore supplicii nõ penitus de ipso desperarẽt? Hic sensus certè vero similior esse videtur, vt de magnificentia Dei intelligatur, cuius stupore tenebantur omnes, quemque omnes vbique prædicabãt. opera enim illa declarabant præsentiam regni Dei, & Christo testimonium dabant quòd esset Filius Dei. Et illud quod sequitur, Filius enim hominis, &c. est velut adiecta ratio quare Apostolos voluerit memori mente retinere ea quæ fiebant cum omniũ magna admiratione: videlicet quòd breui futurũ erat vt traderetur in manus hominum, & occideretur, & tertia die resurgeret. quæ magno offendiculo datura erant occasionem. Ergo ne per futuram quasi tempestatem subuerterentur, voluit eos esse non oscitantes & obliuiosos auditores & spectatores eorum quæ tum magna cum omniũ admiratione gerebãtur, hoc est quod dicit, Ponite vos istos sermones in aures vestras: hoc est, diligenter ipsos retinete, & memori mente commendate: futurum enim est vt magno sit vobis vsui futurum. Sciebat suorum infirmitatem, & futuræ tentationis vim: atque ideo voluit animos illorum quasi præmuniri per obseruationẽ eorum quæ tum fiebant. dixerat enim, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.

Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum: & occisus, tertio die resurget.

Quoniã Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occisus, tertia die resurget.

'At illi ignorabant quod dixerat, & timebant 32
eum interrogare.

At illi ignorabant verbũ, & timebãt interrogare eũ.

Har. 2.37 Matth. 18.a.1. luc, 9.f.45.

|'Et venit Capernaum: & quum venisset in do- 33

Et venerunt Capharnaũ: qui quum domi esset, inter-

ANNOT.

32 At illi ignorabant, &c.] Lucas pluribus verbis, At illi ignorabant verbum istud, & erat absconditum ab illis, vt non intelligerent illud. Matthæus addit, Et mœrore affecti sunt vehementer. Ex mortis cõmemoratione dolebãt, resurrectionis prædictæ gloriam nõ cogitabant, & crucis mysteriũ ignorabãt. Quod ex hoc Domini sermone discipuli mœrore quidẽ affecti fuere vehementer, & ignorarent quid diceret, monet nos vt agnoscamus, & ad diuina ingenii humani stuporem, & Christi miram facilitatem & longanimitatem, qui rudes adeò & crassos discipulos non modo non abiecerit, sed mira etiam benignitate fouerit, & assidue formarit, donec in cognitione veritatis grandescerent. Denique notandum & hoc, non continuò frustra prædicari si non ilicò omnia intelligantur ab omnibus. Est nãque prædicare verbum Dei, vt siquis iaciat semen in terram: id non ilicò enascitur, sed suo tempore. neque mox fert fructum, sed primum gignit ex se herbam, inde spicam, & tum demum fructũ, vt suprà capite 4.c.28 dicitur. ita verbũ nõ ilicò plenè intelligitur: alioqui etiam statim fructũ suum afferret. prorsus nihil eorum quæ Dominus dicebat, discipuli intellexerunt: at postea non sine vero intellectu, & pietatis fructu fuere eorum recordati. Vnde & de paracleto Spiritu Dominus dicebat, Et suggeret vobis omnia quæ vobis dixi. Iohan. 14.d.26.

33 Et venit Capernaum.] Vide Matth. 1.a.1.

mum, interrogauit illos, Quid in itinere inter vos
disputabatis?
34 At illi siluerunt: nam inter se disputauerant in-
ter viam quis esset maior.
35 Et quum consedisset, accersiuit duodecim, &
dicit illis, Siquis vult primus esse, is erit omnium
postremus, & omnium minister.
36 Atque arreptum puerum statuit in medio il-
lorũ: & quũ cepisset illum in vlnas suas, dixit illis,
37 Quisquis vnum ex talibus pueris receperit no-
mine meo, me recipit: & quicũque me recipit, nõ F
me recipit, sed eum qui misit me.
38 Respondit autem ei Iohannes, dicens, Præce- Luc 9.f.49.
ptor, vidimus quendam nomine tuo eiicere dæ-

rogabat eos, Quid In via tra-ctabatis?

At illi tacebant: siquidem in via inter se disputauerãt quis eorum maior esset.

Et residens, vocauit duodecĩ, & ait illis, Siquis vult primus esse, erit omniũ nouissimus, & omnium minister,

Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem quum complexus esset, ait illis.

Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicũque me susceperit, nõ me suscipit, sed eum q misit me.

Respondit illi Iohannes, dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo e-

ANNOT.

34 At illi sil.] Pudore obticescunt, facile suspicantes fore vt hũc ambitionis affectum improbaret Dominus. Tametsi autem siluerint, tamen cogitationes cordis eorum videbat Dominus, vt ait Lucas. Et tandem interrogante Domino non potuerunt negare quod volebant suppressum. Vide Matth. 18.a.1, annotationem super illud, Accesserunt discipuli. Notent hoc ministri Christi, vt non tantùm abstineant ab omni contentione primatus, sed etiam ab omni cogitatione. Siquis enim illorum hos spiritus concipiat vt velit maior esse aliis, vtcunque celet apud homines, habet Deum testem & iudicem. Abstineãt igitur ab omni praua cupiditate, nec quicquam sibi proponant, nisi vt seruiant Deo & Ecclesiæ: nam sententia Domini est, Qui se exaltat, humiliabitur.

35 Et quum cõsedisset] Tanquã sua authoritate vsurus, & serii quicquam traditurus, sedet. Ita Matth. 5.a.1, summe necessarium sermonem habiturus, prius cõsedit. Accersiuit duodecim] Absque dubio sciebat qui essent qui primatum ambiebant, vel certe (vt infrà cap. 10. e.35, audiemus) ambituri erant. Duodecim aduocat, quòd sciret omnibus necessariam esse istam admonitionẽ. Ita & Matth. 20.d.26, generaliter ad omnes loquitur, licet duo tantum priuatim ambirent. Et tolerabilius erat illis qui præ cæteris hoc morbo laborabant, vt non separatim, sed communi admonitione emendarentur. Siquis vult primus esse, &c.] Intelligit omni honore indignum esse qui volet esse primus in regno suo, futurúmque abiectissimum. Putabant post resurrectionem, quam ignorabant, futuram quandam possessionem regni carnalis, & instaurationẽ. Reputabant sic, Christus non erit semper contemptus. Regnum carnale imaginabantur quale & hodie Iudæi somniant & expectant.

36 Atque arreptum puerũ] Vide Matth. 18.a.2. Et quũ cepisset eum in vl.] Hoc complexu significabat quàm auersaretur superbos, quámque diligeret humiles spiritu ac modestos.

37 Quisquis vnum ex, &c.] Hæc exponuntur Matth. 18.a.5.

38 Præceptor, vidimus, &c.] Hæc historia narratur & à Luca, cap. 9.f.49. Quòd hæc Domino dixerit Iohãnes, id in causa fuisse videtur, quòd ipse Dominus de puero dixerat, Siquis talem puerum receperit in nomine meo, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Quum audiret, recepisse puerum in nomine Christi, rem esse tantopere gratam: interrogat num iure fecerint qui miracula edentem nomine Christi, prohibuerint. q.d. Est tanti tuo nomine aliquid fecisse, vt te & Patrem is susceperit, qui puerũ talem in nomine tuo suscipiat: quid sentiendum de iis qui in tuo nomine virtutes faciunt? nos talem aliquem qui in nomine tuo eiiciebat dæmonia, prohibuimus, quòd non sequeretur nos: vereor vt recte fecerimus. Notandum autem vt hæc clarius intelligantur, initio regni Euangelii, vt potentia Christi magis declararetur, multos etiam malos in nomine eius miracula edidisse. de quibus Matth. 7.c.22, Multi dicent mihi in illo die, Domine, Domine, &c. Hac de causa, & in hoc quem Iohannes narrat à discipulis prohibitũ, siue malus, siue bonus fuerit, nomen Christi adeo fuit efficax, vt

dæmonia eiiceret, quum tamen non sequeretur Dominum. Sed quia tempus erat vt etiam per parùm probatos, ad impiorum scilicet condemnationem, & piorum consolationem, miracula ederentur, Christus noluit eum prohiberi.

monia, nec sequitur nos: & prohibuimus illum,
'propterea quòd non sequitur nos.
1.Cor. 12.a.3. 'At Iesus ait, 'Ne prohibeatis illũ. ‖'nullus enim 39
est qui si fecerit virtutem per nomen meum, pos-
sit citò malè loqui de me.
'Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est. 40
Matt.10.d.42 ‖'Quisquis enim ad bibendum dederit vobis ca 41

eicientem dæmonia, qui nõ sequitur nos: & prohibuimus eum.
39 Iesus autẽ ait, Nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.
40 Qui enim nõ est aduersum vos, pro vobis est.
41 Quisquis enim potũ dede

ANNOT.

Prop. quòd non sequitur nos,] Lucas, Quia non sequitur nobiscum, Id est, non agit in nostro comitatu, nec sequitur te nobiscũ. Hic iterum habes errorem discipulorũ de regno Christi. Sicut enim existimarunt regnum Christi fore externum & terrenum, ita putauerunt congregationem eorum qui Christum agnoscerẽt, externam & corporalem fore: vt qui in ea congregatione extrinsecus versaretur, is esset membrum Ecclesiæ Christi: qui autem non versaretur, is non habendus esset pro mẽbro Ecclesiæ. Accessit autẽ huic errori fortassis etiam affectus ambitionis. Quum enim viderent alium quendam qui nõ erat de ipsorum contubernio, in nomine Christi dæmonia eiicere: timuerunt, si pergeret, etiam alios hoc idem tentaturos: quod si fieret, iam actum fore de maiestate ipsorum, quam sibi in regno Christi pollicebãtur. Sic Iosue rogat Mosen vt prohibeat Eldad & Medad prophetantes in castris: videlicet timẽs ne propter illos Mosis & septuaginta Seniorũ maiestas periclitaretur, vt scribitur Nume. 11. c.27. Sic discipuli Iohannis monent præceptorem suum vt prohibeat Iesum ne baptizet. Rabbi (inquiunt) qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes veniunt ad eum. Iohan 3.e.26.

39 Ne prohib. eũ.] q.d. Nolo quenquã condemnetis, aut reiiciatis ob eam tantùm causam quòd non versetur in externo vestro contubernio. Hinc discamus, nullam qualemcunque gloriæ Christi confessionem ac prædicationem esse reiiciendam: sed potius monendos eos qui id non satis decenter faciũt, vt quod in eis adhuc desideratur, sarciant: & non absterrendos ab eo quod per se ad gloriã Domini facit. Ita hodie multos inuenias tum principes, tum alios qui gloriæ Christi fauent, & in aliis promouent, in seipsis non ita, prauè scilicet viuentes, & voluptatibus inseruientes. Indigni quidem huiusmodi sunt qui Christum prædicent, quem nondum Dominum & saluatorem suum planè agnoscũt: eóque nemo huiusmodi ad Episcopi aut Euangelistæ munus deligi debet: sed dum vltrò pro gloria Christi aliquid dicunt aut faciunt, idque indubiè diuinitus instigati (nemo enim potest dicere Dominus Iesus, nisi per Spiritum sanctum, 1.Corin.12.a.3) vnde scilicet omne bonũ prouenit, nequaquam prohibendi sunt. Si enim non sunt aduersum nos, pro nobis sunt: & siquid pro Euangelio fecerint, nõ poterunt cito de eo malè loqui. Domini opus est quod agunt, id nemo remoretur: sed moneat eos potius qui poterit, vt quàm synceriſsime Christo sese dedant: atque quod faciunt bonum non omittant, verùm addant potius & reliqua quæ negligunt. Sic & Paulus gaudebat Christum prædicari etiam per occasionem, Philip.1.c.18. Hodie inquã multos videas qui aut vt fauorem ab hominibus captẽt, aut vt seipsos alãt, Christũ annunciant: de huiusmodi, nõ de Pharisæis loquitur hîc Christus, qui proximè accedunt ad Euangelium, qui non sunt animo furioso, tales prohibere non oportet, sed enitendum vt purè & ex animo, sine scandalo vllo pergãt in Christo annuntiando. Nullus enim est qui, &c.] Qui donum habet edendorum miraculorũ, inuocato Christi nomine, vt is citò, faciléque malè loquatur & sentiat de Christo, fieri non potest.

40 Qui enim non est adu.] Id est, Qui non resistit Euangelio nostro, qui non persequitur doctrinam nostram, sed profitetur eandem, is est pro nobis, etiam si non ducat vitã suam in externa congregatione nostra.

41 Quisquis enim ad bibendum,] Similem sententiam legis Matth.10.d.42, sed alia occasione. Postquam Christus non debere huiusmodi prohiberi respondit: pergit continuò hortari eos vt sibi præcellentiam ne quærerent: satis supérque ipsos magni à Patre fieri, adeò vt siquis illis poculum tantùm aquæ dederit, mercedem sit habiturus.

rit vobis calicẽ aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

licem aquæ nomine meo, quòd sitis Christi: amẽ
dico vobis, nequaquam perditurus est mercedem
suam.

Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circũdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.

42 'Et quisquis offenderit vnum ex pusillis qui cõ Har.2.38
fidunt in me, melius foret illi si circundaretur sa- Matth.18.a.6 luc.17.a.1.
xũ molare circa ceruicẽ ei°, & abiiceretur in mare.

Et si scãdalizauerit te manus tua, abscinde illam: bonũ est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habẽtem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem:

43 ‖'Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, ampu- Matth.5.e.29 & 18.a.8.
ta illam: bonum est tibi, 'mutilũ ad vitam ingre-
di, potius quàm duas manus habentem abire 'in G
gehennam, in ignem inextinguibilem:

Vbi vermis eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur.

44 ‖'Vbi vermis illorum nõ moritur, & ignis non Esa.66.g.24
extinguitur.

Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonũ est tibi claudum introire in vitam æternã, quàm duos pedes habentẽ mitti in gehẽnam ignis inextinguibilis:

45 'Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illũ:
bonum est tibi vt ingrediaris ad vitam claudus,
potius quàm duos pedes habens mittaris in ge-
hennam, in ignem inextinguibilem:

Vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis nõ extinguitur.

46 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non
extinguitur.

Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eum: bonũ est tibi luscũ introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis:

47 Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illũ: bo-
num est tibi vt luscus introeas in regnum Dei, po
tius quàm vt duos oculos habens mittaris in ge-
hennam ignis:

ANNOT.

Aquæ] Quædam exemplaria in veteri interprete legunt, Aquæ frigidæ: quum tamen in vetustioribus scriptis, vt & in Græcis codicibus, tantũ legatur Frigidæ. Vide Matth.10.d.42.

42 Et quisquis offend.] Vide Matth.18.a.6.

43 Et si tibi fuerit obstaculo manus, &c.] Vide Matth.5.e.29, & 18.a.8. Mutilum,] Vox Græca propriè significat eum cui altera manus trunca sit, aut manca. In gehennã, &c.] De gehenna habes Matth.5.d.12, in illud, Gehennæ incendio. De igne verò inextinguibili aut æterno, apud eundem Matthæum cap.25.d.41.

44 Vbi vermis illorum non mo.] Locus ex Esaia, cap. 66.g.24, vbi de impiorum pœna loquitur, Et egredientur, & videbunt cadauera hominum qui præuaricati sunt in me: quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erũt nausea omni carni. Vermes naturales non oportet hìc intelligere, qui rodant corda impiorũ, qualia poetæ finxerunt de Prometheo & aliis: neque ignem materialem: nam sunt metaphoricæ locutiones quibus nihil aliud neque Propheta, neque Christus significare voluit, quàm impios æternis pœnis cruciandos esse, acsi vermis cor alicuius hominis roderet, aut ignis exederet, nec tamẽ ita exesus interiret. Similibus metaphoris vsus est idem Esaias & cap. 30.g.33, Quoniã adornata est ab æterno gehenna, etiam regi præparata est, quam in profundũ posuit & dilatauit: pyra eius ignis, & ligna multa: flatus Domini quasi torrens sulphuris, succendit eam. Scriptura ignẽ proponit, & igni pœnas impiorum comparat vt magis terreat: quid enim magis quàm ignem exhorrent homines? ad quorum captum se accõmodat Spiritus Domini in Scripturis sacris. Qui igitur ex hoc loco contendunt ignem apud inferos esse materialem, necesse est vt fateãtur illic vermem esse materialem. quòd si hìc tropũ admittunt, vermem interpretantes remorsum conscientiæ: poterant & per ignem accipere perpetuum cruciatum animæ: in quem sensum hunc locum interpretatur Theophylactus.

45 Et si pes tuus, &c.] Vide Matth.5.e.29, & 18.a.8.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non 48
extinguitur.

Leuit. 2.c.13. ᶜNam omnis *homo* igne ſalietur: & omnis vi- 49
ctima ſale ſalietur.

Vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur.

Omnis enim igne ſalietur: & omnis victima ſale ſalietur.

ANNOT.

49 Nam omnis homo igne ſalietur:ᶦ Vt ſermo eſſet mollior, interpres de ſuo addidit Homo. Præterea ET poſitum pro VT, more Hebræorum, hoc modo, Vt omnis victima ſale condiri ſolebat. q.d. quemadmodũ olim ſine ſale, nulla hoſtia Deo accepta erat, ſic quiſquis ſe rite offerre volet Deo, neceſſe eſt vt tam igne quàm ſale condiatur. Eſt autem aptiſſima tranſlatio, quòd ſicut ignis coquit, & ſal acrimonia ſua vitioſos & ſuperuacuos humores abſumit & purgat: ſic nobis affectus noſtri quaſi macerandi ſunt: quod facit veteris hominis mortificatio. Dixerat Dominus præſtare vt oculum quis eruat, & dexteram manum abſcindat, quàm vt pereat totus & integer. Quoniam autem durũ & aſperum eſt, ſibi talem vim inferre: admonet Chriſtus ſimilitudine hoſtiarũ propoſita, non aliter nos tamẽ Deo cõſecrari, quàm ſi cõburamur & ſaliamur. Mordet quidem ſal, ſed purgat: idem etiam facit ignis. & vtrunque in ſacrificiis fiebat: nam ignis & ſal, purgationis vice erant. Ideò ne ægrè feramus nos Deo ſic præparari in ſacrificium. Poſtea videtur tranſire ad nouam metaphoram; quia ſalis nomen pro iudicio & prudẽtia accipit, docẽs nequid perperã vel inconſulte geratur quod proximos offẽdat. Sal (inquit) res bona eſt: hoc eſt rectitudo ſpiritualis prudentiæ, quæ eſt veluti condimentum omnium operum noſtrorum. Quòd ſi ſal infatuatus fuerit: hoc eſt, deficiat ille ſapor, ſine quo inſulſum eſt quicquid tentant homines, quid erit quo condiãtur tam homines ipſi, quàm eorum opera? His ſubnectitur clauſula, vt prudenter & ſcite verſentur inter ſe Chriſtiani, ne inſipide miſceant & confundant quæ agunt. Quãquam poſſet etiam eſſe perpetuus tenor allegoriæ, vt ſal ab initio ſumatur pro moderatione qua ſe continent homines. Igne ſaliri, impropria eſt locutio: ſed quia ignis & ſalis communis eſt effectus, quantum ad rem ipſam nihil eſt abſurdi. Hic videtur eſſe huius loci verus ſenſus. De victima ſalienda, locus eſt Leuit. 2. d. 13, vbi ſic ſcribitur, Et omnẽ oblationem ſacrificii tui ſale ſalies, nec ceſſare facies ſal fœderis Dei tui à ſacrificio tuo: in omni oblatione tua offeres ſal. Sunt qui hæc Chriſti verba, ſenſu nõnihil diuerſo interpretentur, acſi dicat Chriſtus, Monui nequẽ offendatis, quòd res ſit nocentiſſima offendiculũ, quo impingens ſcilicet à fide in me retardatur, aut certe in via ad Patris gloriam, hoc eſt ſtudio pietatis cadit. Quale offendiculum tam abeſſe debet vt cuiquam obiiciatis, vt prius quàm ipſi illud patiamini, etiam oculos eruatis, manus & pedes reſecetis: id eſt chariſſima vobis reiiciatis. In quo ſcio ſentiet caro cruciatum. At ſcitote, vt olim nulla hoſtia offerebatur abſque ſale, ita oportere omnem hominem qui Domino offerri debet, igne ſaliri, hoc eſt ignis tribulatione & aduerſitate aduri. Habete igitur fidem firmam, vt nihil veſtrũ quæratis, atque à bona Dei voluntate toti pendeatis: hanc ſummo ſtudio colite. Vti enim ſal, res optima, mirèque vtilis eſt: ſed qui ſi factus ſit inſipidus, nihil queat ſapidũ reddere: ita fides huiuſmodi, vice ſalis eſt in vobis, vnde ſuauis, gratúſque ſapor toti vitæ veſtræ, cunctiſque operibus accedit. quæ ſi cadat, vt nihil eſt quod ipſam reſtituat, ita manent & reliqua omnia inſulſa, ac nullius vſus. Ergo ſummopere cauendũ ne amor veſtri, néve alia vlla cupiditas obrepat, & hanc labefactet. omnia enim ab ipſa pendẽt. Habete igitur, & diligentiſſime cuſtodite hũc in vobiſmetipſis ſalem. Et viuite inter voſipſos pacifice: nemo aliis ſe præferat, nemo alios contemnat, imò nemo alios non maximi faciat, ſedulóque ſtudeat bene mereri de quibuſcunque, offendere verò neminẽ: vtque gehennã ipſam, offendiculum quodcũque obiicere caueat. Quidam hæc ad diſciplinã Eccleſiaſticã referunt: vt ſit ratio quædam cur dixerit præſtabilius eſſe ſi amputetur manus aut pes, eruatúrque oculus, hoc eſt, ſi exerceatur correctio, compeſcantur affectus, reſcindãtúrque ſubinde ſcelera, quàm ſi his quidem integris fructificantibus & exultantibus, tandem æternũ ſubeundum ſit ſupplicium. Chriſtus Apoſtolos ſuos in Matthæo ſal terræ pronuntiat, ídque propter doctrinam veritatis: nam veritas amara eſt carni. in ſe quidem non debet eſſe amara, nec truculenta, neque piis aſpera eſt, ſed carni. Miniſtrorũ verbi eſt pugnare contra vitia, contráque affectus carnis. Nã ſale condire, eſt vitiis obſtare, & à corruptione carnis ſeruare. Hoc ſi miniſtri nõ faciũt, ſal ſunt infatuatus & inutilis. Dicit igitur Chriſtus, Præcepi vt offendẽtia membra abſcindatis & abiiciatis: ne ergo vos huius rei pigeat. hic enim ignis ſaliet, hoc eſt, proderit hæc tẽporaria pœna, & ſerua-

bit corpus& mẽbra à corruptione vitiorũ.Et hoc est quod Paulus dicit 1.Corinth.5.b.5,Satanæ tradi ad interitũ carnis,vt spiritus saluus fiat. quod factũ est in fornicario illo.magis enim anxie clamamus ad Deum dum tribulamur. Nos victima sumus Dei:Christianus homo viua est victima:quotidie enim se Domino sacrificat,& totum offert.nã mortuus est peccato,viuit Deo,Rom.6.b.10.Sal ergo,doctrina est,castigatio & disciplina Ecclesiastica,seueritas illa eorum qui speculatores & oculi sunt in Ecclesia.Illi enim clamare debẽt,& vocem in tubæ morem intendere,annuntiaréque populo scelera eorum, Esa.58.a.1.Et hæc quidem dura & aspera videntur carni.Ieremiæ quoque præcipitur vt dissipet & euellat, Ierem.1.b.10.Nam,vt est hypocrisis,omnes latere volumus,& pii videri,quum simus pessimi. Opus est ergo episcopis qui personã hanc nobis detrahant,& scelera quæ dissimulamus,traducant.Hoc opus fuit Prophetarum in Veteri, & Apostolorũ in Nouo testamento.Dicit ergo, Habete in vobisipsis salem:hoc est,huc incumbite vt semper sit in vobis,hoc est in Ecclesia,sal & ignis,id est,ne vsquam cesset doctrina, castigatio, disciplina. nam si sal desit ,aut si sal acrorem suum amiserit, qua re salietis?Hoc est,si inter vos nulli fuerint qui sceleribus obstent: aut si illi qui sal esse debent,episcopi,socordes fuerint & oscitantes,negligentes,muti, scelerati,& affectibus dediti, corruptio paulatim irrepẽt,& totum corpus perdet.

Bonum est sal: quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis?Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. CAP. X.

50 |Bona res est sal: cæterùm si sal insulsus fuerit, Matth.5.b.13
per quid ipsum cõdietis?Habete in vobisipsis sa- luc.4.g.34.
lem,'& pacẽ habete inter vos inuicẽ. CAP. X.

ET inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & conueniũt iterũ turbæ ad eum, & sicut consueuerat, iterũ docebat illos.

1 ET quũ inde surrexisset, 'venit in fines Iudææ Ha.1.40.
'per *regionem quæ est* vltra Iordanem: & cõue- Matth.19.a.1.
niunt rursum turbæ ad illum, '& sicut consueue-
rat,rursum docebat eas.

Et accedentes Pharisæi interrogabant eum, Si licet viro vxorem dimittere?tentantes eum.

2 |'Et adeuntes Pharisæi interrogabant illum,Li- Har.3.23
cẽtne viro vxorem repudiare?tentantes illum.

At ille respondens dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses?

3 At ille respondens dixit illis,'Quid vobis præ-
cepit Moses?

Qui dixerũt,Moyses permisit libellum repudii scri-

4 At illi dixerũt, |Moses 'permisit libellum repu- Deut.24.a.1

ANNOT.

50 Et pacem habete] Potest exponi ET pro tum:& imperatiuum in futurum, hoc sensu, Si doctrina,si vitiorum castigatio,si crux inter vos viguerit,tum pax & cõcordia,salúsque inter vos constare poterit.Pax item conscientiarũ intus erit in animo & in corde: quũ interim foris persequutio furiat,& crux vigeat.Nam omnes qui pie volũt viuere in Christo Iesu,persequutionem patientur.2.Timoth.3.c.12.Intus ergo pax est,gaudium,consolatio,requies: foris,afflictio,pressura,persequutio. Sic Christus,In mundo pressuram habebitis, in me autẽ pacem.Iohan.16.g.33.Quòd si omnes hãc internam pacem haberemus, cresceret inter nos subinde & pax externa.

IN CAPVT X.

1 Venit in fines Iudææ.] Vide Matth.19.a.1. Per regionem quæ est vltra Iord.] Græce est,Per vltra Iordanem.Quod vt explicaret interpres,paucula addidit.q.d.Relicta Galilæa profectus est in eam Iudææ partem quæ est vltra Iordanem,in qua primum docuit Iohannes.

Et sicut cons.docebat eos.] Hìc commẽdatur docendi ministerium, in quo constat Dominum fuisse plus quàm assiduũ.Vnde admonemur, Ecclesiam non habere aliud præstãtius, salubriúsque prædicatione Euangelica. Testatur enim hic Marcus Domino perpetuam fuisse docendi consuetudinem.

2 Et adeuntes Pharisæi, &c.] Locus iste vsque ad 10 versum,exponitur Matth.19.a.3.

3 Quid vobis præcep.] Matthæus scribit Pharisæos secundo loco interrogasse Dominum de libello repudii,audita respõsione ad priorem suam interrogationem an liceret dimittere vxorem,his verbis,Cur ergo Moses iussit dare libellum repudii, ac dimittere eam? Vnde videmus Euangelistas nõ tam curasse acta Christi suo ordine referre,quàm ipsius verba.Matthæus hanc historiam dilucidius,& magis ex ordine refert,quàm noster.

4 Permisit] Matthæus,Iussit,mandauit.Quod verbum ipse Dominus in sua responsio-

ne exponit Permisit,dicens,Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis,&c. Pro quo noster habet,versu sequenti,Scripsit vobis præceptum istud.

dii scribere,ac dimittere.
Et respõdens Iesus dixit illis,Ad duritiam cor- 5
dis vestri scripsit vobis præceptum istud.
Gene.1.d.27. matth.19.a.4
Cæterùm ab initio creationis,‖masculũ & fœ- 6
minam fecit illos Deus.
Gene.2.d 24 1.cor.6.d.16. ephes.5.g.31.
‖Propter hoc relinquet homo patrem suum & 7
matrem,& adhærebit vxori suæ:
Et fient duo caro vna.Itaque iam nõ sunt duo, 8
sed vna caro.
1.Cor.7.b.10
‖Quod igitur De⁹ copulauit,homo ne separet. 9
B
'Et in domo rursum discipuli illius eadem de re 10
interrogauerunt illum.
Matt.5.e.32, & 19.b.9. marc.10.b.11 luc.16.d.18. 1.cor.7.b.10.
Et dicit illis,‖'Quicunque repudiauerit vxorem 11
suam, & duxerit aliam, adulteriũ committit 'ad-
uersus illam.
'Et si mulier repudiauerit virum suum,& nupse 12
rit alteri,adulterium committit.
Har.3.28 Matt.19.b.13. luc.18.c.15.
‖Et attulerũt ad illum pueros, 'vt tangeret illos: 13
discipuli verò increpabant eos qui adducebant.
Quum vidisset autem Iesus, indignatus est, & 14
dixit illis, Sinite pueros venire ad me, ne prohi-
bete illos:talium enim est 'regnum Dei.
Amen dico vobis,'quicũque non acceperit re- 15
gnum Dei tanquam puer, haudquaquam ingre-
dietur in illud.
'Et quum cepisset illos in vlnas, impositis ma- 16
nibus super illos,benedixit eis.
Matt.19.b.16 luc.18.d.18.
'Et quum exiret in viam,‖accurrit quidam ac ge 17

bere,& dimittere.
Quibus respõdens Iesus ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptũ istud.
Ab initio autem creaturæ, masculum & fœminam fecit eos Deus.
Propter hoc relinquet homo patrem suũ & matrem, & adhærebit ad vxorẽ suã:
Et erunt duo in carne vna.Itaque iam nõ sunt duo, sed vna caro.
Quod ergo Deus coniunxit,homo non separet.
Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum.
Et ait illis, Quicunque dimiserit vxorem suã,& aliam duxerit, adulteriũ committit super eam.
Et si vxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur.
Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos: discipuli autem comminabãtur offerentibus.
Quos quum videret Iesus indignè tulit,& ait illis, Sinite paruulos venire ad me & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei.
Amẽ dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, nõ intrabit in illud.
Et complexans eos,& imponens manus super illos, benedicebat eos.
Et quum egressus esset in viam,procurrens quidã ge-

ANNOT.

10 Et in domo rursum discip.] Hæc de discipulis,quòd Dominũ eadem de re de qua Pharisæi,interrogauerint,solus Marcus narrat.

11 Quicunque repudiauerit,&c.] Vide Matth. 19.b.9. Horum meminit & Lucas cap.16. d.18. Aduersus illam.] Hoc est,in iniuriam illius.

12 Et si mulier] Hoc solus Marcus scribit. quod annotauimus eodem capite Matthæi, versu 9,in illud,Et qui repudiatam,&c.

13 Vt tangeret illos:] Sic & Lucas,cap.18.c.15.Matthæus habet,Vt manus eis imponeret. Addit,Et oraret.Vide hæc omnia vsque ad 17 versum,apud Matthæum,cap.19.b.13.

14 Regnum Dei.] Sic Lucas.Matthæus,Regnum cælorum.

15 Quicunque non accep.] Hæc eadem habet Lucas,eodem cap.Matthæi exposita, versu 14,in illud,Talium enim est reg.cæl.

16 Et quum cepis.eos in vl.] Vide Matthæum,versu 14 & 15.

17 Et quum exiret in viam,] Quæ circa hanc historiam annotanda erant in Matthæo, Marco,& Luca,annotata sunt Matth.19.b.16.

nu flexo ante eum, rogabat eum, Magister bone, quid faciam vt vitam æternã percipiam?

nua flexit illi,& interrogabat eum,Præceptor bo-
ne,quid faciam vt vitam æternam possideam?

Iesus autẽ dixit ei, Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi vnus, Deus.

18 Iesus autem dixit illi,Cur me dicis bonum? ne- C
mo bonus,nisi vnus,*nempe* Deus.

Præcepta nosti, Ne adulteres. Ne occidas. Ne fureris. Ne falsum testimonium dixeris. Ne fraudẽ feceris. Honora patrẽ tuũ & matrẽ.

19 Præcepta nosti, |Ne cõmittas adulterium. Ne Exod.20.c.13
occidas.Ne fureris.Ne falsum testimonium dicas.
Ne fraudes.Honora patrem tuum & matrem.

At ille respondens ait illi, Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.

20 At ille respondens dixit illi,Præceptor,hæc o-
mnia seruaui ab adolescentia mea.

Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnũ tibi deest: vade, quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo: & veni, sequere me.

21 Iesus autem 'intuitus illum,dilexit eum, & dixit
illi, Vnum tibi deest: abi,quæcunque habes ven-
de,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cæ-
lo:& veni,sequere me,sublata *in humeros* cruce.

Qui contristatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones.

22 At ille molestia affect⁹ propter sermonẽ,disce-
debat mœrẽs: 'habebat enim possessiones multas.

Et circũspiciens Iesus ait discipulis suis, Quàm difficilè qui pecunias habẽt, in regnum Dei introibunt.

23 Et quum circunspexisset Iesus , dicit discipulis
suis, Quàm difficulter hi 'qui pecunias habent, in
regnum Dei intrabunt!

Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire.

24 Discipuli verò obstupuerunt super verbis illius. D
At Iesus rursum respondens dicit illis, Filii,quàm
difficile est eos qui fiduciam habent in pecuniis,
regnum Dei ingredi.

Facilius est camelum per foramen acus trãsire, quàm diuitẽ intrare in regnũ Dei.

25 Facilius est camelum per foramen acus ingre-
di,quàm diuitem in regnum Dei ingredi.

Qui magis admirabãtur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri?

26 Illi verò supra modum admirati sunt ,dicentes
intra sese,Et quis potest esse saluus?

Et intuens illos Iesus, ait, Apud homines impossibile est, sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.

27 Intuitus autem Iesus illos,dicit,Apud homines
impossibile,sed non apud Deum:nam omnia pos
sibilia sunt apud Deum.

Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimisimus omnia & sequuti sumus te.

28 |Et cœpit Petrus dicere illi, 'Ecce, reliquimus Har.3.29
omnia,& sequuti sumus te. Matt.19.d.27 luc.18.e.28.

Respondens Iesus ait, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium,

29 Respondens autem Iesus dixit,Amen dico vo-
bis, nullus est qui reliquit domum,aut fratres,aut
sorores,aut patrem,aut matrem,aut vxorem, aut
liberos,aut agros mea causa & Euangelii:

ANNOT.

21 Intuitus illum,dilexit eum,] Istud versu 20 eiusdem capitis Matthæi exponitur.

22 Habebat e.poss.m.] Lucas,Erat enim diues valde.

23 Qui pecunias habent,] Matthæus,Amẽ dico vobis,diues difficulter intrab.in reg.cæl. Quid per pecunias habere,& diuitem esse,intelligat Christus,ipse versu sequenti exponit,dicens,Qui fiduciam habent in pecuniis.Vide Matthæum versu 23.

28 Ecce, reliquimus omnia,] Hæc vsque ad 32 versum, tractata sunt diffuse ex tribus Euangelistis,Matth.19.d.27.

Quin recipiat centupla nunc in tempore hoc: 30
domus,& fratres,& sorores,& matres,&liberos,
E & agros,cum persecutionibus:ac in seculo ventu-
ro vitam æternam.
Matt.19.d.30 luc.13.f.30. ¶Multi autem primi, erunt postremi: & postre- 31
mi,primi.
Har.3.30. Matt.20.b.17 luc..f.31. ¶Erát autem in via ascendentes Hierosolymá: 32
& præcedebat illos Iesus, erántque pauefacti: &
sequẽtes timebát. Et assumptis Iesus rursum duo-
decim,cœpit illis dicere quæ sibi euentura essent,
Ecce ascendimus Hierosolymam,& Filius ho- 33
minis tradetur principibus Sacerdotũ & Scribis:
& condemnabunt eum ad mortem, & tradent
illum Gentibus,
Et illudent illi, & flagellabũt eum,& insputent 34
in illum,& occident eum:& tertia die resurget.
Har.3.31. Matt.20.c.20 ¶Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filii 35
Zebedæi,dicentes, Præceptor, volumus vt quic-
quid petierimus,facias nobis.
Ille verò dixit eis,Quid me vultis facere vobis? 36
F Illi verò dixerũt ei, Da nobis vt vnus tibi à de- 37
xtris, & alter tibi à sinistris sedeam' in gloria tua.
Iesus autem dixit illis,Nescitis quid petatis:po- 38
testis bibere poculum quod ego bibo: & baptis-
mate quo ego baptizor,baptizari?
At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus autem dixit 39
illis,Poculum quidem quod ego bibo, bibetis,&
baptismate quo ego baptizor,baptizabimini:
Cæterùm sedere mihi à dextris ac sinistris, nõ 40
est meũ dare,'sed iis continget quibus paratũ est.
Et quum audissent decem,cœperunt indigna- 41

Qui non accipiet centies tantum nũc in tẽpore hoc: domos, & fratres, & sorores,& matres,& filios,& agros,cũ persecutionibus,& in seculo futuro vitam æternam.

Multi autem erũt primi, nouissimi:& nouissimi,primi.

Erant autem in via ascẽdentes Ierosolymã: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebãt. Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei euentura,

Quia ecce ascẽdimus Ierosolymam,& Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis & Senioribus: & damnabũt eum morte, & tradẽt eum Gentibus:

Et illudẽt ei, & conspuẽt eum, & flagellabũt eum, & interficiẽt eum:& tertia die resurget.

Et accedunt ad eũ Iacobus & Iohannes filii Zebedæi, dicẽtes, Magister, volumus vt quodcũque petierimus, facias nobis.

At ille dixit eis, Quid vultis vt faciam vobis?

Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuã sedeamus in gloria tua.

Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quẽ ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor,baptizari?

At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus autẽ ait eis, Calicẽ quidẽ quẽ ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini:

Sedere autem ad dexterã meam vel ad sinistram, non est meum dare, sed quibus paratum est.

Et audientes decem, cœ-

ANNOT.

32 Erant autem in via] Vide Matthæum cap.20. b.17. Et præcedebat illos Iesus,] Hæc vsque ad sequentẽ versum,solus noster scribit,quæ in Matthæo explicata sunt.Præcedebat Christus:volens declarare quàm parato ac spontaneo animo iret ad crucẽ.Sequuntur discipuli, sed tristes, & obmurmurantes quòd se volens in manifestum vitæ periculum cõiiceret. Et illius animum admirabantur: & sibi metuebant ne per illum venirent & ipsi in commune periculum.

35 Et accedunt ad eum] Quomodo conueniãt verba Matthæi de hac historia scribentis cum nostro Marco,satis multis verbis annotatum est apud eundem Matthæum cap.20.c.20.

40 Sed iis conting. quibus par. est.] Græce tantùm legitur, sed quibus paratum est. Interpres ad supplendum sensum addidit, Iis continget, vt & in Matthæo, apud quem sic legitur,Sed quibus paratum est à Patre meo.

perunt indignari de Iacobo & Iohanne.

ri de Iacobo & Ioanne.

Iesus autẽ vocans eos, ait illis, Scitis quia hi qui videntur principari Gẽtibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum.

42 Iesus autem quum vocasset eos ad se, dicit illis,
Scitis quòd qui videntur imperare Gẽtibus, do- Luc.22.c.25.
minium exercent aduersus illas: & qui magnates
sunt inter eas, potestatem exercent in illas.

Non ita est autẽ in vobis: sed quicunque voluerit fieri maior, erit vester minister:

43 Verùm non sic erit inter vos: sed quicũque vo-
luerit fieri magnus inter vos, erit minister vester:

Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.

44 Et quicunque voluerit ex vobis esse primus, e-
rit omnium seruus.

Nã & Filius hominis nõ venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & vt daret animam suam redemptionẽ pro multis.

45 Nam & Filius hominis non venit vt sibi mini-
straretur, sed vt ipse ministraret, ac dare, animam
suam redemptionem pro multis. G

Et veniũt Iericho: & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam mendicans.

46 Et veniũt Hiericho: quúmque egrederetur ab Har.3.32
vrbe Hiericho, ac discipuli illius, & turba copio- Har.3 34
sa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta Matt.20.d.19 luc.18.f.35.
viam mendicans.

Qui quũ audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere, Iesu fili Dauid, miserere mei.

47 Et quum audisset quòd Iesus Nazarenus esset,
cœpit clamare, & dicere, Fili Dauid Iesu, miserere
mei.

Et cõminabantur ei multi vt taceret: at ille multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei.

48 Et increpabant illũ multi vt taceret: at ille mul
to magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei.

Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcũ, dicentes ei, Animæquior esto, surge: vocat te.

49 Et stetit Iesus, ac iussit illũ vocari. Et vocãt cæ-
cũ, dicentes illi, Bono animo esto, surge: vocat te.

ANNOT.

42 Qui videntur imp. Gent.] Matthæus cap.20.d.25, clarius, Scitis quòd principes Gẽtium dominentur illis: & qui magni sunt, &c.q.d. Quoties auditis de regno cælorum, quod vtique spirituale est, nec minus differt à regno mũdi, quàm terra differt à cælo: nolite vobis fingere talem speciem rerum qualem videtis in regnis terrenis. Scitis enim quòd qui videntur principatum tenere inter gentes huius mundi, dominatum exercent in subditos populos: & qui magnates sunt inter eos, potestatem suam exercent inter eos quibus præsunt. cauete nequid tale sit inter vos. Vide reliqua in Matthæo.

46 Et veniunt Hiericho:] Vide Matth. 20.d.29 Filius Timæi Bartim.] Noster nomen addit alterius cæcorum qui à Matthæo narrantur, dicitque Bartimæum fuisse vocatum: simúlque exponit quid significet Bartimæus, nempe filium Timæi. vnde apparet istum vulgo celebrem fuisse, sicut ille de quo Iohan.9.a.t. Sedebat iuxta viam] Vide Matthæum.

47 Et quum audiss. quòd Iesus] Lucas pluribus verbis sic refert, Et quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens, Iesu fili Dauid, miserere mei. Vide Matthæum.

48 Multi] Matthæus turbam fuisse dicit. Lucas, Et qui præibant, increpabant eum.

49 Iussit illum vocari.] Lucas, Iussit illum adduci. Matthæus, Et vocauit eos. Et vocant cæcum, &c.] Hæc noster solus refert. Apostoli iussis Domini obtemperantes, vocant illum: & adeò non obstrepunt, quemadmodũ turba, vt bene speranti fiduciã addãt, dicentes, Bono sis animo, surge: vocat te Iesus. Ex quibus verbis tantam spem concepit cæcus, vt abiecto etiam pallio quo defendebatur aduersus frigoris iniuriã, exilierit, & accurrerit ad Iesum. Spectanda hic cæci huius ac mendici alacritas. Quoties vocamur ad Iesum, nec abiicimus palliũ, nec exilimus, nec accurrimus ad vocantem, sed tergiuersamur, differimus, hæsitamus, causamur, torpescimus in sordibus ac tenebris nostris, & malumus in sordido pallio stipem emen-

dieare ab hoe mundo, quàm ab Iesu lucem accipere, quæ summā totius fœlicitatis cōplectitur. Si is pallium abiicit ob visum corporalem, quid non abiicere debemus, vt lucem Christum recipere & tenere possimus?

Ille verò abiecto pallio suo, surrexit, & venit ad 50
Iesum.

Et respōdens dicit illi Iesus, Quid vis faciā tibi? 51
Cæcus autē dixit ei, 'Rabboni, vt visum recipiā.

Iesus autem dixit illi, 'Abi, fides tua saluum te 52
reddidit. Et protinus recepit visum: & sequebatur
Iesum in via. CAP. XI.

Har. 3.36 Matth.21.a.1. luc.19.d.29.

ET quū appropinquāt Hierosolymis 'ad Beth- 1
phage' & Bethaniam iuxta montem Oliuarū,
emittit duos è discipulis suis,

Et dicit illis, Abite in vicum qui contra vos est: 2
& statim ingredientes in illum, inuenietis pullū
alligatum, supra quem nullus hominū sedit: sol-
uite eum, & adducite.

'Et siquis vobis dixerit, Cur 'facitis hoc? dicite 3
quòd Dominus eo opus habet: & cōtinuò illum
mittet huc.

'Abierunt autem, & 'inuenerūt pullum alliga- 4
tum iuxta ianuam foris in biuio: & soluūt illum.

Et 'nonnulli eorum qui illic stabant, dicebant 5
illis, 'Quid facitis soluentes pullum?

At illi dixerunt eis 'quemadmodum præcepe- 6

50 Qui proiecto vestimento suo, exiliens, venit ad eū.

51 Et respondens Iesus dixit illi, Quid tibi vis faciā? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, vt videam.

52 Iesus autem ait illi, Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur eum in via. CAP. XI.

1 ET quum appropinquarent Ierosolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum, mittit duos ex discipulis suis,

2 Et ait illis, Ite in castellum quod contra vos est: & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite.

3 Et siquis vobis dixerit, Quid facitis? dicite quia Domino necessarius est: & cōtinuò illum dimittet huc.

4 Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuā foris in biuio: & soluūt eum.

5 Et quidam de illic stantibus dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum?

6 Qui dixerūt eis sicut præ-

ANNOT.

51 Rabboni] Chaldæā vocem rursum posuit, pro qua Hebræi Rab, siue Rabbi. Matthæus, Domine, vt aperiantur oculi nostri. Lucas, Domine, vt visum recipiam.

52 Abi, fides, &c.] Lucas, Recipito visum, fides tua te saluum reddit. Et confestim visum recepit, ac sequebatur illum, glorificans Deum: & omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. De hac fide vide Matth.9.c.22. Non redit hic cæcus ad pallium, non redit ad pristinam mendicitatem, sed oblitus omnium, sequutus est Iesum in via. Vide Matthæū. Quotquot redemptionem Christi verè perceperunt, seruatorem suum non possunt nō sequi, atque in omnibus glorificare Deum qui ex sola sua gratia huc ipsos perduxit. Dicit Lucas, Plebem dedisse laudem Deo, quod perinde est atque glorificasse Deū. vtrūque enim idem significat. Vide Matthæū, cap.9.a.8, quare plebs Deo laudem dederit.

IN CAPVT XI.

1 Ad Bethphage] Matthæus verbo addito, clarius scribit cap. 21.a.1, Et venissent Bethphage. Et Bethaniam] Ita & Lucas.

4 Abierunt autem,] Hic noster, cum Luca, cap.19.c.32, pluribus describit quomodo Apostoli profecti sint vt asinam & pullum adducerent. Pro quibus Matthæus tantum habet, Eūtes autem discipuli fecerūt sicut præceperat illis Iesus. Inuenet.pul.] Lucas breuius, Inuenerunt sicut dixerat illis.

5 Nonnulli eor. qui il.stab.] Lucas scribit fuisse dominos pulli. Quid facitis soluentes pullum?] Id est, Cur soluitis pullum? vt Lucas exponit. Alioqui Quid facitis soluentes, significat Quid facere vultis vbi solueritis pullum?

6 Quemadm. præcep. Iesus:] Lucas explicat quid dixerint, quod præcepisset Dominus, nempe, Dominus eo opus habet.

ceperat illis Iesus: & dimiserunt eos.

rat Iesus: & sinebant illos.

Et duxerunt pullũ ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua: & sedit super eũ.

7 ‖Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt Iohā. 12.b.14
illi vestimenta sua: sedítque super illum.

Multi autem vestimenta sua strauerunt in via: alii autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via.

8 Multi verò vestimenta sua sternebant in viam:
alii verò frondes incidebát ex arboribus, & ster-
nebant in viam.

Et qui præibát, & qui sequebantur, clamabant, dicentes, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

9 ʼEt qui præcedebant, quíque sequebantur, cla- B
mabant, dicentes, Hosanna, benedictus qui venit
in nomine Domini.

ANNOT.

9 Et qui præcedebant,] Quando acclamauerint Christo turbæ, explicat Lucas, his verbis, Et quum appropinquaret iam ad descensum montis Oliuarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderát virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine Domini. Continuò addit quod neque Matthæus, neque noster habet, Pax in cælo, & gloria in altissimis. Quibus verbis significare volebant tunc demum in cælis veram hominibus pacem donatam, diuinæque bonitatis gloriam effulsisse. q.d. Deus cælestis placatus est nobis, vnde & à nobis exaltádus est, habitás in altissimis cælis. quum inquam, mittat nobis regem suum promissum, videmus eum nobis esse placatũ: propterea laudandus, & gloria illi tribuenda, qui sola sua bonitate & misericordia motus, præstitit quod pollicitus fuerat. Fieri potest vt homines inter se habeant pacem, interim bellũ habeant cũ Deo. Paulus, (Coloss.1.c.20,) dicit Christũ pacificasse omnia & quæ in cælo & quæ in terra. Christus igitur vinculum est nostræ coniunctionis. Glorificandus propterea Deus propter illam pacem. Tunc enim manifestauit suam gloriam: quæ in omnibus quidem operibus relucet, præcipue verò in hac misericordia & redéptione. Lucas addit præter hæc, Et quidam Pharisæorum è turbis dixerunt ad illum, Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis quòd si hi tacuerint, lapides clamabunt. Luc.19.f.39. Et postea quũ pueri in templo acclamarent ei, Hosiah-na, indignati sunt Principes sacerdotum & Scribæ, quòd tribueretur ipsi honor Messiæ: & dixerunt ad eum, Audis quid isti dicũt? Vide Matthæum, cap.21.b.15. Perspicue significat Christus quòd quæ hic fiũt, diuino Spiritu fiant. Si hi (inquiens) tacuerint, lapides clamabunt. hoc est, Deus ita constituit vt hoc tempore manifestetur Christus, & ingrediatur in regnũ suum. quis autem posset decretũ Dei infirmare? Quod agitur, Dei opus est: quis autem opus Dei, quominus promoueat, impediret? Si viri tacuerint, pueri clamabunt. & si pueri conticescant, lapides vociferabuntur. Omnino enim Christus reuelandus est, etiamsi rumpátur omnes Pharisæi & Pontifices. Post hæc continuò addit,

Et vt appropinquauit, videns ciuitatem ʼfleuit super illam, dicens, ʼSi cognouisses & tu, ʼ& quidem in isto die tuo, ʼquæ ad pacem tuá *pertinent, curares*: nunc autem ʼabscondita sunt ab oculis tuis. ʼQuia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & cingent te, & coangustabunt te vndique: & solo æquabunt te & filios tuos qui in te sunt: & nõ relinquent in te lapidem super lapidem: ʼeo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Luc.19.f.41. Vide ineffabilem Christi etiá in perituros Iudæos amorem, qui in summo hoc glorioso triumpho lachrymas ei extudit. Huiusmodi autẽ cogitatione verisimile est pectus Domini exæstuasse, En venio tibi, ô filia Sion & Ierusalem, rex tuus & saluator, vt tibi Prophetæ tui prædixerunt: sed pauper & humilis: ideo contemnis me, à quo solo iustitiá & vitam accipere posses. O vtinam & tu cognouisses quæ ad pacem tuá, scilicet facerent, nec ita stuperes in malum tuum. Et id quidem in isto die tuo, quum te ad cognoscendum hæc, tot ac tanta inuitent. Nunc enim dum me habes regnum cælorum tibi annuntiantem, dies salu-

tis & visitationis tuæ tibi ortus est:quod ex vita atque doctrina mea, tótque præclaris virtutibus pridem debueras agnoscere. Sed ô térque quatérque infœlix:nunc ista abscondita sunt ab oculis tuis:ideo insanis & sæuis contra me, dabísque me neci, quem cum his turbis regem & saluatorem tuum debebas ardentissimis animis excipere. Hinc autē non diu pōst eueniet, vt circūdata ab hostibus, ac post infandæ infœlicitatis exempla, tandem exscindaris funditus, occisis filiis tuis, atque euersis adeó omnibus ædificiis tuis, vt ne lapis quidem super lapidem relinquatur. Quæ indicibilia mala ideó super te venient, quód non agnoueris tempus visitationis tuæ hoc præsens, ī quo te gratia Patris per me visitauit, atque ad salutē te benigne vocauit quantū nec antea fecit, nec postea vnquā facturus est. Atque ita videtur vero magis cōsonum vt istam Domini orationem, Si cognouisses & tu, &c. in optandi forma legamus, quàm cum reticentia: vt subaudias illud, CVRARES. probe enim cohæret, Si & tu in hoc quidem die tuo cognouisses quæ ad pacem tuam, subaudi FACIVNT, aut PERTINENT. Alioqui & aliquid subaudire oportet quod verbo COGNOVISSES respondeat. Adhæc, fauet huic lectioni & quod subnectitur, Nunc autem abscondita sunt, &c. Id est, non cognoscis quæ ad pacē tuam faciunt, quæ optarim te cognoscere. Nunc singula excutiamus. Fleuit super illam,] Obserua mirificum amorem Christi erga populū Iudaicum. Neque enim fuerunt fictæ lachrymæ. non agebat personam comœdi, sed verus fuit affectus qui expressit has lachrymas Christo. nec dubiū quin totum se expēdere voluerit populo cui missus erat. Quia autem secundo loco Pater nos etiam ei commisit, ne dubitemus quin eundem affectum erga nos gerat. Quód siquis quærat quī conueniant lachrymæ in Christo cum æterna Dei prouidentia: Fatemur Christum verum Deum: nec quicquam accidisse quod æterno decreto non statuerit cum Patre. Sed hoc non obest quin vt homo fuit, commotus sit sympathia, vt Heb. 4.d.15, docet Apostolus, Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, &c. Nihil magis proprium hominis naturæ quàm affectus, præsertim humanitatis. Vt ergo Deus erat, habuit firmum quod decreuit ab initio: quatenus homo fuit, cōstitutus saluator populi Iudaici, doluit, quód videret Ierosolymam non esse capacem tantæ gratiæ quam illi afferebat, quód non cognosceret fructum aduentus eius. Paulus Rom. 15. b.8, dicit Christum ministrum fuisse Circuncisionis. In hoc ergo venerat vt Iudæi sentirent saluificum eius aduentum. Cum igitur videt frustra se venisse Iudæis quibus potissimum missus erat, nō temperat à lachrymis: quum inquam videt vrbem electam, à qua in totum orbem salus manare debebat, ipsum reiicere. Si cognouisses & tu,] Pathetica est oratio, ideo abrupta. Vsitatum enim est vt homines sua sensa exprimere non possint quum affectus præualet. præcludit enim affectus, vim effandi. hoc sine cōtrouersia verū est. Nōnulli tamen subaudiunt (vt prius dictum est) quod positū est à nouo interprete: verùm magis assentior iis qui nihil subaudiūt.

Et tu,] Siue, Etiā tu. Emphasim habet istud ET. q.d. In aliis fortasse hoc tolerabilius: in te autem non potest certe tolerari. etsi alii ruerent in scelera, & à Deo deficerent, tibi tamen perstādum erat, in qua semper reliqua spes manebat. Neque veró mirum fuerit si aliæ vrbes non me recipiant, qui non illis, sed vobis missus sum in salutē, quam tamen reiicitis. Obserua autem, tanto grauiorem culpam, tantóque grauius exitium nos manere, quanto alios antecelluerimus. Reddēda enim erit ratio omniū donorum Dei: qui maiora habet, tanto magis adstrictus est: vt si abutatur, maiore pœna sit dignus. Et quidē in isto die tuo.] Amplificatio est in his verbis. q.d. licet hactenus fueris rebellis, tamen nunc debueras resipiscere. destinauit enim me Pater tanquam vnicum remediū. nunc igitur si cognosceres. Exclamatio est deprōpta ex intimo pectore, sed tanta affectione, vt dolor vocem præcludat: vt quum dolemus, absorbemur nostris verbis. Diem Ierosolymæ vocat qui peculiariter destinatus erat ad eius redemptionem: quód si elaberetur ei ista opportunitas, clauderetur illi in posterū salutis porta. Habet enim hunc loquendi morem Scriptura. Tamen dies in bonam & malam partem accipitur. Psal. 137. b.7, Recordare Domine filiorum Edom, diei Ierusalem, qui, &c. Dies enim tam pro iudicio, quàm pro misericordia Dei accipitur. Cum punit, etiam ad resipiscentiam vocat: sed misericordia maior est quū nos beneficentia vocat, non plagis & afflictione. Notandum autem quód nonnunquam Dominus specialiter nos vocat, id est magis aperte quàm aliás. Certis temporibus videtur deserere Ecclesiam suam, ita vt extincta sit veritas: vt nos experti sumus sub Antichristo. Nunc veró quum suo Euangelio illucet, quasi manum præbet. Est igitur peculiaris vocatio: cui nisi respondeamus, nihil erit postea excusationis. Nemo qui dē conqueri poterit quód destitutus sit vocatione. sed tamen patres nostri tam graue iudiciū

non ſuſtinebāt,quàm nos:quòd non habuerint eum dié quo fruimur.Pro circunſtantia tēporis creſcit culpa,& pœna pro gradu culpæ. Quæ ad pacem tuam,] Pacem pro fœlicitate,hîc generaliter accipit.Id eſt,quæ ſit vera tua beatitudo,& quæ via illuc perueniendi.Sæpe norūt homines quæ ſit ſumma fœlicitas:non autem ea quæ pertinēt ad fœlicitatē.Verbi gratia, Omnes fatentur fœlicitatem eſſe ſi cōiuncti ſimus cum Deo: ſed interim Euangelium reiiciūt quod ad illam conſequendam pertinet. Abſcondita ſunt ab oculis tuis.] Exprobrat eorū ingratitudinem, eorúmque peccatum amplificat, quòd tam cæci ſint vt non cernant præſentem Deum.nam Chriſtus erat verè Deus:quem quum non recipiant,quàm horrenda eſt cæcitas?Non tamen excuſantur cæcitate,imò verò magis condemnātur. Quia venient dies &c.] ὅτι Græcum,vertendum erat in certe:nouam enim perſonam induit Chriſtus.nā hactenus ingemuit & illachrymatus eſt:nunc autem denuntiat illis ſuum exitium,& quaſi alia voce. Quod diligenter obſeruandum eſt à miniſtris verbi Euangelii. debent enim ſuis affectibus modum adhibere,vt nullus eos impediat quo minus Deo obtemperēt, & in officio progrediantur.Exempli gratia,Debuit Chriſtus dolore affici propter ingratitudinem & cæcitatem Iudæorum:interea tamen oportuit eum exequi Patris mandatum: vt etiam legimus dolorem fuiſſe in Prophetis propter duritiem populi, qui & in miniſtris eſſe debet. Nec enim debent eſſe tantum præcones, ſed ſerio etiam affici debent, & coram Deo teſtari dolorem ſuum.Non tamen debent vllis affectibus ſuccūbere.Veluti Ieremias,qui paſſim acerbè deplorat calamitatem populi,tamen iubetur libere prædicare afflictiones & captiuitatem futuram. Hoc pacto meminerint miniſtri Dei ſic ſe oportere tangi miſericordia erga pereuntes,vt nihilominus denūtient illis futurū Dei iudicium. Diem viſitationis] Id eſt,diem ſalutis.accipitur enim in vtranque partem. Nam impiis dies viſitationis eſt quum Deus de ipſis ſumit vltionem:Piis verò, quum eos vocat ad ſalutem. Quia igitur Ieruſalem præbuit ſe ingratam Deo,neceſſe erat funditus euerti,& ſentire tam graues pœnas vt horrori eſſent omnibus.Meminerimus igitur non reſpuendam gratiam Dei:quod nunquam impunitum remanebit.

Benedictum quod venit regnū patris noſtri Dauid. Hoſanna in excelſis.

10 Benedictum quod venit regnū in nomine Do-
mini patris noſtri Dauid: Hoſanna in altiſſimis. Har.3.37.

Et introiuit Ieroſolymā in templum: & circūſpectis omnibus, quum iam veſpera eſſet hora,exiit in Bethaniam cum duodecim.

11 |Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus,'& Matt. 21.b.10
in templum:| & quū circunſpexiſſet omnia, iám- Luc.19.g.45.
que tempus eſſet veſpertinū, 'egreſſus eſt Betha- Har.3.39
niam cum duodecim.

Et alia die quum exirent à Bethania, eſuriuit.

12 |'Et poſtero die quū exiſſent Bethania,eſuriit. Ha.3.40.

Qúmque vidiſſet àlonge ficum habentē folia, venit, ſiquid fortè inueniret in ea: & quū veniſſet ad eā, nihil inuenit præter folia: non enim erat tēpus ficorū.

13 Qúmque vidiſſet arborem fici procul haben- Matt.21.b.19
tem folia, veniebat ſi videlicet inuenturus eſſet
aliquid in illa:& quum veniſſet ad illā, nihil in-
uenit niſi folia:non enim erat tempus ficorum.

Et reſpondens dixit ei, Iā nō amplius in æternum ex te fructū quiſquā māducet. Et audiebant diſcipuli eius.

14 'Et reſpondens Ieſus dixit ficui,'Ne poſthac ex
te in æternum quiſquam fructum edat.Et audie-
bant diſcipuli illius.

ANNOT.

11 Et in templum] In Matthæo, cap. 21.b. 13,annotatum eſt ex hoc loco Ieſum non ipſo die ſui ingreſſus,eiecisse vendentes & ementes,ſed poſtero die:tametſi author Harmoniæ Euangelicæ velit eum bis eiecisse,ipſo die,& poſtridie: quod non admodū congruere videtur quum hîc noſter dicat,Iámque tempus eſſet veſpertinum,egreſſus eſt. Egreſſus eſt in Bethaniam,] Vide eodem capite Matthæi,verſu 17.

12 Et poſtero die] Vide eodem Matthæi capite, verſu 18,& 19.Iſte primus dies eſt ab introitu illo regio.

14 Et reſpondens] Pro,Verba faciens,aut,loquutus, more Hebræorum, Ne poſthac ex,&c.] Matthæus habet,Ne poſthac ex te fructus naſcatur in æternū. idem cum noſtro ſen-

fus eſt: ſi enim non naſcatur fructus ex ea in æternum, nec quiſquam in æternum poterit fru-
ctibus illius veſci.

'Veniúntque Hieroſolymam. Et ingreſſus Ie- 15
ſus in templum, cœpit eiicere eos qui vendebant,
& emebant in templo, & menſas argentariorum,
& ſellas vendentium columbas ſubuertit.

Et veniunt Ieroſolymam. Et quum introiſſet in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

'Et non permiſit vt quiſquam deportaret vas 16
C per templum.

Et non ſinebat vt quiſquā tráſſerret vas per templū.

Eſa.56.c.7. 'Et docebat dicens illis, Nónne ſcriptū eſt, ‖ Do- 17
mus mea, domus precationis vocabitur omni-
Iere.7.b.11. bus gentibus? ‖ vos autem feciſtis eam, ſpeluncam
latronum.

Et docebat dicēs eis, nónne ſcriptum eſt, Quia dom⁹ mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis eam, ſpeluncam latronum.

'Et audierunt Scribæ, principéſque Sacerdotum, 18
& quærebant quomodo illum eſſent perdituri: ti
mebant enim eum, quòd tota turba admirabatur
doctrinam illius.

Quo audito, principes Sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniā vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

Et quum veſpera iam eſſet, egreſſus eſt Ieſus è 19
ciuitate.

Et quum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.

Matt.21.b.19. ‖ 'Et mane prætereuntes viderunt ficum exaruiſ 20
ſe radicitus.

Et quum mane tranſirēt, viderunt ficum aridam factam à radicibus.

Et recordatus Petrus dicit illi, Rabbi, ecce, 'ficus 21
illa quam execratus es, exaruit.

Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce, ficus cui maledixiſti aruit.

Et reſpondens Ieſus dicit illis, 'Confidite Deo. 22

Et reſpondens Ieſus ait illis, Habete fidem Dei.

Amen dico vobis, quòd quicūque dixerit mon 23
ti huic, Tollaris, ac mittaris in mare: & non hæſi-
tauerit in corde ſuo, ſed crediderit fore quæ dixe
rit: erit illi quicquid dixerit.

Amen dico vobis, quia quicūque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei.

ANNOT.

15 Veniúntque Ieroſolymam.] Hæc exponuntur eodem capite Matthæi 21, verſu 12.

16 Et non permiſit] Iſtud noſter ſolus ſcribit.

17 Et docebat, dicens,] Vide Matth.21.b.13.

18 Et audierunt Scribæ,] Lucas, Et docebat quotidie in templo: principes autem Sacerdotum & Scribæ quærebant illum perdere, & primores plebis. nec inueniebant quid facerēt: totus enim populus pendebat ab ore eius quum audiret illum. Agnoſcat hic Chriſtianus in his Sacerdotibus & Scribis, veræ impietatis ingenium. Quod Chriſtus fecit, Spiritus ſancti opus eſt, quod Sacrificuli & Scribæ debebant admirari: & quia habebant legitimam eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem, etiam imitari: ſed ecce impietatem, tantum abeſt vt agnoſcerent diuinū opus, ac reſipiſcerent, vt potius ad crudelitatem irritarentur, & in necē Chriſti conſpirarent. Agnoſcat præterea vt vano impii metu ſæpe detineantur, ne bonos (quod cupiunt) lædant. Certe populus hic qui poſt quatriduum induci potuit vt ad crucem Chriſtum poſceret, non ſolum non cuperet defenſum, non erat adeò principibus Sacerdotum & Scribis timendus. Sed Domini fuit voluntas, vt hoc (licet omnino vano) metu, differretur eorum crudelitas vſque in horam ab ipſo conſtitutam. Ita à ſola optimi Patris voluntate pendere omnia agnoſcimus: ei nos igitur penitus committamus. Vana enim eſt ſalus hominum.

20 Et mane prætereuntes] Hic ſecundus dies eſt à regio illo ingreſſu.

22 Confidite Deo.] Hæc cum verſu ſequenti exponuntur Matth.21.b.21.

24 Propterea dico vobis, Quæcunque orantes pe- Matth.7.a.7 luc.11.b.9.
titis, credite quòd accipitis: & erunt vobis.
25 Et quum steteritis orantes, remittite siquid ha- Matth.6.b.14
beris aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in D
cælis est, remittat vobis delicta vestra.
26 Quòd si vos non dimiseritis: nec Pater vester
qui in cælis est, dimittet peccata vestra.
27 Et veniunt rursus Hierosolymam: & quũ am- Har.3.41
bularet in templo, veniunt ad illum principes Sa- Matt.21.b.14 luc.20.a.1.
cerdotum & Scribæ & Seniores,
28 Et dicũt illi, Qua authoritate hæc facis? & quis
tibi dedit authoritatem istam vt ista facias?
29 Iesus autem respondens dixit illis, Quæram à
vobis & ipse quiddam, & respondete mihi: & di-
cam vobis qua authoritate hæc faciam.
30 Baptismus Ioannis vtrum è cælo erat, an ex
hominibus? respondete mihi.
31 Et cogitabant apud se, dicentes, Si dixerimus,
E cælo: dicet, Cur igitur nõn credidistis illi?
32 At si dicamus, Ex hominibus: timebant popu-
lum. omnes enim habebant Ioannem quòd ve-
rè Propheta fuisset.
33 Et respondentes dicũt Iesu, Nescimus. Et Iesus
respondens dicit illis, Nec ego dicam vobis qua
authoritate hæc faciam.

CAP. XII.

1 ET cœpit illis per parabolas loqui: Vineã plan- Har.3.42
tauit homo, & circundederat sepem, & fode- Matt.21.c.33. luc.20.b.9.
rat lacum, & ædificauerat turrim, & elocauerat esa.5.a.1. iere.2.d.21.

24 Propterea dico vobis, Omnia quæcunque orátes petitis, credite quia accipietis: & euenient vobis.
25 Et quum stabitis ad orandum, dimittite siquid habetis aduersus aliquẽ: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra.
26 Quòd si vos non dimiseritis: nec Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra.
27 Et veniunt rursus Ierosolymam. Et quum ambularet in templo, accedunt ad eum summi Sacerdotes & Scribæ & Seniores.
28 Et dicũt ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatẽ vt ista facias?
29 Iesus autẽ respondens ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respõdete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciam.
30 Baptismus Iohannis de cælo erat, an ex hominibus? respondete mihi.
31 At illi cogitabant secum, dicentes, Si dixerimus, De cælo: dicet, Quare ergo nõ credidistis ei?
32 Si dixerimus, Ex hominibus: timebant populum. omnes enim habebant Iohãnẽ quia verè propheta esset.
33 Et respondẽtes dicunt Iesu, Nescimus. Et respondẽs Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

CAP. XII.

1 ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam pastinauit homo, & circundedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè

ANNOT.

25 Remittite] Totidem fere verbis eadem leguntur & Matth.6.b.14. Nihil æque à nobis Deus requirit quàm mutuam dilectionem, vt singuli alii aliis dii simus, hoc est, vt sua imago & bonitas inter nos eluceat: huic iam nihil æque obsistit atque offensæ, quibus animi alienantur, & à bonitate reuocantur. Ideo potissimum de condonandis erratis proximorũ hanc particulam non repetiit modo apud Matthæum post orationem quam nos docuit orare, sed etiã hîc, de oratione loquens. nequis putet se aliquid posse à Patre obtinere, nisi cõdonatis fratrũ erratis & offensionibus erga nos. Vt enim ille nihil impetrat qui diffidit Patrẽ non posse præstare, aut nolle: sic nec ille qui etsi cõfidat, impudenter cõfidit, qui rogat Patrem vt sibi remittat quæ deliquit in eum, quum ipse nolit remittere fratri quod in ipsum admisit. De hac remissione vide Parabolam Matth.18.e.21.

27 Et veniunt rursus Hierosol.] Hic tertius est dies ab ingressu regio in Ierusalem. Hæc omnia vsque ad finem capitis, explicantur in Matthæo, cap.21.b.23. Ambularet in temp.] Lucas addit, Doceret populũ, & euãgelizaret. Similiter Matthæus, Accesserũt ad eum docentẽ.

32 Timebant pop.] Ita & in vetustioribus scriptis codicibus veteris interpretis legitur, non autem Timemus.

IN CAPVT XII.

1 Et cœpit illis, &c.] Lucas, Cœpit autem ad plebem dicere parabolã hanc. Vineã plã-

tauit] Matthæus(apud quem explicatur parabola,cap.21.c.33)habet, Homo quidam erat paterfamiliâs,qui plantauit,&c. Quoniam excindenda arbor est quæ pergit esse sterilis,vt proxima parabola monuerat Iudæos,licet multam pietatem præ se ferrent,plurimáque promisissent & promitterent,perseuerare tamen esse immorigeros,nullósque pietatis fructus ferre:ita nunc admonet vltionis quæ ipsos hinc manebat.

eam agricolis:& 'peregre profectus est.
Et misit ad agricolas'quum opportunum esset, 2
'seruum,vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.
At illi arreptum illum ceciderunt, ac remiserũt 3
vacuum.
Et rursum misit ad illos alium seruum: & illi cõ 4
iectis in eum saxis 'comminuerũt illi caput,& remiserunt contumeliis affectum.
Et rursum aliũ misit: & illũ occiderũt: multósque alios,hos quidẽ cædẽtes,illos verò occidẽtes. 5
'Itaque quum vnum adhuc haberet filiũ suum 6
dilectum, misit etiam illum ad illos postremum, dicens,Reuerebuntur filium meum.
Illi verò agricolæ'dicebãt inter sese,Hic est hæ- 7
res:venite,occidamus eũ,& nostra erit hæreditas.
Et arreptum illum occiderunt, & eiecerunt è 8
vinea.
Quid igitur facturus est Dominus vineæ?'Ve- 9
niet,& perdet agricolas,& dabit vineam aliis.
'An ne hanc quidem Scripturam legistis, [La- 10
pidem quem reprobauerunt ii qui ædificabant, hic factus est in caput anguli:

Psal 118 e.12 esa.28.d.16. matt.21.d.42. act.4.b.11. rom.9.g.33. 1.pet.2.a.8.

profectus est.
2 Et misit ad agricolas in tẽpore seruũ, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.
3 Qui apprehẽsum eũ ceciderũt, & dimiserunt vacuũ.
4 Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerũt, & contumeliis affecerunt.
5 Et rursum alium misit:& illum occiderunt: & plures alios,quosdam cædentes,alios verò occidentes.
6 Adhuc ergo vnum habẽs filium charissimũ, & illum misit ad eos nouissimum, dicens, Quia reuerebũtur filium meum.
7 Coloni autem dixerunt adinuicẽ, Hic est hæres:venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas.
8 Et apprehendentes eum, occiderunt, & eiecerũt extra vineam.
9 Quid ergo faciet dominus vineæ?Veniet, & perdet colonos,& dabit vineam aliis.
10 Nec Scripturam hanc legistis,Lapidem quem reprobauerũt ædificantes,hic factus est in caput anguli:

ANNOT.

Pereg.prof.est.] Lucas addit,Tempore multo.

2 Quum opport.esset] Sic Lucas.Matthæus id explicat,his verbis,Quum autem tempus fructuum appropinquasset. Seruum,] Quidam dicunt alios fuisse seruos quos noster & Lucas primum singulos missos fuisse describũt:& alios quos Matthæus plures, idque aliquoties missos fuisse cõmemorat:quod ex hoc nostro ita esse factum intelligunt, qui de vtrisque docet.Est igitur(inquiunt)ita intelligenda parabola,quasi paterfamiliâs sub Septembrẽ miserit singulos,vt fructus præcoces, siue honorarii nomine, siue vt paulo pòst de reditu detraherentur,afferrent.Sub Decembrem autem,plures simul,qui totum vineæ reditum ad herum deferrẽt.Huic opinioni fauere videtur quod à nostro paulo pòst versu 5 scribitur,dicẽte,Multósque alios,hos quidem cædentes,illos verò occidentes.

4 Commin.illi caput,] Græce ad verbum,Capitauerunt,hoc est comminuerũt caput.Vetus interpres quoniam vidit illũ redisse viuum,vertit,Vulnerauerunt:ne putaretur extinctus.

6 Itaque quum vnum,&c.] Matthæus,Nouissime autem misit ad eos filium suum.Lucas, Dixit autem dominus vineæ,Quid faciam?mittam filium meum dilectum. Reuereb.fil. m.] Lucas,Forsitan hũc videntes reuerebũtur.Vide annotationẽ in Matthæo in hæc verba. Quædam Græca exemplaria hoc loco legunt Forsitan: quanquam plura legunt ἴσ, quod & Quia & Certe significat, vt in Matthæo dictum est.

7 Dicebant inter sese,] Vide Matthæum,21.d.38.

9 Veniet,] Hæc respondisse principes Sacerdotum & Seniores, liquet ex Matthæo,dicẽte, Aiunt illi,Mali quum sint,male perdet illos,&c.

10 An ne hanc quidem,&c.] Lucas habet,Quum audissent autem,dixerunt,Absit.At ipse dixit eis,Quid ergo est hoc quod scriptum est,Lapidem,&c.Vide Matthæum.

A Domino factũ eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

11 A Domino 'factum eſt hoc, & eſt 'admirabile
'in oculis noſtris?

Et quærebãt eum tenere, & timuerũt turbã: cognouerũt enim quoniã ad eos parabolã hanc dixerit. & relicto eo abierunt.

12 'Et quærebant eum 'comprehendere, & metuebant turbam: 'ſciebant enim quòd aduerſus ipſos parabolam dixiſſet. & relicto illo abierunt.

Et mittunt ad eum quoſdã ex Phariſæis & Herodianis, vt eũ caperẽt in verbo.

13 ‖'Ac mittunt ad illũ quoſdam è Phariſæis & Ha.3.44.
Herodianis, vt eum captarent ſermone. Matt.21.b.15 luc.20.d.20.

Qui venientes dicunt ei, Magiſter, ſcim⁹ quia verax es, & non curas quenquam: nec enim vides in faciẽ hominũ, ſed in veritate viam Dei doces: Licet dare tributum Cæſari, an nõ dabim⁹?

14 Illi verò quum veniſſent, dicunt ei, Præceptor, B
ſcimus 'quòd verax es, & non curas quenquam:
non enim reſpicis perſonam hominum, 'ſed cum
veritate viã Dei doces: 'Licet cenſum Cæſari dare, an non? 'demus, an non demus?

Qui ſciens verſutiam illorũ, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam.

15 Ille verò ſciens illorum 'ſimulationem, dixit illis, 'Quid me tentatis? afferte mihi 'denarium vt
videam.

At illi attulerunt ei. Et ait illis, Cui⁹ eſt imago hæc & inſcriptio? Dicũt ei, Cæſaris.

16 Illi verò attulerunt. Et dicit eis, Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Illi verò dixerũt ei, Cæſaris.

Reſpondens autem Ieſus dixit illis, Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

17 Et reſpondens Ieſus dixit illis, [Reddite quæ Rom.13.b.7.
ſunt Cæſaris, Ceſari: & 'quæ Dei ſunt, Deo.

ANNOT.

11 Factũ eſt hoc,] Ex Græco αὕτη, apparet HOC, referre Caput. Theophylactus ad angulũ refert. Admirabile] Etiã hoc ad Caput, ſiue ad Angulum refertur quemadmodũ Factum eſt. In oculis noſtris?] Matthæus addit, Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Præter hæc ſcribit cum Luca, Et omnis qui ceciderit ſuper lapidem hunc, confringetur: ſuper quem autem ceciderit, conteret eum. Quæ omnia exponuntur in Matthæo.

12 Et quærebant] Matthæus ſcribit, Et quum audiſſent principes ſacerdotum ac Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipſis diceret. Comprehendere,] Lucas, Iniicere in eum manus eadem hora.

13 Ac mittunt ad illum] Matthæus cap.22.b.15, diſtincte magis, Tunc abeuntes Phariſæi cõſilium ceperunt vt illaquearent eum in ſermone. Et ad illũ emittunt diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes, Magiſter, &c. Lucas cap.20.d.20, pro his habet, Et obſeruantes, emiſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eum ex ſermone, traderéntque illũ principatui & poteſtati Præſidis: & interrogauerũt eum dicentes, Magiſter, &c. Vide Matthæum, vbi & de Herodianis.

14 Quòd verax es,] Lucas exponit, Recte dicis ac doces. Sed cum veritate viam Dei doces:] Sic Lucas hæc etiam ſubiunxit verbis illis, Non reſpicis perſonam (ſiue faciem: vox enim Græca vtrunque ſignificat) hominum. tanquam hac adiectione ſignificare voluerit, eos perſonas hominum reſpicere qui non veram & puram Dei doctrinam homines docent, ſed tantum quæ illis grata eſſe ſentiũt, illorũ auribus inſeruiẽtes qui vt olim Prophetis, hodie quoque dicunt, Loquimini nobis placentia. Eſa.30.c.10. Licet cenſum] Matthæus habet, Dic ergo nobis, quid tibi videtur, Licétne tributum. Lucas, Licet nobis tributum dare Cæſari, &c. Nobis, inquiunt, qui Dei populus ſumus, qui liberi tributa nemini ſoluere conſueueramus. Demus, an non demus?] Vrgent hac iteratione reſponſum: quaſi futurũ ſit vt ſi reſponderit non dandum, daturi nõ ſint: ſin dandum, daturi. Verbum Græcum vim habet potentialem, quaſi dicas, An non debemus dare? & reſpondeat illi, Licet dare.

15 Simulationem,] Lucas, Verſutiam. Matthæus, Malitiam. Quid me tentatis?] Matthæus addit, Hypocritæ. Denarium.] Sic Lucas. Matthæus vocat Numiſma cenſus: Id eſt, denarium quem pro cenſu pendebant

17 Quæ Dei ſunt, Deo,] Haud ſcio caſúne factum ſit, an data opera, quòd DEO bis ad-

ditur articulus: CAESARI nequaquam: tanquam Cæsarem velut incertum & ignotum nominet, quòd multi sint eius nominis: Deum veluti certum designet.

'Et admirati sunt de eo.

Har.3.45 [Et 'veniunt Sadducæi ad illũ, qui dicũt nõ es- 18
Matt.22.e.24 luc.20.e.27. se resurrectionẽ: interrogauérũtque eũ, dicẽtes,
Deut.25.a.5. Præceptor, ['Moses scripsit nobis, sicuius frater 19
moriatur, ac relinquat vxorem, & 'liberos non relinquat: vt accipiat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo.

Septem fratres fuerunt: ac primus accepit v- 20
xorem, ísque 'moriens non reliquit semen.

Et secũdus accepit illam, ac mortuus est: &'nec 21
ipse reliquit semen. Et tertius similiter.

'Et acceperunt eam septem: 'nec reliquerunt se- 22
men. Postrema verò omniũ mortua est & vxor.

In resurrectione igitur quum resurrexerint, cu- 23
ius illorum erit vxor? nam septem habuerũt eam vxorem.

C Et respondens Iesus dixit eis, 'Annõ propterea 24
erratis, ꝙ nesciatis Scripturas, neque virtutẽ Dei?

'Quũ enim à mortuis resurrexerint, neque cõ- 25
trahunt matrimonium, neque nuptũ dantur, sed sunt velut angeli qui in cælis sunt.

'Cæterùm de mortuis, quòd resuscitantur, non 26
legistis in libro Mosis, quomodo in rubo loquu-

Et mirabantur super eo.

18 Et venerunt ad eum Sadducæi qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum, dicentes,

19 Magister, Moyses nobis scripsit, vt sicui⁹ frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios nõ reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo.

20 Septẽ ergo fratres erãt: & prim⁹ accepit vxorẽ, & mortuus est non relicto semine.

21 Et secundus accepit eam, & mortu⁹ est: & nec iste reliquit semẽ. Et terti⁹ similiter.

22 Et acceperũt eam similiter septem: & nõ reliquerũt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier.

23 In resurrectione ergo quũ resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem.

24 Et respondens Iesus ait illis, Nónne ideo erratis, nõ scientes Scripturas, neque virtutem Dei?

25 Quũ enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli in cælis.

26 De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubũ quo-

ANNOT.

Et admirati sunt de eo.] Lucas plura habet, Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram populo: & mirati super responso eius, tacuerunt.

18 Veniunt] Matthæus addit, Die illo.

19 Moses scripsit nobis,] Matthæus, Moses dixit, Siquis, &c. Liberos] Græca vox etiam filias significat. Semen fratri suo.] Semen significat posteritatem, sive prolem quam frater fratri suscitat, non sibi, eo quòd in mortui nomen transit quod nascitur.

20 Moriens non reliquit semen.] Lucas, Defunctus est sine liberis.

21 Nec ipse reliquit semen.] Lucas, Mortuus est sine liberis.

22 Et acceperunt eam septem:] Matthæus, Et tertius, vsque septem. Nec reliq. semen.] Lucas, Et non reliquerunt liberos, & mortui sunt.

24 Annon propterea erratis, &c.] Vide Matthæum, vbi hæc omnia explicantur, cap.22. c.29. Hæc ad sequentia referenda, vt sit sensus, eos ob id errare quòd non intelligerent Scripturas. Siquidem Pharisæi errabãt non quòd ignorarent Scripturas, sed quòd auaritia & ambitione essent excæcati: Sadducæi verò labebantur ob imperitiam Scripturarum.

25 Quũ enim à mor. resurr.] Lucas pluribus verbis hæc describit, dicens, Filii huius seculi matrimonia contrahunt, & nuptum dantur: qui verò digni iudicabuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque ducũt vxores, neque nuptum dãt: neque enim vltra mori possunt: æquales enim angelis sunt, & filii sunt Dei, quũ sint filii resurrectionis. Quæ omnia in Matthæo explicantur. Nota quòd seculum resurrectionis vocet Lucas.

26 Cæterùm de mortuis, &c.] Hæc explicãtur in Matthæo, versu 31 & 32. Lucas addit, Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt, Magister, bene dixisti.

modo dixerit illi Deus, inquiens, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?
Non est Deus mortuorũ, sed viuorum. Vos ergo multum erratis.
Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam bene illis respõderit, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum.
Iesus autem respondit ei, Quia primum omniũ mandatum est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est:
Et diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mãdatum.
Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuũ tanquã teipsum. Maius horũ aliud mandatũ nõ est.
Et ait illi Scriba, Bene magister i veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum:
Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & Diligere proximum tanquã seipsum, maius est omnibus holocautomatibus & sacrificiis.
Iesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi, Non es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.
Et respondens Iesus dicebat docẽs in templo, Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid?

stus sit illi Deus, dicens, Ego ille Deus Abraham, Exod.3.b.6. matt.22.c.38
& Deus Isaac, & Deus Iacob?
27 Non est Deus mortuorum, sed Deus viuẽtium.
Vos igitur multum erratis.
28 Et quum accessisset quidam è Scribis & audis- Har.3.46 Matt 22.d.34
set eos simul disputantes, videretque quòd bene
respõdisset eis, interrogauit illum, Quod est pri-
mum omnium præceptum?
29 Iesus autem respõdit illi, Primum omniũ præ-
ceptorũ est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Deut.6.a.4.
Dominus vnus est:
30 Et diliges Dominum Deum tuum ex toto cor-
de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua,
& ex totis viribus tuis. Hoc est primũ præceptũ.
31 Et secundũ simile, hoc est, Diliges proximum Leui.19.d.18
tuũ vt teipsum. Maius his aliud præceptũ nõ est. matth.22.d.39 rom.13.c.9.
32 Et dixit illi Scriba, Bene præceptor cum veri- galat.5.c.14. iacob.2.b.8.
tate dixisti, quòd vnus sit Deus, & non sit alius
præter illum:
33 Quódque diligere eum ex toto corde, & ex to
ta intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viri-
bus: ac Diligere proximũ vt seipsum, pl' sit quàm
vniuersa holocautomata & victimæ.
34 At Iesus quum videret quòd cordatè respon- D
disset, dixit illi, Haud longè abes à regno Dei. Et
nemo post illa audebat illum interrogare.
35 Et respõdens Iesus dicebat, docens in templo, Ha.3.47.
Quomodo dicunt Scribæ Christum esse filium Matt.22.d.41 luc.20.g.41.
Dauid?

ANNOT.

28 Et quũ accessisset quidã, &c.] Vide hæc omnia vsque 34 versum, in Matthæo, 22.d.34.

34 Cordatè] Vox Græca composita est ex Mente & Habeo, quasi dicas mentem habere: qua periphrasi Græci significant sapere & cordatum esse. vnde Cordatè vertit interpres.

Haud longè abes à regno Dei.] Regnum Dei capitur hìc pro Euãgelio, pro notitia Dei per Christum. Deum nosse, & illi fidere per Christũ, est esse in regno Dei. Habebat hic quidem Scriba fidem quandam & cognitionem rerum, deinde & mentem quæ consentiebat veritati quam profitebatur & agnoscebat. Vnũ tamen adhuc maxime necessarium deerat, nempe credere Christum esse per quem vnum omnia hæc præstantur, eundem esse filium Dei viui, Christum vnctum Domini. Hoc ignorabat Scriba. nam adstabat cum cæteris qui Christum tentandi gratia interrogabant, vt ex Matthæo liquet.

35 Et respondens, &c.] Respondere, pro verba facere, more Hebræorum positũ est. Matthæus cap.22.d.41, pluribus verbis describit interrogationem Christi, & Pharisæorũ responsionem, dicens, Cũgregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus, dicens, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum, dicens, &c. Lucas cap.20.g.41, totidem fere verbis historiam hãc nar-

rat,quot noster,verbo respondendi non vtens sed dicens,Dixit autem ad illos,Quomodo di
cunt Christum esse filium Dauid?

Nam ipse Dauid dixit 'afflatus Spiritu sancto, 36
Psal.110.a.1. [Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris
mihi, donec posuero inimicos tuos scabellũ pe-
dum tuorum.

Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ipse ergo Dauid vocat eum Dominum: & vn- 37
de filius eius est?'Et pleraque turba audiebat illũ
libenter.

Ipse ergo Dauid dicit eũ Dominum: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.

Matth.23.a.6 luc.11.f.43, & 20.g.45. [Et dicebat illis 'in doctrina sua, Cauete à Scri- 38
bis,'qui amant stolati obambulare,& *amant*'salu-
tationes in foris,

Et dicebat eis in doctrina sua, Cauete à Scribis, qui volũt in stolis ambulare, & salutari in foro,

'Primásque sellas in congregationibus,& 'pri- 39
mos accubitus in cœnis.

Et in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis.

Matt.23.b.14 luc.20.g.47. [Qui 'deuorant domos viduarum,& sub præte- 40
xtu longas faciũt preces: isti accipient grauiorem
damnationem.

Qui deuorãt domos viduarum sub obtẽtu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

Mar.3.47 Luc.21.a.2. [Et quum sederet Iesus 'ex aduerso gazophyla- 41
cii,spectabat 'quomodo turba mitteret æs in ga-

Et sedens Iesus contra gazophylaciũ, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in

ANNOT.

36 Afflatus Spiritu sancto,] Vide annotationem in Matthæo.

37 Et pleraque turba] Per turbã non est intelligenda fæx populi,sed simplices quique qui recto erãt animo.Nam & hodie eiusmodi, Euãgelio adhærent,non fæx populi tumultuans, nec principes summi:quòd simplices non tantopere affectibus carnis obnoxii sint quemadmodum illi:qui licet non aperte Christum reiiciant,vndecunqe tamen possunt,venantur occasionem detrahendi doctrinæ Christi,eámque calumniandi.

38 In doctrina sua,] Vide annotationẽ suprà cap.4.a.2. Qui amant stolati] Superbiæ & fastus signum hoc erat,quòd in vestibus ad talos vsque demissis ambulabãt.Idem Lucas narrat cap.20.g.46. Salutat.in foris,] Idem habet Matthæus,23.a.7, & Lucas cap.11.f.43,& 20.g.46.

39 Primásque cathed.] Sic & Matthæus,supradicto capite,versu 6.similiter & Lucas,prædictis locis. Prim.accub.in cœ.] Et hoc habet Matthæus,ibidem. Innata est omnibus hominibus principatus appetitio,præstaréque aliis cuncti volunt:qua in re primos parentes referunt, diuinam similitudinem impie affectantes. Huiusmodi hominibus sic loquitur Christus,Iohan.5.g.44,Quomodo vos potestis credere,qui gloriam à vobis inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo proficiscitur,non quæritis?

40 Deuorant domos vid.] Vide hæc Matth.23.b.14,& Luc.20.g.47.

41 Ex aduerso gazophylacii,] Vox Græca est Gazophylacium, quæ significat locum in quo res pretiosior seruatur.Arca autem erat in quam pecuniæ coniiciebãtur, in vsum templi Domini:de qua sic 2.Reg.12.b.9,Et tulit Iehoiadah sacerdos arcam vnius(nempe, è sacerdotibus)& perforauit foramen in operculo eius, & posuit eam apud altare in dextera, quũ quis ingreditur in domũ Domini, & posuerunt ibi sacerdotes custodes liminis omnem pecuniam quæ adducebatur in domum Domini.Fuit autem, quando videbant quòd multa pecunia esset in arca,&c. In hoc gazophylaciũ coniiciebãtur volũtariæ oblationes, ex quibus emebatur quicquid erat necesse in vsus tẽpli. Erat autem in atrio maiore.De gazophylacio alio legimus in Nehemia, cp.10.d.39 , Ad gazophylaciũ enim deportabãt filii Israel & filii Leui primitias frumenti,vini & olei:& ibi erãt vasa sanctificata,& sacerdotes,& cantores,&c.Locum sane admodum capacẽ fuisse oportuit,qui horum omnium esset capax, non arcam. Gazophylacium verò apud nostrum & Lucam,arca fuisse videtur,vt in supradicto loco Regum legimus.

Quomodo turba mitteret æs,&c.] In Luca cap. 21.a.1, sic legimus,Sublatis oculis vidit

eos qui mittebant munera sua in gazophylacium, diuites. Quod noster vocat æs, siue pecuniam, Lucas munera appellat, siue oblationes.

gazophylaciũ: & multi diuites iactabant multa.

zophylacium: & multi diuites mittebant multa.

Quum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.

42 Et venit quædam vidua pauper, misítque 'mi-
nuta duo, quod est quadrans.

Et conuocans discipulos suos, ait illis, Amẽ dico vobis quoniã vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylaciũ.

43 Vocatísque ad se discipulis suis, dicit illis, A-
mẽ dico vobis quòd 'vidua hæc pauper plus mi-
sit, quàm omnes qui miserũt in gazophylacium.

Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.

44 Nam omnes ex eo quod ipsis supererat 'mise-
serunt: at hæc è penuria sua omnia quæcũque ha
bebat misit, totam substantiam suam.

Cap. XIII.

Cap. XIII.

ET quũ egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ.

1 ET 'T quũ exiret è templo, dicit illi quidam è di Har. 4.1.
scipulis illius, Præceptor, vide quales lapides, Matth.24.a.1 luc.21.a.5.
& quales substructiones.

Et respondens Iesus ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? nõ relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

2 Et Iesus respondens ait illi, Vides has magnas
substructiones? non relinquetur lapis super lapi- Luc.19.b.44.
dem, qui non diruatur.

Et quum sederet in monte Oliuarũ contra templũ, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas,

3 Et quum sederet in monte Oliuarum è regio-
ne templi, interrogabant illum secretò Petrus &
Iacobus & Ioannes & Andreas,

Dic nobis quando ista fiẽt? & quod signum erit quando hæc omnia incipient cõsummari?

4 Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum
est quando 'hæc omnia sint consummanda.

ANNOT.

42 Minuta duo, quod est quadrans.] Lucas tantũ habet, minuta duo. Noster verò dicit duo minuta valuisse quadrantẽ, paulo plus scilicet quàm denariolus noster turonẽsis valeat.

43 Vidua hæc pauper plus misit, &c.] His Christi verbis docemur, Deũ, ab animo, non à quantitate rei quam quis ad Dei gloriam obtulerit, donum metiri. Respicit enim non quid offeramus, sed quo animo offeramus.

44 Miserũt:] Lucas addit, In munera Dei. Rationẽ hîc reddit Dominus quare vidua hæc pauper plus cæteris miserit. Cæterũ quod de oblationibus hîc dicitur, ad eleemosynas nunc extendendũ est: nam eadẽ est ratio: vtrũque enim datur Deo. Nobis verò vt nullũ externum templũ est, nullæ offerendæ externæ hostiæ, vtque nullũ habemus externũ sacerdotiũ: ita nullum gazophylacium est præter sustentationem egenorũ, & alimoniam eorũ qui Ecclesiæ ministrant, aut vt ministrent instituũtur. His certe quicquid donauerimus, donatum sibi Deus agnoscet: & eos plus donasse iudicabit, qui sibi minus reliquerint, propẽsioréque corde dederint. Vnusquisque respicere debet quas facultates habeat. Duo respicit Deus, affectum scilicet: deinde personam, hoc est facultatem. Nunc autem (ait Paulus 2. Corin. 8. b. 11,) & illud quod facere cœpistis perficite: vt quemadmodum volũtas prompta fuit, ita & perficiatis ex eo quod potestis. Etenim si prius adsit animi prõptitudo, ea, iuxta quicquid illud est quod possidet aliquis, accepta est, non iuxta id quod non possidet. Quorsum hæc? Nempe vt tam pauperes quàm diuites, alacri animo offeramus pro nostra facultate oblationes quas nobis cõmendat. Videant interea diuites ne paruũ pauperũ munus contemptui habeant: pauperes, verò, animum ne abiiciant, quòd parũ offerant: satis est afferre animũ. Si exigua est facultas, tamen quod est in nostra facultate offeramus, nouerimúsque Deo boni odoris esse sacrificiũ.

IN CAPVT XIII.

1 Et quum exiret è templo,] Hæc exponuntur in Matthæo, cap. 24. a. 1.

4 Hæc omnia] Matthæus versu 3 explicat quæ sint hæc omnia: quum dicit, Quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?

Ephes. 5.b.6. 2.thess.2.a.3.

At Iesus respondens illis, cœpit dicere, |Videte 5
nequis vos fallat.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes, 6
'Ego sum *Christus*: multósque decipient.

Quum autem audieritis bella & rumores bel- 7
lorum, ne turbemini: oportet enim fieri: at non-
dum est finis.

Insurget enim gens aduersus gentem, & regnũ 8
aduersus regnum: & erunt terræ motus in singu-
lis locis, & erunt fames ac turbationes. initia do-
'lorum hæc.

B 'Sed cauete vos vobis: tradent enim vos in cõci- 9
lia, '& ĩ synagogas: cædemini, '& sub præsidib' ac
regib' ducemini propter me, 'in testimoniũ illis.

'Et apud omnes gentes oportet prius prædica- 10
ri Euangelium.

Matt. 10.b.19 luc.12.b.11. & 21.c.14.

|'Quum autem duxerint vos tradẽtes, 'ne præ- 11
cogitetis quid dicturi sitis, neque meditemini:
'sed quicquid datum fuerit vobis in illa hora, hoc
loquamini. 'nõ enim estis vos qui loquimini, sed
Spiritus sanctus.

'Traditurus est autem frater fratrẽ in mortem, 12
& pater filium: & insurgent filii aduersus paren-
tes, ac morte afficient eos.

'Et eritis odio habiti ab omnib' propter nomẽ 13
meum. 'sed qui perseuerauerit vsque ad finem,

5 Et respondens Iesus, cœpit dicere illis, Videte nequis vos seducat.

6 Multi enim venient in nomine meo, dicẽtes, Quia ego sum: & multos seducet.

7 Quum audieritis autem bella & opiniones bellorũ, ne timueritis: oportet enim fieri: sed nondum finis.

8 Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum: & erunt terræ motus per loca, & fames. initium dolorum hæc.

9 Videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in testimonium illis.

10 Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium.

11 Et quum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. non enim vos estis loquẽtes, sed Spiritus sanctus.

12 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos.

13 Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. qui autem sustinuerit in finem,

ANNOT.

6 Ego sum Christus:] Hæc vox, Christus, addita est ab interprete ex Matthæo, versu 5. Lucas insuper addit, Et tempus appropinquauit, ne igitur proficiscamini post illos.

9 Sed cauete vos vobis:] Vide Matthæũ cap 10.c.17, & 24.a.9. Et in synagogas:] Lucas 21.c.12, addit, Et in carceres. Et sub præs. ac reg.] Intellige eos ad iudices duci· q.d. corã præsidibus ac regibus sistemini. Matthæus habet, versu 18, Ad præsides & reges ducemini. In testim. illis,] Istud exponitur etiam Matth.10.b.18, & 24.c.14.

10 Et apud omnes] Vide Matth.24.b.14.

11 Quũ autẽ duxerint vos, &c.] Hæc explicãtur Matth.10.b.19. Ne præcogitetis quid] Matthæus ibidem, Ne soliciti sitis quomodo aut quid loquamini. Lucas 21.c.14, Habete igitur fixũ in cordibus vestris, non præmeditandam esse defensionem. Vide in Matthæo. Sed quicquid datum, &c.] Matthæus, Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim, &c.] Idem ferè habet Matthæus. Lucas, Nam ipse dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere, neque resistere omnes qui aduersabuntur vobis.

12 Traditurus est autem, &c.] Eadem verba habet Matthæus eodem capite 10, versu 21, Lucas, idem aliis verbis, Trademini autem etiã à parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient quosdam ex vobis.

13 Et eritis odio habiti ab omnibus] Eadem Matthæus. Lucas addit, Et pilus de capite vestro non peribit. Quæ verba, exponunt quod Matthæus eodem capite 10, versu 30, dicit, quum inquit, Vestri verò etiam pili capitis omnes numerati sunt. Sed qui perseue.] Idem ha-

bet Matthæus. Lucas verò, 21.d.19, Per patientiam vestram possidete animas vestras. Præceptum est & consolatio in aduersis omnibus. Docet enim & quid faciendum & quid sperandum sit: acsi dicat, Concipite in animis vestris patientiam, quum tot vndique aduersa in vos irruũt. Nolo vt prætextu Euangelii violenter & seditiose resistatis: sed volo vt sitis patientes. Deus enim tanta cura vos complectitur, vt etiam pilos capitis vestri conseruet: nec euellitur pillus capitis sine voluntate & administratione Patris. Siue enim maneat in capite, Dei donũ est: siue euellatur, & cadat in terram, Dei voluntas est. Quòd si Deus tantam agit curã pilorum, quanto maiorem aget vitæ & salutis vestræ? Quare aduersarii in persequutionibus, aut ne tantillum quidem damni inferre poterunt vitæ vestræ: aut si inferũt, & occídunt, volũtate Dei Patris inferunt & occídunt. Quòd autem accidit nobis voluntate Patris, nõ certe damnum, non perditio, non internecio, sed lucrum, sed salus, sed fœlicitas erit. Nihil enim aduersi ex voluntate Patris potest accidere piis, quod non sit optimum & fœlicissimum.

hic saluus erit.		hic saluus erit.	
Quum autem videritis abominationem desolationis stantem vbi noo debet: (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes:	14	‖Porrò quum videritis abominationem desolationis, de qua dictum est à ‖Daniele propheta, stantem vbi non oportet: (qui legerit intelligat) ‖tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes:	Har. 4.2. Matt.24.b.15 Dani.9.g.17 Luc.21.d.20.
Et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua:	15	Qui verò fuerit in tecto, ne descendat in domũ, nec ingrediatur vt quicquã tollat è domo sua:	
Et qui in agro erit, non reuertatur retro, tollere vestimentum suum.	16	Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ad ea quæ reliquit à tergo, ad tollendum pallium suum.	
Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.	17	Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.	C
Orate verò vt hyeme nõ fiant:	18	Sed orate ne fiat fuga vestra hyeme:	
Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales ooo fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, vsque nunc, neque fient.	19	Erunt enim dies illi *talis* afflictio, qualis non fuit à primordio rerum conditarum, quas condidit Deus, vsque ad hoc tempus, nec futura est.	
Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies.	20	Et nisi Dominus abbreuiasset dies, haudquaquam salua fuisset vniuersa caro: sed propter electos quos elegit, abbreuiauit dies.	
Et nunc si quis vobis dixerit, Ecce, hic est Christus, ecce illic: ne credideritis.	21	‖Ac tum si quis vobis dixerit, Ecce hîc Christus, ecce illic: ne credatis.	Mat.24.b.23. luc.21.b.8.
Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos.	22	Exorientur enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & edent signa ac prodigia ad decipiendum, si fieri possit, etiam electos.	
Vos ergo videte: ecce, prædixi vobis omnia.	23	Vos autem cauete: ecce, prædixi vobis omnia.	
Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum,	24	‖Cæterùm in illis diebus post afflictionem illam sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum,	Har. 4.3. Ezech.32.b.7 esa.13.b.10. ioel.2.b.10, g.31, & 3.e.15.

ANNOT.

14 Porrò quum videritis, &c.] Hæc omnia vsque ad 21 versum, fusissime explicantur in Matthæo, cap.24.b, à versu 15, vsque 23.

21 Ac tum siquis vobis dix.] Vide Matth.24.b.23, vsque 26.

24 Cæterum in illis diebus, &c.] In Matthæo, eodem capite 24, à 29 versu vsque ad 32 versum hæc explicata sunt.

Et ſtellæ cæli decident,& virtutes quæ in cælis 25
ſunt,concutientur.

Et ſtellæ cæli erunt deci-dentes, & virtutes quæ in cælis ſunt, mouebuntur.

Et tunc videbunt Filium hominis venientem 26
in nubibus cum poteſtate multa & gloria.

Et tūc videbũt Filiũ hominis venientem in nubibus cũ virtute multa & gloria.

Matt.24.c.30 |Et tunc mittet angelos ſuos,& aggregabit ele- 27
D ctos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ vſque
ad ſummum cæli.

Et tunc mittet angelos ſuos,& congregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ vſque ad ſummum cæli.

'A ficu verò diſcite ſimilitudiné. quum ramus 28
eius iam tener fuerit, produxeritque folia, ſcitis
quòd propè ſit æſtas.

A ficu autem diſcite parabolam. quum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas.

Sic & vos quũ hæc videritis fieri, ſcitote quòd 29
propè ſit in foribus.

Sic & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote quòd in proximo ſit in oſtiis.

Amen dico vobis,quòd nõ præteribit genera- 30
tio hæc,donec omnia hæc facta fuerint.

Amen dico vobis, quoniam non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiãt.

Cælum & terra præteribunt:ſed verba mea nõ 31
præteribunt.

Cælum & terra tranſibunt:verba autem mea non tranſibunt.

Cæterum de die illo ac tempore nemo nouit, 32
ne angeli quidem qui in cælo ſunt,nec ipſe Filius:
ſed ſolus Pater.

De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque angeli in cælo, neque Filius: niſi Pater.

Har.4.4. Matt.24.d.43 |'Cauete,vigilate & orate: neſcitis enim quan- 33
do tempus ſit.

Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quãdo tempus ſit.

Sicut homo qui peregrè agit relicta domo ſua, 34
dedítque ſeruis ſuis 'poteſtatem, ac ſuum cuique
opus, & ianitori mandauit vt vigilaret.

Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum ſuã, & dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet.

Vigilate igitur (neſcitis enim quando domi- 35

Vigilate ergo: (neſcitis enim quando dominus do-

ANNOT.

28 A ficu verò] Et hæc eodem capite Matthæi, 24, à 32 verſu, vſque ad 43 verſum exponuntur.

33 Cauete, vigilate,&c.] Vide Matth.24.d.43.

34 Poteſtatem,] Interpres admonet in quibuſdam exemplaribus Græcis legi, Subſtantiam:quod valde congruit cum parabola quæ eſt apud Matthæum, cap.25.a.14, de bonis in famulos diſtributis. Omnia tamen noſtra exemplaria Græca legunt Poteſtatem. Hæc parabola ad omnes pertinet, quòd omnes ſimus ſicut ſerui, quibus abiens Dominus ſuam ſubſtantiã dederit,vnicuique ſuũ opus iniunxerit, & ianitori præceperit vt vigilaret. Nã nemo eſt qui non aliquid diſpenſandũ fratribus dono Chriſti acceperit:neque eſt qui non ſuam vocationem habeat,ſuúmque proprium opus.Summa igitur fide inuigilandum eſt,vt bona Domini pro ipſius voluntate diſpenſemus. Ianitori verò in primis vigilandum, quòd ei domus cuſtodia commendata ſit: ita ſanè plus reliquis vigilandum,quibus cura Eccleſiarum incumbit.Hac ergo parabola ſic nos alloquitur Chriſtus,Veſtræ res perinde habent, atque ſeruorũ qui à domino poteſtatem acceperunt adminiſtrandæ domus, inter quos ianitor in primis mandatum accepit vigilandi contra furem nocturnum. Quemadmodum ergo ſinguli ſuum faciũt officium, ianitórque ſeduló & peruigil excubat, ita à vobis quoque requiro ante omnia diligentem & fidelem vigiliam.Diſcedo enim & ego corpore:rediturus rurſus ſuo tempore in iudicium. Ac hîc nullam præſcribo diem certam, nullum definitum tempus indico: duntaxat edico me venturum certiſſime,& incerto quidem tempore. Semper itaque vigilate,expectantes illum meum aduentum.

mus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane.)

36 Ne quum venerit repente, inueniat vos dormiẽtes.

37 Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

Cap. XIIII.

1 ERat autem Pascha & Azyma post biduũ: & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ quomodo eũ dolo tenerent & occiderẽt.

2 Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fieret populi.

3 Et quum esset Bethaniæ in domo Simonis Leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius.

4 Erant autem quidã indignè ferentes intra temetipsos, & dicẽtes, Vt quid perditio ista vnguẽti facta est?

5 Poterat enim vnguentũ istud vænundari plus quàm trecẽtis denariis, & dari pauperib⁹. Et fremebãt in eã.

6 Iesus autem dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? bonũ op⁹ operata est in me.

7 Semper enim pauperes habetis vobiscum: & quum volueritis, potestis illis benefacere: me autem nõ semper habetis.

8 Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corp⁹ meũ in sepulturam.

9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mũdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriã ei⁹.

nus domus venturus sit: sero, an medio noctis, an
in gallicinio, an diluculo.)
36 Ne quum venerit repente, offendat vos dormientes.
37 Cæterùm quæ dico vobis, omnibus dico, Vigilate.

Cap. XIIII.

1 ERat autem Pascha & Azymorum dies *futuri* Har.4.7. Matth.26.a.1 luc.22.a.1.
post biduum: & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ quomodo eum per dolum comprehensum occiderent:
2 Dicebant autem, Non in die festo, ne tumultus fiat populi.
3 Et quum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accumbente eo, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pisticæ pretiosæ: & comminuto alabastro, effudit illi in caput. Matt. 26.a.6. iohan.12.a.1.
4 Erant autem quidam qui indignarentur apud sese, ac dicerent, Ad quid perditio hæc vnguẽti?
5 Nam poterat hoc vendi pluris quàm trecentis denariis, ac dari pauperibus. Et infremuerũt aduersus illam.
6 At Iesus dixit, Sinite illam: cur illi molesti estis? bonum opus operata est erga me.
7 Semper enim pauperes habetis vobiscum: & quandocunque volueritis, potestis illis benefacere: me verò non semper habetis.
8 Quod potuit hæc, fecit: præuenit vt vngeret meum corpus ad sepulturam.
9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipsius. B

ANNOT.

35 Sero, an med. no,] Hic quatuor noctis partes describuntur, de quibus Matth.24.c.25. Per hæc omnia, intelligit singula temporis momenta.

37 Quæ dico vobis,] Nequis nihil ad se pertinere putaret quod discipulis dictũ est, hæc subiecta sunt velut epiphonema quoddam.

IN CAPVT XIIII.

1 Erat autẽ Pascha & Azyma,] Istud exponitur in Matthæo, cap.26, in fine annotationis in secundũ versum. Et quærebant summi Sa.] Vide versum 3 & 4 eiusdẽ capitis Matthæi.

3 Et quum esset Beth.] Matth.26.a.6, annotantur hæc.

4 Erant autem quidam,] Qui fuerint isti, explicat Matthæus, dicens, Videntes autem discipuli, indignati sunt, &c.

5 Et infremuerunt] Solus Marcus discipulos infremuisse aduersus mulierem scribit.

8 Vt vngeret] Vox Græca propriè significat vnguentis & odoramentis vngere.

Matt.26.b.14 luc.22.a.4. [Et Iudas Iscariotes vnus è duodecim, abiit ad 10
summos Sacerdotes, vt proderet eum illis.
Quo audito, illi gauisi sunt: & polliciti sunt ei 11
pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo op
portunè illum traderet.
Har.4.8. Matt.26.b.17 luc.22.a.7. [Ac primo die Azymorum, quum pascha im- 12
molarent, dicũt illi discipuli sui, Vbi vis vt abea-
mus & paremus vt edas pascha?
Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis, Ite 13
in ciuitatem: & occurret vobis homo hydriam fi
ctilem aquæ plenam baiulans: sequimini illum.
Et quocũque ingressus fuerit, dicite patrifami- 14
liâs, Magister dicit, Vbi est diuersoriũ vbi pascha
cum discipulis meis edam?
Et ille vobis ostendet triclinium magnũ stra- 15
tum, paratum: illic parate nobis.
Et exierunt discipuli eius, & venerũt in ciuita- 16
tem, & repererunt quemadmodum dixerat illis:
parauerúntque pascha.
Et quũ vespera iam esset, venit cum duodecim. 17
Har.4.9. Matt.26.b.20 luc.22.b.14. iohã.13.c.21. [Et quũ accumberent, ederéntque, dixit Iesus, 18
Amen dico vobis, Vnus ex vobis proditurus est
me, qui edit mecum.
At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi singu 19
latim, Num ego? & alius, Num ego?

10 Et Iudas Iscariotes vnus
de duodecim, abiit ad sum-
mos Sacerdotes, vt prode-
ret cum illis.
11 Qui audiẽtes gauisi sunt:
& promiserũt ei pecuniã se
daturos. Et quærebat quo-
modo illũ opportunè tra-
deret.
12 Et primo die Azymorum
quãdo pascha immolabãt,
dicunt ei discipuli, Quo vis
eamus, & paremus tibi vt
manduces pascha?
13 Et mittit duos ex discipu-
lis suis: & dicit eis, Ite in ci-
uitatem: & occurret vobis
homo lagenam aquæ baiu-
lans: sequimini eum.
14 Et quocunque introierit,
dicite domino domus, quia
Magister dicit, Vbi est re-
fectio mea vbi pascha cum
discipulis meis mãducem?
15 Et ipse vobis demonstra-
bit cœnaculum grande stra
tum. & illic parate nobis.
16 Et abierunt discipuli eius,
& venerunt in ciuitatem, &
inuenerunt sicut dixerat il-
lis: & parauerunt pascha.
17 Vespere autem facto, ve-
nit cum duodecim.
18 Et discumbentibus eis &
manducãtibus, ait Iesus, A-
men dico vobis, Quia vnus
ex vobis tradet me, qui mã
ducat mecum.
19 At illi cœperunt contri-
stari, & dicere ei singulatim
Nunquid ego?

ANNOT.

10 Et Iudas Isc.] Vide hæc Matth.26.b.14. Lucas cap.22.a.3, dicit satanã intrasse in Iudam, his verbis, Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariota, qui erat è numero duodecim. Quũ iam antea de Iuda dixerit Dominus, Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Iohan.6.g.70. mirum videri possit cur nunc satan dicatur intrasse in Iudam. Propterea obseruandum est quòd vbicunque peccatum est, ibi est & potestas satanæ. Sed quemadmodum peccatũ non vbique & semper vincit, etiamsi præsto adsit (nam pii vincunt peccatum per Christũ) ita nec vbique & semper regnat potestas satanæ. Vbi autem peccatum vicerit, ibi regnat satan, & manifestam exercet tyrannidem. Tunc igitur propriè dicitur satan intrare in hominem, quũ vincente peccato, reuelat tyrannidem suam in homine manifestis operationibus & sceleribus.

12 Ac primo die Azym.] Vide Matth.26.b.17.

13 Duos è discipul.s.] Lucas, 22.b.8, Et misit Petrum ac Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt edamus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Et dixit illis, Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret, &c. Sequimini illum.] Lucas addit, In domũ in quam intrat. Quod idem est cum eo quod noster sequenti versu dicit, Et quocunque ingressus fuerit, dicite, &c.

15 Triclinium] Vox Græca significat locum lectis stratum in quibus olim discumbebatur: ἀνώγεον Græcis dictũ, quòd subductius esset à solo, quòd veteres in superiore ædium parte cœnitarent.

17 Et quũ vespera iam esset,] Ordinem historiæ huius videre potes in Harmonia Euang.

18 Ederéntque,] Iohãnes cap.13.c.21, dicit, Quũ hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testificatus est, dixitque, Amen amen dico vobis quòd vnus ex vobis, &c. vsque ad 30 versum.

Qui ait illis, Vn⁹ ex duodecim, qui intingit mecum in catino.

20 Ille verò respondens, dixit illis, Vnus è duode-
cim 'qui intingit mecum in catinum.

Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur. bonũ erat ei, si non esset natus homo ille.

21 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum C
est de illo: sed væ homini illi per quem Filius
hominis proditur. bonum erat illi si natus non
fuisset homo ille.

Et manducantibus illis, accepit Iesus panẽ, & benedicẽs, fregit: & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est corp⁹ meum.

22 |'Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, quum be Ha.4.10.
nedixisset, fregit: & dedit illis, ac dixit, Sumite, Matt.26.b.21
comedite: hoc est corpus meum. 1.cor.11.c.24

Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

23 Et accepto poculo, quum gratias egisset, dedit
illis: & biberunt ex eo omnes.

Et ait illis, Hic est sanguis meus Noui testamẽti, qui pro multis effundetur.

24 Et dicit illis, Hic est sanguis meus Noui testa-
menti, qui pro multis effunditur.

Amẽ dico vobis, quia iam nõ bibam de genimine vitis, vsque in diem illũ, quũ illud bibam nouum in regno Dei.

25 Amen dico vobis, posthac non bibam 'de fru-
ctu vitis, vsque ad diem illum, quum illum bibe-
ro nouum in regno Dei.

Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum.

26 |'Et quum hymnum dixissent, exierũt in mon- Har.4.13
tem Oliuarum.

Et ait eis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptũ est, Percutiam pastorem, & dispergentur oues.

27 |Et dicit illis Iesus, Omnes offendiculum patie- Ha.4.18.
mini propter me in nocte hac: quia scriptum est, Iohã.16.d.32
|Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Zach.13.c.7

Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

28 |Sed postea quàm resurrexero, præcedã vos in Infrà.16.b.7.
Galilæam.

Petrus autem ait illi, Etsi omnes scãdalizati fuerint, sed non ego.

29 Petrus autem dicit illi, Etiamsi omnes offendi-
culum passi fuerint, at non ego.

Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

30 |Et dicit illi Iesus, Amen dico tibi, quòd hodie Luc.22.d.34.
in nocte hac, 'priusquam bis gallus cecinerit, ter Iohã.13.d.38.
abnegabis me.

At ille amplius loquebatur, Etsi oportuerit me simul cõmori tibi, non te negabo. Similiter autẽ & omnes dicebant.

31 At ille vehementius dicebat, Imò si me opor- D
tuerit commori tibi, non te abnegabo. Similiter
autem & omnes dicebant.

ANNOT.

20. Qui intingit] Corruptè in veteri interprete additum est Manum: quod in vetustis etiam codicibus non legitur. Non est autem hic necesse accipi exactè temporis rationem. Non enim hoc expressit quid tum ageret Iudas, sed his verbis indicauit ad quantã familiaritatem admissus esset, qui ex eadem patella cum Christo peteret intinctum.

22 Et edentibus illis,] Hæc Matth.26.c.26, exponuntur.

25 De fructu vitis,] Pronomen HOC quod in veteri interprete additur, nec in Græcis exemplaribus habetur, nec in Latinis: vt sit sensus, nullum vinum postea gustaturum. Vnde & in cruce vinum myrrhatum admotum ori reiecit.

30 Priusquam bis gallus cecinerit,] Quod erat anceps in Matthæo, Marcus expeditè dixit, vt BIS referatur ad cãtum galli. Noctẽ enim sic diuidebãt veteres. Occidente sole dicebatur vespera. Ab hoc tempore, prima fax. Deinde concubia & intempesta, quod noctis est mediũ. Mox inclinatio noctis. Deinde gallicinium. Inde cõticinium, quũ & galli conticescunt, & homines etiamnum quiescunt. Posthæc diluculũ, quo rarescunt tenebræ. Deinde mane clarum.

dd.iiii.

Matt. 26.d.36 luc. 22.d.39.
|Et veniunt in locum, cuius nomen Gethse- 32
mani: & dicit discipulis suis, Sedete hîc, donec di-
gressus orauero.
Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem se- 33
cum: cœpítque expauescere & angi.
Et dicit illis, Dolore afficitur anima mea vsque 34
ad mortem: manete hîc, & vigilate.
Et progressus paululũ, prostratus est in terram 35
& orauit vt si possibile esset, transiret à se hora:
Et dicebat, Abba, pater, omnia possibilia sunt 36
tibi: aufer poculum à me hoc. veruntamen non
quid ego velim, sed quid tu.
Et venit, & offendit eos dormientes: dicítque 37
Petro, Simon, dormis? non potuisti vnam horam
vigilare?
Vigilate & orate ne veniatis in tentationem: 38
spiritus quidem promptus, at caro infirma.
Et rursum digressus orabat, & eundem dixit 39
sermonem.
Et reuersus offendit illos rursum dormientes: 40
(erant enim oculi eorum grauati) neque sciebant
quid illi responderent.
E Et venit tertiò, dicítque illis, Dormite posthac 41
& requiescite. Sufficit, venit hora: ecce traditur Fi
lius hominis in manus peccatorum.
Surgite, eam⁹. ecce, qui ꝓdit me, appropinquat. 42
Ha. 4. 19. Matt. 26. e. 47 luc 22. e. 47. iohan. 18. a. 3
|'Et continuò adhuc eo loquẽte, accedit Iudas, 43
qui erat vnus è duodecim, & cum illo turba mul-
ta cum gladiis & fustibus, à summis Sacerdotib⁹
& Scribis & Senioribus.
Dederat autem is qui prodebat eum, 'commu- 44
ne signum illis, dicens, Quẽcunque osculatus fue
ro, is est: comprehendite illum, & abducite cautè.
Et quum venisset, protinus accedit ad illum, di- 45
cítque ei, Rabbi, rabbi. ac deosculatus est eum.
Illi verò iniecerunt in illũ manus suas: & 'com- 46

32 Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis, Sedete hîc, donec orem.

33 Et assumit Petrum & Iacobum & Iohannem secũ: & cœpit pauere & tædere.

34 Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate.

35 Et quum processisset paululum, procidit super terrã: & orabat vt si fieri posset, transiret ab eo hora:

36 Et dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo, sed quod tu.

37 Et venit, & inuenit eos dormientes: & ait Petro, Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare?

38 Vigilate & orate vt non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro verò infirma,

39 Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens.

40 Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei.

41 Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requiescite Sufficit, venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

42 Surgite, eamus. ecce, qui me tradet, propè est.

43 Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes, vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, à summis Sacerdotibus & Scribis & Seniorib⁹.

44 Dederat autem traditor eius signũ eis, dicẽs, Quencunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè.

45 Et quum venisset, statim accedens ad eum, ait, Rabbi: & osculatus est eum.

46 At illi manus iniecerunt

ANNOT.

43 Et continuò] Vide eodem capite Matthæi, 26. e. 47.

44 Commune signum] Vox Græca sonat Commune signum de composito datum, cuiusmodi sunt quæ milites vocant symbola: quorum alia sunt vocalia, alia muta.

46 Comprehenderunt eum.] Lucas cap. 22. e. 49, addit, Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine percutiemúsne gladio?

in eum : & tenuerunt eum.

prehenderunt eum.

Vnus autem quidam de circuustantibus educẽs gladium, percussit seruũ summi Sacerdotis : & amputauit illi auriculam.

47 Vnus autem quispiam astantiũ educto gladio
percussit seruum summi Sacerdotis: & amputa-
uit eius auriculam.

Et respondens Iesus ait illis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me?

48 [Et respondens Iesus dixit illis, Tanquam ad la Ha.4.20
tronem existis cum gladiis ac fustibus ad cõpre-
hendendum me?

Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur Scripturæ.

49 Quotidie eram apud vos in templo docens, &
non comprehendistis me. Sed *ista fiunt* vt impleã-
tur Scripturæ.

Tunc discipuli eius relinquentes eũ, omnes fugerũt.

50 Et relicto illo omnes fugerunt.

Adolescens autẽ quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudu : & tenuerunt eum.

51 Et vnus quispiam adolescentulus sequebatur
illum, circumamictus sindone super nudum: &
comprehenderunt illum adolescentuli.

At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.

52 Ille verò relicta sindone, nudus effugit ab illis.

ANNOT.

47 Amputauit eius auriculam.] Lucas addit versu 51, Respondens autem Iesus, ait, Sinite hucusque. Et quum tetigisset eius auriculam sanauit eum. Conuersus ad discipulos Iesus ait, Absit vt pugnetis pro me gladio, sed volo vt permittatis aduersarios meos eousque in me sæuire quò eis concessum est. Non agnosco vos vltores meos : alius est cui omnem vindictam tradidi: is quicquid mali mihi infertur, suo tempore seuerissime vlciscetur. Quare vos sinite eos in me, quantum ipsis datum est, hoc tempore grassari. Sanando autem auriculam Malcho, satis declarat factum Petri maxime omnium sibi displicere. Quod miraculum tanto magis obseruandum est, quanto imbecillior nunc videtur esse Christus. est at enim aduersariorum suorum captiuus, corpore, at non maiestate. Etsi enim non vtitur maiestate sua ad opprimendos aduersarios, declarat tamen hac sanatione Malchi eam sibi adesse : vt iterum testetur, se non humanis viribus, sed sua ipsius voluntate captiuum factum esse.

48 Dixit illis,] Lucas exprimit qui fuerint illi, dicens, Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes Sacerdotum, ac magistratus templi, & Seniores, Quasi, &c.

51 Adolescentulus] Quis iste fuerit ignoratur: neque etiam admodũ refert scire quis fuerit: præterea nõ valde splendidum afferret fructũ, si sciremus. Hac autẽ imagine voluit Marcus magnam ministrorum sæuitiam describere, indéque maximam circa Dominum trepidationem: & quàm nemo potuerit apud ipsum consistere. Impleri enim Scripturas oportuit, quæ prædixerant fore vt ab omnibus desereretur. Sunt tamẽ qui putent adolescentulũ quendam pii alicuius hominis filiolum, ex vrbe produisse cum discipulis: rursus autem cum cohorte, vt fit, prodiisse alios adolescentulos, qui ex sæuitia maiorum, & vinculis Domini ferociores facti, inuolarint in puerum illum Apostolorum comitem: ideóque scripsisse Marcum, adolescentes comprehendisse adolescentulum sindone amictum. Quod si hi sensum assecuti sunt: relinquitur in eo nobis documentũ, quãtum apud iuniores possit seniorum exemplum: quódque persecutio semel cœpta, etiam ad adolescentes & omnis generis sexum perueniat, ita vt nemini tãdem parcatur, adeò vt & iuuenes ferociant in æquales suos propter dissimulis religionis studium.

52 Sindone, nudus, &c.] Quia regiones calidæ sunt, lineis vestibus vtuntur. Dubiũ est autem an nudo, omnibúsque vestibus detecto corpore, effugerit: an nudato modò corporis extrema veste, vtpote pallio ex sindone, vt interiore nihilominus tectus, euaserit. Id quod verisimilius esse videtur: præsertim quum legamus etiam Dominum positis vestibus suis lauisse pedes Apostolorum. quod sanè honestas publica exponere iubet de externis modo vestibus, quas ferè aliquid acturi deponimus, quò simus expeditiores. Ita apparet hũc quoque iuuenem pallium ac tectorium suum reliquisse in comprehendentium manibus, quò & iactura vestis vitæ suæ consuleret, & ad fugam esset expeditior.

Matt.26.f.57 luc.22.f.54. iohã.18.c.24. 53 |'Et adduxerunt Iesum ad summũ Sacerdotem: & coueniunt cum illo omnes summi Sacerdotes,
F & Seniores,& Scribæ.

54 Et Petrus eminus sequebatur illnm, donec *venisset* in atrium summi Sacerdotis: & erat sedens vnà cum ministris,& calefiebat 'ad lumen.

Har.4.21 Matt.26.f.59 55 |Summi verò Sacerdotes & totum concilium quærebant aduersus Iesum testimonium,vt morti traderent eum:nec inueniebant.

56 Nam multi falsum testimonium dixerant aduersus illum:nec erant satis 'idonea testimonia.

57 Et quidam assurgebãt, & falsum testimonium ferebant aduersus illum,dicentes,

Iohan.2.c.19 58 Nos audiuimus eum dicentem, |Ego diruam templum hoc, quod est manibus factũ, & tribus diebus aliud sine manibus factum extruam.

59 Et ne sic quidem satis idonea erant testimonia illorum.

60 Et surgens summus Sacerdos in mediũ, interrogabat Iesum,dicens,Nõ respondes quicquam? quid isti aduersum te dicunt testimonia?

61 At ille tacebãt, neque quicquam respondebat. Rursum summus Sacerdos interrogauit, & dicit illi,Tu es ille Christus filius Benedicti?

Matt.24.c.30 62 Iesus autẽ dixit, Ego sum: |'& videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli.

G 63 Summus autem Sacerdos dilaceratis vestibus suis,dixit,Quid prætcrea opus habemus testibus?

64 Audistis blasphemiã:quid vobis videtur?Illi verò omnes condemnauerunt eum esse reũ mortis.

65 Et cœperunt quidam conspuere in eum,& obuelare faciẽ illius, & colaphis eũ cædere: & dicere illi,Diuina.ac ministri alapas illi impingebant.

53 Et adduxerunt Iesum ad summum Sacerdotem:& cõueneruut omues Sacerdotes,& Scribæ, & Seniores.

54 Petrus antem alonge secutus est eum,vsque intrò in atrium summi Sacerdotis: & sedebat cũ ministris ad ignẽ,& calefaciebat se.

55 Summi verò Sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium,vt eum morti traderent:nec inueniebant.

56 Multi enim testimonium falsum dicebãt aduersus eũ: & conuenientia testimonia non erant.

57 Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum,dicentes,

58 Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & per triduum aliud nõ manufactum ædificabo.

59 Et non erat conueniens testimonium illorum.

60 Exurgens summus Sacerdos in medium, interrogauit Iesum,dicens, Non respondes quicquã ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his?

61 Ille autẽ tacebat, & nihil respondit. Rursum summus Sacerdos interrogabat eum,& dixit ei, Tu es Christus filius Benedicti?

62 Iesus autem dixit illi, Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cæli.

63 Summus autem Sacerdos scindens vestimẽta sua, ait, Quid adhuc desideramus testes?

64 Audistis blasphemiam: quid vobis videtur?qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.

65 Et cœperũt quidam conspuere eum,& velare faciẽ eius, & colaphis eũ cædere: & dicere ei, Prophetiza. & ministri alapis eũ cædebãt.

ANNOT.

53 Et adduxerunt.] Vide hæc omnia in Matthæo,cap.26.f.57.

54 Ad lumen.] Istud,Ad lumen,referendum est ad Sedens, non ad Calefiebat: siquidem lumen illum prodidit.Nisi fortè pro igne posuit,vt vertit vetus interpres:quod vero propius videtur,vt ex Luca apparet,cap.22.f.56,referente Petrũ sedisse inter illos qui sedebãt ad ignẽ.

56 Idonea] Vel,æqualia,aut paria,quòd inter se non consentirent.Nam hoc indicio primùm coarguuntur falsa testimonia.

62 Et videbitis] Et,pro Itaque positum,more Hebræorũ.Matthæus habet, Veruntamen dico vobis,amodo,&c.

Et quum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi Sacerdotis.

66 ¶Et quum esset Petrus in atrio inferius, venit Har.4.22
vna ancillarum summi Sacerdotis. Mat.26.g.69 luc.22.f.55. iohã.18.c.25.

Et quum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illũ, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras.

67 Quúmque vidisset Petrũ calfacientem se, in-
tuita illum, dicit, Et tu cum Nazareno Iesu fuisti.

At ille negauit, dicẽs, Neque scio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit.

68 At ille negauit, dicens, Non noui, neque scio
quid dicas. Et exiuit foras in vestibulum: & gal
lus cecinit.

Rursus autem quũ vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est.

69 ¶Et ancilla quum vidisset eum, rursum cœpit Mat.26.g.71 luc.22.f.58. iohã.18.c.28.
dicere his qui astabant, Hic ex illis est.

At ille iterum negauit. Et post pusillũ rursus qui astabant, dicebant Petro, Verè ex illis es: nã & Galilæus es.

70 At ille rursum negabat. at paulò pòst iterum,
qui astabãt, dicebant Petro, Verè ex illis es: nam
& Galilæus es, & loquela tua conuenit.

Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia ne scio hominem istum quem dicitis.

71 At ille cœpit execrari ac deierare, Non noui
hominem istum de quo dicitis.

Et statim gallus iterum cantauit, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. CAP. XV.

72 ¶Et iterũ gallus cecinit, recordatúsque est Pe- Matt.26.g.75 iohã.13.d.38.
trus verbi quod dixerat illi Iesus, Prius quàm
gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. Cœpít-
que flere. CAP. XV.

ET confestim mane cõsilium facientes summi Sacerdotes cum Senioribus & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerũt, & tradiderũt Pilato.

1 ET confestim diluculo consilio inito summi Har.4.23
Sacerdotes cum Senioribus & Scribis, ac to Matth.27.a.1 luc.22.g.66.
to consessu, vinctum Iesum abduxerunt, trádi- iohã.18.c.28.
deruntque Pilato.

Et interrogauit eũ Pilat⁹, Tu es rex Iudæorũ? At ille respõdens ait illi, Tu dicis.

2 Et interrogauit eum Pilatus, Tu es ille rex Iu-
dæorum? At ille respondens, dixit illi, Tu dicis.

Et accusabant eum summi Sacerdotes in multis.

3 ¶Et accusabãt eũ summi Sacerdotes de multis. Ha.4.24

Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicẽs, Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant.

4 ¶Pilatus autem rursus interrogauit illũ, dicens, Matt.27.b.12
Non respõdes quicquam? ecce quàm multa ad- luc.23.a.3. iohã.18.f.33.
uersus te testantur.

Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus.

5 Iesus autem deinde nihil respondit: adeò vt
admiraretur Pilatus.

Per diem autem festum solebat dimittere illis vnũ ex vinctis quẽcũq; petissẽt.

6 ¶Cæterùm in festo dimittebat illis vnum vin- Ha.4.26
ctum, quencunque postulassent.

Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.

7 Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum
seditionis authoribus fuerat vinctus, qui per se-
ditionem cædem patrauerat.

Et quũ ascendisset turba,

8 Et quum acclamasset turba, cœpit flagitare vt

ANNOT.

66 Et quum esset Petrus, &c.] Trina hæc Petri negatio diligenter annotata est ex quatuor Euangelistis in Matthæo, 26.g.69.

IN CAPVT XV.

1 Et confestim diluculo consilio inito,] Vide Matth.27.a.1.

2 Et interrogauit eum Pil.] Hæc exponuntur eodem capite Matth.27.b.11. vsque ad 24.

faceret quemadmodum ſemper fecerat ipſis.
Pilatus autem reſpōdit eis, dicens, Vultis dimit- 9
tam vobis regem illum Iudæorum?
Sciebat enim quòd propter inuidiam tradidiſ- 10
ſent illum ſummi Sacerdotes.
Summi verò Sacerdotes concitauerunt turbam 11
vt potius Barabbam dimitteret ipſis.
Pilatus autem reſpōdens rurſum, ait illis, Quid 12
igitur vultis faciā ei quem dicitis regē Iudæorū?
At illi rurſum clamauerunt, Crucifige iſtum. 13
B Pilatus autem dicebat illis, Quid enim mali fe- 14
cit? At illi vehemētius clamauerūt, Crucifige eū.
Pilat' verò volēs turbę facere ſatis, dimiſit illis Ba 15
rabbā: & tradidit Ieſū flagellatū, vt crucifigeretur.
Milites autem abduxerūt eum intrò in atrium, 16
quod eſt prætorium, & cōuocant totā cohortem:
Et induunt illum purpura, & circumponunt ei 17
contextam ſpinis coronam.
Et cœperunt ſalutare illū, Aue rex Iudæorum. 18
Et verberabant illius caput arundine, & inſpue 19
bant in illum: & poſitis genibus adorabāt illum.
Et quū illuſiſſent ei, exuerunt eum purpura, & 20
induerunt illū veſtibus propriis: & educunt eum
vt crucifigerent eum.
Ha. 4.28. Matt 27.d.32 luc.23.d.26. [Et coegerunt prætereuntem quendam Simo- 21
nē Cyrenenſem, (qui veniebat ex agro, patrem
Alexandri & Rufi) vt tolleret crucem eius.
Ha. 4.29 Matt.27.d.33 luc.23 d.33. iohan.19.c.17 [Et ducūt eum in Golgotha locum: quod eſt, ſi 22
interpreteris, Caluariæ locus.
Et dederunt illi bibere myrrhatum vinum: ſed 23
ille non ſumpſit.
Matt.27.d.35 luc.23.d.33. iohā.19.d 23. [Quūmque crucifixiſſent eum, partiti ſunt ve- 24
ſtimenta eius, mittentes ſortē ſuper illa, quis quid
tolleret.
Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. 25
C Et erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta, Rex Iu- 26
dæorum.
Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnū à de- 27

cœpit rogare ſicut ſemper faciebat illis.
9 Pilatus autem reſpondit eis, & dixit, Vultis dimittā vobis regem Iudæorum?
10 Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſummi Sacerdotes.
11 Pontifices autem concitauerunt turbam vt magis Barabbam dimitteret eis.
12 Pilatus autem iterū reſpōdēs ait illis, Quid ergo vultis faciā regi Iudæorum?
13 At illi iterum clamauerūt, Crucifige eum.
14 Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum.
15 Pilatus autē volēs populo ſatiſfacere, dimiſit illis Barabbā: & tradidit Ieſū flagellis cæſum, vt crucifigeretur.
16 Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocāt totam cohortem:
17 Et induūt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam.
18 Et cœperūt ſalutare eum, Aue rex Iudæorum.
19 Et percutiebāt caput eius arundine, & conſpuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum.
20 Et poſtquam illuſerūt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum vt crucifigerent eum.
21 Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum (venientem de villa, patrē Alexandri & Rufi,) vt tolleret crucē ei⁹.
22 Et perducunt illū in Golgotha locum: quod eſt interpretatū, Caluariæ locus.
23 Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.
24 Et crucifigētes eum, diuiſerunt veſtimenta eius, mittētes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret.
25 Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.
26 Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iudæorum.
27 Et cū eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris &

ANNOT.

15 Pilatus verò volens] Iſtud annotatur verſu 26, eiuſdem capitis Matthæi; vt & ſequentia vſque ad 33 verſum huius, & 45 verſum in Matthæo.

alium à sinistris eius.

28 Et impleta est Scriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus est.

29 Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicētes, Vah qui destruis templum, & in tribus diebus reædificas:

30 Saluum fac temetipsum descendens de cruce.

31 Similiter & summi Sacerdotes illudentes ad alterutrum cum Scribis, dicebāt, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.

32 Christus rex Israel descēdat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cū eo crucifixi erāt, conuitiabantur ei.

33 Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terrā vsque in horā nonā.

34 Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eloi, Eloi, lammasabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

35 Et quidam de circunstantibus audientes, dicebant, Ecce, Eliam vocat.

36 Currens autē vnus & implens spongiam aceto, circumponēsque calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite. videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

37 Iesus autem emissa voce magna, expirauit.

38 Et velum templi scissum est in duo: à summo vsque deorsum.

39 Videns autē Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait, Ve-

xtris, & alterum à sinistris eius.
28 Et impleta est Scriptura quæ dicit, [Et quum Esa.53.d.12.
iniquis deputatus est.
29 [Et qui præteribant, conuitiabātur illi, mouen- Ha.4.30
tes capita sua, ac dicentes, Væ [qui demoliris tem Iohā.2.c.19.
plum, & in tribus diebus extruis:
30 Serua teipsum, & descende de cruce.
31 Similiter & summi Sacerdotes illudentes inter
sese cum Scribis, dicebant, Alios seruauit, seipsum
seruare non potest.
32 Christus ille rex Israel descendat nunc de cruce,
vt videamus, & credamus. Et qui crucifixi fuerāt
cum illo, probra iaciebant in eum.
33 [Quum verò facta esset hora sexta, tenebræ or- Har.4.31
tæ sunt super totam terrā vsque ad horā nonam.
34 Et hora nona clamauit Iesus voce magna, di-
cens, Eloi, Eloi, lamma sabachthani? quod est, si- Psal.22.a.1.
quis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur matt.27.e.46
me deseruisti?
35 Et quidam astantium quum audissent, dicebāt,
Ecce Eliam vocat.
36 Accurrit autem quidam, [& impleta spongia Psal.69.e.22.
aceto, impositáque arundini, porrexit illi potum,
dicens, Sinite: videamus an venturus sit Elias ad
deponendum eum.
37 Iesus autem emissa voce magna, expirauit. D
38 Et velū templi scissum est in duas partes, à sum-
mo vsque ad imum.
39 Quum vidisset autem Centurio qui astabat ex
aduerso illi, quòd sic emisso clamore expirasset,

ANNOT.

33 Quum verò facta esset hora sexta,] Hæc eodem capite Matthæi, versu 45 explicantur.

34 Eloi, Eloi,] Marcus, vt iam dictū est, multa vocabula affert, in vsu apud vulgum Iudaicum tunc recepta, corrupta tamen diuturna captiuitate illa Babylonica: inter quæ etiam istud scripsit, Eloi, Eloi. Hebræi dicūt Eli, Eli, vt à Matthæo scriptum est. Nōnulli defendūt Marcum scripsisse Eli, Eli, quosdam autem qui audierint Deum dici Eloim, corrupisse in Eloi, ratos idem esse Eloi & Eli. Quid verò significet, vide in Matthæo, versu 46.

36 Sinite: vid.] Quòd singulari numero Sine, legendū sit, dictū est in Matthæo, versu 49

37 Expirauit.] Vide in Matthæo, versu 50. Post hanc expirationem, & Patri à Christo redditam animam, scripserunt multi ipsum descendisse ad inferos, quos interpretantur limbos, & sinum Abrahæ, in quo (vt fabulātur) requiescebant animæ Patrum nostrorum, quibus euangelizasse scribunt, donec resurgeret: moti illo Petri dicto, (1.Pet.3.d.19) In quo etiam Spiritu abiit, & spiritibus qui erant in carcere, euangelizauit. In quem locum quid sit, Christum descendisse ad inferos, apertis verbis annotauimus.

39 Quum vidisset autem Centurio] De hoc Centurione, & mulieribus, diligēter annotatum est in Matthæo, versu 54.55.

dixit, Verè homo hic Filius erat Dei.
Ha.4.32. |Erant autem & mulieres è longinquo spectá- 40
tes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria
Iacobi parui, & Iose mater, & Salome.
Luc.8.a.2. |Quæ etiam quum esset in Galilæa, |sequutæ 41
fuerát illum, & ministrauerant ei: aliæque cóplu-
res quæ simul ascenderant cum eo Hierosolymá.
Matt.27.g.17 Luc.23.g.50. iohã.19.g.3. |'Et quum iam venisset vespera, (quoniam erat 42
parasceue, quæ præcedit sabbatum,)
Venit Ioseph *ortus* ex ciuitate Arimathæa, ho- 43
nestus senator, qui & ipse erat expectans regnum
Dei: & sumpta audacia ingressus est ad Pilatum,
& petiit *ab eo* corpus Iesu.
Pilatus auté admiratus est si iam mortuus esset: 44
& accersito ad se Centurione, interrogauit illum
an iandudum mortuus fuisset.
Et re cognita ex Centurione, donauit corpus 45
ipsi Ioseph.
Har.4.33 |Et is mercatus sindoné, depositũ eum inuoluit 46
sindoni, deposuítq; ĩ monuméto quod erat exci
sũ è petra: & aduoluit lapidé ad ostiũ monuméti.
At Maria Magdalene & Maria Iose spectabát 47
vbi poneretur. C A P. X V I.
Ha.4.34. Luc.24.a.1. iohã.20.a.1. ET quum præterisset sabbatum, Maria Magda 1
lene & Maria Iacobi & Salome emerunt aro
mata, vt venirent & vngerent eum.
Et summo diluculo diei primi sabbatorum ve- 2
niunt ad monumentum, exorto sole:
Dicebántque inter sese, Quis reuoluet nobis la 3
pidem ab ostio monumenti?
(Et quum respexissent, vident lapidem esse re- 4
B uolutum:) nam erat magnus valde.
Matth.28.a.1 iohã.20.c.18 |Et ingressæ in monumentum, viderunt adole- 5

sè hic homo Fili⁹ Dei erat.
40 Erátauté & mulieres délõge aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome.
41 Et quum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.
42 Et quum iam sero esset factum, (quia erat parasceue, quod est Ante sabbathum,)
43 Venit Ioseph ab Arimathæa, nobilis decurio, qui & ipse erat expectás regnũ Dei: & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.
44 Pilatus autem mirabatur si iam obiisset: & accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset.
45 Et quũ cognouisset à Cẽturione, donauit corpus Ioseph.
46 Ioseph autem mercatus sindonem, & deponẽs eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra: & aduoluit lapidem ad ostiũ monumenti.
47 Maria autẽ Magdalene & Maria Ioseph aspiciebát vbi poneretur. C A P. X V I.
1 ET quum transisset sabbathũ, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.
2 Et valde mane vna sabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam sole:
3 Et dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti?
4 (Et respicientes, viderũt reuolutum lapidem:) erat quippe magnus valde.
5 Et introeuntes in monumentũ, viderũt iuuenem se-

A N N O T.

42 Et quum iam venisset vespera,] De Iosepho & Nicodemo, ex quatuor Euangelistis annotauimus quæ oportuit, in Matthæo, versu 57. Similiter & de mulieribus versu 61.

I N C A P V T X V I.

1 De hac Domini nostri Iesu Christi resurrectione saluifica, quæ alter est nostræ redẽptionis summus articulus: de mulieribus, angelis, aliisque omnibus quæ post resurrectioné acciderunt: déque ipsius Saluatoris nostri in cælum ascensione, qua nobis viam salutis patefecit, quæ tertius etiá salutis nostræ summus est articulus: de Spiritus sancti promissi emissione, quo recepto abierunt Apostoli ad prædicandum Euangelium, in Matthæo abunde dictum est toto capite 28, ex quatuor Euangelistis eo ordine quo singula gesta fuisse scripserunt doctissimi quique, veteres & recentiores.

dentem in dextris, coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt.

Qui dicit illis, Nolite expaueſcere: Ieſum quæritis Nazarenũ, crucifixũ: ſurrexit, non eſt hic: ecce locus vbi poſuerunt eum.

Sed ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæã: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.

At illæ exeuntes, fugerũt de monumento: inuaſerat enim eas tremor & pauor, & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.

Surgens autem mane prima ſabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia.

Illa vadens nuntiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

Et illi audientes quia viueret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.

Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam.

Et illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt.

Nouiſſimè, recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia iis qui viderãt eum reſurrexiſſe, non crediderunt.

Et dixit eis, Eũtes in mũdum vniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condẽnabitur.

Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eiiciẽt: linguis loquẽtur nouis.

Serpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.

Et Dominus quidem Ieſus poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedit à dextris Dei.

Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonẽ cõfirmante ſequẽtib9 ſignis.

ſcentem ſedentem à dextris, amictum ſtola candida: & expauerunt.
6 At ille dicit eis, Ne expaueſcatis: Ieſum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus: ſurrexit, non
eſt hîc: ecce locus vbi poſuerant illum.
7 Sed abite, dicite diſcipulis eius & Petro, quòd
ille præcedit vos in Galilæam: illic eum videbitis,
ſicut dixit vobis. Matt 26.e.32. ſuprà 14.e.29
8 Et abeuntes citò fugerunt à monumẽto: habebat enim illas tremor & ſtupor, neque cuiquam
quicquam dicebant: timebant enim.
9 Quũ ſurrexiſſet autem Ieſus mane, primo die Har.4.36
ſabbati, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, Iohã.10.d.16
de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Luc.8.a.2.
10 Illa profecta renuntiauit iis qui cum illo fuerãt, C
lugentibus ac flentibus.
11 Et illi quũ audiſſent quòd viueret, ac viſus eſſet
ab illa, non crediderunt.
12 Poſt hæc autem duobus ex ipſis ambulãtibus Luc.14.b.13.
apparuit in alia forma, euntibus rus.
13 Et illi abierunt ac renuntiauerunt reliquis: nec
his *illi* crediderunt.
14 Poſtea diſcumbentibus illis vndecim apparuit, Har.4.38
& exprobrauit *illis* incredulitatem ſuã, & cordis Luc.14.e.36. Iohã.20.c.19.
duritiem: quòd his qui ipſum vidiſſent reſuſcitatum, non crediſſent.
15 Et dicebat eis, Ite in mundum vniuerſum, & Ha.4.41.
prædicate Euangelium omni creaturæ. Matt.18.d.19
16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: D
qui verò non crediderit, condemnabitur. Iohã.12.g.48
17 Porrò ſigna eos qui crediderint, hæc ſubſequẽ
tur: Per nomen meum dæmonia eiiciẽt: linguis Act.16.d.18.
loquentur nouis: Act.2.a.4, & 10.g.46.
18 Serpentes tollẽt: & ſiquid lethale biberint, nõ Act.18.b.5.
nocebit eis: ſuper ægrotos manus imponent, & Act.28.b.8.
bene habebunt.
19 Itaque Dominus quidẽ poſtquã loquut9 fuiſſet Ha.4.42
eis, receptus eſt in cælũ, & conſedit à dextris Dei. Luc.14.g.51.
20 Illi verò egreſſi prædicauerũt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſigna ſubſequentia. Ha.4.44 Heb.2.a.4.

Sanctum IESV Christi Euangelium secundum Lucam.

GELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAP. I.

Har.1.1. QVoniam complures aggressi sunt 'contexere narrationem earum, quæ 1

QVoniam quidē multi conati sunt ordinare narrationē,

ANNOTATIONES.

1 Quoniam compl.aggr.] Marcum nonnulli veterum, ex ore Petri : Lucam ex ore Pauli, sua Euangelia scripsisse affirmant. De Marco, confirmant multi: quem Petrus filium suum vocat, 1. Pet. 5. d. 13. Dicunt præterea eum etiam Pauli assectatorem fuisse, de quo loquatur ipse in sua epistola ad Coloss. 4. b. 10, Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ. Postremo, ex supputatione temporũ, duodecimo à passione Domini anno, Christum in AEgypto & Alexandria annuntiasse, & interpretatum fuisse quæ Petrus euangelizabat. Hincque adducuntur vt credant eum vidisse Dominum in carne, & in illum credidisse, atque multa eorum quæ scripsit, aspectu suo cognouisse. Nam quòd quidam eum faciunt abbreuiatorem Matthæi, falsum omnino est: alioqui tres tantũ essent Euãgelistæ. Quis enim te Euangelistam esse dicat, quòd Lucam aut Iohannem mutilaris? Adde quòd nō dicit, Epitome, seu abbreuiatio Euangelii: sed, Initiũ Euangelii Iesu Christi: sicuti vera est. Insuper officiũ abbreuiatoris est ordinem operis quod abbreuiat, sequi: quod eum non obseruasse perspicuũ est. Denique non est abbreuiatoris addere: at pleraque in Marco inuenias quæ non queas in Matthæo reperire, vt patet ex annotationibus quas in eius Euangelium scripsimus.

De Luca, ex hoc prologo satis liquet eum non à Paulo, qui post necem Stephani tunc primùm agnouit Christum: sed ab iis qui initio suis oculis gesta Domini viderant, atque pars aliqua fuerant eorum quæ narrabant, accepisse quæ scripsit. Cur autem vel ii duo post Matthæum, vel Matthæus post hos, sua Euangelia scripserint, quum ipsi tres eadem tamen narrēt, causam hanc puto probabiliorem, quòd in diuersis, & multum à se dissitis regionibus illa scripserint: ita vt ad eam regionem in qua quisque fuerit, aliorum scripta non facile peruentura sperauerit. Cui nanque dubium esse potest quin ii qui mira ista Domini gesta, & saluberrima verba, fide ab initio perceperũt, institerint prædicatoribus suis vt ea literis mandarent, ne qua eorum exciderent: hócque pacto aliis alia Euangelia cōscripta fuisse? Hanc verò occasionem ilico satanas arripiens, suos quoque Euãgelistas Ecclesiis obtrusit, qui dicta & facta Domini nostri scripturos sese reciperent quidē, sed simul immiscerent sua somnia, vanáque cōmenta. Quo factũ est (vt solet natura hominũ fictis mire fauere: quod ipsa oblectatio quæ ex fabulis, apologis, gestibus histrionicis, & omne genus fictionibus percipitur, manifeste probat) vt plurimi falsa veris præferentes, factitiũ sibi Christum formarent. Sic receptus fuit à plurimis liber de infantia Saluatoris, cum multis aliis Euangeliis, & scriptis non apocryphis modò, sed etiam perniciosis: cum quibus postea non leue sanctis Episcopis fuit certamen. Hoc malum iam Lucæ tempore inualescere cœperat: vnde studio veritatis & synceri Christianismi, quum in ea regione (vt mihi non est dubium) neque Matthæi, neque Marci Euangelia extarent, compulsus fuit vt & ipse Euangelium scriberet, quo non tam hic Theophilus (ad quem illud peculiariter scripsit) quàm & alii, missis nugis, certitudinem haberent eorum de quibus fuerant edocti. Dicit igitur hic Lucas COMPLVRES, veluti qui Bartholomæi, Andreæ, Matthiæ, Nicodemi, Nazaræorum, aliorúmque nonnullorum nomine scripserunt Euangelia.

Contexere.] Siue, digerere. verbum enim Græcum ἀνατάξασθαι significat in ordinem disponere: quòd cæteri carptim, aut non iuxta perpetuam rerum gestarũ seriem prodidissent quædam. Quin & Matthæus ipse, quanquam cæteris est plenior, & ab ipsa Christi natiuitate exorditur historico more, tamen totam fere pueritiam & adolescentiã Christi prætermisit. Porrò Marci Euangelium multa prætermittit, & historiam Euangelicam auspicatur à prædicatione Iohãnis Baptistæ. Iohannes quædã attingit carptim, velut ab aliis omissa. Proinde Ambrosius tribuit Lucæ stylũ historicum ceu peculiarem. Quum enim sua singulis attribuisset, inquit, At verò S. Lucas velut quendam historicum ordinem tenuit, & plura nobis gestorum Domini miracula reuelauit: ita tamen vt omnes sapientiæ virtutes, Euangelii istius complecteretur historia. Idem aliquanto pòst, Historico enim stylo diximus hunc Euangelii librum

esse digestum. Denique tandem scribendis rebus, quàm exprimendis præceptis studium huberius, comparatione aliorum, videmus impensum. Et ipse Euãgelista historico more de narratione sumpsit exordium: Fuit, inquit, in diebus Herodis, &c. eámque historiam plena digestione prosequitur.

quæ in nobis cõpletæ sunt rerum,
Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis:
Visum est & mihi asse-

'inter nos'certissimæ fidei sunt, rerum,
2 Sicuti'tradiderunt nobis hi qui ab initio suis
oculis viderãt, 'ac pars aliqua fuerant eorum quæ
narrabant:
3 Visum est &'mihi, vt cunctis ab initio exacta di-

ANNOT.

Inter nos] Ad fideles referri hoc debet: nam profani homines fidem certam non habent. Certissimæ fidei sunt.] πεπληροφορημένων certissimæ fidei sunt, vel quæ certò cognitæ sunt. Vult enim vt quæ narraturus est, non simpliciter accipiãtur accidisse, sed certissima fide cõperta esse, & argumentis indubitatis persuasa, quæ nullis aliis probationibus indigeant. Id enim significat Græcis πεπληροφορημένων. à verbo πληροφορέω, quod est plenam facio fidem. Vnde πληροφορία, certa fides, quæ fit argumentis aut re exhibita: & πληροφόρημα vocant, quod nos vulgo dicimus certificationẽ. Proinde apud Paulũ, Ro. 4. d. 21 πληροφορηθεὶς. vetus interpres vertit, plenissime sciens. Et rursum cap. 14. a. 5, eodem verbo vtitur Paulus, Vnicuique sua mẽs πληροφορείσθω satisfaciat, & in eo conquiescat. In aliis item compluscculis locis. Discamus hinc, Lucæ exemplo, synceritati & certitudini in rebus Dei quamdiligentissime studere, nequando humana commenta pro oraculis Dei amplectamur. Ne amplius simus pueri (inquit Paulus Ephes. 4. c. 14.) qui fluctuemus, & circunferamur quovis vento doctrinæ, per versutiam hominum, per astutiam qua adoriuntur vt imponãt. Qui suis opinionibus reguntur, necesse est eos manere dubios: quod alienũ est ab homine Christiano, cui persuasissima esse debent à Spiritu Dei quæ de Christo credit. Proinde etiam qui fidi ministri fuerint cõstituti à Deo vt familiæ suæ verbum salutis præbeant, siquando (vt nonnũquam hominibus cõtingit) humanorum commentorum venena, imprudentes cibis verè cælestibus intermisceant, admoneri eius cum se, tum fratres, nõ modo æquissime ferre debent, sed orare etiam. Vnde Paulus, (1. Corin. 14. f. 29) vno aut altero prophetante, reliquos iudicare voluit: nimirum nequid humanum Ecclesiis nomine verbi Dei obreperet. Hic certe videmus Lucã, complures illos qui aggressi fuerant gestorum Domini narrationem cõtexere, nullius insignis mendacii, aut erroris notare, sed tantum incertitudinis: & tamen satis id causæ ratus vt & ipse horum narrationem cõscriberet. Certe si in hac vita verbo Dei nihil salubrius habemus, par est vt non minus synceritati eius conseruandæ & illustrandæ studeamus, atque satanas fermentare illam, & corrumpere perpetuò laborat.

2 Tradiderũt] Vel hinc liquet, Lucam Euangelistam ab aliis audita scribere. Traditur enim id quod narratione transfunditur ab aliis in alios. Non scribit autem à quibusvis audita, sed à fidei certissimæ viris, hoc est ab iis qui omnibus quæ narrabãt, interfuissent. Ac pars aliqua fuerant eorũ quæ narrabant.] Ad verbũ, ministri fuerant sermonis. Ita vertendũ esse existimãt qui in verbo Dei magis sunt exercitati. nã ministros sermonis, vocat Apostolos qui constituti fuerũt ministri prædicando Euãgelii verbo. Qui tantùm videt, aliter referre potest quàm viderit: isti verò non tantùm oculati testes, sed constituti etiam fuerunt ministri. Propterea fideliter retulerunt quæ viderant, & prædicauerãt. quod profectò satis est ad fidem eis præstandam. Illos enim Dominus certa veritate instruxit, ne homines fallerent, vt solent alii.

3 Mihi, vt cũctis ab initio exacta diligentia peruestigatis.] παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, assectato ab initio (vel à summo) omnia exactè. Παρακολουθεῖν est assectari, & adesse, & subsequi potius quàm assequi. Vt enim assidere literis dicitur, qui nusquam discedit à literis: ita παρακολουθεῖν dicitur, qui quoquò versum te conferas, adest & assectatur indiuiduus comes. Potest referri ad diligentiam sciscitandi ab Apostolis, vel ad diligentiam scribendi quæ sciscitatus sit. quod posterius, doctioribus magis placet: vt dicat Lucas se omnia ordine persequutũ esse: & sic omnia cognita ex iis qui quæ viderant memorabãt, descripsisse, vt nihil prætermiserit quod ad historiæ seriem pertineret. Hoc dicit Lucas vt fidem sibi astruat, necubi eum vacillasse, aut ignorantia lapsum esse, aut retulisse quod non satis ei notũ fuisset, dicere quis posset. Iam quod dixit ἄνωθεν, intelligendum est ab initio, & ordine: vt intelligamus nihil prætermissum, aut, denuo, ac deintegro: vt quod alii vel carptim, vel parum certa fide narrarũt, ipse

denuo plena, certissimáque fide eisdem de rebus texat historiã. siquidem hæc vox ἄνωθεν, Græcis tria declarat, Desuper, hoc est è supernis: Ab integro, siue denuo: & Ab initio vsque ad finem, siue à summo vsque ad imum.

ligentia peruestigatis, 'deinceps tibi scriberem, 'optime Theophile:

quuto omnia, à principio diligẽter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile:

Quo 'agnoscas eorum, de quibus 'edoctus fueras, 'certitudinem. 4

Vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.

Har.1.1. 1.Para.24.a.3 ERat 'in diebus Herodis regis Iudææ, 'Sacerdos quidã nomine Zacharias |de vice Abia: 5

FVit ĩ dieb⁹ Herodis regis Iudææ, Sacerdos quidã nomine Zacharias, de vi

ANNOT.

Deinceps] καθεξῆς significat deinceps siue ordine. Optime Theoph.] Propriũ viri insignis nomen est Theophilus, quem scriptis cõfirmare voluit Lucas. Neque indignum videri debet, vni librum inscribi qui ad omnes pertineat. Scripsit ad Timotheum Paulus, & ad Titum epistolas, quæ ad totam Ecclesiam pertinent.

4 Agnoscas] Nõ dicitur ἵνα γνῷς vt cognoscas, sed ἵνα ἐπιγνῷς vt agnoscas. Agnoscimus enim quæ prius vtcũque nouimus: velut faciẽ ante annos aliquot visam agnoscimus. Edoctus fueras,] κατηχήθης. Olim qui baptismatis essent candidati, iis tradebãtur fidei Christianæ mysteria, sed viua voce, sine scripto: quemadmodum priscis illis Theologis mos erat apud AEgyptios, & apud Gallos Druydibus. Id erat initiari mysteriis: quod Paulus & Lucas vocãt κατηχεῖν nã ἠχεῖν est voce sonare. Inde κατηχεῖν voce erudire quæ scripto nolis cõmittere. Vnde qui docebantur ad eum modũ, catechumeni, siue κατηχούμενοι vocabantur: qui verò docebant, catechistæ. Sensus igitur est hic, Vt ea quæ olim catechumenus viua voce didicisti, nunc plenius ac certius cognoscas scripto. Hinc videmus, in eum finem legendum esse Lucam, vt acquiescamus in narratione: simúsque securi, nec hæsitemus bonáne fide retulerit (vt historici solent nonnulla extenuare, alia amplificare) sed veram & certã narrationem nos habere sciamus. Certitudinem. Græcis est non ἀλήθειαν veritatem, sed ἀσφάλειαν certitudinem. Nam veritas & fides cõstabat etiam iis quæ in catechismo didicerat. Cæterum ἀσφαλὴς dicitur quod certum est ac tutum, & in quo nullum sit lapsus aut erroris periculum. Hinc enim Græca vox dicta est à σφάλλομαι labor laberis, & α priuatiua particula. Certius enim scimus quæ scripto & ordine cognoscimus, maxime si prius eadem ab aliis audierimus, aut etiã ab iisdem eadem. quandoquidem ipsa narrationis cõstantia cumprimis fidem arrogat rebus. Locus hic sanè diligenter notandus: mundus enim non potest fidem ab opinione secernere. quod enim mundus concipit, nihil habet certi. Deus verò vult nos esse certos. Est & alter communis error: quòd homines dum volunt aliquam habere certitudinem, in rebus inopinatis potius se confirmant, quàm compertæ veritati adhæreant. Videmus verò Deum nos vagari nolle: dedit enim in quo acquiescamus: veluti hanc historiam. Vtamur eius beneficio, nec prætextu fidei, in errore aut rebus dubiis animum obfirmemus. Obseruemus autem nõ esse recipiendũ pro certo quicquid dicitur, sed iudicium adhibendum. Multæ (exempli gratia) sparsæ sunt vanæ opiniones post Christi resurrectionẽ: quas omnes siquis velit amplecti, nullus erit finis. Ideo Apostolis Dominus consilium scribendi inspirauit, vt certi aliquid haberemus.

5 Erat in diebus Herodis regis] Quũ orsus est narrationẽ Lucas ab eo tempore quo rex peregrinus Herodes tenebat imperiũ Iudæ, ad prophetiã Iacob respexit quæ Gene. 49. b.10, regnum Iudaicum transferẽdum esse ad exteros prædicabat, antè quàm Christus adueniret: interea etiã descripsit qui status rerũ tunc fuerit in populo Iudaico, omnibus scilicet rebus ad impietatem prolapsis, amoto cultu Dei & eius loco regnante hypocrisi: atque adeo quòd rebus tunc in vniuersum desperatis, aduenerit Christus Dei filius, opem vniuerso orbi laturus. De hoc Herode vide Matth. 2.a.1. Sacerdos quidam, nomine Zacharias] Lucas descripturus Christi natiuitatem, quia ante ipsum mittendus erat præco Iohannes Baptista, qui testaretur Israeli ipsum esse Messiã promissum (vt scribitur Iohan.1.b.15, & 3.d.28:) ideo prius describit ipsius Iohannis conceptionem & natiuitatem. Quia autem fides testi non adhibetur, præsertim in maximis negotiis, nisi honestissimo & dignissimo: igitur principio describitur Iohannes ab honestate familiæ & parentum suorum, & à miraculis, quibus non tam natiuitas eius ornata est, quàm authoritas futuri testimonii eius de Christo diuinitus commẽda-

ta eſt. Vterque parens erat è tribu Leui & familia Aaronis: quæ familia ſanctificata erat ad functionē ſacerdotii in Iſrael. Officiū ergo Zachariæ erat, fungi ſacerdotio, quæ maxima erat dignitas in Iſraele. Erat autē de vice Abia. Græca vox ἐφημερίας euidentior eſt, indicās certos dies eſſe præſcriptos, in quibus certi ſacerdotū ordines adminiſtrarent. Munus erat quod per vices gerebatur. Is Abia erat ſuper quē in ordinatione miniſterii ſacerdotalis octaua ſors cecidit. Scribitur enim 1. Paral. 24.a.3, quòd Dauid diuiſerit ſortibus tribū ſacerdotalem in vigintiquatuor vices ſeu ordines, ad fungendum miniſterio ſacerdotii in templo Domini. Octaua autem ſors cecidit ſuper Abia, qui fuit pater Zachariæ patris Iohānis. Propterea autem ſacerdorum familias certis ordinibus diſtinxit, ne quiſpiam inter ſacerdotes eſſet otioſus: aut ne creſcente familia, ambitio quippiam turbaret inter eos.

ce Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth.

'& vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabet.

Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in mādatis & iuſtificationib⁹

6 Erant autem 'iuſti ambo coram Deo, verſantes in omnibus 'præceptis & iuſtificationibus Do-

ANNOT.

Et vxor illius de filiabus Aaron,] Huius rei mentionem ideo feciſſe videtur Lucas, vt oſtenderet Zachariam non accepiſſe vxorem ex alia tribu, vt illi qui promiſcue ex aliis tribubus aſſumebant, ídque contra Dei Legem.

6 Iuſti ambo corā Deo, verſantes in omnibus, &c.] Inſigne teſtimoniū reddit Lucas patri & matri Iohannis. Definit etiam veram iuſtitiam, Quòd ambulauerint in Lege Domini, ídque coram Domino. Siquis enim ſancte videatur viuere, cor autem cōcupiſcentiis ſcateat, nihil eſt. Duæ nanque ſunt iuſtitiæ partes: vt cor purum ſit: dein cōuerſatio ſancta. Peruerſus enim fuerit ordo, ſi externam tantum vitæ ſpeciem oſtētemus, interea animū relinquamus in ſuis ſordibus. Illud primum, vt coram Deo puram conſciētiam habere ſtudeamus: alterum autem non minus eſt neceſſarium. Iuſtos igitur vocat quòd ambularent in præceptis Domini, quódque tales reputati ſint coram Deo. Neque enim ideo iuſti dicuntur, quòd omnia Legis præcepta, quæ vocat iuſtificationes, obſeruauerint: (vt neque Iob dictus eſt iuſtus, quòd totam Legem perfecerit:) ſed quòd recepti in gratiam Dei, tum placuerint ei etiam cum ſuis operibus: æſtimaueritque opera illorum paterna indulgentia, non ſummo rigore. Etenim ſi etiam omnia fecerimus, ſerui tamē inutiles ſumus: Luc. 17.c.10. Quid enim debet nobis Deus? An verò potuit quis vnquā implere Legem? Aut num homo iuſtus cenſeatur ob vnum aut alterum ſanctum opus, reliquis vitæ operibus Legis tranſgreſſor? Plus quàm abſurdum eſt. An ob multa quoque bona opera? ſiquidem præuaricationis aliqua in parte reus tenetur. Ne hoc quidē contendere audebit quis, reclamāte Legis ſanctione, maledictóſque omnes proclamāte qui non omnia Legis mandata ad vltimū impleuerint. Poſtremo, vllúmne opus eſt quod nullius impuritatis aut imperfectionis argui mereatur? Et quomodo eſſet corā iis oculis, quibus nec ſtellæ ſatis mundæ ſunt, nec angeli ſatis iuſti? Iob. 15.b.14. Ita nullum extare bonum opus concedere cogimur quod non & appoſitis ſibi trāſgreſſionibus, & ſua ipſius corruptione pollutum ſit, ne iuſtitiæ honorem teneat. A iuſtificatione igitur fidei proficiſcitur vt opera, impura alioqui, immunda, dimidiata, indigna Dei cōſpectu, nedum amore, iuſtitiæ imputentur. Iuſti igitur Zacharias & Eliſabeth, quòd Deus nō imputauerit eis peccata. nam & ſuis vitiis laborabāt. Deus autem obedientiam eorum, etſi eſſet inchoata, acceptam habuit: quòd propoſitum ipſorum eſſet ſeruire Domino. Exemplum horum habemus in Abraham. Potuit ipſe facinus præclarius edere, quàm velle immolare filium ſuum? An verò putamus tam prompto obſequio accinctum fuiſſe ad id peragendū quod Dominus iuſſerat, vt non vacillauerit? Caro proculdubio miris modis eluctata eſt. Conſtantiam hic magis elucere fateor. Verùm ſi ad tribunal veniat, ſummóque iure Deus cū ipſo agat, an ſic perfectus erit vt nihil deſit? Nequaquā: quum & ſtellæ ipſæ (vt dictū eſt) inquinatæ ſint corā illo. Talia ſunt omniū ſanctorū opera: ſed Deus paterna indulgentia, pro iuſtis & perfectis ea habet. Ideo dicūtur ambulare in præceptis Domini, & iuſti eſſe. Præcep. & iuſti. D.] Præcepta vocat leges pertinētes ad æquitatē naturæ. Hebræi PECVOIM, Græci ἐντολὰς. Iuſtificationes δικαιώματα vocauit Lucas præcepta, ſiue leges ſcriptas, vulgato loquēdi modo, quia Hebræa lingua in vſu apud eos nō erat. Sic LXX verterunt quod Hebræi HVQVIM dicunt, Deut. 4.a.1. & Pſal. 119, paſſim. Quòd Legis obſeruationes nūcupantur iuſtificationes, ſiue iuſtitiæ, nihil mirum: eſt enim abſoluta

Legis obedientia,reuera iuſtitia: & mandati vniuſcuiuſque obſeruatio, eſt iuſtitiæ pars. Dominus enim ea quæ Lege continentur,mandauit hominibus in iuſtitiam: ſed eam iuſtitiam non exequimur, niſi totam Legem obſeruando. Qualibet enim tranſgreſſione corrumpitur. Quum ergo Lex nihil niſi iuſtitiam præſcribat: ſi in ipſam reſpicimus, iuſtitiæ ſunt ſingula eius mandata:ſi homines ſpectamus à quibus fiunt,iuſtitiæ laudē minime conſequuntur ex vno opere, in multis tranſgreſſores, & ex eo opere quod aliqua ſemper ex parte propter imperfectionem vitioſum eſt.

mini 'irreprehenſibiles.
'Nec erat illis proles,eo quòd eſſet Eliſabet ſte- 7
rilis,& ambo prouectæ iam eſſent ætatis.
'Factum eſt autem quum is ſacerdotio funge- 8
retur'in ordine vicis ſuæ 'coram Deo,
'Secundum cōſuetudinem functionis ſacerdo- 9
Exod. 30.a.7 talis,'ſors illi obuenit|'vt odores incēderet,ingreſ-

Domini ſine querela.
Et non erat illis filius, eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis,& ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.
Factum eſt autem quū ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum,
Secundū conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit vt incenſum poneret ingreſſus

ANNOT.

Irreprehenſibiles.] Indubie ſicut Paulus 1.Timoth.3.a.2,requirit Epiſcopū irreprehenſibilem.Hoc eſt,ita vixerunt vt iure à nemine reprehendi poſſent:nimirum non ſolum à malo,ſed etiam ab omni ſpecie mali abſtinentes.1.Theſſ.5.d.21.

7 Nec erat illis proles,] Proſequitur narrationem donec veniat ad cōceptionem Iohannis.Notandum autem,ſingulari factum Dei conſilio fuiſſe,vt qui excellentiores fuerunt aliis, ſupernaturalem ortū habuerint:vt de Iſaac, quem vt Abraham in flore ætatis ſuæ ſuſciperet, facere poterat Deus, ſuſceptum tamen in extrema eius ſenectute legimus,Gene. 17. b. 10, & 21. a. 2. Sanè diuina prouidentia procuratum eſt vt natiuitatis nouitas excitaret hominum animos in admirationem Iohannis,nihílque plebeium expectarent ab eo qui non iuxta vulgarem curſum naturæ, ſed cæleſti beneficio natus eſſet. Ad quod amplificandum & illud facit quod ſequitur, Et ambo iam prouectæ ætatis eſſent. Negare enim iam prorſus videbatur ſobolem grandæua illa vtriuſque ætas. Sterilitatem probro fuiſſe apud Iudæos, teſtatur ipſa Eliſabeth,quum paulo pòſt, verſu 25 ait, Sic mihi fecit Dominus in diebus quibus me reſpexit vt auferret probrum meum inter homines. Prouectæ eſſent ætatis.] προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν, Proceſſiſſent in dies ſuos. Hebraiſmus eſt, Ire in dies,vel Venire in annos, pro annoſum eſſe,annis augeri, multiplicari annos alicui:ſic Gene.18.b.11, Abraham & Sara ſenes,ingreſſi erant in dies.

8 Factum eſt autem] Iam incipit narrare qualiter ſit promiſſus Iohannes. ipſi Zachariæ, quum ſcilicet exequeretur officium ſacerdotis. hoc enim eſt ἱερατεύειν. In ordine vicis ſuæ.] In ordine familiæ poſterorum Abdiæ,hoc eſt in hebdomada Abdiæ. Coram Deo,] Id eſt,quum eſſet ingreſſus in eam templi partem quæ dicitur Sanctum, quæ eregione Sancti ſanctorum erat,continentis Arcam Domini,ſuper quam apparebat.quæ propterea aliquādo Domini vocabulo ſignificatur,vt hîc, & in Veteri teſtamento ſæpius, vt Leuit.16.d.18. Hæc ſequens verſus declarat, dicens, Sors illi obuenit vt odores incenderet ingreſſus in templum Domini.

9 Secundum conſue.] Inſtitutum hoc non erat ex Lege Dei, ſed profectum à Dauide,vt dictum eſt in fine annotationis in quintum verſum:quod māſit vſque ad tempora Zachariæ.

Sors illi obuenit] Græcis eſt ἔλαχε,ſortitus eſt:quod vetus interpres(ni fallor)volēs dilucidius reddere,periphraſi verterat,Sors exiit: quòd ſortibus miſſis in vrnam,ſors illius aut illius exiſſe diceretur.Id aliquis deprauauit in Sorte exiit. Proinde nouus interpres vertit,Sorte illi obuenit.Alioqui Zacharias ingreſſus eſt,non exiit.quod ſubindicat Ambroſius: Sorte ergo eligebatur(inquit)vt introiret in templū ſacerdos.Sermo perinde ſonat quaſi inter ſacerdotes ſortitio facta ſit quis ingrederetur immolaturus incēſum.fieri enim poteſt vt inter plures ſacerdotes primarios,in ipſa functione ſors deligeret ingreſſurum. Vt odores incenderet,] Erat altare thymiamatis in Sancto, ſuper quod quotidie, mane & veſperi thymiama adolebatur:erántque preces matutinæ & veſpertinæ,quò cōueniebat populus. Vide Exod.30. a.1,Facies quoque altare thymiamatis(hoc eſt incenſi)de lignis ſetim. Et paulo pòſt,verſu 7, Adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuaue fragrās mane: quādo cōponet lucernas,incendet illud:& quādo collocabit eas ad veſperum,vret thymiama,&c. De hoc legitur & cap.40.c.26.

in templum Domini.

sus 'in templum Domini.

Et omnis multitudo popu li erat orans foris hora incensi.

10 |'Et omnis multitudo populi precabatur |foris
tempore thymiamatis. Leui.16.d.17 Exod.30.a.7

Apparuit autẽ illi angelus Domini stans à dextris altaris incensi.

11 'Apparuit autem illi angelus Domini, stans à B
dextris altaris in quo thymiamata *solent* adoleri.

Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

12 Et Zacharias 'turbatus est eo viso, ac timor ir-
ruit super eum.

Ait autem ad illum angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua E-

13 Ait autem ad illum angelus, 'Ne timeas Zacha
ria: quoniam 'exaudita est deprecatio tua: 'vxór-

ANNOT.

In templum Do.] Intelligit eam templi partem quæ dicitur Sanctum, in quo erat altare thymiamatis. Neque enim Zacharias erat summus sacerdos qui semel in anno Sanctum sanctorum ingrediebatur.

10 Et omnis multitudo pop. precab. foris] Populus non erat in Sancto hora incensi, vt nec in Sancto sanctorum quando ingrediebatur summus Pontifex in illud, vt Leuit.16.d.17, scribitur, Nullus hominum (ait) sit in tabernaculo quando pontifex Sanctitatem ingreditur vt roget pro se & pro, &c. Erat autem in atrio quod dicebatur populi: cuius formam expressam, & Sancti, Sanctíque sanctorum, cum altari thymiamatis & holocaustorum videre potes in Bibliis à nobis impressis tum Latinis, tum Gallicis maiore forma, in primo libro Regum, secundum Hebræos, cap.6.

11 Apparuit autem] Non est ἐφάνη, sed ὤφθη, id est Visus est, siue conspectus est. Nam apparent & quæ non sunt.

12 Turbatus est eo viso,] Terretur viso angelo, vt sanctos ferè omnes ad cõspectum angelorum territos legimus, quòd natura hominis propter præcellẽtiam gloriæ diuinioris nequeat nõ turbari: sentit enim se ab illa immutandã. Et in hoc agnoscenda nostra imbecillitas, quòd vbi Deus suæ præsentiæ dat signũ aliquod, consternamur statim & cõfundimur. Quod autem Zachariæ accidit, in vniuersos homines competit. nam simulatque Dominus nobis apparet, necesse est nos eo terrore corripi, vt neque corpore, neque animo consistamus. Quòd si se ad liquidum monstraret, necesse esset nos in nihilum redigi. Atque hoc diligenter obseruandum: nunquam enim agnoscimus nostram imbecillitatem nisi hac comparatione. mundi nãque intuitu, nihil tale cogitamus. Quòd si Deus nobis appareat, cõfundimur, ídque pro modo manifestationis. Nã si angelus qui est velut scintilla, tantum potest ad nos terrendos, quid si Dominus se totum manifestaret, qui instar magni ignis est? Pro modo igitur manifestationis deiicimur. Desinant ergo homines sibi placere, & abiiciant se coram Domino.

13 Ne timeas Zach.] Deus eatenus gloriã suam electis manifestat, vt nõ absorbeãtur metu & terrore, sed tantũ concidant ab inani fiducia. Consternatur Zacharias, nõ exhauritur timore: deiectionis enim modũ attemperauit Dominus, vt quantũ ei erat vtile, deiiceretur. Ita deiici nos oportet, vt erigamur in Domino. Statim consolatur Zachariam angelus: ac eum erigit postquam cõsternauit. Ostendit exauditã orationem à Deo: hoc etiã vnũ est quod nos potest erigere, si intelligamus nobis Deum esse propitiũ. Exaudita est deprec.] Summus Pontifex dicitur, quum Sanctum sanctorũ ingrederetur, orasse pro se & pro domo sua, & pro vniuersa cœtu Israel, Leuit.16.d.17. nec dubium quin & ii qui thymiama adolebant, idem fecerint. Propterea precatum fuisse Zachariam vt ex sterili vxore liberos susciperet, credibile est ex hac responsione angeli, Exaudita est deprecatio tua: nam vxor tua, &c. Quo videmus sanctos citra offensam Dei, & pro liberis atque aliis externis bonis rectissime Deũ orare, si præmittant animo hæc, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua. Quòd patres tam vehementer prolem expeterent, in causa fuit Christus nondum mũdo exhibitus, quem quisque exoptabat descendere ex suo semine. Quanquam vna etiam nobis cum illis causa communis est, quòd benedictionem Dei esse reputamus procreationem liberorum. Exod.23.f.26. Deut.7.b.13.c.14. Téstimonium igitur quum sint diuinæ benedictionis liberi, sequitur nos posse expetere ea conditione quæ dicta est. Vxórque tua] QVE pro Nam positum, more Hebræorum, Nam vxor tua Elisabeth, &c.

que tua Elisabet pariet tibi filium, '& vocabis no
men eius Iohannem.
'Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi su- 14
per eius natiuitate gaudebunt.
'Erit enim magnus coram Domino,'& vinum 15

lisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem:

Et erit gaudiũ tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

Erit enim magnus coram Domino, & vinũ & siceram

ANNOT.

Et vocabis no. eius Iohã.] Deus iis quos ad res magnas olim deligebat, nomina rebus illis respõdentia indere solitus erat, vt in Abraham, Sara, & Iacob habemus. Sic & Domino nostro, nomen Iesu inditum fuit: & ipse Apostolis selectioribus postea mutauit nomina, Iohan. 1.f.42, & Marc.3.c.17. Hinc & Iohanni, qui Christum iam præsentem orbi indicare & prædicare debebat, nomen hoc diuinitus impositũ fuit, prius quàm nasceretur. Gratiæ & benignitatis summæ præco esse debebat: inde & à gratia nomen accepit. Siquidem quem nos Iohannem legimus, Hebræi יוחנן Iohanan dicunt, à verbo חנן gratificauit, beneuolus fuit, donauit, gratis dedit. Iohanan igitur, siue Iohannes, gratiosum & acceptum significat: qui reuera acceptissimus fuit, quem ad tam insigne Euangelii munus Deus tantis miraculis delegit. Magis autem, quòd gratiæ Dei per Christũ annũtiator fuit, dictus est gratiosus & acceptus. Quòd item Deus nomen ei indidit antequam nasceretur, hoc fuit velut sigillũ promissionis. q.d. Vt scias non fore vanum quod tibi denuntio, sic filium vocabis. Vt quum Deus promitteret liberationem populo per Mosem, addit, Hoc habebis signum quòd miserim te, Quum eduxeris populum de AEgypto, post triduum immolabis Deo super montem istum. Exod.3.d.12.f.18.

14 Et erit gaudiũ tibi] Quòd angelus promittit gaudiũ, non tãtùm ob prolẽ id esse ostendit, sed propter aliquid maius. nec enim exultatio in homine sene & graui nascitur leui de causa. Gaudemus quidẽ omnes ob susceptos liberos: postea verò solicitudines oboriũtur, vt plurimùm quòd liberi degenerẽt, & spes voto nõ respõdeat. Hic nihil tale. habet enim filiũ qualem non ausus fuisset sperare. Quod dico, confirmatur sequentibus in eodem versu, Et multi super eius natiuitate gaudebũt. Si enim sobolis tantùm causa gauisus esset Zacharias, inclusum fuisset gaudium in eius persona: nũtiat verò gaudiũ fore publicum: quòd præcursor futurus esset Saluatoris tam anxie ab omnibus electis expectati. quam sic de eo pater postea vaticinatur, versu 76. Et tu puer, &c. Facessant verò qui Gentilitiũ & profanũ morẽ instituerunt in celebrãdo Iohãnis natali tripudiis & saltationibus. Non loquitur Deus de nataliũ celebratione: verùm quum videamus talem fuisse Iohannem, magnáne causa est cur gaudeamus, talẽ præconem nobis missum, qui nobis aliqua ex parte Christũ præmõstraret? Vt enim suo seculo seruierit, adhuc tamẽ nobis loquitur: & præclara illa concio, Ecce Agnus Dei, ad nos dirigitur.

15 Erit e. mag. coram Domino,] Hic iam tertio ponitur Coram Domino, verùm aliter atque aliter. Hic Coram Domino, est in ministerio & negotio Domini. Neque enim in se magnus erat: sed ideo dicitur magnus, quòd magnam rem nuntiaret, quódque magni Domini & regis præcursor esset, quòd magnũ haberet officiũ: magnus itẽ vitæ innocentia & sanctitate. Propterea & maior inter omnes natos ex mulieribus pronũtiatus est, Matt.11.b.11. vide annotationem in eum locum. Et vinum, sicerámque non bib.] ET pro Nam. Non voluit Lucas in abstinẽtia vini & siceræ magnitudinẽ Iohãnis reponere: tantùm voluit ostendere, eum peculiare aliquid habiturum & distinctum à communi vita hominũ: non quòd per se adeò hoc magnum sit: (reperiuntur nanque abstemii homines nequam) sed Dominus hoc signo voluit testari Iohannem esse delectum ad aliquod munus eximiũ & excellens. quid enim magis commune hominibus, quàm victus? Nazaræi abstinebãt à vino, sed ad tempus, Nume.6.a.3: Rechabitæ in perpetuũ, quòd iussum esset à patre, Ierem.35.a.6. Quũ verò Domino visum est vt Iohãnes à vino abstineret, symbolũ esse voluit quo ostenderet populo qualis esset, vtque eius doctrina plus haberet authoritatis. Iohannes præterea Prophetas omnes qui ante eum fuerant, diuinitate prædicationis superare debebat, erátque peculiariter genti Iudaicæ Propheta destinatus: quare oportuit nihil ei ad summam sanctimoniã vel in externis deesse: ne ab ipso occasio esset Eũãgelii, quod prædicaturus erat, reiiciẽdi. Quanquam ne sic quidem reprobis consultum fuerit. vbi enim viderunt in eo omnia homine maiora, dicebant tamen eum habere dæmoniũ, vt vides Matth. 11.c.17. Sicera siue Sichera, (nam Hebraice dicitur שכר sechar per כ: à verbo שכר quod inebriare significat & ebriũ esse:) significat vinũ, potũ item qui è fructibus fit, inebriatiuum sanè, vt etiam sensum auferat, & intelligentiam. Omne vinum factitium hoc nomine vocant, cuius vsum fuisse apud AEgyptios, testis est Diodorus

Siculus historiæ suæ lib primo, quòd sua lingua vocarēt Zuthū, siue vt in quibusdā exemplaribus habetur, corrupte opinor, Citō: id quod olim Galli Ceruisiā vocabāt, Hispani Cœliam, teste Plinio. Cuius meminit & Dioscorides, lib. 2. docens ex hordeo potissimum fieri, cōfici tamen & ex triticea fruge, qua soleāt vti gentes occidentales, Hiberiæ ac Britanniæ. Cæterum potionis genus vehementer improbat, vt multis modis noxium. Qui hoc prætextu superstitionem instituūt, quòd angelus istud, vt eximiū quiddam, cōmemoret, tanquam Deo gratum sit si quis à vino abstineat, fallūtur. Nō enim à vino abstinuit Iohānes vt Deum coleret, sed id symbolū erat Dei, vt dictū est. Si quis ita Deū velit colere, colet idola. Sobrie tamen vino vtamur: & qui norūt sibi noxiū esse, abstineant omnino. Qui carent, ferāt æquo animo necessitatem: & tum verus erit Dei cultus in ipsa obedientia. Præ omnibus verò sibi caueant à vino & ebrietate, verbi Dei ministri, quæ cor aufert, vt Oseas docet cap. 4. c. 11.

non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ:

sicerámque non bibet: & Spiritu sancto replebitur iam inde ab vtero matris suæ:

Et multos filiorum Israel cōuertet ad Dominū Deum ipsorum.

16 Multósque filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Malach. 4. b. 5 matt. 11. b. 14.

ANNOT.

Et Spiritu san. repl.] Aliud adhuc promittit: quemadmodū externo symbolo Deus eum à reliquis discernet, ita illuminabitur Spiritus sancti gratia, vt palàm fiat eum esse delectum à Deo ad aliquod egregiū munus. Duo igitur fuerūt signa: externū scilicet, vini & siceræ abstinētia: deinde excellētes dotes. Cæterū his verbis nihil aliud intelligitur quàm indolē apparitura in Iohāne, quæ spem faciat magnitudinis. Exempli gratia: In infante resplendet indoles in ipso vultu, deinde quum adolescit, instar herbæ quæ futuram segetem promittit. Talem futurum Iohannem dicit ab ipsa infantia, vt ipsa indole cognosci possit delectū esse ad magnum aliquod munus. Ab vtero] Hoc est, nondū editus in mundū, replebitur Spiritu sancto, qui natum iam & infantem, grandiorémque factum sit moderaturus in omnibus cōsiliis & actionibus suis. Sunt qui Hebraismū esse velint, Repleri Spiritu sancto. Hebræi (inquiūt) implendi verbo vtuntur pro dedicandi, sanctificandi, ac consecrandi verbo, Exod. 29. e. 33: vbi à prophano vsu res separatur ad cultum Dei. Segregatus ergo fuit Iohannes ab vtero matris ad hoc officiū, non ab hominibus quidē, sed à Spiritu sancto: quod fides & sedulitas in officio cōprobauit. Sic dū Apostolos mittebat Christus, dixit, Accipite Spiritum sanctū, &c. Iussitque eos expectare Ierosolymis donec virtute ex alto induerentur, reciperéntque Spiritū promissum. In quibus verò sit Spiritus, declaratur fructibus, Gala. 5. d. 22. Obserua verò infantulos Deo curæ esse, & illis dari Spiritū sanctū, licet singulari quodā dono aliis atque aliis, nō quibuslibet.

16 Multósque fil. Isr. conuer.] Tempore quo Iohannes inter homines vixit, vera religio inter Iudæos, Pharisaicis traditionibus, & innumeris aliis impietatibus ita sordidata & cōspurcata iacebat, vt nulla prorsus facies eius religionis quā Patriarchæ coluerāt, & Prophetæ prædicauerāt, appareret. Venit igitur Iohannes verā religionem restauraturus, (vt etiā ipse Christus confirmat, Matt. 17. b. 11) seuerissima Legis expositione, & horrendis grauissimorum suppliciorū minis reuocans Iudæos ab impia hypocrisi ad sectandam veram pœnitētiam. Iam securis, inquit, ad radicem arborum posita est: omnis igitur arbor, &c. Pharisæos & Sadducæos ad pœnitentiam inuitauit, perituros alioqui: Progenies viperarum, quis submonstrauit vt fugeretis à vētura ira? Facite igitur fructus qui deceāt pœnitentiā, &c. Cōuertet ergo eos qui vana propriæ iustitiæ, sanctimoniæ, & operū fiducia, à Domino Deo suo auersi erūt. Multos autē, non omnes conuertet: & vt Esaias dicit, cap. 10. e. 21, reliquias tantū: Reliquiæ Iacob, inquit, cōuertentur, reliquiæ inquā Iacob ad Deū fortem, &c. De reliquiis ex Israel seruādis lege Apostolū, Rom. 11. a. 5. Hoc quidem prædicatione Iohānis factū est. Nam tametsi solo Spiritu Dei reducātur homines, hoc tamen prædicationi Iohānis bene hîc tribuitur, vsitata Scripturæ loquēdi forma: prius enim Spiritus sancti meminit, vt eius virtute hoc factū intelligamus. Proprie ergo Spiritus est quod hîc Iohāni tribuitur. Quū hoc elogiū ad ministros trāsfertur, intelligamus eos nō disiungi à Deo. Deus operatur per Spiritū suum: hoc tamen non impedit quo minus vtatur verbo suo tanquā instrumento, & per illud efficaciter agat. Nulla est inter hæc repugnātia: coniunguntur enim. Paulus dicit, 2. Corin. 3. b. 6, se habere ministeriū Spiritus: nō quòd inclusum apud se teneret, sed Spiritus Dei operabatur per ipsum ministrū. Intelligamus ergo Spiritū ipsū nō disiungi ab ore & verbo ministri, quū minister dicitur

conuersor cordium. Quod facilius percipitur, quũ intelligimus Scripturam duplici ratione de ministris loqui: Altera, quum docet quid ipsi per se valeant: ac tunc pronuntiat eorum vocem sonitum esse quo aer verberatur, non tanguntur corda, ideóque fructu carere: Altera, quando Dei Spiritu efficax redditur eorũ prædicatio, ne sine fructu laborẽt, tunc enim transfertur ad eos operatio Christi: quia non separatur Spiritus ab ipsis ministris. Conuertimur autem ad Dominum, quum verbum eius penetrat in animos nostros. Quod sane non penetrat vt est prolatũ ab homine: (scimus enim quæ sit humani cordis cõtumacia) ipse verò Spiritus penetrat. Sunt igitur res coniunctæ. Obseruemus interea finem ministerii verbi Dei, vt conuertatur populus ad Deum suum.

Matth. 3. a. 1. Malac. 4. b. 6.

17 Et ipse præcedet ante illum in Spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, &

Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos

ANNOT.

17 Et ipse præced. ante illum] Obserua quod dicit, Coram ipso: nempe Deo. Prius enim mentionem Dei fecerat: vt agnoscamus Christum esse illum Deum qui loquutus est per Malachiã. Quomodo Christũ præcesserit Iohannes, Matthæus declarat cap. 3. a. 1. In Spiritu & virtute Eliæ, δυνάμει Græce legitur: per quod vnà cum ardẽti studio ad promouendã Dei gloriam diuina quædam & extraordinaria vis designatur, quæ hominis captum superet, qualẽ in Elia fuisse, 1. Reg. 19. b. 10, legimus. Iã Iohãnes clariore Spiritu fuit donatus: cognitionem enim clariorẽ habuit de Christo: cõparatio ergo quædã est, non æquiparatio. Ac si dicat, Quo Spiritu & qua virtute Elias suo tẽpore abrogauit impietatẽ Baaliticã, & restituit purã veri Dei religionẽ, eodem etiã Spiritu & virtute Iohannes suo tempore ministeriũ Euangelii de Iesu Christo administrabit, quo non solùm omnes Pharisaicæ impietates, quæ docent humana merita, abolebuntur, sed etiã restaurabitur vera religio, quæ docet neminẽ posse remissionẽ peccatorum & salutem consequi, nisi propter solum Iesum Christum per fidem. Et Christus ipse Malachiã exponens dicit (Matth. 17. b. 10. 11) Iohannem esse Eliam officio & virtute, non persona, propter similitudinem Spiritus & virtutis, qui vt Elias magnis dotibus & virtutibus excelluit. Spiritum & virtutem vocat more Hebræorum, potentiam Spiritus, siue Spiritum potentissimum, & duplicem Spiritum, quem sibi dari orat Elisæus, 2. Reg. 2. b. 9. Vt conuertat corda patrum, &c.] Elias quum vera religio conspurcata esset suo tempore impietate cultus Baalitici, & filii Patriarcharum longe aliam sectarẽtur religionem quàm Patriarchæ sectati erant, veram religionem ita restituit, vt Patriarcharum religionem inter filios restauraret, & filiorum religionem ad religionem Patriarcharum reformaret, & increduli filii sectarentur prudentiam, hoc est fidem, iustorum Patriarcharum: qui ex eo iusti dicuntur, quòd crediderint in promissionem Abrahæ dictam: quemadmodum scriptum est, Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei in iustitiam. Ad hæc, magna erat controuersia & dissensio de religione: maxima populi pars in regno Israel sectabatur religionem Baal: paucissimi conseruabant veram religionem eius Dei qui colebatur in Ierusalem. Hinc accidit, quòd eo tẽpore pater quispiam sectatus sit Baal, filius autem sectatus sit verum Deum: & contrà: adeóque non in vna tantum vrbe, sed in vna etiam domo, imò & in vno lecto inuentæ sint diuersæ religiones. Elias igitur quum vicisset prophetas Baal, miraculo holocausti diuinitus incensi, (1. Reg. 18. f. 38) cõuertit corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres: hoc est restituit inter patres & filios vnam, eandem, & cõcordem religionẽ: vt tam patres quàm filii, abiecto impio cultu Baal, sectarẽtur purã veri Dei religionem, & increduli conuerterentur ad fidem iustorũ, eorum videlicet qui pie & prudenter de vera religione sentiebant. Ad eundem modum restituit etiam cõcordiam religionis Iohãnes Baptista, cuius tempore etiam maximæ fuerũt controuersiæ & dissensiones inter Iudæos de religione. Alii sectabantur Pharisæos, alii Sadducæos, alii etiam Ethnicos: paucissimi amplectebãtur veram fidem in semen Abrahæ. Hinc factum est vt aliam filius, aliam parens, aliam maritus, aliam vxor, aliam dominus, aliam seruus religionem colerent. Alius cõfidebat se peccata sua expiaturũ propter merita sacrificiorum, alius propter merita Pharisaicarum traditionum, alius propter opera Sadducæorum: hic adscribebat salutem suam eleemosynis suis, ille ieiuniis, iste longis preculis. Venit igitur Iohannes, & prædicauit Euangelium de Iesu Christo: qua prædicatione vnam, certam, veram, & concordem religionem ita instituit, vt conuerteretur cor patrum in filios, & cor filiorum ad patres: hoc est vt patres & filii non amplius in religione dissentirent, sed concordi animo sectarentur fidem Patriarcharum: vt quemadmodum Patriarchæ crediderant in semen Abrahæ promissum, ita filii crederent in Iesum Christum, qui est semen Abrahæ.

ad prudentiam iustorū: parare Domino plebem perfectam.

'inobedientes ad prudentiam iustorum: 'vt paret
Domino plebem instructam.

Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor

18 Et dixit Zacharias ad angelum, 'Quo argumē-
to istud cognoscā? ego enim sum senex, & vxor

ANNOT.

Inobedientes ad prud. iust.] His verbis ostendit Lucas quis sit conuersionis modus, & reductionis: nempe vt increduli cōuertantur, &c. ἀπειθεῖς, id est inobedientes, contumaces, & impersuasibiles, sequentes animi sui praui corruptionem & impetum, non admittentes, aut ægre, sana consilia. Iam dictum est quos appellet iustos, & quid prudentiam, nempe fidem: quicquid enim est in hominibus prudētiæ extra verbum Domini, id totū est cæcitas. Siquid sapere velimus, sapiamus fide: hæc est prudentia iustorum, hoc est fidelium. Eos sic vocat, quòd mundus suam prudentiam habeat, sed vmbratilem: nō iustorum, sed impiorū, quæ à Deo maledicitur.

Vt paret Domino plebem instructam.] Vox Græca κατεσκευασμένον, sonat instructā & adornatam, siue apparatam. In hoc enim præcursor erat Iohannes, vt suo baptismo, prædicatione, ac testimonio de Christo, Iudæorum animos dociles redderet Euangelicæ philosophiæ. Interpres legisse videtur κατηρτισμένον, ideo reddidit perfectā: quanquam idem participiū significat quod aptum est. Ex Esaia & Malachia id videtur mutuatum. hi enim Prophetæ vaticinati sunt Iohannem paraturum viam ante Messiam: quod Angelus vocat, Parare Domino plebem præparatam. Sentiunt autem, Iohannem in eo præparasse Domino viam, quòd prædicauerit pœnitētiam, & duxerit populum ad agnitionem peccatorū suorum, quò essent præparati & idonei ad suscipiendum Christū per fidem, per quem solū consequuntur homines remissionē peccatorum, iustitiam & vitam æternam. Quod sane maxime obseruandum est. Nemo enim magis præparatus & idoneus est ad suscipiendum Christum & consequendam salutem, quàm qui peccata sua agnoscit. Nec vllus tenetur desiderio Christi, nisi qui sensu peccatorum apud seipsum turbatus est. Simplicius videtur vt de testimonio quod Iohannes perhibuit Christo, intelligatur: vt Parare viam Domini, & Parare Domino plebem idoneam, aut præparatam, idem sit quod Testimonium perhibere de Christo, quo homines inuitentur & præparentur ad excipiendum Christum, & credendū Christo. Iohannes enim in hoc missus est vt annunciet Christum in Scriptura promissum, iam adesse, & testimonium ferat de Iesu, quòd ipse sit Christus. Erat (inquit Euangelista cap.1.a.6) homo missus à Deo, cui nomen Iohānes: hic venit ad testificandū de luce, vt omnes crederēt per ipsum. Et Iohānes ipse ait, (ibidem d.31) Vt manifestus fiat Israeli, propterea veni ego in aqua baptizans.

18 Quo argumento] Hæc verba si secundum externam faciem expenderis, videntur plane conuenire cum verbis Abrahæ & Mariæ virginis. Nam quum Abraham audiret promissionem terræ Chanaan, Vnde (inquit) scire possum quòd possessurus sim eam? Gene.15.b.8. Maria quoque quum audiret nuntium de filio suo Christo, ait, Quomodo istud erit, quandoquidem virum nō cognosco? Infrà d.34. Verùm Scriptura significat Abrahamum & Mariam ex fide loquutos: Angelus autem perspicue explicat versu 20, verba Zachariæ plena fuisse incredulitate. Vbi igitur certò nō acquiescimus in verbo Dei, arguimur infidelitatis: quòd sine certitudine fides nō cōstet: & vbi hæsitatio, ibi incredulitas. Vnica hæc ratiocinatio apud nos esse debet, an Dominus loquutus sit: non vt verba eius examinemus verǽne sint: esset enim impietas diabolica: sed tantum vt quū constiterit Dominum esse loquutū, nullo modo dubitemus. Abraham quum promitteretur ei Isaac, hæsitasse videtur. nec enim dissimilis videtur eius responsio, dicens, Gene.17.c.17, Nunquid centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Illa tamen dubitatio nō punitur à Deo. Imò Paulus negat dubitasse, Rom.4 d.20. Verùm non debemus in solis verbis insistere: & ita intelligemus illū exiluisse potius, quàm dubitasse de promissione Dei: atque admirationis verba fuisse potius quàm incredulitatis. Ridet etiā, Gene.17.b.17: tamen nō displicet risus Domino. Saræ risus displicet, Gene.18.b.12. Quid ita? Quia dubitabat, nec tamen respuebat: corripitur nihilominus à Domino. Zacharias verò oblique repellebat promissionem Dei: nec poterat prompto animo recipere quod sibi fuerat dictū. Si dubitasset de reuelatione vnde esset profecta, nō fuisset signum incredulitatis. Quis sit fons incredulitatis videmus, Quòd ratione nostra & iudicio humano volumus Deum metiri. Ex hoc fonte omnes diffidentiæ manant. Deus promittit nobis victum corporis: vbi est periculū à fame, trepidamus: quia opponimus verbo Dei quod est nobis præ oculis. Hic ampla sylua est ad exhortandum populum.

mea 'prouectæ ætatis est.
Ac respondens angelus dixit ei, 'Ego sum Ga- 19
briel 'qui astiti in conspectu Dei: missúsque sum
vt loquar ad te,& hæc tibi læta nuntiem.
Et ecce 'futurum est vt sis tacitus, nec fari possis 20
'ad eumvsque diẽ quo hæc fiãt: eo quòd nõ credi-
disti verbis meis, quæ implebũtur in tẽpore suo.
Et erat populus expectãs Zachariam, & mira- 21
C bantur quòd moraretur 'in templo.
Egressus autẽ non poterat loqui illis: & 'cogno- 22
uerunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse
innuebat illis: permansitque mutus.

mea processit in dieb⁹ suis.
Et respõdens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deũ: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euãgelizare.
Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiẽt: pro eo quòd nõ credidisti verbis meis, quæ implebũtur in tẽpore suo.
Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in tẽplo.
Egressus autem nõ poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd visionem vidisset in tẽplo. Et ipse erat innuens illis: & permansit mutus.

ANNOT.

Prouectæ ætatis est.] προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς, Processit in diebus suis. Hebraismus de quo suprà versu septimo.

19 Ego sum Gabriel] Vt à consideratione ætatis suæ & vxoris, auocaret angelus Zachariã ad cogitationẽ per quẽ & à quo ista sibi nũtiarentur, dicit, Ego sum, &c. q. d. Quid tuã & vxoris ætatẽ consideras? cõsidera potius quis ego sim, hæc tibi nuntians, & à quo missus. Quibus verbis, prius quàm denuntiaret pœnam, ostendit quantum peccauerit Zacharias. Dicit se non esse hominem, nec spiritum sponte venientem, sed cui iniunctum sit hoc mandatum à Deo: factam igitur Deo esse iniuriam, quòd nuntio eius nõ crediderit. Graue sane peccatum, quòd angeli verbis nõ crediderit: non enim Deus vult tantũ audiri in sua persona, sed per suos etiã ministros: vúltque verbo suo tantũ reuerẽtiæ haberi, vt recipiatur à quocunque allatũ fuerit. Nam Dei maiestas adorãda est, quæ apparet in verbo ipsius, relicta ministri persona. Gabriel, principem Dei, aut diuinũ significat, aut potentiam Dei. Cõposita eiusmodi nomina habent angeli, vt intelligamus eos non habere potestatẽ separatã à Deo, sed principatum eos sub nomine Dei gerere: vt totum Deo tribuatur. An maiores sint alii aliis quæritur. Si de iis subtilius philosophari velimus, verendũ ne in id periculũ incidamus, quod iis euenire Paulus ait, (Coloss. 2. c. 18) qui fastuose de rebus incognitis disserũt. Sobrie sane de iis cogitandũ & loquendum. De angelis dictum est Matth. 4. a. 6, & 18. b. 10. Is est Gabriel, de quo fit mentio Dani. 8. e. 16, & 9. f. 21. Qui astiti] Præteritum pro præsenti, more Hebræorum. Astare ante Deum, schema est Hebraicum pro Ministrare Deo. Dicit Christus eos videre faciem Patris, eodem sensu, vt vides Matth. 18. b. 10.

20 Futurum est vt sis tacitus,] Castigat Dominus Zachariam leui pœna. Verbum temere prolatũ fuerat ab eo, speciésque blasphemiæ erat, opponere ætatem suam Deo. Quoniã verò in ea responsione lapsa fuerat lingua, ea etiam luit pœnas. Multum de Dei honore detraxerat, quum existimaret eum nõ esse omnibus creaturis potentiorẽ. Vt autẽ Zacharias dubitãdo de potentia Dei, fecit illi iniuriã: econtrario Abraham dedit gloriam Deo, quũ credidit eũ implere posse quod promisisset. Ad eum vsque diem quo hæc fiant:] Obseruanda hîc Dei bonitas: simúlque quãta sit in verbis eius firmitas. Merebatur Zacharias ob dubitationẽ priuari promissione: nõ tamẽ aufert Deus quod illi promisit. Sic, quãuis indignos, beneficiis afficit. Nõ sunt certe capaces fideles, nisi aditũ illis patefaciat Deus ad recipiendã gratiã suam. Nunquid incredulitas illorum (ait Paulus, Rom. 3. a. 3) euacuauit promissionẽ Dei? Absit. Superat Dominus cõstãtia fidei suæ incredulitatẽ hominũ, vt etiã iis reluctãtibus impleat quod promisit.

21 In templo.] Hîc, & sequenti versu, templum pro Sancto, parte templi, vsurpauit: de quo suprà versu 9.

22 Cognouerũt quòd visionẽ vid.] Addit populũ testem fuisse huius visionis, quia Zacharias diutius moratus fuerat, & in vultu illius potuit aliquid stuporis obseruari. Credibile est, illo tẽpore non fuisse frequẽtes visiones. Deus aliquibus miraculis adhuc populum cõtinebat in obediẽtia verbi sui: vt illo de piscina, quæ mouebatur ab angelo, Iohã. 5. a. 2. Rari verò erant Prophetæ: iis enim populũ suum Dominus priuare voluit, vt ardentioribus votis Christũ expeterent. Nã populus fere desperatus erat, quòd premeretur acerbissima seruitute, religio cor-

rupta esset miris modis, vt dictum est suprà versu 17. quod indicatũ fuit per Malachiam, cap. 4.b.4, Mementote Legis Mosis serui mei, &c. Cur? Mox subiungit, Ecce mitto vobis Eliam prophetam meum, &c. Significat ergo ad tempus spoliatum iri populũ Prophetis, vt maiore desiderio expectaret Christi aduentum. Non igitur coniecit populus Zachariã vidisse visionem quòd id crebro accideret, sed quòd signa apparerent in eo.

Et factum est vt impleti sunt dies officii ei', abiit in domum suam.
Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius: & occultabat se mensibus quinque, dicens,
Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.
In mense autẽ sexto missus

23 Et accidit, vt impleti sunt dies 'officii eius, 'abiit
in domum suam.
24 Post hos autem dies concepit Elisabet vxor e-
ius: '& occultabat se mensibus quinque, dicens,
25 Sic mihi fecit Dominus 'in diebus quibus me
respexit vt auferret probrũ meũ inter homines.
26 |In mense autem sexto missus est angelus Ga- Har.1.2.

ANNOT.

23 Officii] λειτουργίας, officii vel ministerii. Omnes functiones & ciuiles & alias complectitur hæc vox: tametsi plerunque de sacris ministeriis accipiatur. Abiit in domũ suam.] Hinc apparet sacerdotes abstinuisse domibus suis quum fungebantur ministerio: quãquam non legimus vsquam id præceptum fuisse à Domino. Præceptum quidem Legis erat vt abstinerent à vino, sicera, & concubitu, quũ essent in vice sua, Leuit.10.b.9, & 1.Samu.21.a.5. Credibile autem est multos sacerdotes minus reuerenter functos fuisse ministerio, sibíque indulsisse, nec seruasse edictum illud. Vnde factum est vt haberent habitacula in templo, ne illecebris vxorum suarum mouerentur. Hinc quum extrueretur templum, extructa sunt atriola (1. Reg.6.a.6) siue cubicula sacerdotibus dicata: quibus Salomon voluit sacerdotum commoditati consulere, vt adiumento essent Legi Dei ad sacra pure peragenda. Quòd si sacerdos aliquis morbo laborasset, non vetabatur tamen redire domum.

24 Et occultabat se, &c.] Nõ pudebat eam benedictionis diuinæ: verùm admirata Dei benedictionem, se subduxit, vt miraculum Dei melius extaret. Nam quòd eam puduisse nonnulli putant, quòd dubitauerit ne argueretur, si aliter eueniret: existimandum potius illam domi gratias egisse, vt postquam quinto aut sexto mense eam viderent homines, amplius Domini miraculum cognoscerent. maior enim tum admiratio esse poterat. Nam quod paulatim augescit, vilescit apud nos: quod verò statim apparet, magis excitat. Domi igitur secum sic loquitur, Sic mihi fecit Dominus in diebus, &c.

25 In diebus quibus me resp.] Gratiarũ actio est, quia omnia attribuit authori operis Deo. Aspiciendi verbum, est quo declaramus gratiam aut beneficium quasi indignis nobis contigisse: cuius cõtrarium est Auersari, auertere oculos. Psal.138.b.6, Humilem aspicit, & excelsum à longe cognoscit. Id est, pauperũ miseretur, superborum nõ item. Neque ita multum differt à vocabulo misericordiæ: nisi quòd aspicere, gestum miserentis significat: misericordia verò affectum bonæ voluntatis diuinæ erga nos. Singulari igitur Dei beneficio deputat Elisabeth quòd sit grauida. Causam subiungit, sterilitatem esse probrum. Cur? Nonnulli dicunt, in populo Iudaico ideo probrũ fuisse quòd expectaretur Christus, nec poterat nimis augeri populus ille sanctus, quũ reliqui incircuncisi essent impii. Verùm hæc non est præcipua ratio: sed potius quòd ab initio mundi Deus benedixerit homini in coniugio, dicendo, Crescite, & multiplicamini, Gene.1.d.28. Qui sobole carẽt, videntur priuari illa gratia & benedictione: quæ repetita est etiam per Prophetas, Benedicet Deus vtero tuo. Et Psal.128.a.3, Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. E contrario, maledicit Deus, quũ nõ dat, aut aufert sobolem. Est tamen temporalis ista maledictio. Pius carẽs sobole, sic secũ reputare debet, Deum ob iustam aliquam causam hunc honorem ei conferre noluisse. Titulus Dei est, patrem esse. Quòd homines vocantur patres, id fit quòd Deus hoc nomen honoris ad illos transfert. maledictio igitur hæc non est signum reiectionis, sed eruditio ad humilitatem.

26 In mense autem sexto] Nempe ab Elisabeth conceptu. Tempus diligenter notat. nam dicturus est angelus ad virginem, versu 36, Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi quæ dicebatur sterilis. Modo etiam audiuimus Elisabeth post conceptionem sese abdidisse mensibus quinque. Sexto ergo mense, certe sub regno Herodis, anno regni eius XXXII, eueniunt hæc quæ sequuntur. Ex quibus colli-

gimus Iohannem Baptiſtam Chriſto Domino aliquot menſibus natu fuiſſe grãdiorem.

briel à Deo in ciuitatem Galilææ,'cui nomen Na
zareth,
Matth.1.c.18 ‖Ad virginẽ 'deſponſam viro cui nomen erat Io 27
ſeph,'de domo Dauid:ac nomẽ virginis 'Maria.
Et ingreſſus angelus ad eam,dixit,'Aue'gratio- 28
ſa,Dominus tecum:'benedicta tu inter mulieres.

eſt angel' Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth,
Ad virginem deſpõſatam viro cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria.
Et ingreſſus angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

ANNOT.

Cui nomen Nazareth.] Fuit id oppidulũ vile & contemptum:quod delegit qui veniebat humilitatem docturus homines,de quo dictum eſt abunde in Matthæo,cap.2.d.23.

27 Deſponſam] Siue deſponſatam: vtrunque reperitur apud probatos authores. Græce eſt μεμνηστευμένην,quod eſt proprie proco tradere ſponſam. Verùm deſponſata erat, ſed nõdum migrauerat in domum viri. Mos enim erat Iudæis, non ſtatim tradere ſponſas viris, ſed retinere apud ſe. Lex enim quæ de corruptione ſponſæ lata eſt, alioqui ſuperuacanea videretur, quæ Deut.22.c.23,ſcripta eſt his verbis,Si fuerit puella virgo deſpõſata viro,& inuenerit eam vir,&c. De domo Dauid:] Sequenti capite, a.4,dicitur,Eo quòd Ioſeph eſſet de domo & familia Dauid.Virgo deſponſa erat viro nulla re nobili, iuxta mũdi æſtimationem,ſed animi virtutibus Deo commendabili: arte fabro, cui nomen erat Ioſepb, genus ducente à ſtirpe Dauid, è qua genus traxerat ſponſa: ne res non congrueret Propbetiæ, quæ Meſſiam promiſerat ex genere Dauid regis. Eiuſdem enim eſſe Tribus oportebat virum & vxorem, vt vides Matth.1.c.16,ipſum Ioſeph fuiſſe. Maria.] Græci codices habent Mariam, eadem terminatione quæ eſt Hebræis,& eodem accentu,apnd qnos מרים Mariám dicitnr,

28 Aue] χαῖρε,Vertere potes,gaude,ſalue,& vale.id ſignificat vox Græca. Gratioſa,] κεχαριτωμένη,ad verbum Gratificata.Verbo vnde hoc participiũ deductum eſt,vtitur Paulus ad Epheſ.1.b.6, Qui ἐχαρίτωσεν gratificauit nos in dilecto Filio ſuo.Hoc eſt,gratos & charos nos reddidit. Charus autẽ eſſe poteſt, qui ſe nobis ſuis officiis commendauit: at κεχαριτωμένος non dicetur,niſi quem gratuito quodam animi fauore complectimur.Gratiam conſequutus,vertere potes.Porrò gratioſi Latinis dicuntur quibus fauetur propenſo quodam animi ſtudio. Supremum diuinæ bonitatis erga mortales beneficium,iam exhibendũ orbi,ídque per Mariam, angelus nuntiare voluit. Ita ergo eam ſalutauit, vt animũ eius,ad expectandum eximium aliquid ac lætiſſimũ,erigeret. Primum gratioſam ſalutauit,quod idem eſſe videtur cum eo quod in Scripturis ſubinde legitur, & mox ab angelo ſubiicitur,Inueniſti, vel nacta es gratiã apud Deum.Vnde mox ſubiunxit,Dominus tecum: quod illius explicatio & probatio eſt. Qui enim gratiã & fauorem apud Deum nactus fuerit,cũ eo ſanè Deus eſt,& illi fauet,ídque illico benedictione ſua,hoc eſt admirãdis donis declarat. Hinc & hoc tertiũ addit,Benedicta tu inter mulieres. Benedictam verò inter mulieres,pro eo dixit angelus,quod eſt,donis Dei nobilitatã præ mulieribus.Etenim facta filii Dei mater,dignitate ſuper omnes mulieres euecta eſt. Siquidem omnis proles, Domini benedictio eſt. Filium Dei,vice prolis accepiſſe,tanto maior benedictio eſt,quanto ipſe præſtat filiis hominũ. præſtat autem infinitò. Recte igitur angelus Mariæ dixit, Benedicta tu inter mulieres.i.præ omnibus mulieribus. Qui autem ordo diuinæ dignationis hic deſcriptus eſt in Maria , is in omnibus electis idem eſt. Primum eſt gratia & beneuolentia Dei,qua nobis Deus vltrò fauet, & eſt beneuolus. Proximum,vt nobiſcũ ſit,hoc eſt faueat:quod denique declaratur per benedictionẽ eius qua donat nos ſuo Spiritu innocentiæ & pietatis, quem & reliqua bona comitantur. Sic Maria quoque, in primis hoc Spiritu benedicta fuit:licet de ea potiſſimũ benedictione loquatur hic angelus quæ peruenit ad electos omnes,cuius annuntiandæ cauſa aderat.Hæc diſcere oportebat ex hac ſalutatione,vt agnoſceremus nemini vel tantillũ boni adeſſe:poſſe,niſi per Domini benedictionem. eam verò ſola Dei gratia, nullóque noſtro merito contingere,cuicũque contigerit. Benedicta tu] εὐλογημένη,Latinis auribus ſonat laudatã,ſiue præclara fama,de qua omnes bene loquãtur.Licet autem Benedictus ac Maledictus pro laudato & illaudato non reperiãtur apud Latinos authores,tamen velimus nolimus ad quædam eiuſmodi verba conniuendũ eſt,receptiora quàm vt mutari poſſint. Cæterũ hic notatur Dei benedictio, qua fit vt homines etiam fœlicitatẽ noſtrã agnoſcere cogãtur.Fontem bonorũ (vt dictum eſt)collocat in eo, quòd gratiam ſit conſequuta.Dominus enim recipit nos in gratiã:dein nobis adeſt.Hinc fluit omne genus

benedictionis,id est fœlix successus. Benedicit nobis Deus quũ sic vias nostras dirigit vt omnia sint nobis in salutem. Obseruandum autem,quòd si Angelus statim dixisset,Tu concipies filium Dei:non potuisset ita eum admittere,vt quum eam hac præfatione gratiæ præparauit. Mundus hac salutatione stolide abutitur, quum nulla hîc sit precatio. Temerariũ præterea vsurpare alienum officium, quando nullum habemus mandatum à Deo. Postremo angelus coràm alloquebatur,isti absentem.meræ ineptiæ.

Quæ quũ vidisset,turbata est ĩ sermone ei⁹: & cogitabat qualis esset ista salutatio

29 Illa verò 'quũ vidisset, turbata est super oratione eius: & 'cogitabat qualis esset illa salutatio.

Et ait angelus ei, Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum.

30 Et ait angelus ei, 'Ne timeas Maria: 'nacta es enim gratiam apud Deum.

Ecce,concipies in vtero, & paries filium: & vocabis

31 ‖'Ecce concipies in vtero, & paries filium:‖ac vo Esa.7.c.14. Infra.1.c.11. matt.1.d.23.

ANNOT.

29 Quum vidisset,turbata est super orat.e.] Etiam Latina exemplaria vetustissima legũt Vidisset,vt & Græce,non Audisset. Non erat vulgaris ista salutatio, sed quæ magnũ aliquid promitteret,& inusitatum. Nonnulli exponunt perterritam fuisse ingressu angeli,& viri aspectu commotam: verùm Lucas non dicit commotam fuisse aspectu angeli, sed τῷ λόγῳ,super oratione eius. Et Vidisset,pro Sensisset positũ est,vt aliis locis. Apprehẽsione ipsa turbata fuit. Facessant autem illi qui turbatam fuisse diuinãt,quòd timeret ne essent illecebræ ad aliquod malum,tanquam amatoriæ. Non dubiũ verò quin maiestas & splendor appareret in vultu angeli,vt nihil tale suspicari posset,sed potius missum à Deo agnosceret. Cogitabat] Quid enim est homo respectu Dei? qui quum angelos mittit, fulgoris sui radiũ mittit, qui nos perstringit. Sensus ergo gloriæ Dei virginem terruit. Quia autem Lucas (vt dictum est) ad sermonem refert,apertum esse potest quid ratiocinata fuerit: Misera ego puella sum,&c. Non dubium sane quin obstupefacta fuerit,quum videret tantam istam gratiam Dei,& contrà suam humilitatem. Cogitabat & expendebat apud sese qualisnam esset salutatio. Intelligebat enim virgo salutationem singularem esse, aliquid continentem mysterii: cæterum quodnam illud esset,ipsa ignorabat.

30 Ne timeas] Quanuis virgo ne verbum quidem angelo respondisset intellexit tamen hic ex vultu,habitu item & gestu virginis,pudore quodã virgineo & verè ingenuo expauisse. Protinus ergo pauori eius medicaturus,salutationem allatam plenissime explicat: ac ea re legationis suæ sensũ & finem exactissime simul & breuissime exponit: quibus & alia huc pertinẽtia adiicit,de quibus postea. Principio autẽ, Nõ est(inquit Angelus)quòd metuas Maria, in tuto sunt omnia quæ timere possis. Et vt clare hoc videas, explicabo tibi salutationis meæ rationem,& cur à Deo legatus ad te venerim. Quòd timorẽ ponere eam iubet,semper veniat nobis in mentẽ,tantam esse imbecillitatem nostrã,vt quoties scintilla aliqua Dei nobis apparet,cõsternemur. Sustinet autẽ nos & subleuat Deus oblatione gratiæ:cuius quũ testimonium reddit nostris mentibus, erigimur. Nacta es enim gratiam] εὗρες τὴν χάριν,Inuenisti enim gratiam,&c.] Hebraismus est pro Gratissima & acceptissima es Deo. Confirmat quod iam dixerat, Aue gratiosa. Annotant nonnulli, Hebræis Inuenire pro Habere sæpius dici: aliâs Latinis Inuenire de re quæsita dicitur. Maria autem ambitiosa nõ fuit vt hanc prærogatiuam quæreret. Similis loquutio legitur & Exod.33.c.12, Etiam inuenisti gratiam in oculis meis. Et nunc si quæso inueni gratiam in oculis tuis, scire fac, &c. Sic ibidem versu 17, Quia inuenisti gratiam in oculis meis. Hoc dicendi genere explicant Hebræi Deum esse fontem & causam gratiæ,ac solùm in nos gratuitò,sine nostro merito gratiam effundere: denique fauore liberali nos prosequi. Sic etiam legimus, Noe inuenisse gratiam in oculis Domini, Gene.6.b.8. quod perinde est acsi dixisset Scriptura, Deus misertus est Noe, amauit Noe, fauit ei, ac bene ipsi voluit. Inuenit ergo Maria gratiã apud Dominum;id est,Dominus eius misertus, sua bonitate & propensa voluntate, gratiam suam, dona sua in ipsam effudit,amauit ipsam vnice, & ad res maximas destinauit.

31 Ecce cõcipies in vtero,] Nondum absoluta sententia,protinus adiungit hoc angelus, Ecce concipies, &c. qua sententia absoluit quod dixerat, Benedicta tu inter mulieres. simul & summam legationis fidelissime & breuissime, adde & significantissime exponit. perinde acsi dicat, Inter salutandum appellaui te fœlicissimam illam inter mulieres, id verò hac de causa dixi, quòd non nescis diuinum vatem prædixisse, futurum vt singularis aliqua fœlix & beata

virgo sit cõceptura & paritura filiũ: ego igitur modo adsum nũtius à Deo ad te missus, qui tibi nũtiem te esse celebrem illã & fœlicissimam virginem. Allusit ad vaticinium Esaiæ, 7. e 14, de quo Matth. 1. d. 23. Hebraice legitur, Ecce virgo concipiet: quod Matthæus vertit, Ecce virgo in vtero habebit. Lucas verò addit ad Hebræa, concipiet in vtero. quæ idem significant.

cabis nomen eius 'I E S V M.
'Hic erit magnus, '& Filius Altissimi vocabitur: 32
'& dabit illi Dominus Deus 'sedem Dauid patris
ipsius:
Dani. 7. d. 14, & g. 27. mich. 4. b. 7. ¶'Regnabítque super domũ Iacob in æternum, 33
& regni eius non erit finis.

nomen eius I E S V M.
Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius:
Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

ANNOT.

I E S V M.] De nomine Iesu vide Matthæi 1. d. 21, & apud hunc nostrum cap. 2. e. 21.

32 Hic erit magnus,] Magna diligentia exponit angelus quantus & quis futurus sit hic Iesus: differens de gloria, & regni eius æternitate. Nõ declarat totum eius officium: satis habet significare eum esse Messiam & redemptorem promissum in Lege & Prophetis. Magnũ futurum prædicat, nõ tantum propter opera mirifica & maxima, sed quia Dominus est cæli & terræ, adeóque omnium creaturarum: quum inter homines, Magni cognomẽ sibi sumpserint, ac pro magnis salutati sint ab hominibus qui regna aliquot obtinuerunt. Et filius Altissimi vocabitur:] Filii Dei etiã vocati sunt qui excelluerũt aliqua virtute. Principibus præterea tributũ est hoc nomen, quòd nulla potentia, nulla virtus, nullus denique honor, nisi à Deo. Sed alia ratione Christo hoc imponitur nomen: nõ propter eius excellentiam: sed quòd vera sit Dei imago, verus & vnicus natura filius Dei, per quem omnes in filios adoptamur. Fuit semper & ab æterno Dei filius, verùm nõ agnitus talis ab hominibus: propterea dicit Angelus futurũ vt homines talem agnoscant & vocent. Non habuit nomen istud reuelatum quum lateret sub inuolucris ceremoniarum. nam sicuti virtus eius non fuit tum plene reuelata: sic non fuit vocatus antequam exhiberetur mundo. Altissimus, epitheton Dei frequentissimũ in Scripturis sine substãtiuo D E V S. Psal. 83. e. 19, Solus tu altissimus super omnem terrã. Et Psal. 92. a. 1, Bonum est celebrare Dominum, & psallere nomini tuo Altissime. Esa. 14. d. 14, Ero similis Altissimo. Et dabit il. Dom. Deus sedẽ Dauid] Promittit fore vt eum cõcipiat in vtero, qui promissus fuerat ipsi Dauid. q. d. Hic quem concipies, erit is qui fuit promissus ipsi Dauidi, Psal. 132. b. 11, De fructu ventris tui ponã super solium tuũ. Soliũ Dauidis est regnum Dauidis: non quod Dauid possedit, (nimis enim angustis terminis id cõcludebatur) sed quod Deus promisit filio Dauidis Christo. Quomodo autem dicatur filius Dauidis Christus, vide Matth. 22. d. 43.

33 Regnabítque super do. Iacob in æternum.] Hoc etiã promissum erat per Prophetas. Daniel. 7. d. 13, Ecce cũ nubibus cæli, tãquam filius hominis veniebat, &c. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnũ eius quod nõ corrumpetur. Ibidem, g. 27, Regnũ eius, regnum æternum, & omnes potestates ei seruient, & obedient. Mich. 4. b. 7, Et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex eo tempore & vsque in seculum. Quum Christus sit minister Circũcisionis, Rom. 15. b. 8: debuit igitur venire domui Iacob, & gubernare populum illum. acsi diceret angelus, Promissus est redemptor genti tuæ: adest nunc qui sedeat & gubernet domum Iacob. Domus verò Iacob, est familia Israelis, & semẽ Abrahæ aui Iacob, dispersum per vniuersum orbem: adeóque domus Iacob est vniuersalis omnium sanctorum Ecclesia, retinens fidem & religionem Iacob, & sanctorum Dei Patriarcharum & Prophetarum. Proinde Christus venit vt regnaret super domũ Iacob: hoc est vt haberet sub sua fide & tutela posteros Abrahæ: deinde vt tolleretur illa maceria quæ erat inter Iudæos & Gẽtes: qua sublata Gentes cœperunt ex semine Abrahæ esse, & censeri in familia Iacob. Sunt igitur in familia eius quotquot sunt electi: neque spectanda est carnis generatio. Hæc enim generatio, ex fide censetur, non ex generatione carnis. Non igitur fingendum est terrenum Christi regnum aliquod, vt Iudæi, ex Prophetiis. nam ipse venit (vt dictum est) vt regnaret super posteros Iacob, & minister esset Circuncisionis: verùm dilatauit Dominus suam familiam, & fuit minister Circũcisionis simul & Gentium. Neque enim Iudæi in totum sunt alienati. nam corpus quidem abscissum est, seruantur tamen reliquiæ. Dona & vocatio Dei sine pœnitentia sunt:

neque fœdus eius pendet à dignitate aut constantia hominum. Dein ex præsenti aspectu iudicare non possumus, an pertineant ad regnum: sed meminisse debemus mysterii de quo Paulus ad Rom.11.c 23, Deum scilicet aliquando reducturum ex dissipatione Iudæos. Inde igitur statuimus Christum regnare super domum Iacob, nec impediri eorum perfidia.

Dixit autem Maria ad angelũ, Quomodo fiet istud, quoniã virũ nõ cognosco?

Et respondens angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te & virtus Al-

34 Dixit autem Maria ad angelum, 'Quomodo
erit istud, quandoquidem virum non cognosco?
35 Et respõdens angelus dixit ei, 'Spiritus sanctus
superueniet in te, '& virtus Altissimi obumbrabit

ANNOT.

34 Quomodo erit istud,] Poterat Virgo in multis hæsitare: tamen in vno tantum hæsitat. Poterat obiicere de solio, vbi esset: interierat enim totũ fere genus regium. Si rem æstimasset iudicio carnis, poterat habere pro fabula nuntium angeli. Non dubiũ verò quin sancta Virgo in promissionibus Dei steterit, licet omnia fere essent desperata. Non reuocat igitur ea in dubiũ, quia de iis satis persuasa erat. Extabat enim promissio illa, quòd Dominus suscitaturus erat surculũ de trunco Isai, Esa.11.a.1. nec dubium quin celebratũ id fuerit ore omniũ. nam nisi ita Dominus promisisset, nõ potuisset ipsa expectare, & animo erecto esse. Virgo vnã tantùm quæstionẽ mouet, se nullã cum viro cohabitationẽ habere. Sed annon apud Esaiã scriptũ est, Ecce virgo concipiet, &c. Sic res habet: verùm promissio illa tũc adhuc fuit obscura, nec aliter intellecta quàm de Messia quòd ex semine viri nasceretur: latebátque adhuc eius loci intelligẽtia. Propterea sciscitatur Virgo. Hic locus minus intellectus, Augustino & aliis occasionẽ præbuit vt dicerent Virginem habuisse votũ perpetuæ virginitatis: quòd alioqui superuacua fuisset ista respõsio. At hoc nimis infirmũ, imò ridiculũ. Existimabimúsne Virginem passam fuisse marito se collocari vt eum luderet? Fuisset profecto perfidia graui reprehẽsione digna. quis enim nescit quæ coniugii lex sit à Deo constituta? Non potest puella maritum ad suum arbitrium adigere. Facessant igitur quæcũque huc affinguntur figmenta. Vbi audiuit Virgo se Messiæ matrem fore, & homine maiorem filium se parituram: simul etiam suspicata est, aliam quàm à viro cõceptionem: & ideo rogauit quomodo mater futura esset, quæ virum nondum cognosceret. acsi diceret, Virum non cognosco, etsi viro desponsa sim: tu verò narras mihi de filio quem saluatorem mundi sim paritura. siquid huius ad sponsum meũ pertineret, ipsi hæc oporteret narrari. Nunc mihi ea narras, adhuc inexpertæ viri, & diuinum planè partum nuntias. Hæreo igitur quo pacto eius matrem fieri me oporteat, an cõiunctione viri, à qua adhuc aliena sum, an alia forte ratione diuiniore. Ex hoc loco intelligimus nõ semper esse nefas quærere de promissionibus Dei, quomodo fieri possint. Non enim dubitans quæsiuit modum, sed ardore animi quo cupiebat id scire.

35 Spiritus sanctus superu. in te,] Spiritus (inquit) ille purus & sanctus operabitur in te, vt nemo hîc vllam possit cogitare impuritatem. Est enim Deus ignis absumens, incorporeus, sine affectu & corruptione. Hic inquam Spiritus Dei purus, diuinam in te virtutem exeret, ac te sine virili semine fœcundabit, efficiens videlicet vt ex tua substantia, Dei filius assumat veri & humani corporis substantiam, nihil à nobis differens excepto peccato. Habet emphasim Superueniendi verbum: q.d. non tãtum cælitus in te descendet, sed molimine magno: & vt in te efficaciter operetur & agat, superueniet. Sic dicitur Spiritus Dei descendisse super Samsonem & in Prophetas: quod perinde est acsi dixisset Scriptura, Spiritus Dei commouit Samsonem & Prophetas: efficax in eis fuit, & potenter operatus est ea quæ voluit. Hic locus docet nos eum fidei nostræ articulum quo confitemur Christum esse conceptum de Spiritu sancto. Et huc etiam facit quod in Matthæo scribitur, cap.1.c.18, Quum Maria desponsa esset ipsi Ioseph, deprehẽsa est grauida è Spiritu sancto. Et mox, versu 20, Quod in illa conceptum est, à Spiritu sancto perfectum est. Hodie quidem mulier vi Spiritus cõcipit: Deus est qui fœtui formam & vitam inspirat: agit Spiritus in vniuersali creatione rerum. Sed hîc angelus excludit illa media vsitata, opus hominis, & ordinariũ. Alii præterea concipiuntur potẽtia Dei, sed è semine viri: concipitur Christus etiã potentia Dei, sed sine semine viri. Tametsi autẽ ad aliorum hominum cõceptiones accedat & ipsa virtus Dei, homo tamen qui concipitur, relinquitur carnalis, propterea quòd organum (nimirum vir ex Adam prognatus) quo homo concipitur, natura sua carnale sit. In conceptione autem Christi organum sanctum est & cæleste.

Et virtus Altiss. obumbrabit tibi.] Hæc per expositionem addita sunt. Nam Deus exerit

potentiam suam per Spiritum suum sanctum. Posset dici ideo angelum cõparasse obumbrationi,quia Deus fecit quod hominibus est occultũ.vt enim per nubes tollitur cõspectua rerũ, ita conceptio latuit propter nubem oppositam. Est autem metaphora satis frequens in Scripturis,vt Thren.4.d.20,Spiritus oris nostri Christus Dominus,in vmbra eius viuemus inter Gentes. Id est, sub sua tutela. Psal. 17. b. 8, In vmbra alarum tuarum absconde me. Item, 57. a.2,Et in vmbra alarum tuarũ sperabo.Et 140.a.8, Qui obumbras (siue operis) caput meum in die armorum.Et 91.a.4,Alis suis obumbrabit tibi,vel teget te.Sensus itaque est, Virtus Altissimi tuebitur te, vt concipiens nihil detrimenti sentiat tua integritas & virginitas. Theophylactus putat metaphoram tractam ab auiculis incubantibus. Dicit enim,Obumbrabit tibi,id est conteget,hoc est vndique te circundabit.sicut auis obumbrat pullos suos,ita & diuina virtus totam Virginem apprehendit.Hæc ille. Videri poterat allusisse ad ipsam naturæ operationẽ. Quæ enim nimio exposita sunt calori loca, arida sunt, & proinde sterilia. Vmbra humiditatẽ generat,atque cõseruat:at temperata humiditas profert omnia.Hoc pacto obumbrandi verbum per tropum significaret fructificare & fœcundum reddere.

tibi. Quapropter & quod nascetur 'sanctum, 'vocabitur filius Dei.

tissimi obumbrabit tibi.Idcòque & quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.

36 'Atque ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mẽsis est sextus illi 'quæ dicebatur sterilis:

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa cõcepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi quæ vocatur sterilis:

37 'Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Quia non erit impossibile apud Deũ omne verbũ.

ANNOT.

Sanctum,] In corruptis codicibus veteris interpretis legebatur,Quod nascetur ex te.Hæc duo verba,Ex te,sustulimus,Græcorũ codicum,& vetustissimorũ Latinorum authoritate fulti.Non enim hic agitur de persona concipientis,sed de nouo modo concipiendi,déque fœtus excellentia.Distinguendum autem post Sanctum. Quum,inquit,diuina virtus hic operatura sit:quod nascetur,siue ipse fœtus,sanctum, siue sanctua erit, id est separatus & differens ab aliis conceptibus impuris qui fiũt ex viri & mulieris congressu, ex cõmistione seminum,non sine originali labe.Singulare ergo & proprium quid habet conceptio huius fœtus,vtpote purissimi,& ad sanctificationẽ totiua orbis instituti:qui si impurus esset & pollutus,sanctificare non posset coinquinatos reatu Adæ & originali peccato. Vocabitur filius Dei.] Christum dicit vocandum fuisse filium Dei,non tantum respectu diuinæ naturæ,sed etiam respectu humanæ,quòd inusitato more progenitus esset à Deo, non vulgari hominũ more, verùm mirabili Spiritus sancti virtute.Speciale nãque illud fuit Deo,quòd illum segregarit à cõmuni lege hominum.& ideo dixit eum sanctũ.Vocatur etiã Filius hominis, quòd ex semine Dauid descenderit.de quo suprà.

36 Atque ecce Elisabeth cognata tua,] Quomodo Elisabeth dicatur cognata Mariæ,quũ hæc fuerit ex tribu Iuda, illa verò filia Aaronis è tribu Leui: & in Lege Domini commistio seminum probibita sit:dictum est Matth.1.c.16. Confirmat promissionem exemplo non longe petito,sed ex cognata. Obstabat senectus:dein sterilis fuerat toto ætatis cursu:nec verisimile erat effœtam párere posse.Neutrũ obstitit Deo. Quòd dicit,Hic est sextus mensis,pertinet ad fidem astruendam. Post quartum nanque mensem habent mulieres certa indicia quæ grauidas esse ostendũt: at quum sextum mensem dicit, nullum relinquit incertis coniecturis locum.Hæc exempla nos multũ mouere & afficere deberent,vt simplex verbum nobis sufficeret:ídque saltem Deo deferretur à nobis,vt simpliciter crederemus: verùm infirmitas nostra tanta est, vt adminiculo indigeamus: vnde opus habet Dominus nos variis modis cõfirmare. Excelluit variis modis Maria: non superuacuũ est tamen quòd angelus exemplũ profert ad eam confirmandam. Quæ dicebatur] καλουμένῃ vocabatur, id est habebatur sterilis.Nam Vocari sæpe significat celebrari vulgo.

37 Quia non erit imposs.a.Deum o.verbum.] Verbũ pro re,vt sæpe in Scriptura.In propria significatione etiam accipi potest:quòd promissio talis,non sit impossibilis,quam semel Deus protulit.Vtitur conclusione vniuersali:nempe Dei potentiam esse infinitam. hoc si animis nostris insideat, non amplius more nostro diffidemus. Vnde enim fit vt tam tarde fidem

Harmonia Euangelica,

Simul &

Elenchus ſeu Index ordinis re-

rum à quatuor Euangeliſtis traditarum in concinnanda Harmonia Euangelica, ab Andrea Oſiandro ſumma induſtria depreheſi. In hoc ſingulorum capitum breuiſſima argumenta ponuntur, ſubſcripto capite & verſu Euangeliſtæ, vbi in Nouo teſtamento legatur ipſum caput. Mox craſſioribus characteribus, ſequitur ipſius capitis principiũ tantum, quum ex ſolo deſcriptum eſt Euangeliſta: dein quotus verſus ad quem vſque legi debet. Quæ verò ex duobus, tribúſve, aut quatuor Euangeliſtis concinnata ſunt capita, hîc integra leguntur. Literæ minuſculæ vertici verborum in capitibus integris præpoſitæ, Euangeliſtas ſignificant, quorum ſubſequuntur verba: [a]Matthæum, [b]Marcum, [c] Lucam, [d]Iohannem. Si vnica præponatur, ſequẽtia apud illum ſolum quem denotat Euãgeliſtam, legi indicat: ſi plures iungantur, Euangeliſtas oſtẽdunt apud quos eadẽ verba, aut ſententia repeniuntur. Inſeruntur antẽ pauculis locis quædam annotationes ex ipſo Oſiandro, quæ rationẽ ordinis eius in locis obſcurioribus declarent.

LIBRI I. HARM. EVANG. CAPITA.

Ioseph cum Iesu & matre eius fugit in AEgyptum . Herodes occidit pueros . Eo defuncto, Ioseph cum puero & matre reuertitur Nazareth. Matth.2.13, x I.

Qui quum recessissent, &c. vsque 23.

Mox lege sequentia ex ipso Matthæo & Luca contexta.

[a]Ac profectus in Galilæá,[a]habitauit[ac]in ciuitate [c]sua [a]quæ vocatur [ac]Nazareth:[a]vt adimpleretur quod dictum fuerat per Prophetas, quòd Nazarenus vocandus esset.

Iesus duodecim annorum, amissus, à parentibus reperitur in templo. Luc.2.40, x II.

Puer autem crescebat, &c. vsque ad finem capitis.

Initium prædicationis pœnitentiæ & Euangelii.

Annò xv Tiberii Iohannes baptista prædicat baptismũ pœnitentiæ. Est vox clamantis. Vestitus & cibus eius. Baptizat, obiurgat, minatur arboribus sterilibus excidiũ. Matth.3.1, vsque 11. Marc.1.1, vsque 7. Luc.3.1, vsque 10. x III.

Principium huius capitis ex Marco, non est accipiendum pro titulo Euangelicæ historiæ ab ipso Marco conscriptæ: nam eo vult potius ostendere, prædicationem Euangelicá, quæ sub tricesimo demum Christi ãno incœpit, tale omnino initium sortitam, quale eam habiturá prophetæ iam olim prædixerint. Esaiæ testimonium bis hoc capite recitatur. nam Marcus recte proponit, initium Euãgelii tale fuisse, quale à Malachia & Esaia (quorũ testimonia recenset) fuerit prædictum. Matthæus autem quod ille proposuit, reddita ratione aptissime cõfirmat, quũ dicit, Nam hic (sub. Iohannes bapt.) est ille dictus ab Esaia, Vox clamãtis, &c. cui pulchre astipulatur Lucas, qui itidẽ affirmat, factũ Iohãnis cũ vaticinio Esaiæ cõsentire.

[b]INitium Euangelii Iesu Christi filii Dei, sicut scriptũ est in Prophetis, Ecce ego mitto nuntium meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. [c]Anno autẽ decimoquinto imperii Tiberii Cæsaris, Põtio Pilato præside Iudææ: tetrarcha verò Galilææ, Herode: Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis: & Lysania, Abilenes tetrarcha: sub põtificibus Anna & Caiapha: factum est verbum Domini super Iohãnem Zachariæ filium in deserto.[a]In diebus autẽ illis accedebat[ab] & erat Iohannes Baptista [b]baptizans in deserto,[c]& venit in omnem regionẽ finitimam Iordani,[abc]prædicás [c]in deserto Iudææ [ab]baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum,[a] ac dicens, Pœnitẽtiam agite: appropinquauit enim regnum cælorũ. Nam hic est ille dictus ab Esaia, [c]sicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ [ac] prophetæ, dicentis, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.[c]Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt obliqua in rectam, & asperæ in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei. [ab]Ipse verò Iohannes habebat indumentum suum [b]è pilis camelorum, & zonam pelliceam circũ lumbos suos: [b]cibus autẽ illius erant locustæ & mel syluestre.[ab]Et tunc egrediebantur ad eum Hierosolyma & omnis Iudææ regio, [a]& omnis regio vndique finitima Iordani:[ab]& baptizabãtur[b]omnes [ab]in Iordane[b]flumine [ab]ab illo, confitentes peccata sua.[a]Quum vidisset autem multos Pharisæorum

b pilos cameli.

b vescebatúr que locustis & melle syl.

&Sadducæorum venientes ad baptiſmũ ſuũ,[ac]dixit illis,[c]*atque* egredientibus turbis vt baptizarẽtur ab ipſo,[ac]Progenies viperarũ, quis ſubmonſtrauit vobis fugiendum à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia: &[b]ne cœperitis,[a]neque in ea ſitis opinione[ac]dicere intra vos ipſos, Patrem habemus Abrahamum. dico enim vobis, potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahamo. Iam verò & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem coniicitur.

Interrogatur à turbis, publicanis & militibus quid facere debeant. Suſpicantur eum eſſe Chriſtũ. Reſpõdet ſe aqua baptizare, ſed fortiorẽ eſſe venturũ qui baptizet Spiritu ſancto & igne, & areã ſuam purget. Chriſtus baptizatur, & vox patris è cælo auditur. Matth.3.11, vſque ad finẽ capitis. Marc.1.7, vſque 12. Luc.3.10, vſque 24. x IIII.

[c]ET interrogabant eũ turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Reſpondens autẽ dicit illis, Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magiſter, quid faciemus? At illè dixit ad eos, Nihil amplius, præter id quod conſtitutum eſt vobis, exigatis. Interrogabant autem eum & qui militabant, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait illis, Neminẽ concutiatis, neque calumniemini: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Iohanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, reſpondit Iohannes vniuerſis,[b]& prædicabat,[ab]dicens,[abc]Ego quidem [b]baptizaui,[ac]*ac* baptizo vos[abc]in aqua[a]ad pœnitẽtiam: qui verò poſt me vẽturus eſt, fortior me eſt.[ab]Veniet autẽ fortior me poſt me,[abc]cuius non ſum idoneus,[b]procumbens[bc]ſoluere corrigiã calceamentorum eius,[a]*aut* calceamenta portare:[abc]ipſe[b]verò[abc]vos baptizabit Spiritu ſancto[ac]& igne. cuius ventilabrum[a]in manu ipſius, & perpurgabit aream ſuam, & cõgregabit triticum ſuum[ab]in horreum[c]ſuum:[ac]paleã autem comburet igne inextinguibili.[c]Multa quidẽ & alia exhortans euangelizabat populo. (Herodes autem tetrarcha quum corriperetur ab eo de Herodiade vxore fratris ſui, déque omnibus malis quæ faciebat Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in carcerem.)[b]Et factum eſt[a]tunc[b]in diebus illis,[ab]accedit Ieſus à[b]Nazareth[ab]Galilææ,[a]ad Iordanem, ad Iohannem vt baptizaretur ab illo. Iohannes autẽ prohibebat illum, dicens, Ego opus habeo vt abs te baptizer, & tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus dixit ad illum, Permitte nunc: ſic enim decorum eſt nobis vt compleamus omnem iuſtitiam. Tunc permittit ipſum,[c]& baptizatus eſt à Iohanne in Iordane:[a]baptizatus autem Ieſus[ab]aſcendit protinus ab aqua.[c]Contigit autem, quum baptizatus eſſet vniuerſus populus, & Ieſu baptizato atque orãte, &[abc]ſtatim quũ aſcẽderet ex aqua, [a]ecce[ac]aperti ſunt[a]illi cæli:[ab]vidit[b]diffindi cælos, &[abc]Spiritũ[c]ſanctum c apertũ eſſe cælũ, & deſcẽdiſſe Spiritum
[a]Dei[c]corporali ſpecie[ab]quaſi columbã deſcẽdẽtem,[a]& veniẽtẽ[abc]ſuper

c & vocem è cælo profectã esse, dicentẽ, a Hic est, &c. c in te

ipsum: [a] & ecce [abc] vox proficiscebatur è cælis, [ac] dicens, [abc] Tu es filius meus dilectus, [a] in quo bene placitum est mihi.

In principio erat verbum, Iohannes à Deo missus est in testimonium. Verbũ caro factum est. Iohan. 1.1. XV.

Propterea quòd præcedens caput definit in hæc verba, Hic est filius meus dilectus, &c. subiectum est Euãgelii Iohãnis initium, eo quòd ibidem æternam filii Dei generationem diuinitus describat. Nam vix fieri potest vt carnalis homo, hanc patris è cælo vocem audiens aut legens, non tacitis intra se cogitationibus disputet quomodo Iesus Christus, verus homo, Dei filius esse possit. In qua quæstione nequis suis ipsius cogitationibus indulgeat, lectori, post cæleste Patris de Filio suo testimoniũ, hæc Iohãnis theologia fide percipiẽda statim proponitur: ne de Filio Dei, ob magnitudinẽ mysterii, Deo indigna cogitet. Quãquam alioqui nullus erat locus idoneus in quem hæc Iohannis verba rectius conuenissent. nam de testimonio Iohannis baptistæ sic quædam intertexuit, vt cõmode separari non possint. Testimoniũ autẽ Iohãnis, Christo baptizato primũ incœpit. Sic etiam de gloria Filii vnigeniti à patre meminit, vt obscurum non sit eum de iis potissimum sensisse quæ circa baptismum cõtigerunt. tum enim cæli aperti sunt, Spiritus sanctus in columbæ specie descendit, & mansit super eum, & vox patris audita est, Hic est filius meus dilectus: quæ verè fuit gloria, sicut vnigeniti à patre.

In principio erat verbum, &c. vsque 15.

Iesum esse illũ filium Dei, & texitur genealogia eius per matrem. Luc. 3.24. XVI.

Osiãder existimat hic ostendi genealogiam virginis matris: vt certum esset, quãuis Iesus nequaquam esset ex patre Iosepho, eum tamen esse verum semen Dauidis: nec satis esse Mariã per matrimonium familiæ Dauidis insertã esse, quũ virgo pepererit, sed ipsam quoque Dauidis semen esse oportere. Cuius rei argumẽtũ magnum esse dicit quòd Iosephũ non vocat filium Eli, sed simpliciter post nomẽ eius subiecit, Qui fuit Eli: vt lectori liberũ esset subintelligere, gener, & non filius. Præterea principiũ & finẽ pulchre consentire ait: sicut enim Adam dicitur Dei, quum non sit eius filius, sed creatura: ita Ioseph dicitur ipsius Eli, quum non sit filius eius, sed gener. Eli autẽ, qui & Ioacim dictus est, fuisse patrem virginis, & auũ Iesu Christi secundum carnem.

Et is ipse erat Iesus, ferme annorum triginta incipiens esse, vt putabatur, &c. vsque ad finem capitis.

Ductus in desertum tentatur à Satana panibus, adoratione, præcipitio. Reuertitur Iesus in virtute Spiritus in Galilæam. Matth. 4.1, vsque 12. Marc 1. 12, vsque 14. Luc. 4.1, vsque 14. XVII.

a sublatus fuit à Spiritu in desertum. c agebatur in Spiritu in des. b satana

[c] IEsus autẽ Spiritu sancto plenus, [a] tunc [c] reuersus est à Iordane, [b] & cõtinuò Spiritus eum expellit [abc] in desertũ, [a] vt tẽtaretur à diabolo. [b] & erat illic in deserto [bc] dies quadraginta, & tẽtabatur à [c] diabolo: [b] erátque cum feris, [c] & nihil comedebat in diebus illis: [a] & quum ieiunasset dies quadraginta & noctes quadraginta, [c] cõsummatis illis [ac] tandem esuriit.

c diabolus c lapidi huic vt panis fiat

[a] Et quũ accessisset ad eum [a] tẽtator, [ac] dixit ei, Si filius es Dei, dic [c] vt lapides hi panes fiant. Et respondit Iesus ad illum, dicens, Scriptũ est quòd non de pane solo victurus sit homo, sed de omni verbo [a] egrediẽte per

c ducit

os [ac] Dei. Et tunc [a] assumit illum [a] diabolus in sanctam ciuitatẽ [c] Hierosolymam, [ac] & statuit eum super pinnaculum tẽpli, dicítque illi, Si filius es Dei, proiice teipsum [c] hinc [ac] deorsum: scriptũ est enim, Quòd ãgelis suis mandabit de te, [c] vt conseruent te: [ac] & in manibus ferẽt te, nequãdo impingas ad lapidem pedem tuũ. [c] Et respondens [ac] dixit illi Iesus, [a] Rursum

c dictum c subduxit c monstrauit

[c] scriptum est, Non tẽtabis Dominum Deũ tuum. [a] Et rursum [a] assumit illum diabolus in montem excelsum [a] valde, & [ac] mõstrat ei omnia regna

[b]orbis,[a] & gloriam illorũ [c]in pũcto temporis: [ac]& ait illi [c]diabolus, [a]Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me, [c]tibi dabo potestatẽ hanc vniuersam, & gloriã illorũ: quia mihi tradita sunt, & cuicunque volo, do illam: tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. [a]Et tunc [c]respondens [ac]dicit illi Iesus, Abi [c]post me [ab]satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. [a]Et tunc [c]consummata omni tentatione, [a]omittit illum [ac]diabolus, [c]& recessit ab illo vsque ad tempus: [a]& ecce [ab]angeli [a]accedebant & [ab]ministrabant ei. a mundi

Reuersus Iesus in virtute spiritus in Galilæam. Testimonium Iohannis de Christo recensetur. Iohannes interrogatus quis sit, respondet ad se missis se non esse Christũ, nec Eliã, nec prophetã, sed vocẽ clamãtis in deserto. Luc.4.14. Iohã.1.19. XVIII.

ET reuersus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam. [d]& Iohãnes testificatur de ipso, &c. apud Iohannem, à 15 versu vsque ad 29.

Iohannes testatur Christum esse filium Dei. Andreas & Petrus sequuntur Christum. Christus vocat Philippum. Philippus dicit Nathanaeli. Nathanael quoque Christũ agnoscit. Iohan.1.29. XIX.

Altera die vidit Iohannes Iesum, &c. vsque ad finem capitis.

Nuptiæ in Cana Galilææ, in quibus Christus ex aqua vinum fecit. Iohan.2.1, XX.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in, &c. vsque 13.

Quibus adde ex Luca, 4.14.15,

Et fama exijt per vniuersam finitimam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & glorificabatur ab omnibus.

Pascha primum à baptismate Christi.

Festo Paschæ Iesus eiicit ementes & vendentes è templo, dicitque, Soluite templum hoc, &c. Iohan.2.13, XXI.

Certissimũ est, quum diuersa tempora, diuersa loca, diuersas personas rebus narrandis admiscent Euangelistæ, etiam de diuersis rebus gestis & sentire & loqui, vtcunque nobis inter se tam similia videantur vt eadem esse suspicemur. Itaque quum Iohannes Christum proximo post nuptias in Cana Galilææ Paschate, hoc est à baptismate ipsius primo, ementes ac vendẽtes è templo eiecisse scribat: & paulo post, eum à Galilæis exceptum, quòd ea omnia quæ Ierosolymis in die festo fecerat, vidissent: satis manifestum est hãc eiectionem diuersam esse ab ea quã Matthæus & Lucas Paschate vltimo (quo die Christus asinæ insidẽs, vrbem Ierosolymam est inuectus) factam esse memorant. Sicut ab vtraque diuersa est quam Marcus postridie eius diei, quum Christus à Bethania rediens, ficui maledixisset, factam esse cõfirmat. Harum enim trium eiectionum vnaquæque suis proprijs circunstantiis tam arcte tamque circunspecte est inclusa, vt nullam cum alia confundere possimus.

Et propè erat Pascha Iudæorum, &c. vsque ad finem capitis.

Nicodemus venit ad Iesum nocte, docetúrque de regeneratione ex aqua & Spiritu. Iohan.3.1. XXII.

Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, &c. vsque 22.

Christus venit in Iudæam, & baptizat: discipuli Iohannis æmulantur. Iohannes iterũ de Christo testatur. Iohan.3.22, XXIII.

Posthæc venit Iesus, &c. vsque ad finem capitis.

Christus pergit in Galilæam per Samariam: fatigatus, ad fontem cum muliere Samaritana loquitur. Iohan.4.1. XXIIII.

Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt, &c. vsque 27.

Diſcipuli hortãtur eũ vt mãducet:reſpondet ſe aliũ cibũ habere.Iohan.4.27. XXV.

Et continuo venerũt diſcipuli eius, &c. vſque ad hæc verba 43 verſus, Et abiit in Galilæam:quæ principium ſunt XXVII capitis.

Chriſtus audiens Iohãnem traditum, ſecedit,& venit Nazareth. Legit locum Eſaiæ. Exprobrat patriæ incredulitatem.irritati volunt eum præcipitẽ dare. Matth.4.12. Marc.1.14.Luc.4.16, XXVI.

Iohannes traditus fuit eo tempore quo Chriſtus à feſto Paſchatis ex Iudæa in Galilæam rediit.nam cum eſſet in Iudæa,Iohannes adhuc baptizabat in AEnon iuxta Salim.

b POſtquam autem traditus fuit Iohannes,[a]& audiſſet Ieſus quòd Iohãnes traditus eſſet,ſeceſſit,[c]& venit Nazareth,& cætera apud Lucam à 16 verſu vſque ad 31.

Ieſus venit in Galilæã,ibíque verbo puerũ Reguli curat. Matth.4.12, Marc.1.14. Iohan.4.13, XXVII.

Ieſus ex Iudæa per Samariam rediit Nazareth:eámque paulo pòſt,quòd eum præcipitare conati fuiſſent,dereliquit, & in Cana Galilææ puerum Reguli curauit.Pòſt Capernaum migrans,regnum Dei prædicauit.

bd ETabiit[b]Ieſus[abd]in Galilæã.[d]ipſe enim Iohannes teſtimonium,&c.apud Iohannem à 13 verſu vſque ad finem capitis.

Relicta Nazareth,habitat in Capernaum.prædicat regnum Dei,vocat Petrum & Andream,Iacobum & Iohannem. Docétque ſabbathis in ſynagoga Capernaũ.Circuit totam Galilæam:prædicat,& ſanat omnem languorem.Sequitur cum ingens turba. Matth.4.13,vſque ad finem capitis.Marc.1.16,vſque 23. XXVIII.

Poſt demigrationem à Nazareth in Capernaũ,Marcus ac Lucas ſcribunt Chriſtum ſabbathis in ſynagoga illorũ docuiſſe, ſubiiciúntque duo miracula,dæmoniacum liberatum,& ſocrũ Petri febricitantem curatam : quæ ſiquis ſtatim primo ſabbatho facta eſſe accipit, is longe fallitur.vterque enim dicit, eum non vno ſabbatho,ſed multis docuiſſe,idque tandiu donec omnes obſtupeſcerent ſuper doctrina eius:quod certe non ſtatim primo ingreſſu eum cõſecutum eſſe propter hominum tarditatem, & in diuinis rebus ruditatem,maxime veriſimile eſt. Quare ſicut Euãgeliſtæ plura ſabbatha cõmemorant ante miracula edita,ita etiam ſpatium temporis quo ea dicta,factáque ſint quæ Matthæus quinto,ſexto,& ſeptimo capitibus deſcribit, interceſſiſſe manifeſtum eſt. Qua vna ratione conſequimur vt tres Euangeliſtæ de ſocru Petri conſentiant.

a ET relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum maritima, in finibus Zabulõ & Nephthalim,vt impleretur quod dictum fuerat per Eſaiam prophetã, dicentem,Terra Zabulon & terra Nephthalim *iuxta* viam maris vltra Iordanẽ,Galilæa Gentium, populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & qui ſedebant in regione & vmbra mortis,lux orta eſt eis.Ex eo tempore incœpit Ieſus[ab]prædicare [b]euangelium regni Dei,[ab]& dicere,[b]Impletum eſt tempus,& appropinquauit regnum Dei: [ab]reſipiſcite,[b]& credite euangelio:[a]appropinquauit enim regnum Dei. [ab]Ambulans autem [a]Ieſus[ab]iuxta mare Galilææ,vidit[a]duos fratres,[ab]Simonem[a]qui vocatur Petrus,[ab]& Andream

a rete imare fratrem eius, iacientes [b]retia in mari : (erant enim piſcatores) & dixit eis[b] Ieſus,[ab]Sequamini me, & faciam vos[b]fieri[ab]piſcatores hominum. [ab]Atque illi relictis ſtatim retibus ſuis, ſequuti ſunt eum, Et progreſſus illinc[b]puſillum,[ab]vidit[a]alios duos fratres,[ab]Iacobum *filium* Zebedæi, & Iohannem fratrem eius,[b]& ipſos[ab]in naui[a]cum Zebedæo patre ipſorũ

[ab]reconcinnantes retia sua:&[b]statim[ab]vocauit eos. At illi[a]protinus[ab]relinquentes[a]nauim &[ab]patrem suum[b]Zebedæum in naui cum mercenariis, abierunt post ipsum,[a]& sequuti sunt eum.[b]Et ingrediuntur Capernaũ, & statim sabbatis ingressus in synagogam,docebat. Et stupebant super doctrina eius. erat enim docens eos tanquam authoritatem habens,& non sicut Scribæ.[a]Et circumibat totam Galilæam Iesus,docẽs in synagogis illorum,ac prædicans euangelium regni,& curans omnẽ morbũ & omnem languorẽ in populo:& dimanauit fama illius in totam Syriam. Et adduxerunt ad illũ omnes male habẽtes, variis morbis ac tormi nibus affectos, & dæmoniacos, & lunaticos,& paralyticos, sanauítque illos. Et sequutæ sunt eum turbæ multæ à Galilæa ac Decapoli & Hierosolymis & Iudæa & ab vlterioribus Iordane.

Videns turbas, consedit in monte,& docet de beatitudine. Matth.5.1. xxix.

Fallũtur illi non mediocriter qui putant concionem quam Matthæus hoc loco describit,esse eãdem quam Lucæ capite sexto legimus. nam quanuis multa habeãt similia,pleraque etiam eadem,tamẽ in vtralibet,propria quædam cernere licet. Et siquis Elenchum istum diligenter intuebitur,integrum ferme annum inter hanc & illam intercessisse perspiciet.

Quum vidisset autem turbas,&c.vsque 12.

Interpretatur legem Non occides. Matth.5 12. xxx.

Nolite putare quòd venerim,&c.vsque 22.

Non cõmittes adulterium,Nõ peierabis. Docétque inimicos diligendos esse.Matth. 5.22. xxxi.

Audistis quòd dictum est antiquis,Non mœchaberis,&c.vsque ad finem capitis.

De eleemosyna & precatione. Matth.6.1. xxxii.

Attendite ne eleemosynam vestram,&c.vsque 16.

De ieiunio,& contra solicitudines. Matth.6.16. xxxiii.

Quum autem ieiunatis,&c.vsque ad finem capitis.

Non esse iudicandum.Item petendum vt detur nobis. Matth.7.1. xxxiiii.

Nolite iudicare,ne iudicemini,&c.vsque 15.

Cauendũ à pseudoprophetis. Domus supra petram aut super arenã ædificata. Matth. 7.15. xxxv.

Attendite à falsis prophetis,&c.vsque ad finem capitis.

Descendit de monte & curat leprosum. Venitque Capernaum,& curat Cẽturionis famulum. Matth.8.1. xxxvi.

Sicut cõcio qua Lucas cap.6,describit,est ei cõcioni quam Matthæus cap.5,exorditur,quamsimillima,non tamẽ eadem: ita historia de Centurione quam idem Lucas eidem concioni subiecit,est huic historiæ quamsimillima,longè tamẽ ab ea diuersa. Id quod argumentis minime dubiis docere possumus. Nã hæc historia facta est primo à baptismate Christi anno: illa autem secundo,vt patet Elenchũ intuenti. Hic Centurio ad Christũ ipse venit:ille nũtios tãtum ad eũ misit. Hic seruũ suum paralyticũ(qui morbus ferè diuturnus est)grauibus cruciatibus obnoxium curari petit:illius seruus moribũdus seruari rogatur. Hic suam causam præsens per se apud Christũ agit:pro illo absente seniores Iudæorum intercedunt,eo quòd gentẽ illorũ diligeret,ac synagogã eis ædificauisset. Huic Christus præsenti dicit,Ego veniã,& curabo eum:ad illum autẽ absentem statim proficiscitur. Hic præsens dicit,Nõ sum dignus:ille absens alteros mittit nuntios,nempe amicos qui Christum venire vetent. Huic præsẽti Christus dicit,Abi,& sicut credidisti,ita fiat tibi:ille se à principio iudicauit indignũ qui cùm Christo coram ageret, sed reuersi,qui missi fuerant ab eo,inuenerunt seruum sanatum. Ex hoc,huiúsque similibus locis facile est intelligere quid sibi velit illud Io-

hānis, dicentis, Sunt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipse opinor mūdus caperet eos qui scriberentur, libros. Nam reuera si omnia quæ fecit Iesus, singulatim descripta extarent, tanta turba miraculorū per omnes fere circunstantias similium obrueremur, vt nec omnia meminisse, nec vnū ab alio distinguere, nec copiam tam immensam, minime verò necessariam, comprehendere ac ferre possemus. Quare dubiū non est Euangelistas singulari consilio id egisse, ne multa inter se similia cōmemorata, & tædium & suspicionem eorundem per obliuionem repetitorum, afferrent.

Quum autem descendisset de monte, &c. vsque 5.

Post hæc interiice ex Luca, cap. 4.31,

Et descendit in Capernaum ciuitatem Galilææ.

Mox lege quæ sequuntur in Matthæo, versu 5,

Quum autem introisset in Capernaum, &c. vsque 14.

Docet sabbathis in Capernaum, stupent super doctrina eius. Liberat dæmoniacū. Socerū Petri febricitantē curat, & vesperi curat omnes. Matth. 8.14, vsque 18. Marc. 1. 23, vsque 35. Luc. 4.31, vsque 42. XXXVII.

[c]ET erat docens illos sabbathis: & stupebāt super doctrina eius, quoniam cum authoritate erat sermo ipsius. [bc]Et erat in synagoga [b]eorum [bc]homo [b]habens spiritum *dæmonis* immundi, & exclamabat [c]voce magna, [bc]dicens, Eia quid nobis tecū est Iesu Nazarene? venisti ad perdēdum nos? Noui te qui sis, Sanctus ille Dei. Et increpauit illum Iesus dicens, Obmutesce, & exi ab eo. [b]Et quum conuulsisset, & proiecisset [bc]eum [c]spiritus [b]immundus [c]in medium, [b]exclamassetque voce magna, [bc]exiit ex eo, [c]nihílque illi nocuit. [bc]Et [b]factus est pauor super omnes, [b]ita vt cōquirerēt inter se, [bc]dicētes, [b]Quid est hoc? [c]quis sermo hic est? [b]quæ doctrina noua hæc? [bc]quia cum authoritate [c]& virtute [b]etiam [bc]spiritibus immundis imperat, [b]& obediunt ei, [c]& exeunt. [b]Exiit autem fama eius statim, [c]in omnē locum vndique finitimum regioni [b]Galilææ. [b]Et [c]protinus è synagoga egressi, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne. [bc]Socrus autem Simonis [c]tenebatur febri magna, [b]& decumbebat febricitans. [a]Quum venisset inquam Iesus in domum Petri, vidit socrum illius in lecto decumbentem & febricitantem, [b]& continuò [c]dicunt ei de illa. [b]Et accedens, astánsque supra illam, increpauit febrem: & [abc]reliquit eam [ab]febris [b]ilico: [ab]& apprehensa manu eius, erexit eam, & erecta erat. [bc]& statim quum surrexisset, [abc]ministrabat illis. [ab]Vespera autem facta, [bc]quū occidisset sol, [c]omnes quicunque habebāt infirmos morbis variis, ducebant illos ad eum: [ab]& afferebant ad eum [b]omnes male habentes, & [ab]dæmoniacos [a]multos: & eiecit spiritus verbo. [b]Et ciuitas tota congregata erat ad ostium. [ac]At ille [c]vnicuique manus imponens, [abc]sanauit eos omnes [ab]male habentes [b]variis morbis: [a]vt impleretur quod dictū erat per Esaiā prophetam, dicentē, Ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit. [bc]Et [b]dæmonia multa eiiciebat, [c]clamantia, ac dicentia, Tu es Christus filius Dei. [c]Et increpans, [bc]non sinebat [c]ipsa [b]dæmonia [bc]loqui quòd nouissent [bc]ipsum [b]esse [c]Christum.

b in spiritu immundo

c dæmonium

b Et expauerunt omnes

c & colloquebantur

c Euagabatur rumor de illo

c Quum surrexisset autē de synagoga, introiuit in

c rogauerunt illum pro ea

c curauit multos

c exibant & dæmonia à multis

Mane surgit. Orat in deserto. Egreditur, retinetur à turbis. Docet in synagogis, & dæmonia eiicit. Docet itẽ è naui in stagno Genesareth: iubet retia demitti: capitur magna piscium multitudo. Marc.1.35, vsque 49. Luc.4.42, vsque ad finem capitis. Et cap.5.1, vsque 12. XXXVIII

[b]ET mane, multa adhuc nocte surrexit: [c]facto autem die, [bc]egressus [c]abiit, [b]& peruenit Iesus [bc]in desertum locum, [b]& illic orabat. Et consequuti sunt eum Simon & qui cum illo erant: & quũ inuenissent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt. Et ait illis, Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem: in hoc enim egressus sum. [c]Et turbæ quærebant ipsum, & venerunt vsque ad eum, & detinebant eum ne discederet ab eis. At ipse dicebat ad illos, Etiam aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei: quia in hoc missus sum. [bc]Et prædicabat in synagogis [c]eorũ, in tota Galilæa, [b]& dæmonia eiiciebat. [c]Factum est autem quum turba immineret ei vt audiret, &c. apud Lucam vsque ad 12 versum. c Galilææ

Traiicit, & venit in fines Gergesenorum. Liberat duos dæmoniacos à legione dæmoniorum. Porci suffocantur. Christus rogatur vt discedat. Matth.8.28. XXXIX

Quæ hic à Matthæo narrãtur, simillima vidẽtur iis quæ refert Marcus cap.5.2, & Lucas cap. 8.27, quæ in XVI & XVII capita libri secundi Elenchi huius digesta sunt: quũ tamen multum discrepẽt. nã Matthæus hanc historiam cum illis miraculis Christi conexit quæ primo anno prædicationis Christi facta sunt: Marcus autem & Lucas illam inter ea recensent, quæ secundo ãno contigerunt. Et hîc, vnius tantum nauis mentio fit: illic verò plurium. Hic discipuli lenius: illic autẽ seuerius obiurgãtur. Hic post traiectum in fines Gergesenorum: Illic autem in regionẽ Gadarenorum venisse dicũtur. Hic, duo dæmoniaci obuiam facti: illic vnus tãtum occurrit. Hi duo vsqueadeo sæui fuerũt, vt nemo per viã quam infestabant, trãsire auderet: ille vnicus, tantum seipsum nudasse, & lapidibus concidisse fertur. Hi duo, liberè vagabantur: ille vnicus vinculis coercebatur: quæ tamen ita dirumpebat, vt nemo illum domare posset. Hic, incertus numerus porcorum: illic autem circiter bis mille suffocantur. Denique quum de his duobus nihil amplius narretur, ille vnicus, vestitus, & sanæ mentis, ad pedes Iesu sedisse, eúmque sequi voluisse, sed ablegatum esse, vt suis domi beneficia Dei prædicaret, asseritur. Et in tanta rerum & circunstantiarum similitudine ac dissimilitudine, admiratione dignum videtur, quòd prima frõte nihil tam firmum reperiri potest quod vel eãdem vel diuersam vtrobique historiã descriptam probaret. Porrò regio Gergesenorũ, non est Gadarenorũ. Gadaram quæ lacui Genesari à parte Meridionali adiacet, fuisse in finibus Amorrhæorũ, clarissime intelliget qui diligenter perlegerit XII & XIII Iosue capita. Gergesæi verò vel Gergeseni, diuersa gens fuit ab Amorrhæis. Gessuritidas & Maachatidas fuisse Gergesenos necesse est. Gessuritidas autẽ ad ripam Iordani Orientalem supra lacum Genesarim, Septentrionẽ versus habitasse, ex Scriptura est notissimum. Gadaram autem infra eundem lacum versus Meridiem sitam fuisse, est certissimũ: vt iam traiectus à Capernaum vel à Bethsaida, in regionem Gadarenorum, fit à Septentrione in Meridiem, per mediũ lacũ: ab iisdem verò in fines Gergesenorũ fit ab Occidente versus Orientẽ, lacu tantum leuiter perstricto, & itinere deinde Septentrionem versus directo: sicut ex altera parte quoque Christus aliquando vsque in fines Tyri & Sidonis peruenisse legitur.

Videns autem Iesus turbas multas, &c. vsque ad finem capitis.

Iterum traiicit, & mundat leprosum. Ex primo tantũ versu Matth.9. Marc.1.40, vsque ad finem cap. Luc.5.12, vsque 17. XL.

ET ingressus in nauim, traiecit: [c]& factum est, quum esset in vna ciuitatũ, [bc]& ecce venit ad eum [c]vir [b]leprosus [c]plenus lepra: quúmque vidisset Iesum, [b]rogans eum, eíque ad genua áccidens, & [c]prostratus in faciem, precatus est eum, [bc]dicens ei, [c]Domine, [bc]si velis, potes me mundare. [b]Iesus autem misertus, [bc]& extendens manum, tetigit eum, & [bc]di-

cit ei, Volo: mundator. Et [b]quum dixisset, [bc]statim lepra discessit ab eo, [b]& mũdatus est. [bc]Et ipse [b]comminatus ei, statim eiecit illum, [c]& præcepit illi ne cuiquam diceret, [b]dicítque ei, Vide ne cuiquam quicquam dicas: [bc]sed [c]digressus [b]abi, [bc]ostende teipsum sacerdoti: & offer pro e-

a mun[a] quod præc.
c sicut præ.

mundatione tui [a]quæ præcepit Moses, in testimonium illis. [b]ille verò egressus cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem. [c]Peruagabatur autem magis sermo de illo, [b]ita vt iam non posset Iesus manifestè in ciuitatem intrare, sed foris in desertis locis erat: [bc]& conueniebant [c]turbæ multæ [b]ad eum vndique, [c]vt audirent, & sanarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem erat in secessu degens in desertis, & orans.

Curat paralyticum. Matth. 9.1, vsque 9. Mar. 2.1, vsque 13. Luc. 5.17, vsque 27. XII.

[ab]ET rursum intrauit [b]Capernaum [a]suam ciuitatem [b] post dies aliquot. [c]Et factum est vno dierum & ipse erat docens: erántque Pharisæi sedentes, ac legis doctores, qui venerant ex omni vico Galilææ & Iudææ & Hierosolymæ, & virtus Domini erat ad sanandum eos. [b]Et auditum fuit quòd in domo esset, & protinus congregati sunt multi, ita vt non amplius caperet ne vestibulum quidem ad ianuam: & loquebatur eis sermonem. [ac]Et ecce [b]veniunt ad eum [c]viri, [abc]afferentes [a]ei [ac]in lecto [c]hominem [a]decumbentem, [ab]paralyticum, ([c]qui erat resolutus,) [b]portatum à quatuor: [c]& quærebant illum inferre, & ponere ante eum: [b]& non potentes appropinquare ei, [c]& non inueniẽtes qua inferrent illum [bc]præ turba, [c]ascendentes super domum [b]detexerunt tectum vbi erat:

c cũ cum lectulo in

& quum fodissent, [c]per tegulas [b]funibus demiserũt [c]grabbatum in quo paralyticus decumbebat, [c]in medium, ante Iesum. [abc]Et quum vidisset

c homo

[ab]Iesus [abc]fidem illorum, dixit [c]ipsi [ab]paralytico, [a]Bono animo esto [abc]fili, remittantur tibi peccata tua. [ab]Ecce autem erant quidam è Scribis [b]illic

b ĩtra seipsos
c Quis est iste qui loquitur
b vnus

sedentes, & cogitantes [a]dicebãt [ab]in cordibus suis, [a]Hic blasphemat. [c]Cœperunt inquam cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes, [b]Quid hic sic loquitur blasphemias? [bc]Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? [abc]Et protinus quum cognouisset, [a]& vidisset [abc]Iesus [b]spiritu suo [c]cogitationes [a]& suspiciones [ac]eorum, [b]quòd sic cogitarent intra sese, [abc]dixit ad eos, Quid [b]ista [bc]cogitatis in cordibus vestris? [a]quare vos suspicamini mala in cordibus vestris? [abc]vtrum enim est facilius: dicere [b]paralytico, [ab]Remittantur tibi peccata: an dicere, Surge, [b]& tolle grabbatum tuum, [abc]& ambula? Vt autem sciatis quòd potestatem habet Filius hominis in terra remittendi peccata ([abc]tunc dicit paralytico) [bc]Tibi dico sur-

b grabbatum
c lectulum

ge: & [a]quum surrexeris, [abc]tolle lectum tuum: & [c]eo sublato [ab]abi, [c]vade [abc]in domũ tuam. [b]Et surrexit statim: [ac]& confestim quum surrexisset, [bc]sublato grabbato [c]in quo iacuerat, [b]egressus est in conspectu omnium, [ac]& abiit in domum suam, [c]glorificans Deum. [a]Quum vidissent autem

b Ita vt obstupescerent o.

turbæ, admiratæ sunt, [c]& stupor inuasit omnes; [a]& glorificabãt Deum,

[a]qui dediſſet poteſtatem talem hominibus: [c]& repleti ſunt timore, [bc]dicentes, [c]Vidimus incredibilia hodie: [b]nunquam ſic vidimus.

Vocat Matthæum. Quærunt quare cum peccatoribus manducet, & quare diſcipuli eius non ieiunent. Matth. 9. 9, vſque 18. Marc. 2. 15, vſque 23. Luc. 5. 27, vſque ad finem capitis. XLII.

[bc]ET poſt hæc egreſſus eſt [b]rurſus ad mare: omníſque turba veniebat
ad eum, ac docebat eos. [ab]Et præteriens Ieſus [a]illinc, [abc]vidit [a]homi-
nem [c]publicanum, nomine [bc]Leui, [b]Alphæi *filium*, [abc]ſedentem ad telo- a Matthæum
nium: & dicit illi, Sequere me. Et [c]relictis omnibus, [abc]ſurgens, ſequutus
eſt eum. [c]Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua. [ab]Et factum
eſt, recumbente eo in ædibus [b]illius, [ab]& ecce multi publicani & pecca-
tores [a]qui venerant, [ab]ſimul accumbebant cum Ieſu & diſcipulis illius:
[c]& erat turba publicanorum multa, & aliorum qui cum illis accumbe-
bant: [b]erant enim multi qui ſequuti fuerant eum. [bc]Scribæ auté ac [abc]Pha
riſæi [ab]quum vidiſſent [b]eum edentem cum publicanis & peccatoribus,
[c]murmurabant aduerſus diſcipulos eius, [abc]& dicebant [ab]diſcipulis eius,
[abc]Quamobrem cum publicanis & peccatoribus [c]editis & bibitis, [ab]edit
[b]& bibit [a]magiſter veſter? [ab]Quum audiſſet autem Ieſus, [c]reſpondens
[abc]ait ad illos, Non opus habent [c]qui valent, medico: ſed qui male ha- c qui ſani ſūt
bent. [a]Profecti autem diſcite quid ſit, Miſericordiam volo, & non ſacri-
ficium. [abc]Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.
[b]Et erãt diſcipuli Iohãnis & Phariſæorũ ieiunantes, [bc]& veniũt & dicũt
ei, Quamobrem diſcipuli Iohannis ieiunant [c]frequenter, & precationes
faciunt, [bc]ſimiliter & Phariſæorum: tui verò [b]diſcipuli non ieiunant, [c]*ſed*
edunt & bibunt? [a]Tunc accedunt ad eum *etiam* diſcipuli Iohannis, dicẽ-
tes, Quamobrem nos & Phariſæi ieiunamus plerũque, diſcipuli verò tui
non ieiunãt? [abc]Et dixit illis Ieſus, [c]Num poteſtis filios thalami, quũ ſpõ-
ſus cũ illis eſt, facere ieiunare? [ab]Num poſſunt filii thalami [b]lugere quã- b ieiunare
diu cum illis eſt ſponſus? [b]Quanto tempore ſecum habent ſponſum,
non poſſunt ieiunare. [abc]venient auté dies & quum auferetur ab eis ſpõ-
ſus, [abc]& tunc ieiunabunt [bc]in illis diebus. [c]Dicebat autem & ſimilitudi- a Nemo verò
nẽ ad illos, [abc]Nemo aſſumentũ [c]panni rudis [b]immittit veſtimento vete- b Et nemo
ri: [bc]alioqui [abc]aufert commiſſuram eius, [b]nouum *ſcilicet* à vetere [a]veſti- c veſtimenti noui
mento, [c]& nouum rumpit: & veteri non conuenit aſſumentum ex no b adſuit in veſtimentum vetus:
uo, [ab]& peior ruptura fit. [abc]Et nemo mittit vinum nouum in vtres ve- a aufert enim
teres: alioqui [abc]rumpet [bc]vinum nouum [abc]vtres, & [c]ipſum [ab]vinũ [abc]ef- a Neque mittunt
funditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos [a]mitten- a rumpuntur vtres
dũ eſt, [bc]& vtraque conſeruãtur. [c]Et nemo qui biberit vetus, ſtatim vult a mittunt
nouum: dicit enim, Vetus melius eſt.

Primas rogat vt filiam ſuam modo defunctam ſuſcitet. Inter eundum mulier tangens eum ſanatur. Puella ſuſcitatur. Duobus cæcis viſus reſtituitur, & dæmoniacus mutus

curatur. Matth. 9.18,

Hæc historia quæ à Matthæo narratur, diuersissima est ab ea quam Marcus scribit cap. 5.22, & Lucas cap. 8.41, licet prima frōte similes videantur. Nam primū diuersus vtrobique describitur locus. nā Matthæus clare & aperte scribit hunc primatē ad Christum venisse, quū Christus in cōuiuio, quod ei è telonio vocatus, in domo sua parauerat, adhuc discumberet, & contra Pharisæos murmurātes acriter disputaret. Apud Marcum autem & Lucam Iairus archisynagogus ad Christum venisse dicitur quum adhuc esset circa mare, quod tum recēs traiecerat. Impossibile est autē, Matthæum obliuisci potuisse quid in ædibus ipsius gestum sit, eo ipso die quo primum à Christo vocatus, ei conuiuiū exhibuit. Incredibile rursus est Marcum & Lucam simul errasse: præsertim quum Marcus Matthæum in scribendo sequutus sit, à quo quum admoneretur, primatē ad Christum non in litore, sed in conuiuio suo venisse, dissensurus profecto nō fuisset, nisi reuera longe aliam quàm Matthæus, historiam describendam sumpsisset. Deinde diuersum est etiam tempus: nam Marcus & Lucas cum Matthæo de tempore vocationis ipsius cōsentiunt, sicut aperte Elenchus iste ostendit: & tamē Iairū longo pôst tempore ad Christū venisse dicūt, quum Matthæus primatem suum sub ipsum cōuiuii tēpus affuisse tradat. Postea diuersæ sunt etiā personæ: nam Matthæus agit de primate quem vocat archonta, id est magistratum reipublicæ gubernandæ præfectū: Marcus autem & Lucas agunt de Iairo archisynagogo, id est ceremoniarum magistro. Postremo res ipsa est omnium longe diuersissima: nam hic primas venit ad Christum, quum filia eius iam plane mortua esset: Iairus autem ille archisynagogus venit ad eum quum filia eius adhuc viueret. Primas venit cum magna spe ac fide singulari, confidens Christum non solum posse, verum etiam velle, si rogetur, à morte reuocare: Iairus autem archisynagogus nihil tale credebat, nec animo conceperat. Primas rogat vt filiam modo defunctam è morte ad vitā reuocet: Iairus autē archisynagogus petit vt filiam morti vicinam sanet, ac in vita conseruet. Primas animose dicit, Filia mea modo defuncta est: sed veni, impone ei manū tuam, & viuet: Iairus autē archisynagogus quū à nūtiis domesticis audiret, Filia tua mortua est, quid vltrà vexas magistrū? eam à morte suscitari posse nōdum credebat, sed plenus desperatione proculdubio abiisset, nisi Christus eum consolando erexisset, dicens, Noli metuere, tantum crede, & salua erit. Cæterum quòd vtrobique mulier profluuio sanguinis laborans, occulto vestium Christi attactu sanatur, non est mirum. quum enim Euangelistæ toties testentur eū omnes, quibuscunque morbis detinerentur, sanasse: quis non intelligit fieri potuisse vt non modò duæ, verum etiam innumeræ mulieres ab eiusmodi morbo, idque eodem etiam modo, hoc est occulto vestium attactu, fuerint sanatæ? præsertim quum is morbus ei sexui sit peculiaris, & verecundia obstiterit quominus palàm morbum suum faterentur, sanarique postularēt. Quanquam si diligenter inspicias, tantam in vtroque facto differentiam inuenies, vt non possis pro eodem accipere, etiam si diuersitas temporis atque loci non obstaret. nam illa apud Iairum, multa perpessa à cōpluribus medicis, quum insumpsisset omnem substantiam in medicos, non potuit ab vllo curari: de hac vero apud primatem nihil tale dicitur. Illa, in maxima turba Christum vndique stipatum ac cōpressum tangit, ita vt humano more scire non posset quis eum tetigisset: ideóque seueriter inquirens, eam ita terruit, vt ad pedes eius prouoluta, omnia fateretur: hæc autem nihil tale passa est: sed Christus quum sensisset se ab ea tactum, non opus habuit inquisitione, sed respiciens tantum, videt eam, statimque dicit, Filia fides tua saluauit te.

Hæc illo loquente ad eos, &c. vsque 36.

Pascha secundum à baptismate Christi.

Die festo Iudæorum, sanatur languidus ad piscinam, iubetúrque tollere grabatum suū & ambulare. Iohan. 5.1,

Festo Paschatis Christum curasse languidum, certis argumentis colligitur. Nam quum priore paschate vēdentes & emētes è templo eiecisset, atque cum Nicodemo de regeneratione disputasset: sic discessit ab Ierosolymis vt tamē aliquādiu in Iudæa maneret, nēpe baptizās, atque discipulos colligens, idque tandiu donec etiā ad Pharisæos referretur, Christū plures discipulos facere, quàm Iohannē baptistam: ad quod perficiendum, sane plusculum tēporis

consumi oportuit. quod quidẽ quantum fuerit, licet Euangelista non doceat, ex verbis tamen Christi coniici potest. Quũ enim Iudæã derelinquens, per Samariam in Galilæam tenderet, obitérque absentibus discipulis cum muliere Samaritana ad fontẽ dissereret, redeuntibus discipulis inter cætera dixit, Nõne vos dicitis, Adhuc quatuor mẽses sunt, & messis veniet? Certũ est autẽ ex Leuit.23.b.10, & Nume.28.d.26, messem in Iudæa intra festum Paschatis & Pentecostes semper fuisse completam. nam antea quàm postridie Paschatis manipulus frugum offerretur, nemo audebat falcẽ messi quantumuis maturæ immittere. Et si festo Paschatis fruges non essent satis maturæ, cogebantur mensem intercalare. fuit ergo mẽsis primus, hoc est Martius, in cuius medio ferè semper messis incipiebatur. Quum autẽ Christus dicat, Vos dicitis, Adhuc quatuor menses sunt, & veniet messis: quis non videat quatuor illos mẽses fuisse Februarium, Ianuarium, Decẽbrem & Nouembrẽ? Siue igitur tũ quum Christus hæc diceret, Octobris siue Nouẽbris tempore fuit: manifestum est Christũ in Iudæa permãsisse, donec & festum Pẽtecostes, & festum Propitiationis, & festum Tabernaculorũ, quod x v Septembris celebrari solebat, fuissent elapsa vt iam nullũ aliud festum de quo Iohannes loqui potuerit, præter alterum Pascha, reliquum fuisse sit manifestissimum.

Posthæc erat dies festus, &c. vsque 15.

Sanatus nũtiat Iudæis, Iesum esse qui ipsum sanarit. Christus docet se à patre habere potestatem viuificandi & iudicandi. Iohan 5.15, XLV.

Abiit ille homo, & nuntiauit, &c. vsque 31.

Iohãnem de Christo quidem testimonium perhibuisse, sed opera & Scripturam certius de eo testari. Iohan.5.31, XLVI.

Si ego testimonium perhibeo de meipso, &c. vsque ad finem capitis.

Discipuli sabbatho spicas euellunt. Pharisæi accusant: Christus autem defendit eos, exemplo Dauidis & sacerdotum. Matth.12.1, vsque 10. Marc.2.13, vsque ad finẽ capitis. Luc.6.1, vsque 6, XLVII.

[bc] FActum est autẽ [a]in illo tempore, [abc]ibat Iesus [c]in sabbatho secun- b vt præteriret ipse
do primo per sata: [ab]discipuli verò eius esuriebãt. [ab]Et cœperũt disci- c sabbathis
puli eius [b]iter facere, [abc]& vellere spicas, [ac]& comedere, [c]confricantes ma
nibus. Quidam autẽ Pharisæorum dicebãt illis, Quid facitis quod non
licet facere in sabbathis? [ab]Pharisæi autem [a]qui viderant, [ab]dicebant ei,
[a]Vide [b]quid [a]discipuli tui [ab]faciunt [b]in sabbathis, [ab]quod non licet [a]facere a Ecce
in sabbatho. [c]Et respondens ad illos [ab]ipse [c]Iesus, [abc]dixit eis, [b]Nunquam
[ac]ne hoc quidem [abc]legistis, [c]quid fecerit Dauid quum [b]necessitatem ha c quod fecit
beret, & [abc]esuriret ipse & qui cum eo erant: [c]quomodo ingressus sit in c vt
domum Dei [b]sub Abiathare principe sacerdotum, [abc]& panes proposi-
tionis [c]acceperit & [abc]comederit: (quos nõ licitũ erat [a]ipsi, neque iis qui cũ
illo erant, [abc]comedere, nisi sacerdotibus [ac]tantùm) [bc]& dederit etiam iis
qui cum eo erant? [a]Aut non legistis in lege, quòd sabbathis sacerdotes
in templo sabbathum prophanant, & insontes sunt? Dico autem vobis
quòd templo maior est hic. Si verò sciretis quid sit, Misericordiam vo-
lo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis insontes. [bc]Et dicebat
illis, [b]Sabbathum propter hominem factum est, nõ homo propter sab-
bathum. [ab]Itaque [abc]dominus est Filius hominis etiam sabbathi. Et pro- a Dominus enim est etiã sabbathi Filius hominis.
gressus illinc venit in synagogam illorum.

Curat in synagoga manum aridã. Pharisæi insidiantur & Herodiani. Turbæ multæ sequuntur. Poscit nauiculam ne prematur. Eiicit dæmonia, & prohibet ne ipsum manifestum faciant, vt impleatur Scriptura. Matth.12.10, vsque 22. Marc.3.1, vsque

13. Luc.6.6, vſque 12.

[c]FActum eſt autem & in alio ſabbatho,[bc]vt intraret[b]iterum[bc]in ſyna-
gogam, [c]ac doceret. [abc]Et ecce homo erat[bc]illic, [a]manum [c]dextram
a aridam
[ab]habens [a]areſactam. [b]& obſeruabant eum [c]Scribæ & Phariſæi [bc]an
b ſabbathis
in [b]ſabbatho ſanaturus eſſet[b]eum. [a]Et interrogabant eum, dicentes, Li-
cétne ſabbathis curare? [c]vt inuenirent accuſationem aduerſus eum, [ab]&
accuſarent eum. [c]Ipſe verò ſciebat cogitationes illorum: [bc]& dixit homi
c aridam
ni qui [c]areſactam habebat manum, Surge, [c]& ſta [bc]in medium. [c]Ille verò
ſurgens ſtetit. [bc]Ait igitur Ieſus ad illos, [c]Interrogabo vos quid, [bc]Licet
b occidere?
ſabbathis benefacere, an malefacere? animam ſaluare, an [b]perdere? [a]At
illi tacebant. Ipſe verò dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habebit
ouem vnam, & ſi inciderit ea ſabbathis in foueam, nónne apprehẽdet
eam, & eriget? quanto igitur præſtat homo oue? Itaque licet ſabbathis
benefacere. [a]Et tunc [bc]quum circunſpexiſſet [c]omnes [bc]illos [b]cum ira, triſti-
tia affectus ſuper cæcitate cordis eorum, [abc]dicit homini, Extende ma-
num tuam. [c]Ille autem fecit, [ab]& extendit: [abc]& reſtituta fuit manus eius
ſana vt altera. [c]Illi autem impleti ſunt amentia. [ab]Et egreſſi Phariſæi [b]ſta-
tim cum Herodianis [ab]conſilium inibant aduerſus eum: [c]& colloque-
bantur inter ſeſe quidnam facerent Ieſu, [ab]vt ipſum perderent. Ieſus au-
tem [a]quum nouiſſet, [ab]ſeceſſit [b]cũ diſcipulis ſuis [a]illinc[b]ad mare, [ab]& [a]ſe-
b magna multitudo à Galilæa ſequuti ſunt eum
quutæ ſunt eũ turbæ multæ[b]à Galilæa & à Iudæa, & ab Hieroſolymis,
& ab Idumæa, & trans Iordanem, & finitimi Tyro & Sidoni multitu-
do magna, qui quum audiſſent quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit
diſcipulis ſuis vt nauicula appelleretur ipſi, propter turbam, ne preme-
rent ipſum. Multos enim ſanauerat, ita vt irruerent in ipſum, vt eũ tan-
gerent quotquot habebant flagella: [a]& curauit eos omnes. [b]Et ſpiritus
immundi quum eum viderent, concidebant ad eum, & clamabant, di-
a increpauit
centes, Tu es filius Dei. [ab]Et multum [a]increpabat eos ne manifeſtũ eum
facerent: vt impleretur quod dictũ eſt per Eſaiam prophetá, dicentem,
Ecce filius meus quẽ elegi, dilectus meus in quo beneplacitũ eſt animæ
meæ: poná ſpiritum meũ ſuper eũ, & iudiciũ Gẽtibus annuntiabit: non
cõtendet, nec clamabit, neque audiet quiſquá in plateis vocẽ eius: arun
dinẽ conquaſſatá nõ cõfringet, & lignum fumigans nõ extinguet, do-
nec deduxerit ad victoriá iudiciũ, & in nomine ipſius Gẽtes ſperabũt.

LIBRI II. HARM. EVANG. CAPITA.

Videns Ieſus turbas, miſeretur earum. Aſcendit in mõtem vt oret. Facta die vocat & ordinat duodecim Apoſtolos. Matth.3.36, vſque ad finẽ capitis. Et cap.10.1, vſque 7. Mar.3.13, vſque 20. Luc.6.12, vſque 17. 1.

QVũ vidiſſet autem turbas, miſertus eſt illarum, quòd eſſent de-
ſtitutæ, & diſperſæ tanquam oues non habentes paſtorem. Tũc

dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarii verò pauci. Rogate igitur dominum messis vt emittat operarios in messem suam. ᶜFactum est autem in diebus his, exiit, ᵇ& ascendit ᵇᶜin montem ᶜvt oraret: erátque pernoctans in oratione Dei. ᶜEt quum facta esset dies, ᵇᶜcōuocauit discipulos suos ᵇquos voluit ipse, & deuenerūt ad eum. ᶜEt quū elegisset, ex eis ᵇfecit ᵇᶜduodecim ᵇvt essent cum eo, & vt mitteret eos ad prædicandum, & vt haberent potestatem sanandi morbos, & eiiciēdi dæmonia: ᶜᵃquos & Apostolos nominauit: Simonem, ᵇᶜᵃquem & nominauit Petrum, & Andream ᶜfratrem eius: ᵇᶜ& Iacobum *filium* Zebedæi, ᵇᶜ& Iohannē ᵇfratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est Filii tonitrui: ᵇᶜ& Philippū & Bartholomæū: & Matthæum ᵃpublicanū, & Thomam: & Iacobū *filium* Alphæi, & Iudā Iacobi ᵃLebbæum qui cognominatus est ᵃᵇThaddæus: ᵇᶜ& Simonē ᵇCananitam, ᶜqui vocatur Zelotes: ᵇᶜ& Iudam Iscariotam qui ᶜetiā fuit proditor, ᵃᵇ& prodidit ipsum. ᶜEt quū conuocasset duodecim discipulos suos, dedit eis potestatē aduersus spiritus immundos: ita vt eiicerent eos, & sanarēt omnem morbum & omnem languorē. Hos duodecim emisit Iesus, interminatus eis, dicens, In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitatē Samaritanorum ne ingrediamini: sed proficiscimini potius ad oues perditas domus Israelis.

a Porro duodecim Apostolorū nomina sunt hæc, Simon, &c. c & imposuit Simoni nomē Petrus

Docet Apostolos quid facere debeant. Matth. 10.7, II.

Euntes autem prædicate, dicentes, &c. vsque 24.

Docet etiam quid oporteat eos pati. Matth. 10.24, III.

Non est discipulus super magistrum, &c. vsque ad finem capitis.

Descendens de monte, docet in loco campestri de beatitudine. Ex Matth. 11, parte tantum primi versus. IIII.

Et factū est, quū consūmasset Iesus præcipiēs duodecim discipulis suis.

Cui adiunge ex Luca, 6.17.

Descendens cum eis, stetit in loco, &c. vsque 37.

Non esse iudicandum. Luc. 6.37. V.

Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c. vsque ad finem capitis.

Cōpletis verbis suis omnibus, progressus est illinc vt prædicaret. In Capernaū Centurionis absentis seruum verbo curat. Pergit Naim, & adolescentem mortuū suscitat. Luc. 7.1. Et ex Matth. 11, altera tantum parte primi versus, VI.

Istum Centurionē non esse eundem quem Matthæus 8. cap. describit, suprà cap. 36. libri primi huius Elenchi annotatum est.

ᶜPOstquam autem compleuit omnia verba sua in aures populi, ᵃprogressus est illinc vt doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum: ᶜ& intrauit Capernaum, &c. apud Lucam, vsque 18.

Discipuli Iohannis nuntiāt ei de Christo, qui mittit duos vt quærant, Es tu Christus ille venturus, an, &c. Christus commendat Iohānem. Matth. 11.2, vsque 16. Luc. 7.18. vsque 29. VII.

ᶜET nuntiauerunt Iohanni discipuli ipsius de omnibus his. ᵃIohannes autē quū audisset in carcere facta Christi, ᶜcōuocatis ᵃᶜduobus ᶜquibusdam ᵃᶜdiscipulorum suorū, ᶠmisit ᶜad Iesum: ᵃ& ait illi, ᶜdicens, ᵃᶜEs tu

a missis

a dixit Iesu, Es tu

venturus ille, an alium expectamus? ᶜQuum autẽ venissent ad eum viri, dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens, Es tu venturus ille, an alium expectamus? In eadem autẽ hora curauit multos à morbis & flagellis & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum. ᵃᶜEt respondens Iesus dixit illis, Profecti, renũtiate Iohanni quæ ᵃvidistis & audiuistis, ᶜquòd ᵃᶜcæci vident, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui resurgunt, & pauperibus euãgelium annuntiatur: & beatus est quicunque nõ scandalizatus fuerit in me. Quũ autẽ abiissent hi ᶜnuntii Iohannis, ᵃ& proficiscerẽtur, ᵃᶜcœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, Quid exiuistis in desertum? vt videretis arundinẽ vento agitatam? Sed quid exiuistis? vt videretis hominẽ mollibus vestimentis indutũ? Ecce qui ᵃmollia gestant, ᶜ& in vestitu splendido & in deliciis agunt, in ᵉdomibus regum sunt. ᵃᶜSed quid exiuistis? vt videretis prophetã? Vtique dico vobis, & plus quàm prophetam. hic enim est de quo scriptũ est, Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. ᵃAmen dico vobis, ᶜnon surrexit inter natos mulierũ ᶜpropheta ᵃᶜmaior Iohãne Baptista. Attamen qui minor est in regno ᶜDei, maior illo est. ᵃA diebus autẽ Iohannis Baptistæ hucusque, regnũ cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim Prophetæ & Lex vsque ad Iohannẽ prophetauerũt. & si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

a auditis & videtis

e regiis

c Dico enim vobis

c maior inter natos mulierũ proph. Iohan Bap. nemo est.

a cælorum

Populus baptizatur, Pharisæi contemnunt. Comparat eos pueris nec saltãtibus nec plorãtibus. Exprobrat ciuitatibus in quibus plurimas virtutes ediderat. Confitetur patri quòd absconderit prudẽtibus, & reuelauerit paruulis. Matth. 11.16, vsque 20. Luc. 7.29, vsque 35. VIII.

ET omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Iohannis. Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autẽ Dominus, ᵃ Cuinam ᶜergo ᵃᶜassimilabo ᵃhomines generationis huius? ᶜ& cui sunt similes? ᵃᶜSimiles sunt pueris in foro sedentibus & inclamantibus ᵃsodales suos, & dicentibus, Tibia cecinimus vobis, & non saltastis: lugubria cecinimus vobis, & non ᵃplorastis. Venit enim Iohannes ᶜBaptista ᵃᶜneque ᶜpanem ᵃᶜmanducans, neque ᶜvinum ᵃᶜbibens, & ᵃdicitis, Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans & bibens, & dicitis, Ecce homo edax & vini potor, publicanorum amicus ac peccatorum. Et iustificata est Sapientia à filiis suis ᶜomnibus.

a generationem hanc?

a Similis est pueris 1 foris seden.

c inter se

a planxistis

a dicunt

Post hæc lege in eodem Matthæi capite, versu 21,

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, &c. vsque ad finem capitis.

Pharisæus Christum inuitat. Mulier peccatrix vngit Christum. Luc. 7.36, IX.

Rogabat autem illum quidam Pharisæus, &c. vsque ad finem capitis.

Per castella & ciuitates prædicat: mulieres de facultatibus suis ministrant. Veniunt in domum, & iterum cõuenit turba. Liberat dæmoniacum, cæcum & mutum. Cognati

exeunt vt eum comprehēdant. Scribæ dicunt eum per Beelzebul eiicere dæmonia: quibus respondet, Omne regnum in seipsum diuisum desolandum, & peccatum in Spiritum sanctum nunquam remittendum. Matth.12.22, vsque 38. Marc.3.20, vsque 30. Luc.8.1, vsque 4. x.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum ipso, simúlque mulieres aliquæ, quæ erāt sanatæ à spiritibus malis & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant: & Iohanna, vxor Chuzæ, procuratoris Herodis: & Susanna: & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. [b]Et veniunt in domum, & conuenit iterū turba, ita vt non vacaret illis vel panes edere. [a]Tūc adductus est ei dæmoniacus, cæcus ac mutus: & sanauit illum, ita vt cæcus ac mutus, simul loqueretur & cerneret. Et obstupuerūt omnes turbæ, ac dicebant, Num hic est filius ille Dauidis? [b]Et quum audissent cognati eius, exierunt vt comprehenderent eum. dicebant enim, Mente captus est. Et Scribæ qui ab Hierosolymis descenderāt, dicebāt, Beelzebul habet: & per principem dæmoniorum eiicit dæmonia. [a]At Pharisæi quum audissent, dicebant, Hic non eiicit dæmonia, nisi per Beelzebul principem dæmoniorū. Quū nouisset autē Iesus suspiciones illorum, [b]quúmque conuocasset eos, in parabolis [ab]dicebat eis, [b]Quomodo potest satanas satanā eiicere? [b]'Et si regnū aduersus seipsum diuisum fuerit, 'nō poterit stare regnū illud: '& si [ab]ciuitas aut domus aduersus seipsam diuisa fuerit, non poterit stare domus illa. Et si satanas 'insurrexit aduersus seipsum, & diuisus est, nō potest stare, sed finē habet: [a]quomodo igitur stabit regnū eius? Et si ego per Beelzebul eiicio dæmonia, filii vestri per quē eiiciunt? propterea ipsi, vestri erunt iudices. Sin autem ego per Spiritū Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit ad vos regnum Dei. Aut quomodo potest aliquis intrare domū robusti, & vasa eius diripere, nisi prius vinxerit robustū? [b]Non potest quisquam vasa robusti, ingressus in domum illius, diripere, nisi prius robustū vinxerit, & [ab]tūc domum illius diripiet. [a]Qui non est mecum, aduersus me est: & qui non colligit mecū, spargit. Propterea [b]amen [ab]dico vobis, [b]quòd [ab]'omnia remittētur peccata filiis hominum, & blasphemiæ [b]quibus blasphemauerint: [a]blasphemia verò in Spiritum non remittetur hominibus. 'Et quicunque dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur ei: [ab]qui autem dixerit aduersus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, [b]sed obnoxius est æterno iudicio. quia dicebāt, Spiritum immundum habet. [a]Aut facite arborē bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem cariosam, & fructum eius cariosum. nam è fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Bonus homo è bono thesauro cordis expromit bona:

a Omne regnum
a desolatur
a & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit.
a satanam eiicit, aduersus seipsum diuisus est,

a omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus:
b at quisquis blasphemauerit in Spiritū sanctum, non habet remissionē in æternū

& malus homo è malo theſauro expromit mala. Dico autē vobis quòd de omni verbo otioſo quodcunque loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Nam ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Scribis & Phariſæis nõ datur niſi ſignũ Ionæ. Spiritus immundus reuerti ſolet vnde exiuit. Mater & fratres Chriſti dicũtur eſſe qui audiũt verbũ Dei. Matth. 12. 38. x 1.

Tunc interrogauerunt eum quidam, &c. vſque 46.

Quibus annectuntur mox ſequētia apud ipſum Matthæum, verſu 46, vſque ad finem capitis: & Marc. 3. 31, vſque ad finem capitis.

[a]Adhuc autē ipſo loquēte turbis [ab]& ecce [b]veniunt [ab]mater eius & fratres eius, ſtantes foris: & quærētes ei loqui, [b]miſerunt ad eum, euocantes ipſum. [a]Dixit autē quidam ipſi, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes tecum loqui. At ille reſpondens, dixit ei qui nuntiarat ipſi, Quæ eſt mater mea? & qui ſunt fratres mei? [b]Et ſedebat turba circa ipſum: dicebāt autem ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærũt te. Et reſpōdit eis, dicēs, Quæ eſt mater mea? & qui ſunt fratres mei? Et quũ circunſpexiſſet in circuitu circum ſe diſcipulos ſedentes, [a]protenſa manu ſua in diſcipulos ſuos, [ab]ait, Ecce mater mea, & fratres mei. quiſquis enim fecerit voluntatē [b]Dei [a]patris mei qui eſt in cælis, [ab]hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

Egreſſus ad mare docet parabolam de ſeminãte in viam, petroſa, ſpinas, terram bonam. Quærũt diſcipuli quare in parabolis loquatur. Reſpōdet, Vobis datũ eſt, aliis non: veſtri beati oculi. Matth. 13. 1, vſque 12. Mar. 4. 1, vſque 13. Luc. 8. 4, vſque 11. x c 1

[a]IN die autem illo egreſſus Ieſus è domo, ſedebat iuxta mare. [b]Et iterum cœpit docere iuxta mare. [ab]Et congregatæ ſunt ad ipſum turbæ multæ. [c]Quum autem turba plurima conueniſſet, & è ſingulis ciuitatibus aduenirent ad ipſum: [ab]adeò vt ipſe nauē ingreſſus, ſederet [b]in mari: [ab]& vniuerſa turba [a]in littore ſtabat, [b]& iuxta mare in terra erat. [a]Et loquutus eſt eis, [b]ac docebat eos [abc]per ſimilitudines multa: & dicebat [b]eis in doctrina ſua [c]per ſimilitudinē, [b]Audite, [ab]ecce [ac]exiit ſeminator ad ſeminãdũ ſemen ſuũ: & [b]factũ eſt [abc]dũ ſeminaret [c]ille, [abc]quoddã quidē cecidit iuxta viam, [c]& conculcatũ eſt, [abc]& venerunt volucres [bc]cæli, [abc]& comederũt illud. Aliud verò cecidit [c]in petroſa, [ab]vbi non habebat terram multam, & ſtatim exortum eſt, propterea quòd non haberet profunditatem terræ: [ab]ſole autem orto [c]enatum [b]exuſtum eſt, [c]propterea quòd non haberet humorem: [ab]& propterea quòd non haberet radicē, exaruit. [abc]Et aliud cecidit in medium ſpinarũ, & [c]ſimul enatæ [ab]ſuccreuerunt [abc]ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, [b]& fructum non dedit. [abc]Aliud verò cecidit in terram bonam, & [c]enatum [abc]dedit fructum [b]ſuccreſcentem & augeſcentem. Et afferebat [ab]vnum triginta, & vnum ſexaginta, & vnum [abc]centũ. [c]Hæc dicens, clamabat: [b]& dicebat illis, [abc]Qui habet aures ad audiendum, audiat. [a]Et adeuntes diſcipuli, dicebant ipſi, Quare per parabolas loqueris illis? [b]Quũ verò eſſet ſolus, [bc]interrogauerũt eum

a quædam quidem ceciderunt, &c. in plurali omnia.
c ſuper petram,

a quoddam quidē cētum, quoddã verò ſexaginta, quoddã verò triginta.
c centuplum

[c]diſcipuli eius [b]qui circa ipſum erant vnà cum duodecim, de parabola, [c]dicentes, quæ eſſet hæc parabola.[abc] At ipſe reſpódens, dixit[ab] illis,[abc] Vobis datum eſt noſſe 'myſteria regni 'Dei.[ab] illis autem reliquis [b]qui foris ſunt,[a] non eſt datum: [bc]*ſed* per parabolas [b]omnia fiunt: [bc]vt videntes [b]videant, &[bc] non cernant: & audientes [b]audiant, & non [bc]intelligant: [b]nequando conuertantur, & dimittantur illis peccata.

b myſterium
a cælorum

Lege mox ſequentia in Matthæo, verſu 12,

Qui enim habet, dabitur ei, &c. vſque 18.

Interpretatur parabolam ſeminantis, & ait lucerná non abſcondi. Matth, 13.18, vſque 24. Marc. 4.13, vſque 26. Luc. 8, 11, vſque 19. XIII.

[b]ET dicit illis, Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?[a] Vos igitur audite parabolam ſeminantis. [c]Eſt autem hæc parabola, [b]Seminator ille, verbum ſeminat. [c]Semé, eſt verbum Dei.[bc] 'Hi verò ſunt qui iuxta viá [a]ſeminati ſunt, [c]qui audiũt [a]ſermonem regni [b]vbi ſeminatur verbũ, [a]& non intelligunt: & quũ audierint, [c]deinde [b]ſtatim[bc] venit 'ſatanas, &[abc] aufert verbũ [b]ſeminatũ in corde eorum [c]de corde illorum, ne credentes ſaluentur.[ab] Et 'hi ſunt [b]ſimiliter[abc] qui in petroſa [ab]ſemen excipiunt,[abc] qui quum audierint [ab]verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt [ab]illud[c] verbũ:[abc] & hi non habent radicem[ab] in ſeipſis, ſed tẽporarii ſunt, [c]qui ad tempus credunt: [b]deinde [ab]coorta afflictione aut perſequutione propter verbum, ſtatim ſcandalizantur, [c]& in tempore tẽtationis recedunt.[abc] Et hi ſunt qui in ſpinas ſemẽ excipiunt, qui verbum audiunt, & 'ſolicitudines ſeculi huius, & deceptio diuitiarum, [bc]reliquarúmque rerum cupiditates introeuntes [abc]ſuffocant verbum, [ab]& infrugiferum fit, [c]nec fructum perferunt.[abc] Et hi ſunt qui in terram bonam [ab]ſemen exceperunt,[abc] qui audiunt verbum, [a]& intelligunt, [b]& ſuſcipiunt, [c]& in corde honeſto ac bono auditum verbum retinẽt,[abc] & fructificant [c]in patientia, [ab]vnũ triginta, & aliud ſexaginta, & aliud centum. [b]Et dicebat illis, Nunquid lucerna accenditur vt ſubter modium ponatur, aut ſubter lectũ? nónne vt ſuper candelabrum ponatur? [c]Nemo verò quum lucerná accenderit, operit eá vaſe, aut ſubter lectum ponit: ſed ſuper candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.[bc] Neque enim eſt [b]quicquam [bc]occultum, quod non 'manifeſtum fiet: neque [b]factum eſt [bc]ſecretum, [c]quod non cognoſcetur,[bc] '& in propatulum veniet. [b]Siquis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis, [bc]Videte [c]ergo [b]quid, [c]quomodo[bc] audiatis. [b]Qua menſura metimini, metietur vobis, & adiicietur vobis qui auditis.[bc] Quicunque enim habet, dabitur ei: & quicunque non habet, etiam 'quod videtur habere, auferetur ab eo.

c Qui verò iuxta viá, ſũt,
c diabolus
a ille malos
a omnia ſingulari numero legũtur apud Matthæũ
c á ſolicitudinibus & diuitiis ac voluptatibus vitæ eũtes ſuffocantur.
b manifeſtetur
b quod habet

Parabola de ſemine fructificãte herbam, ſpicam, frumentum, deinde meſſis. Parabola de bono ſemine & zizaniis ab inimico ſuperſeminatis. De grano ſinapis. De fermẽto. Sine parabola non loquebatur vulgo. Marc. 4.26, XIIII.

Et dicebat illis, Sic eſt regnum Dei, &c. vſque 30.

Post hæc lege in Matthæo,cap.13.24,

Aliam parabolam proposuit eis,dicens,&c.vsque 31.

Adiunge his mox sequentia,versu 31,vsque 36. Marc.4.30,vsque 35,

[a]Aliam parabolam proposuit eis,dicens, [b]Cui adsimilabimus regnum Dei? aut qua collatione conferemus illud? [a]Simile est regnum cælorum [ab]grano sinapis,[a]quod accipiẽs homo seminauit in agro suo: [b]quod quũ seminatum fuerit in terra,[ab]minimum [a]quidem[ab]est omnium seminum [b]quæ sunt in terra: quũ autẽ seminatũ fuerit, exurgit: [a]quũ autẽ excreuerit,[ab]maximũ [b]omnium [ab]olerũ est:[a]& fit arbor,[b]facítque ramos magnos,[ab]ita vt [a]veniant,[b]& possint sub vmbra eius [ab]volucres cæli nidificare [a]in ramis illius. Aliam parabolã loquutus est illis, Simile est regnũ cælorũ fermento, quod accipiens mulier abscondidit in farinæ satis tribus,donec fermentatum fuit totum. Hæc omnia loquutus est Iesus per parabolas ad turbas. [b]Et talibus parabolis multis loquebatur eis verbũ, prout poterant audire: [ab]sine parabola verò non loquebatur eis. [b]Priuatim autẽ discipulis suis exponebat omnia: [a]vt impleretur quod dictum fuerat per Prophetam,dicentem,Aperiam in parabolis os meũ,eructabo abscondita à constitutione mundi.

Enarrat discipulis parabolam zizaniorũ. Proponit parabolas de Thesauro, Negotiatore,Verriculo. Veniẽte matre,& fratribus,ait eos qui audiunt verbum Dei,esse matrem & fratres eius. Matth.13.36, XV.

Tunc dimissis turbis vênit,&c.vsque 53.

Mox lege ex Luca,8.19,

Venerunt autem ad illum mater,&c.vsque 22.

Discedit illinc. Traiicit, dormit,oritur tempestas.sedat eam verbo.Veniunt in regionem Gadarenorum. Matth.13.53. Marc.4 35, vsque ad finem capitis. & cap.5.1, Luc.8.22,vsque 27. XVI.

De hoc traiectu,déque dæmoniaco liberato,vide lib.primo huius Harmoniæ,cap.39.

[ac]ET factum est [c]in vna dierũ, [a]quum finisset Iesus parabolas has, discessit illinc: [c]& ipse ascendit in nauim, ac discipuli eius, [bc]& dicit illis[b]in illa die quum facta esset vespera, [bc]Transeamus in vlteriorem ripam [c]stagni. [b]Et quum dimisissent turbam,assumunt eum ita vt erat,in naui,[c]ac soluerunt.[b]Et aliæ nauiculæ erant cum illo.[c]Nauigantibus autẽ illis,obdormiuit:[bc]& [c]ingruit procella venti [b]magna [c]in stagnũ: [b]fluctus autem irruebant in nauim, ita vt illa iam impleretur:[c]& complebantur ac periclitabãtur.[b]Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens:&[c]accedentes[bc]excitant[b]eum,[bc]& dicunt,[c]Magister,[c]perimus.[b]nõ est tibi curæ quòd perimus?[bc]Et excitatus, increpauit ventũ[c]& tempestatẽ aquæ,[b]dixítque mari,Tace,obmutesce.Et conquieuit ventus,[c]& cessauerunt,[bc]& facta est tranquillitas[b]magna.[bc]Ait autem illis,[b]Quid timidi estis adeó? [c]vbi est fides vestra? [b]quomodo non habetis fidẽ? Et timuerunt timore magno.[c]Timentes autẽ mirati sunt,[bc]dicebántque inter se,Quísnam hic est,quia [c]& ventis imperat & aquæ,[bc]& ventus & mare obediũt ei?

b oritur

c Præceptor præceptor

Et nauigauerunt,[b]& venerunt in vlteriorē ripam maris, [bc]in regionem Gadarenorum, [c]quæ est contra Galilæam.

Liberat dæmoniacū à legione. Porci suffocantur. Rogatur vt discedat. Liberatus vult sequi: ablegatur domum. Marc.5.2, vsque 21. Luc.8.27, vsque 40. XVII.

[a]EGresso autem eo [b]de naui [c]ad terram, [b]statim [bc]occurrit ei [b]è monumentis [bc]vir quidam è ciuitate [b]in spiritu immundo, [c]qui habebat dæmonia à temporibus multis, [b]qui domicilium habebat in monumentis, [c]& vestimento non induebatur, & in domo non manebat, sed in monumentis: [b]& neque catenis quisquam poterat eum ligare, propterea quòd sæpe cōpedibus & catenis ligatus fuerat, & discerptæ fuerant ab eo catenæ, & compedes fuerāt comminutæ, neque quisquam valuerat eum domare: & semper nocte ac die in montibus & monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus. [bc]Quum vidisset autem Iesum [b]à longe, cucurrit, & adorauit eum, & [bc]clamans [c]procidit ante eum: & [bc]voce magna dixit, Quid mihi tecum est, Iesu fili Dei altissimi? [c]obsecro te, [b]& adiuro te per Deum, [bc]ne me torqueas. [c]Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine: dicebat enim ei, Exi spiritus immunde ab homine. [c]Multis enim temporibus corripuerat illum: & vinciebatur catenis & compedibus, custodiendus, & disrumpens vincula agebatur à dæmone in deserta. [bc]Interrogauit autem illum [c]Iesus, dicens, [bc]Quod tibi est nomen? At ille respondit, [b]dicens, [bc]Legio [b]mihi nomen est, quia multi sumus. [c]quia dæmonia multa intrauerant in eum. [bc]Et rogabant eum [b]multum, ne ipsos emitteret extra regionem: [c]& ne imperaret ipsis vt in abyssum irent. [bc]Erat autem illic [b]iuxta montes [bc]grex porcorum [c]multorum [bc]pascens [c]in monte: [bc]& rogabant eum [b]omnes dæmones, [c]vt permitteret ipsis in illos intrare, [b]dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos ingrediamur. [bc]Et permisit illis [b]statim Iesus. [bc]Et egressi [c]spiritus [b]immundi [c]ab homine, [bc]intrauerunt in porcos, & impetu ferebatur grex per præceps in [c]mare, [c]& suffocatus est, [b]Erant autem ferme bis mille, & suffocati sunt in mari. [c]Videntes autem [bc]qui pascebant [b]porcos, [c]quod factū erat, [bc]fugerunt, ac renūtiauerunt in ciuitatem [b]& in agros. [bc]Et exierunt vt viderent [b]quid esset [bc]quod factum erat: & venerunt ad [c]Iesum: & inuenerunt, [b]& contemplantur [c]hominem illum [b]dæmoniacum [c]à quo dæmonia exierant, [b]sedentem ac [bc]vestitum & sanæ mentis, [b]eum qui habuerat legionem, [c]ad pedes Iesu: [bc]& timuerunt. [c]Nuntiauerunt autem [b]& narrauerunt [bc]illis [c]etiam [bc]ii qui viderant, [b]quomodo accidisset dæmoniaco, [c]& quomodo sanus factus esset qui agitatus erat à dæmoniis: [b]& de porcis. [bc]Et cœperunt orare, [c]& rogauerunt eum omnis multitudo circuniacentis regionis Gadarenorum, [bc]vt abiret [c]ab ipsis [b]de finibus ipsorū:

b magnus
c dæmonia
c stagnum

^c^quia magno timore tenebantur. Ipse verò ascensa naui, reuersus est. ^b^Et quum ascendisset nauim, ^bc^precabatur eum vir ^c^à quo exierant dæmonia, vt esset cum eo. Iesus autem non permisit illum: sed ^c^ablegauit eum, ^bc^dicens illi, Abi, ^c^redi ^bc^in domum tuam ^b^ad tuos: & renuntia ac ^c^narra ^b^illis quanta tibi ^b^Dominus ^c^Deus ^bc^fecerit, ^b^& misertus sit tui. ^bc^Et abiit ^c^per totam ciuitatem, ^bc^& cœpit prædicare ^b^in Decapoli ^bc^quanta sibi fecisset Iesus: ^b^& omnes mirabantur.

c qui à dæmoniis correptus fuerat,

c prædicans

Quũ traiecisset Iesus, congregatur ad eum turba. Iairus petit filiam suam morti vicinam curari. Mulieri Christũ tangenti fluxus sanguinis sistitur. Filia nuntiatur mortua. Christus eam resuscitat. Marc.5.21, vsque ad finem cap. Luc.8.40, vsque ad finem capitis. XVIII.

Vide annotata in XLIII caput primi libri huius Harmoniæ.

^c^FActum est autem quum rediret Iesus, ^b^& traiecisset naui rursus in vlteriorem ripam, congregata est turba multa ad eum: & erat circa mare, ^c^& excepit eum turba: nam omnes expectabant eum. ^bc^Et ecce, venit ^c^vir ^bc^vnus ex principibus synagogæ, ^bc^nomine Iairus: ^bc^& quum vidisset eum, prócidit ad pedes ^b^ipsius ^c^Iesu, ^bc^& orabat eum ^b^multum ^c^vt intraret in domum suam, (quoniam filia vnigenita erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur) ^b^dicens, Filia mea in extremis est: *oro* vt venias, & imponas illi manus, vt salua fiat: & viuet. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa. (^c^Inter eundum autem turbæ ^b^comprimebant ^c^& coarctabant eum. Et mulier ^b^quædam ^bc^obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, ^b^ac multa perpessa à compluribus medicis: ^c^& quæ quum in medicos ^bc^impendisset omnem substãtiam suam, ^c^nec potuisset ab vllo curari, sed magis in deterius venisset: quum audisset de Iesu, ^bc^accedens ^b^in turba, ^bc^à tergo tetigit ^c^fimbriam vestimenti eius. ^b^dicebat enim, Si vel vestimenta eius tetigero, salua ero. ^bc^Et statim ^c^constitit fluxus, ^b^*&* siccatus fuit fons ^b^sanguinis eius: ^b^& sensit corpore quòd sanata esset à flagello. ^bc^Et statim Iesus cognoscens in semetipso eam quæ ex ipso prodierat virtutem, conuersus ad turbam ^ab^dicebat, ^bc^Quis mea tetigit vestimenta? ^c^Negãtibus autẽ omnibus, dixit Petrus, ^b^& discipuli eius ^c^qui cum eo erãt, Præceptor, turbæ te coarctãt & cõprimunt, ^b^*&* vides turbam cõprimentem te, ^bc^& dicis, Quis me tetigit? ^c^Iesus autem dixit, Tetigit me aliquis: ego enim noui virtutem à me exisse. ^b^Et circunspiciebat vt videret eam quæ hoc fecerat. ^c^Videns autem ^b^mulier ^c^quòd non latuisset, ^b^timens & ^bc^tremens, ^b^sciens quid factũ esset in se, ^bc^venit ^b^& accidit ei: quũque accidisset ei, ob quã causam tetigisset eum indicauit ei, ^b^& dixit ei omnem veritatẽ ^c^corã toto populo, & vt sanata fuisset cõfestim. ^bc^At ipse dixit ei, ^c^Cõfide ^bc^filia: fides tua saluauit te: ^b^abi, ^c^vade ^bc^in pace, ^b^& esto sana à flagello tuo.) ^bc^Adhuc eo loquente, ^c^veniunt à principe synagogæ, dicentes ^c^illi, ^bc^Filia

c & ipse princeps synagogæ erat,

b & nihil adiuta fuisset

b vestimẽtum

c Quis est qui me tetigit?

c venit quidã, dicens,

tua mortua est: [b]quid vltrà vexas magistrum? [c]noli vexare magistrum. [c]Iesus autē [b]statim [bc]quum audisset [b]sermonem qui dicebatur, [bc]respondit [c]illi [b]principi synagogæ, [c]dicens, [bc]Ne metuas: tantùm crede, [c]& salua erit. [b]Et non permisit quenquam se consequi, nisi Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem Iacobi. Et venit in domum principis synagogæ. [c]Quum venisset autem in domum, non permisit intrare quēquam, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem puellæ ac matrem. Plorabant autem omnes, & plangebant eam: [b]vidétque tumultum, & plorantes & eiulantes multum, [bc]& ingressus dicit illis, Quid tumultuamini & ploratis? [c]nolite plorare: [b]puella [bc]non est mortua, sed dormit. Et deridebant eum, [c]scientes quòd mortua esset. [bc]ipse autem quum eiecisset [c]foras [bc]omnes, [b]assumit patrem puellæ ac matrem, & eos qui cum ipso erant, & ingreditur eò vbi erat puella iacens: [bc]& apprehēdens manum puellæ, [c]clamauit, [bc]dicēs [b]illi, Talitha cumi, quod est interpretatū, [bc]Virguncula ([b]tibi dico) [bc]surge. [c]Et reuersus est spiritus eius, [bc]& statim surrexit [bc]virgūcula, & ambulabat. Erat enim annorum duodecim. c puella
Et obstupuerunt stupore magno: & interminatus est eis multū ne quisquam sciret hoc: [bc]præcepítque vt illi daretur manducare: [c]& obstupuerūt parentes eius: ipse verò interdixit eis ne cui dicerent quod factū erat. b & dixit

Venit in patriam, docet, stupent, scandalizātur, non ædit virtutes, propter incredulitatem illorū. Accersit duodecim: mittit illos binos. Prædicit nequid tollant in viam. Egressi prædicant & sanant. Matth. 13. 54, vsque ad finem cap. Marc. 6. 1, vsque 13. Luc. 9. 1, vsque 7. XIX.

In hoc capite Marcus & Lucas contraria dicere videntur, nam Marcus dicit, Nisi virgam solùm: Lucas, Neque virgā. Matthæus idem dicit quod Lucas. Verùm Matthæus & Lucas sensisse videntur de virga quam ad defensionem ferre solent viatores: quam prohibet Dominus: Marcus verò de baculo cui incumbunt & innituntur imbecilles iter facientes, quem permittit Dominus.

[b]ET egressus est illinc, & venit in patriam suā, & sequuntur eum discipuli eius. Quum autem venisset in patriam suam, [b]facto sabbatho, [ab]cœpit docere [a]illos [ab]in synagoga [a]ipsorū: [b]& multi audientes, [ab]obstupuerunt, dicentes, Vnde huic [a]sapientia hæc & virtutes? [b]Et quæ est sapientia quæ data est ei, & virtutes tales quæ per manus eius fiūt? [ab]Nónne hic est [b]faber ille, [a]fabri filius, [b]filius Mariæ, frater autē Iacobi & Iosetis & Iudæ & Simonis? [a]nōne mater eius vocatur Maria? & fratres eius, Iacobus & Ioses & Iudas? [ab]Et sorores eius nōnne [a]omnes [b]hîc [ab]apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc omnia? [ab]Et scandalizabātur ob illum. Iesus autem dixit illis, Non est propheta contemptus, nisi in patria sua, [b]& inter cognatos, [ab]& in domo sua. [b]Et non potuit illic vllā virtutem ædere, nisi quòd paucos infirmos, imponens manus, curauit: [a]non ædidit inquā illic virtutes multas, ([b]& mirabatur,) [ab]propter incredulitatem illorum. [b]Et perambulabat vicos circunquaque, docens. Et conuocauit duodecim: cœpítque eos mittere binos. [c]Quum autem conuocasset

a docebat
a ita vt stupuerent, & dicerent,
b hæc omnia?

duodecim, [b]dedit eis [c]potestatem, & [bc]authoritatem [b]aduersus spiritus immundos, [c]super omnia dæmonia, & vt morbos curarent. Et misit eos ad prædicandum regnum Dei,& ad sanandum infirmos.[b]Interdixit auté eis vt nequid tollerent in viá, nisi virgam solúm.[c]Et ait ad illos, Nihil tuleritis in viá, [e]neque virgá,[bc]neque peram,neque[bc]pané,[b]non in zona æs,[c]neque argentum: [b]sed calceamini sandaliis, [e]& ne induamini binis tunicis. [b]Et dixit eis,[be]Vbicunque introieritis in domum,illic manete [be]donec exeatis illinc.[bc]Et quicunque non receperint vos, [b]neque audierint vos,[bce]exeuntes de ciuitate illa,[e]excutite [c]etiam [bc]puluerem qui est sub pedibus vestris, in testimonium [e]aduersus illos. [b]Amen dico vobis,tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicii, quàm ciuitati illi. [c]Exeuntes autem pertransibant per vicos, [b]& egressi prædicabant,[c]euangelizantes [b]vt resipiscerent: & dæmonia multa eiiciebant,& vngebant oleo multos infirmos,[be]curantes [c]vbique.

e fortasse legédum, nisi
e neque duas tunicas haberent
e In quancúque domum introieritis,
e atque illinc exeatis.
b egredientes illinc
e sub pedib' vestris decutite
b illis
b & curabant

Herodes audit famam de Iesu: dicítque Iohannem Baptistam resurrexisse. Referuntur variæ de eo opiniones, & mors Iohannis. Matth.14.1, vsque 13. Marc.6.14, vsque 30. Luc.9.7, vsque 10, xx.

Videntur in recensenda Herodis de Christo opinione nonnihil dissentire inter se tres Euangelistæ: Matthæus enim & Marcus faciunt eum certo asserentem quòd Iohannes surrexerit à mortuis, Lucas autem inducit eum hæsitantem. Quod tamen commode in concordiam redigitur, si cogitauerimus eum primò quidem suspicatum, Iohannem surrexisse à mortuis: sed quum varii varias de Christo, (quem ille Iohánem esse opinabatur) sentẽtias proferrẽt, nonnihil eum commotum fuisse illorum authoritate, quòd crederet eos non sine grauibus argumentis ea dicere quæ dicebant. Postea verò quàm intellexit eos nihil, nisi sua somnia afferre: tum demum, vt fieri solet, cœpit illi suum somnium præ aliis maxime placere, ita vt iam obstinate assereret, Iohannem surrexisse à mortuis. Cæterum hoc loco diligenter est obseruandum quòd Matthæus & Marcus, quomodo Iohannes obtruncatus sit, hic describunt: non quia eodem tempore, quo ea quæ proximè præcedunt, aut sequuntur, sit factum, sed quia hic occasio sese obtulit. Sicut & Lucas carceris eius capite tertio meminit: nó quia tum quũ ea quæ illic scribit, gererẽtur, in carcerem coniectus sit, sed quia tum se occasio obtulit. Solent enim prudentes rerum scriptores, data opera, quædã non quo ordine gesta sunt, narrare, sed tum quũ auditores ea maximo cum fructu, aut affectu, aut admiratione percepturos autumant: ita tamen, vt auditorem, aut lectorem interim non fallant, sed quo tempore ea facta sint, aliqua nota insinuent: id quod vterque Euangelista in hac historia diligẽter fecit, natali Herodis nominata. Quáquam si diligenter inspicias, obseruabis etiam famam de Iesu iam olim ad Herodẽ peruenisse, scilicet tum quũ Herodiani & Pharisæi propter manum aridam sabbatho restitutam, Christo insidiarentur, & ille ob hoc ipsum paulatim secederet. Id enim Matthæus subindicat, sic incipiẽns, Et in illo tẽpore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu. Quoties enim dicit, In illo tempore: non id in quo tũ narrãdo proximè versatus est, indicat: sed aliud paulo superius.

[a]IN illo tempore [abc]audiuit [b]rex [abc]Herodes [a]tetrarcha famam Iesu,[c]& quæ fiebant ab eo omnia: [b](clarum enim factum erat nomen eius,) [c]& hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdam quòd Iohannes surrexisset à mortuis: à quibusdam verò, quòd Helias apparuisset: ab aliis verò, quòd Propheta quispiam ex antiquis surrexisset. Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis autem est iste de quo ego audio talia? Et quærebat videre eum.[a]Et dicit[a]famulis suis, Hic est Iohánes Baptista:

ᵃis ipse ᵇIohannes qui baptizabat, ᵃᵇà mortuis surrexit: & propterea virtutes agunt in illo. ᵇAlii dicebant, Helias est. Alii autẽ dicebant, Propheta est, aut tanquã vnus ex Prophetis. Audiens autẽ Herodes ait, Quem ego decollaui, Iohannes, hic est: ipse surrexit è mortuis. ᵇIpse enim Herodes ᵇᶜmiserat, ac manus iniecerat in Iohannem, & vinxerat eum, ᵃ& posuerat ᵃᵇin carcerẽ, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, ᵇquia eam duxerat. ᵃᵇDicebat enim ᵃipsi ᵇHerodi ᵃᵇIohannes, Non licet tibi habere ᵃipsam, ᵇvxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, ac volebat eum occidere, & non poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & obseruabat eum, auditóque eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. ᵃEt volens eum occidere, metuebat multitudinem, quia sicut Prophetã eum habebant. ᵇEt quum accidisset dies opportunus, ᵃquum natalitia celebrarẽtur Herodis, ᵇquando Herodes in natalitiis suis cœnam faciebat magnatibus ac tribunis & primoribus Galilææ: & ingressa esset ᵃᵇfilia ipsius Herodiadis, ac saltasset ᵃin medio, ᵃᵇplacuissétque Herodi ᵇac simul accũbentibus, dixit rex virgunculæ, Pete à me quodcunque vis, & dabo tibi. Et ᵃiurauit illi, Quodcunque à me petieris, dabo tibi, vsque ad dimidium regni mei. At illa egressa dixit matri suæ, Quid petam? Illa autẽ dixit, Caput Iohannis Baptistæ. ᵃAt illa impulsa à matre sua, ᵇ& ingressa statim cum festinatione ad regem, petiuit, ᵃᵇdicens, ᵃVolo vt mihi des hîc ᵇprotinus ᵃᵇin disco caput Iohannis Baptistæ. Et ᵃdolore affectus est rex: propter ᵃtamen ᵃᵇiuramentũ & simul accumbentes, ᵇnoluit eam reiicere: & statim mittens spiculatorem, ᵃiussit ᵇinferri caput eius, ᵃ& dari ei. ᵃᵇAt ille abiit, ac decollauit ᵇipsum ᵃIohannem ᵃᵇin carcere, ᵃ& attulit caput eius in disco, & dedit ᵇillud ᵃᵇvirgunculæ, & ᵇvirguncula ᵃᵇᵃdedit ᵇillud ᵃᵇmatri suæ. ᵇAudientes autem ᵃᵇ& accedentes discipuli eius, sustulerunt ᵃcadauer ᵇeius, & posuerunt illud in monumento, ᵃac sepelierunt illud, & venerunt & renuntiauerunt Iesu.

a quum cepisset Iohannẽ, vinxerat

a Iuramento promisit

a Da mihi,

a indoluit

a Et misit

a & allatum est caput eius in disco, & datum est

a attulit

a corpus

Iesus secedit. Apostoli renũtiant quid egerint. Seuocat eos ad requiem. Venit nauigio in desertum locum Bethsaidæ. Sequuntur turbæ: miseretur earũ: sanat & docet. Vespere facto hortatur eum discipuli vt turbam dimittat ad quærendum cibũ. respondet, Date eis vos. Matth.14.13. vsque 18. Marc.6.30. vsque 38. Luc.9.10. vsque ad hæc verba 14 versus, Ait autem, &c. Iohan.6.1. vsque 5. XXI.

ET quum audisset Iesus, secessit illinc: ᶜ& reuersi ᵇcongregantur ᵇᶜApostoli ᵇad Iesum, & ᵇᶜrenũtiauerunt ei ᵇomnia & ᵇᶜquæ egissent ᵇ& quæ docuissent. Et ait illis, Venite vos soli seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & abibant multi, & ne ad edendum quidem eis vacabat. ᶜEt assumens illos secessit, ᵇ& ᵈpost hæc ᵇᵈabiit ᵈIesus ᵃᵇᶜin naui seorsim, in desertum locum ᶜciuitatis vocatæ Bethsaida, ᵈtrans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. ᵇEt viderunt eos abeuntes turbæ, & agnouerũt eum multi. ᶜTurbæ igitur quum cogno-

c narrauerunt

a In naui, in desertum locum seorsim

uiſſent, [a]& audiſſent, [ac]ſequutæ ſunt eum, [ab]& itinere pedeſtri ex [b]omnibus [ab]ciuitatibus [b]concurrerunt illuc, & præuenerunt illos. [d]Sequebatur inquam eum turba multa, quia videbãt eius ſigna quæ faciebat ſuper infirmos, [b]& conuenerunt ad eum. [ab]Et egreſſus Ieſus vidit multam turbam, & miſerebatur ſuper illis: [b]quia erant velut oues non habentes paſtorem. [c]Et excipiens illos, [b]cœpit docere illos multa: [c]& loquebatur eis de regno Dei. Et eos quibus opus erat, ſanabat, [a]& curabat languidos illorum. [d]Subiit autem in montem Ieſus, & illic ſedebat cum diſcipulis ſuis. (erat autẽ propè Paſcha, feſtum Iudæorum) [c]dies autem cœperat declinare. [a]Veſpera igitur [b]& iam hora multa [ab]facta, [abc]accedentes ad eum diſcipuli eius [c]duodecim, [abc]dicunt ei, [ab]Deſertus eſt locus, & hora iam [ab]plurima [a]præteriit: [abc]dimitte turbas, vt abeuntes [bc]in circũiacentes agros [abc]& vicos, [c]diuertãt, [ab]& emant ſibi [b]panes [a]& cibaria, [c]& inueniant cõmeatum: [b]quod enim edant, nõ habent. [c]quia hîc in loco deſerto ſumus. [ab]At Ieſus reſpondens [abc]ait illis, [a]Non opus habent vt abeant: [abc]date illis vos quod edant. [ac]Et illi dicunt ei, [a]Nõ ſunt nobis [a]hîc plures [ac]quàm quinque panes & duo piſces: [c]niſi nos profecti emamus [c]in omnem hunc populum cibaria. [b]Euntes *igitur* emamus ducentis denariis panes, & demus illis ad edẽdum. [c]Erant enim ferè viri quinquies mille.

a Non habemus hic niſi quinque

Videns turbas, tentat Philippum. Quinque panibus & duobus piſcibus paſcit 5000 homines. Volunt eum regem facere. Iohan. 6. 1, vſque ad hæc verba 15 verſus, Fugit iterũ, &c. Matth. 14. 18, vſque 23. Mar. 6. 38, vſque 46. Luc. 9. 14. vſque 17. XXII.

[d]QVũ ſuſtuliſſet ergo Ieſus oculos, & vidiſſet quòd multa turba veniret ad ſe, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt edant hi? Hoc autẽ dicebat, tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus, Ducentorũ denariorũ panes non ſufficiũt eis, vt vnuſquiſque illorũ puſillum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ipſius, Andreas frater Simonis Petri, Eſt puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſũt inter tã multos? [b]At ille dicit eis, Quot panes habetis? abite & videte. Et quum cognouiſſent, dicũt, Quinque, & duos piſces. [a]Ille verò dixit, Afferte mihi eos huc. [ab]Et præcepit [b]illis vt [a]turbas [ab]diſcũbere facerẽt [b]omnes diſtributas in conuiuia, [ab]in viridi gramine. [cd]Ait inquam [d]Ieſus [c]ad diſcipulos ſuos, [d]Facite vt homines diſcumbant, [c]& recumbere facite illos cateruatim, quinquagenos. [c]Et fecerunt ita ([d]erat autem gramen multum in eo loco) [c]& diſcumbere fecerunt omnes. [bd]Diſcubuerunt [d]ergo [b]diuiſi in viridaria, centeni & quinquageni: [d]viri, numero fermè quinquies mille. [abcd]Quum accepiſſet [bd]autẽ [abc]quinque panes Ieſus, [abc]& duos piſces, ſuſpiciens in cælum benedixit [c]illos: [d]& quum gratias egiſſet, [bc]fregit [b]panes: [a]& quum fregiſſet, [abcd]diſtribuit diſcipulis [b]ſuis [a]panes, [b]vt apponerent turbæ. [ad]Diſcipuli verò *diſtribuerunt* [d]diſcumbentibus [a]tur-

a ſuper gramina

bis: [d]similiter & ex piscibus quantum volebant, [b]& duos pisces diuisit omnibus. [abc]Et comederűt [ab]omnes, [abc]& saturati sunt [c]omnes. [d]Vt autem impleti fuerunt, dicit discipulis suis, Colligite quæ supersunt fragmenta, nequid pereat. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinque panibus hordeaceis, [abcd]quæ superfuerűt iis [d]qui comederant: [b]& de piscibus: [abc]& sustulerunt. [ab]Qui verò comederãt, fuêre viri ferme quinquies mille, [a]præter mulieres ac pueros. [d]Homines ergo illi quum vidissent signum quod fecerat Iesus, dicebant, Hic est verè Propheta ille qui venturus est in mundum. Iesus ergo quum cognouisset quòd venturi essent ac rapturi ipsum vt facerent eum regem, [ab]statim coegit discipulos suos conscendere nauim, & præcedere [a]se [ab]in vlteriorem ripam, [b]Bethsaidam versus, [ab]donec ipse dimitteret [c]turbas. b turbam

Cogit discipulos in nauim. Dimittit turbas. Secedit in montẽ vt oret. Tempestas oritur. Ambulat super mare: discipuli putant spectrum esse. Iubet eos cõfidere. Petrus ab eo vocatus incipit mergi. Ingressis illis in nauim, quiescit ventus. Adorant eum. Nauis appulit terræ. AEgroti sanantur. Matth. 14. 23, & Marc. 6. 46, vsque ad finẽ capituli. Iohan. 6. 15, vsque 21. XXIII.

ET quum dimisisset turbas, [b]quúmque vale dixisset eis, [bd]secessit [d]iterum, [a]& ascendit [abd]in montem [a]seorsim [d]ipse solus [ab]ad orandum: b abiit vespera autẽ facta, [a]solus erat illic. [d]Vt autem vespera facta fuit, descenderunt discipuli eius ad mare: & quum cõscendissent nauim, venerunt traiecto mari Capernaum. Iámque tenebræ erant, nec venerat ad eos Iesus: ac mare vento magno flante intumescebat. [ab]Nauis autẽ [a]iam [ab]in medio maris erat, [a]laborans à fluctibus: [b]& ipse solus in terra, & vidit eos laborantes in remigando: [ab]erat enim ventus contrarius [b]eis. [ab]Et circa quartam vigiliã noctis [a]abiit, [b]& venit [ab]ad eos [a]Iesus, [ab]ambulans super mare. a Quarta autẽ vigilia [d]Quum remigassent ergo ferme stadia vigintiquinque aut triginta, vident Iesum ambulantem super mare, & prope nauem euntem, [b]& volebat præterire eos. [ab]At quum vidissent eű [b]discipuli [ab]super mare ambulãtem, [b]opinati sunt spectrű esse, [a]ac præ metu [ab]exclamauerunt: [b]omnes enim eű viderűt, [d]& timuerűt, [ab]ac turbati sunt, [a]dicẽtes, Spectrű est. [ab]Statim autem loquutus est cum eis [a]Iesus, [abd]& dicit eis, [ab]Cõfidite: [abd]ego sum, nolite timere. [a]Respődens autem illi Petrus dixit, Domine, si tu es, iubeto me ad te venire super aquas. At ille dixit, Veni. Et quum descendisset è naui Petrus, ambulabat super aquas, vt iret ad Iesum: videns autẽ ventum validum, timuit: & quum cœpisset demergi, clamauit, dicens, Domine, salua me. Statim autẽ Iesus extendens manű, apprehendit eű, & dixit ei, Paucifide, quare dubitasti? [d]Voluerunt ergo accipere eum in nauim, [b]& ascendit ad illos in nauim: [a]ingressis autem illis in nauim [ab]conquieuit ventus. [a]Qui verò erant in naui, accedentes adorauerunt eum, dicentes, Verè Dei filius es. [b]Et vehementer supra modum intra se stupebant, & admirabantur. (Non enim intellexerant de

panibus:nam erat cor eorum obcæcatum)[a]statímque nauis appulit terræ ad quam tendebant.[ab]Et quum traiecissent, venerunt in terram Genesareth;[b]& appulerūt.[b]Quúmque egressi essent è naui, cōtinuò [ab]quū agnouissent eum [a]viri loci illius, emiserunt [b]percurrentes totam circunjacentem illam regionem, & cœperunt in grabbatis malè habētes circunferre eò vbicunque audierant illum esse. Et quocunque introibat in vicos, aut ciuitates, aut villas, in plateis ponebant infirmos: [a]& attulerunt ei omnes malè habētes,[ab]& rogabant eū vt [b]vel[a]solùm [ab]fimbriam vestimenti eius tangerēt: & quotquot [a]tetigerunt [b]eum, [ab]salui facti sunt.

b tangebant eum, salui fiebant

Postero die turba interrogat, Rabbi quomodo huc venisti? Hortatur eos vt quærant cibum manentem in vitam æternam. & ait, opus Dei esse vt credamus, & se esse panem vitæ. Iohan. 6. 22. XXIIII.

Altera die, turba quæ stabat, &c. vsque 46.

Carnem suam esse cibum, & sanguinem suū esse potum. Discipuli aiunt, Durus est hic sermo. Petrus dicit, Verba vitæ æternæ habes. Iohan. 6. 47. XXV.

Amen amen dico vobis, &c. vsque ad finem capitis.

Pascha tertium à baptismate Christi.

Iesus versatur in Galilæa, quòd Iudæi quærerent eum interficere. Scribæ & Pharisæi quærunt quare Discipuli illotis manibus manducando, transgrediantur traditiones seniorum. Christus obiicit eis dictum Esaiæ & quòd traditionibus tollant mandata Dei. doeétque nihil ingrediens in os, coinquinare hominem. Iohan. 7. 1. Matth. 15. 1, vsque 12. Marc. 7. 1, vsque 17. XXVI.

Quòd in hoc capite vaticinium Esaiæ de hypocritis bis insertū conspicitur, non solùm ideo factum est ne aut ordo periodorum in Euangelistis sine causa turbaretur, aut testimonium illud ex alterius verbis omnino eximeretur: verumetiam quia vulgatissimum argumētandi genus est, idémque efficacissimum, si quod docere vis, primum proponas: deinde, si in dubium vocetur, idoneis argumentis probes: & tum demum repetas, ac animis auditorum penitus infigas: id quod Christus hoc loco quoque fecit. Primū enim proponit, Esaiam bene de illis hypocritis vaticinatū esse. quod quia parati erāt negare, duabus rationibus probat, ad illos proprie pertinere: quia scilicet traditiones hominum sectarentur, & quia mandata Dei contemnerent: & vtráque probat exemplis adductis quæ negari non poterant. Deinde infert cōclusionem, vt dialectici loquuntur, quæ est prima propositio repetita, quam expediebat diligenter inculcari: dicitque, Bene, inquam, de vobis vaticinatus est Esaias, &c.

[a]POst hæc versabatur Iesus in Galilæa: non enim volebat in Iudæa versari, quia quærebant eum Iudæi interficere.[a]Tunc[ab]accedunt ad eum [ab]Pharisæi, & quidam de Scribis qui venerant ab Ierosolymis.[b]Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus (id est illotis) comedere panes, incusabant. Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non comedunt, tenētes traditionem seniorum. Et à foro venientes, nisi loti fuerint, non comedunt. Et alia multa sunt quæ susceperunt tenēda, nempe lotiones poculorum & vrceorum & æramentorum & lectorū. Deinde interrogant eum Pharisæi & Scribæ, [a]dicentes, [ab]Quare discipuli tui [b]non ambulant iuxta traditionem seniorum? [a]non enim abluunt manus suas quando panem comedunt.

a ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi.

a transgrediuntur traditionē seniorū, b sed illotis manibus comedūt panē?

[ab]At ille respõdens dixit eis, [a]Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? [b]Benè vaticinatus est Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me: frustra autem colunt me, docẽtes doctrinas mandata hominum. Omittentes enim mãdatum Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones vrceorum & poculorum: aliáque similia huiusmodi multa facitis. Et dicebat illis, Bene reiicitis mandatum Dei, vt traditionem vestram seruetis. [a]Deus enim mandauit, ([b]Moses quippe dixit,) [ab]Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit pàtri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, 'Si dixerit homo pa- [a] quicunque dixerit pa.
tri vel matri, Corbana (id est [ab]dono) quodcunque ex me, iuuaberis. [b]Et non finitis eum vltrà quicquam facere patri suo vel matri suæ: [a]& non honorabit patrem suum aut matrem suã. [ab]'Et irritũ fecistis mandatum [b] irritum facientes
Dei 'traditione vestra [b]quam tradidistis: & similia huiusmodi multa fa- [a] per traditionẽ vestram
citis. [a]Hypocritæ, bene vaticinatus est de vobis Esaias, dicens, Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat: cor autem eorum longè abest à me: frustra autẽ colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum. [ab]Et quum conuocasset [b]totam [ab]turbam, dixit eis, Audite [b]me omnes, [ab]& intelligite: [a]Non quod intrat in os, inquinat hominem: sed quod egreditur ex ore, hoc inquinat hominẽ. [b]Nihil est extra hominem, introiens in eum, quod possit eum inquinare: sed quæ egrediuntur ab eo, illa sunt quæ inquinãt hominem. Siquis habet aures ad audiendum, audiat.

Discipuli indicant Pharisæos scandalizatos. Petrus & discipuli interrogant de parabola. Matth.15.12, vsque 21. Marc.7.17, vsque 24. XXVII.

[a]TVnc accedentes discipuli eius, dixerunt illi, Nosti quòd Pharisæi audientes sermonem hunc, scandalizati sunt? At ille respondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Omittite illos, duces sunt cæci cæcorum: cæcus autem cæco si dux fuerit, ambo in foueam cadent. [b]Et quum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius de parabola. [a]Respondens autem Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolã istam. [ab]Et Iesus ait [b]illis, Siccine [a]adhuc [ab]etiam vos intelligentia caretis? Nondum intelligitis quòd omne [b]foris [ab]introiens 'in hominem, [b]non potest eum inquinare? quia non [a] in os
intrat eius cor, sed [ab]in aluum [a]abit, [ab]& in secessum 'eiicitur, [b]expurgans [b] egreditur
omnes escas. Dicebat autem, Quod ab homine egreditur, illud inquinat hominem: [a]at ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa inquinant hominẽ. [b]'Ab interioribus [ab]enim de corde [b]hominum [ab]cogitationes malæ egrediuntur, adulteria, stupra, homicidia, furta, [a]falsa testimonia, [b]auaritiæ, fraudes, dolus, impudicitia, oculus inuidus, [ab]conuitia, [b]superbia, stultitia. Omnia [ab]hæc [b]mala ab interioribus [a] De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c.

egrediuntur, & [ab]inquinant hominem. [a]At verò illotis manibus manducare, non inquinat hominem.

Seceſſit in confinia Tyri & Sidonis, & liberat filiam Cananææ ſiue Syrophœniſſæ dæmonio. Matth.15.21,vſque 29. Marc.7.24,vſque 31. XXVIII.

a in partes [b]ET inde ſurgens,[a]ac egreſſus illinc Ieſus ſeceſſit [b]& abiit [ab][a]in confinia Tyri & Sidonis. [b]Et ingreſſus in domū, neminem voluit ſcire: [ab]& ecce [b]non potuit latere. Quum audiſſet enim [ab]mulier [a]Cananæa,à finibus illis egreſſa, [b]de eo,cuius filiola habebat ſpiritum immundum, venit,& accidit ad pedes eius(erat autem mulier Græca Syrophœniſſa genere) [a]& clamabat ad ipſum, [b]rogauítque eū vt dæmonium eiiceret de filia ſua,[a]dicens, Miſerere mei Domine,fili Dauid:filia mea miſerè à dæmonio agitatur.Ipſe autem non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogauerunt eū, dicentes, Dimitte illam,quia clamat poſt nos.At ipſe reſpondens dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſraelis. Illa verò venit & adorauit eum,dicens, Domine,iuua me. [ab]Ipſe autem Ieſus reſpondens, dixit [b]ei,Sine prius ſaturari filios. [ab]Non enim honeſtum eſt ſumere panem filiorum,& proiicere catellis.At illa [b]reſpondit,& [ab]dicit ei,Etiam Domine. nam & catelli [b]ſub menſa [ab]comedunt de micis filiorum [a]quæ cadunt de menſa dominorū ſuorum. [ab]Et tunc reſpondens Ieſus dixit ei,[a]O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.[b]Propter iſtum ſermonem abi:exiuit enim dæmonium à filia tua. [a]Et ſanata fuit filia eius ab hora illa. [b]Et quum deueniſſet in domum ſuá, inuenit dæmoniū exiuiſſe, & filiam iacentem ſuper lectum.

Diſcedit ad mare Galilææ, & curat ſurdum impeditæ linguæ. In illis diebus ſedit in monte,& curauit variis morbis & cladibus obnoxios. Matth.15.29.vſque 32.Marc. 7.31,vſque ad finem capitis. XXIX.

a iuxta [b]ET rurſum egreſſus [a]& diſcedens illinc Ieſus [b]de finibus Tyri & Sidonis,[ab]venit [a]ad mare Galilææ[b]per medios fines Decapolis:& adducunt ei ſurdum impeditæ linguæ, & deprecantur eum vt imponat illi manum. Et quum abduxiſſet eum de turba ſeorſim, miſit digitos ſuos in aures eius: & ſputo emiſſo tetigit linguam eius,ac ſuſpiciens in cælum ingemuit, & dicit ei, Ephphata, quod eſt aperitor. Et ſtatim apertæ ſunt eius aures, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius,ac loquebatur rectè.Et interminabatur illis vt nemini dicerent:quanto autem ipſe illis interminabatur magis,tanto amplius prædicabāt,& ſupra modum ſtupebant,dicentes, Bene omnia fecit, & ſurdos facit audire, & mutos loqui.[ab]In illis autē diebus [a]aſcendit in montē,& ſedebat illic. Et acceſſerunt ad eū turbæ multæ,habētes ſecum claudos, cæcos,mutos,mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Ieſu: & curauit eos, adeò vt turbæ mirarentur,quum viderent mutos loqui,mutilos eſſe ſanos,claudos ambulare,cæcos videre:& glorificabant Deum Iſraelis.

Saturat ſeptem panibus & paucis piſciculis 4000 hominum. Phariſæis nō datur niſi

signum Ionæ. Matth.15.32, vsque ad finem capitis. Et cap.16.1, vsque 5. Marc.8.1, vsque 13. XXX.

[a] IEsus autem [b] quum turba quamplurima esset, & non haberẽt quod
manducarẽt, [ab] cõuocatis ad se discipulis suis, dicit eis, Misericordia
moueor erga turbam: quia iam triduum permanent apud me, & non
habent quod mãducent: [a] & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in
via: [b] si enim dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: qui-
dam enim ex eis è longinquo venerunt. Et responderunt [a] & dixerunt
[ab] ei discipuli eius, [b] Vnde istos poterit quis hîc saturare panibus in solitu
dine? [a] Vnde nobis in solitudine panes tam multi, vt saturent turbã tan-
tam? [b] Et interrogauit eos, [a] & dicit eis Iesus, [ab] Quot panes habetis? At
illi dicunt, Septem, [a] & paucos pisciculos. [ab] Et 'iussit turbas discumbere b denunciauit turbæ
in terram. Et acceptis septẽ panibus, [a] ac piscibus, [ab] quum gratias egisset,
fregit, & dedit discipulis suis [b] vt apponerẽt: [ab] & discipuli [b] apposuerunt
[ab] turbæ. [b] Habebant autẽ pisciculos paucos: & quum benedixisset, iussit
apponi & illos. Comederunt autem [a] omnes, [ab] & saturati sunt. Et sustu-
lerunt 'quod supererat fragmẽtorum septem sportas [a] plenas. [ab] At ii qui b reliquias
comederant, erant [b] ferè quater mille [a] viri, præter mulieres & pueros.
[b] & dimisit illos. [a] Quúmque dimisisset turbas, [b] statim [ab] ingressus est in
nauim [b] cũ discipulis suis: [ab] & venit [a] in fines Magdala [b] in partes Dalma-
nutha. Et egressi sunt Pharisæi, cœperúntque disputare cũ ipso. [a] Quúm
que accessissent Pharisæi & Sadducæi, [b] quærentes ab eo signum de cæ
lo, [ab] tentantes [a] rogabant eum vt signum è cælo ostenderet eis. At ipse
respondens dixit eis, Vespera facta dicitis, Serenitas erit: nã rubet cæ-
lum. Et mane, Hodie tempestas erit: rubet enim cælum triste. Hypocri-
tæ, faciem cæli scitis diiudicare, signa verò temporum non potestis? Ge
neratio praua & adultera signum requirit. [b] Et quum ingemuisset spiri-
tu suo, dixit, Cur generatio hæc signum requirit? Amen amen dico vo
bis, [ab] 'non dabitur ei signum [a] nisi signum Ionæ prophetæ. [ab] Et 'relictis b si dabitur b dimissis
illis, [b] ingressus rursus nauim, [ab] abiit [b] in vlteriorem ripam.

Iubet cauere à fermento Pharisæorum, & obiurgat non intelligentes. Venítque Bethsaidã, & cæco visum restituit. Matth.16.5, vsque 13. Marc.8.13, vsque 27. XXXI.

[a] ET quum venissent discipuli eius in vlteriorem ripam, [ab] obliti fue-
rant panes accipere: [b] & præter vnum panem non habebant secum
in naui. Et [a] Iesus [ab] interminabatur [b] eis, dicens, [ab] Videte & cauete à fer-
mento Pharisæorum [a] & Sadducæorum, [b] & à fermento Herodis. [ab] Et
illi disputabant [a] inter se [b] alius ad aliũ, [ab] dicentes, Panes non 'accepimus. b habemus.
[ab] Quum cognouisset autem Iesus, dixit eis, Quid disputatis [a] inter vos,
paucifidi, [ab] quòd panes non 'accepistis? Nondũ animaduertitis [b] neque b habetis?
intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor vestrũ? oculos habentes non
cernitis? & aures habẽtes non auditis? [ab] 'Neque memoria tenetis [b] 'quin b Non b quũ quinque panes fregi in quinque millia,
que panes quinque milium, [ab] & quot cophinos [b] plenos fragmentorum

a acceperitis? b quum septẽ panes in quatuor milia, a quot sportas sust.

[ab]ʹsustuleritis?[b] Dicũt ei, Duodecim.[ab] Neque ʹseptem panes quatuor milium, & ʹquot sportarũ [b]complementa ex fragmentis [ab]sustuleritis?[b] At illi dixerunt, Septem. Et dicebat eis,[ab] Quî fit vt non intelligatis [a]quòd non de pane dixerim vobis, Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerunt quòd non iussisset cauere à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.[b] Et venit Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogant ipsum vt illum tangeret. Et apprehẽdens manum cæci, eduxit illum extra vicum: & quum expuisset in oculos illius, imposuissétque illi manus, interrogauit eum siquid videret: & recepto visu dicebat, Video homines, quippe velut arbores cerno ambulantes. Deinde rursus imposuit manus super oculos illius, & fecit illũ denuo respicere: & restitutus est, & perspexit dilucidè omnes: & ablegauit illum in domum suam, dicens, Neque in vicũ ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico.

Venit in partes Cæsareæ Philippi. Orat priuatim, & interrogat, Quem dicunt homines esse filium hominis? item, Quem autem vos? Respondet Petrus, Tu es Christus filius Dei viui. Dicit ei Iesus, Beatus es, &c. Tibi dabo claues. Vetátque necui indicent. Prædicit passionem suam. Matth. 16. 13, vsque 24. Marc. 8. 27, vsque 34. Luc. 9. 18, vsque 23. XXXII.

a veniens autem
a in partes Cæs.
a Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis?
c turbæ
a aut vnum

[ab]ET ʹegressus est Iesus [b]& discipuli eius [ab]ʹin vicos Cæsareæ Philippi:[c] & factum est, quum esset ipse priuatim orans, erát cũ illo discipuli,[b] & in via [abc]interrogauit [c]ipsos [ab]discipulos suos, [abc]dicẽs illis, ʹQuem me dicunt homines esse? [a]At illi [bc]respondentes [ac]dixerunt, [a]Alii quidem [abc]Iohannem Baptistam: alii autem Eliam: [a]alii autem Hieremiam, [ab]ʹalii verò [b]vnum ex Prophetis, [c]quòd Propheta quispiam ex antiquis surrexerit. [b]Et ipse [abc]dicit illis, Vos autẽ quem me dicitis esse? Respondens autẽ [a]Simon [abc]Petrus dixit ei, [c]Christum Dei: [abc]Tu *enim* es Christus [a]filius Dei viui. Et respondeus Iesus dixit illi, Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Et ego verò tibi dico quòd tu es Petrus, & super hanc petrá ædificabo meam ecclesiam, & portæ inferorũ non præualebunt illi. Et dabo tibi claues regni cælorũ: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid solueris in terra, erit solutum & in cælis. Tunc interminatus est discipulis suis,[bc]& comminatus, [c]denuntiauit [bc]illis, [abc]vt nemini dicerent [c]hoc [b]de ipso, [a]quòd ipse Iesus esset Christus.[ba] Et ex eo tempore [ab]cœpit [a]Iesus indicare discipulis suis, [b]*&* docere illos, [c]dicens [abc]quòd oporteret [bc]ʹFiliũ hominis [a]abire Hierosolymam, & [abc]multa pati:[bc]& reprobari [abc]à senioribus & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & ʹtertia die resuscitari.[ab] Et prehendens eũ Petrus, cœpit increpare ipsum, [a]dicens, Propitius tibi sis, Domine: nequaquá erit tibi hoc. [ab]At ille conuersus, [b]& intuitus discipulos suos, [ab]ʹincrepauit Petrum, dicens, Abi post me satana: scandalum mihi es, [ab]quia non sapis quæ Dei

a ipsum
b post tres dies resurgere.
a dixit Petro

ſunt, ſed quæ ſunt hominum.

Siquis vult venire poſt me, tollat crucẽ ſuam. Quidá ex hic ſtátibus videbũt regnum Dei. Matth.16.24, vſque ad finem capitis. Marc.8.34, vſque ad finẽ capitis. Et cap. 9.1, vſque 2. Luc.9.23, vſque 28. XXXIII.

[a]TVnc Ieſus [b]quum cõuocaſſet turbam vnà cum diſcipulis ſuis, [ab]dixit [b]ipſis [a]diſcipulis ſuis: ([c]dicebat autẽ ad omnes, [abc]Siquis vult [c]venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuá [c]quotidie, [abc]ac ſequatur me. Quicunque enim voluerit animam ſuam ſaluare, perdet illam. Quicunque verò perdiderit animam ſuá propter me [b]& Euangelium, hic [a]inueniet [bc]ac ſaluabit eá. Quid enim profecerit homo, [abc]ſi lucretur mundum vniuerſum, [c]& animam ſuam amiſerit? [ab]Aut quod dabit homo pretium pro anima ſua? [bc]Quęcunque enim puduerit mei ac meorum ſermonum [b]in generatione hac adultera & peccatrice, [c]huius [b]etiam Filium hominis pudebit [bc]quando venerit in gloria [c]ſua & [bc]patris ſui, & cum ſanctis angelis. [a]Futurum eſt enim vt Filius hominis veniat in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique iuxta facta ipſius. [b]Et dicebat eis, [ab] [c]Amẽ dico vobis, Sunt quidá [b]inter [abc]hîc ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec videát [bc]regnum Dei [b]veniſſe cum virtute.

b me ſequi, abn.

c ſeipſum autẽ perdat, aut iacturá ſuipſius faciat?

c Dico autem vobis verè, Sunt

a Filium hominis venientem in regno ſuo.

Poſt hos ſermones, ferè dies octo, aſcendit in montem vt oret. Seuocat Petrum, Iacobum, & Iohannem: ſubducit eos in montem, & transformatur. Apparent Moſes & Elias, loquũtur de exceſſu eius. Vox Patris auditur, Hic eſt filius meus. Vetat necui dicant. Ait Iohannem eſſe Eliam. Matth.17.1, vſque 14. Marc.9.2, vſque 14. Luc. 9.28, vſque 34. XXXIIII.

Torſit & hic ſcrupulus nonnullos, quòd Matthæus & Marcus transformationẽ Chriſti poſt ſex dies, Lucas autem poſt octo dies, ex quo prædixerat quoſdam non morituros donec viderent regnum Dei veniſſe cũ virtute, factum eſſe dicere videntur. Sed nihil eſt diſcordiæ, ſi cogitauerimus Chriſtũ poſt ſex dies, id eſt ſeptima (vt Lucas ait) Petrũ, Iacobũ, & Iohannem ab aliis diſcipulis ſeuocatos, ſibi adiunxiſſe, vt poſtridie ipſum comitarentur in montem: octaua autem profectum eſſe, & in montẽ perueniſſe, ibíque in oratione, vt antea quoque aliquoties fecerat, pernoctaſſe: & ſub nonum diem, id eſt poſt octo dies (vt Matthæus & Marcus dicunt) transformatum, claritatem ſuam quam in regno Dei conſpecturi ſumus, oſtendiſſe.

[abc]ET [c]poſt dies ſex, aſſumit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannẽ [a]fratrem eius, [ab]& ſubducit eos in mõtem excelſum, ſeorſim [b]ſolos, [c]vt oraret. Et facta eſt inter orandum ſpecies vultus eius alia, [ab]& transformatus eſt coram illis, [a]& ſplenduit facies eius ſicut ſol: [abc]veſtimenta autem illius [b]facta ſunt [bc]ſplendida, [abc]cádida [b]valde [a]ſicut lux [b]& ſicut nix, quàm candida fullo ſuper terram non poteſt facere. [ac]Et ecce [ab]conſpecti ſunt illis [c]viri duo, [abc]colloquentes cum Ieſu, [c]qui erant [abc]Moſes & Helias, [c]qui viſi in gloria, dicebant exceſſum eius quẽ completurus erat Hieroſolymis. Petrus autem & qui cum illo erant, grauati erant ſomno: experrecti autem viderunt gloriam eius, & duos viros qui ſtabant cũ illo. Et factum eſt quum diſcederẽt illi ab ipſo, [ab]reſpondens [abc]Petrus dixit Ieſu, [c]Domine, bonum eſt nos hîc eſſe, & faciamus hîc tria tabernacu-

c Factũ eſt autem poſt ſermones illos, ferè dies octo

c & veſtitus eius

c refulgens

b Rabbi
c Præceptor

la,tibi vnum,& Mosi vnum,& Heliæ vnū: ᶜnesciens quid diceret: ᵇnon enim nouerat quid loquendum esset: erāt enim expauefacti. ᵃᶜHæc autem adhuc ipso loquēte, ᵃᵇ& ecce ᵇᶜfacta est ᵃᵇnubes ᵃlucida, ᵃᵇ& obumbrauit illos. ᶜTimuerunt autem quum illi ingrederētur in nubem: ᵃᶜ& ecce ᶜvox ᵇᶜfacta est ᵃᵇex nube,dicēs,Hic est filius meus dilectus, ᵃin quo beneplacitum est mihi: ᵃᵇhūc audite. ᵃQuúmque audiuissent discipuli, prociderunt in faciem suam,& timuerunt vehementer. ᶜEt quum facta fuisset vox,inuentus est Iesus solus. ᵃEt accedens Iesus tetigit illos,& dixit,Surgite,& ne timeatis. Quum autē sustulissent oculos suos, ᵇ& subitò quum circunspexissent, ᵃᵇnon amplius quenquam viderunt, nisi Iesum solum ᵇvnà cum ipsis. ᵃᵇDescendentibus autē ipsis de monte, ᶜpræcepit illis ᵃIesus ᵇnecui exponerent quæ viderant, nisi quum Filius hominis à mortuis resurrexisset: ᵃdicens, Nemini dixeritis visionem,donec Filius hominis à mortuis resurrexerit. ᶜEt ipsi tacuerūt, ᵇac verbum hoc continuerunt,inter sese disputantes quid esset,à mortuis resurgere. ᶜEt nemini annūtiarunt in illis diebus quicquam eorum quæ viderant. ᵃᵇEt interrogauerunt eum ᵃdiscipuli eius, ᵃᵇdicentes, Quid igitur Scribæ dicunt, quòd Heliam oporteat venire prius? At Iesus respondens dixit illis, ᵃHelias quidem venturus est prius: & ᵇquum venerit, prius ᵃᵇrestituit omnia. ᵇEt quomodo scriptum est de Filio hominis vt multa patiatur,& ᵃcōtemnatur. ᵃᵇDico autem vobis quòd Helias iamdudum venit, & ᵃnon agnouerunt eum,sed ᵃᵇfecerunt ᶜei quæcunque voluerunt: ᵇsicut scriptum est de illo. ᵃSic & Filius hominis passurus est ab illis. Tunc intellexerunt discipuli quòd de Iohanne Baptista dixisset ipsis.

b venit vox

b interminatus est

a restituet

a in eo

Curat lunaticum,quem discipuli non poterant curare. Matth.17.14,vsque 19.Mar. 9.14,vsque 28.Luc.9.37.vsque 43. XXXV.

ᶜFActum est autem in sequente die quum descendissent illi de monte, ᵇ& quum venisset prope discipulos, vidit turbam multam circum illos,& Scribas disputantes cum eis. Et statim vniuersa turba quum vidisset eum, expauit, ᶜ& obuiauit illi turba multa, ᵇ& occurrentes salutauerunt eum. ᵃᵇEt quum venissent ad turbam, ᶜinterrogauit Scribas, Quid disputatis cum illis? ᵇᶜEt ecce respondens, ᵃaccessit ad eum ᵃᵇhomo ᵃquidam, ᵇvnus ᵇᶜè turba, ᵃgenua flectens illi, & ᵇᶜexclamauit, ᵃᶜdicēs, ᵃDomine, ᵇᶜmagister, ᵇattuli filium meum ad te, habentem spiritū mutum: ᶜobsecro te,respice ad filium meum,quia vnigenitus est mihi: ᵃmiserere filii mei, quoniam lunaticus est,& miserè affligitur: sæpe enim cadit in ignem,& sæpe in aquam: ᶜ& ecce spiritus arripit eū, ᵇ& vbicunque arripuerit,lacerat eum, ᶜ& subitò clamat,& conuellit eū cum spuma, ᵇatque ille spumat & stridet dentibus suis, ᶜ& vix discedit ab eo,cōterens eum. ᵃEt attuli eū discipulis tuis, ᶜ& obsecraui discipulos tuos, ᵇ& dixi discipulis tuis ᵇᶜvt eiicerent illum, ᵇ& non valuerunt, ᵃᶜnec potuerunt ᵃ eum

b dixit

curare.[abc]Respõdens autẽ [b]illi [ac]Iesus, [abc]dixit, O natio incredula[bc]& peruersa, vsquequo ero [c]vobiscũ?[abc]& vsquequo patiar vos? [c]Adducito [a]mihi[ab]ipsum [c]filium tuum [a]huc[b]ad me. Et attulerunt illum ad eũ. Et[c]adhuc accedente illo,[b]quum vidisset eum, statim [c]lacerauit illum [c]dæmonium, & [bc]conuulsit [b]eum: & prolapsus in terram voluebatur spumans. Et interrogauit patrem illius, Quãtum temporis est quòd hoc accidit ei? At ille dixit, A puero: & frequẽter illum & in ignem coniecit & in aquas, vt perderet eum. Verùm si quid potes, subueni nobis, misertus nostri. Iesus autem dixit ei, Illud si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et statim exclamans pater pueri cum lachrymis dixit, Credo, domine: subueni meæ incredulitati. [b]Quum vidisset autem Iesus quòd turba simul accurreret,[abc]comminatus est [ac]spiritui immũdo,[b]dicens ei, Spiritus mute & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in eum.[b]Et quum exclamasset, & multum conuulsisset eum,[ab]exiuit[a]ab eo dæmonium,[b]& factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Mortuus est. At Iesus apprehensa manu eius, erexit eum, [c]& sanauit puerum. [b]Et ille surrexit,[a]& curatus fuit puer ab hora illa: & reddidit illum patri suo.

c apud vos? c Afferte b spiritus,

Discipuli interrogãt quare nõ potuerint curare. Versantibus in Galilæa, omnibus mirantibus prædicit passionem. In Capernaum postulant didrachma. Disputãt quis sit maior inter se. Matth.17.19, vsque ad finem capitis. Marc.9.28, vsque 32. Luc.9.43, vsque 47. XXXVI.

[ab]ET tunc accedentes ad Iesum [b]ingressum in domum [ab]discipuli eius [b]interrogauerunt ipsum [ab]seorsim,[a]& dixerunt,[ab]Quare nos nõ potuimus eiicere illud? [c]Et Iesus dixit illis, [a]Propter incredulitatem vestrã. [a]Amen enim dico vobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Demigra hinc illuc: & demigrabit: & nihil impossibile erit vobis.[ab]Hoc autem genus [c]nulla re potest exire, nisi per orationẽ & ieiunium. [b]Et illinc egressi, iter fecerunt per Galilæam: & non voluit vt quisquã sciret. Docebat enim discipulos suos, [a]versantibus illis in Galilæa, ([c]omnibus autẽ mirãtibus super omnibus quæ fecerat)[abc]& dicebat illis Iesus, [c]Ponite vos in auribus vestris sermones hos,[abc]Futurũ est enim vt Filius hominis tradatur in manus hominũ,[c]& occidẽt eũ: &[b]occisus, [ab]tertia die [c]resurget. [c]At illi ignorabãt verbũ illud, & erat abscõditũ ab eis, vt non intelligerẽt illud:[bc]& timebãt interrogare eũ [c]de verbo hoc, [a]& mœsti facti sunt vehementer.[b]Et venit Capernaũ.[a]Quũ venisset autem Capernaum, accesserũt qui didrachma accipiebãt, ad Petrũ: & dixerunt, Magister vester num tribuit didrachma? Dicit, Etiã. ([c]Intrauerat autem cogitatio in eos, quisnã esset maior eorũ.)[a]Et quum ingressus esset in domum, præuenit illum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filiis suis, an ab alienis? Dicit ei Petrus, Ab alienis. Ait illi Iesus, Ergo liberi sunt filii. Vt autem non scãdalizemus eos, profectus ad mare, mitte hamũ: & eũ qui a-

a At Iesus a non egreditur b Quia Filius hominis traditur in a suscitabitur

ſcenderit primus, piſcem tolle: & quum aperueris os illius, inuenies ſtaterem: illum accipiens, dato eis pro me & te.

Christus quærit quid in via diſputauerint. diſputauerant autem quis eorum eſſet maior. Ieſus ſtatuit puerum, & dicit, illius ſimiles eſſe oportere, ſi velint ingredi in regnum cælorum: & qui talem recipiat, Chriſtũ ipſum recipiat. Iohãnes indicat quẽdam dæmonia eiicientẽ, ab ipſis prohibitum. Chriſtus reſpõdet non eſſe prohibendũ. Matth. 18. 1, vſque 5. Marc. 9. 32, vſque 42. Luc. 9. 47, vſque 51. XXXVII.

ET Ieſus [b]in domo quum eſſet, [c]videns cogitationem cordis eorum,
[b]interrogauit illos, Quid in itinere inter vos diſputabatis? At illi ſi-
luerunt. Inter ſeſe enim diſputauerãt in itinere, quis eſſet maior. Et quũ
cõſediſſet, vocauit duodecim: & dicit illis, Siquis vult primus eſſe, is erit
omnium poſtremus, & omnium miniſter. [a]In illa hora acceſſerunt di-
ſcipuli ad Ieſum, dicẽtes, Quiſnam maior eſt in regno cælorum? Et ad-
b accipiens uocans Ieſus puerum, [bc]& [c]apprehendens puerum, [abc]ſtatuit illum [c]iuxta
ſe [ab]in medio eorum, & complexus illum, [abc]dixit eis, [a]Amen dico vo-
bis, niſi cõuerſi fueritis, & fiatis ſicut pueri, nõ ingrediemini in regnum
cælorum. Quiſquis igitur humiliauerit ſeipſum ſicut puer iſte, hic eſt
a puerũ talẽ c puerũ iſtũ maior in regno cælorum. [abc]Et quicunque receperit [ab][c]vnũ ex huiuſmo-
di pueris [abc]in nomine meo, me recipit. [bc]Et quicunque me receperit,
b miſit. [b]non me recipit, ſed eum qui me [c]legauit. [c]Qui enim minor inter omnes
c Præceptor vos eſt, ille erit magnus. [bc]Reſpondit autem ei Iohannes, dicens, [c]Magi-
ſter, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, [b]qui non
a nos. ſequitur nos: & prohibuimus illum, quia non ſequitur [c]nobiſcum. [bc]Et
Ieſus dixit [c]ad eos, [bc]Ne prohibeatis [b]illum: nemo enim eſt qui faciat vir-
tutem in nomine meo, & poſſit citò malè loqui de me. [bc]Qui enim non
eſt aduerſus vos, pro vobis eſt. [b]Quiſquis enim potum dederit vobis ca-
licem aquæ, nomine meo, quòd Chriſti eſtis, amen dico vobis, non
perdet mercedem ſuam.

Docet de ſcandalo, igne, & ſale. De angelis puerorũ. De centũ ouibus. Matth. 18. 1, vſque 15. Marc. 9. 42, vſque ad finem capitis. XXXVIII.

[ab]ET quicunque ſcandalizauerit vnum de puſillis [a]iſtis [ab]credentibus
a expedit b ſi circũdaretur lapis molaris circa co. b in mare. in me, [b][c]bonum eſt ei magis [ab][c]vt ſuſpendatur mola aſinaria in col-
lum eius, [b]& proiiciatur [a]ac demergatur [ab][c]in profundũ maris. [a]Væ mun-
do à ſcandalis. neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: veruntamen væ ho-
mini per quem ſcandalum venit. [ab]Et ſi ſcandalizauerit te manus tua,
a claudũ aut mutilum amputa illam, [a]& proiice abs te. [ab]bonũ eſt tibi, [c]mutilum ad vitam in-
gredi, potiùs quàm duas manus habenti [b]abire [a]& coniici [b]in gehẽnam
[aa]in ignem [a]æternum [b]inextinguibilem, vbi vermis illorũ non moritur,
a ſcandalizat & ignis non extinguitur. [ab]Et ſi pes tuus [c]ſcandalizauerit te, amputa il-
lum, [ab]& proiice abs te: [ab]bonum tibi eſt, [ab]te ingredi ad vitam claudum,
potius quàm duos pedes habentem, coniici [b]in gehennam [ab]in ignem
[a]æternum [b]inextinguibilem, vbi vermis illorum non moritur, & ignis

non extinguitur. [ab]Et si oculus tuus [c]scandalizauerit te, [c]erue illum, [a]& proiice abs te: [ab]bonum est tibi [c]vt luscus ingrediaris in regnum Dei, potius quàm duos oculos habentem coniici in gehennam ignis, vbi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Vnusquisque enim igne salietur, & vnaquæque victima sale salietur. Bonum est sal. sin autem sal insulsus fuerit, quonam ipse condietur? Habete in vobis ipsis salem, & pacem habete inter vos. [a]Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis. Dico enim vobis quòd angeli eorũ in cælis semper vident faciem patris mei qui in cælis est. Venit enim Filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videtur, si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relictis nonaginta nouem in montibus, profectus quærit eam quæ errat? Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis, gaudet super eam magis, quàm super nonaginta nouem quæ non errauerunt. Sic nõ est voluntas coram patre vestro qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

a scandalizat b proiice a.t. a vnum oculum habẽtem in vitam intrare, quàm

De fratre corrigendo. De ligãdo & soluendo. De seruo debitore, conseruo nõ remittente, tortoribus tradito. Matth.18.15, XXXIX.

Si autem peccauerit in te frater tuus, &c. vsque ad finem capitis.

Quum consummasset hæc, migrat in Iudæam. Erat scenopegia. Fratres Christi iubent eum in Iudæam ire. Ascendit occulte ad festũ. Mirantur eum literas scire. Dicit doctrinã suam non esse suam, sed Dei. Iohan.7.2. Matth.19.1. Mar.10.1, XL.

In hoc capite lectori ostendendum esse existimauimus, quòd ea quæ Matthæus & Marcus de migratione Christi in Iudæã tradunt, eadẽ sint cum iis quæ Iohannes principio septimi & fine decimi capitis describit. Sic enim Christus ad festũ Scenopegiæ (quod à decimaquinta die Septẽbris per continuos octo dies celebrãt) Ierosolymã profectus est, vt qui habitandi causa se in Galilæã non reditururũ esse sciret, & tandiu Ierosolymis, & fortassis etiã in circuniacẽtibus vicis versatus est, donec eũ Iudæi sub festũ (quod à vicesimaquinta Nouembris per aliquot dies cõtinuos agunt, & ipsi HANVCHA dedicationẽ, Græci Encænia vocant: Latini Renoualia, quiá in memoriã repurgati & renouati sub Machabæis tẽpli instituta sunt, appellare possunt) apprehẽdere & occidere conarentur. Tum enim iterũ relicta Ierosolyma contulit se in eum locũ Iudææ vbi fuerat Iohãnes baptizans primùm: mansitque illic, & multi venerunt ad eum, vt Iohannes ait. Et hæc est eadem illa migratio quam Matthæus & Marcus his verbis describunt, Et factum est, quum consummasset Iesus sermones hos, & quũ inde surrexisset, demigrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem per regionem quæ est vltra Iordanẽ: & sequutæ sunt eum turbæ multæ: & sicut cõsueuerat, rursum docebat eos, & sanauit eos ibi. Vide infra caput XLIX. Nam nisi pro eadem quæ vtrobique describitur, migratione acceperimus, vtrãcunque alteri præposuerimus, alteram interimet. Siue enim Matthæi, Marcíque migrationem ante profectionem ad Scenopegia factam esse finxerimus, non habebit amplius locum profectio ad festum, quam Iohannes ex Galilæa factã esse describit. (nã quomodo ex Galilæa proficisci potuisset, in qua non erat?) Siue Iohãnis profectionem ad festum ante migrationem illam factam esse cogitauerimus, non poterit vlla ratione consistere, quum Christus à festo in Galilæam non redierit, sed in Iudæa manserit. Quòd siquis adhuc diffidit, ex sequẽtibus certior fiet. Mansit autem Christus in prædictis Iudææ finibus qui sunt Samaritanis & Galilæis contermini, à festo Renoualiorum vsque ad proximum vernum tempus (quòd Lucas vocat dies assumptionis eius,) eo quòd sub illud tempus Christus se Iudææ exhibere, eámque prædicato Euãgelio ad regnum Dei vocare, Ierosolyma vt rex, super asinam iuxta Zachariæ vaticinium ingredi, illic crucifigi, resurgere, & ad dextrã patris assumptus, gloria & honore coronari debebat.

ERat autem in propinquo festum Iudæorũ Scenopegia. Et factũ est [a]quũ consũmasset Iesus sermones hos, [d]dixerũt ad eũ fratres eius, &c.

vſque ad 10 verſum in Iohanne.

Poſt hæc lege ſequentia ex Matthæo & Marco,

[d]Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe[d] inde ſurgens [a]migrauit à Galilæa, [ab]& venit in fines Iudææ, per regionẽ quæ eſt vltra Iordanẽ: [d]& aſcendit ad feſtum, non, &c. in eodem capite Iohannis, vſque ad 19.

Reprehendit eos quòd quærant eum interficere. Iohan.7.19, XLI.

Nónne Moſes dedit vobis legem, &c. vſque 37.

Siquis ſitit, veniat ad me. Iohan.7.37, XLII.

In nouiſſimo autem die magno, &c. vſque ad finem capitis.

Pergit in montem oliuarum. Redit. Adducunt adulteram. Iohan.8.1, XLIII.

Ieſus autem perrexit in montem, &c. vſque 21.

Ego vado, & quæretis me: & in peccato veſtro moriemini. Iohan.8.21, XLIIII.

Dixit ergo iterum eis Ieſus, &c. vſque 46.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Iohan.8.46, XLV.

Quis ex vobis arguet me de peccato? &c. vſque ad finem capitis.

Cæco à natiuitate viſum reſtituit. Iohan.9.1, XLVI.

Et præteriens Ieſus vidit hominem cæcum, &c. vſque 24.

Vocant cæcum ſecundario. Iohan.9.24, XLVII.

Vocauerũt ergo rurſum hominem, &c. vſque ad finem capitis.

Qui non intrat per oſtium in ouile, fur eſt & latro. Iohan.10.1, XLVIII.

Amen amen dico vobis, qui non intrat, &c. vſque 22.

Facta ſunt Renoualia, & hyems erat. Venit in fines Iudææ, & ibi curat multos. Iohannes ſignũ nullum fecit, ſed quæ de Chriſto dixit, vera erant. Iohan.10.22, XLIX.

Facta ſunt autem Encænia, &c. vſque 39.

Poſtea lege ſequẽtia ex 30 verſu Iohannis vſque ad finem capitis: & Matth.19. 1 & 2: & Marc.10.1, contexta.

[d]Quærebant iterum eum apprehẽdere, & exiuit de manu eorũ, &[ad] deuenit [d]iterum [a]in fines Iudææ, [ab]trans Iordanem, [d] in eum locum vbi fuerat Iohãnes primùm baptizans: & manſit illic: [a]& ſequutæ ſunt, [b]cõueniúntque rurſum [ab][f]turbæ [ab]multæ, [d]& venerũt[bd] ad eũ: [b]& ſicut conſueuerat, rurſum docebat eos, [a]& ſanauit eos ibi. [d]Et dicebant, Iohannes quidem ſignum edidit nullum: omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera fuerunt: & crediderunt multi illic in eum.

d multi,

LIBRI III. HARM. EVANG. CAPITA.

Completis diebus aſſumptionis Chriſtus pergit Hieroſolymam, & reprehendit diſcipulos qui volebant ignem è cælo petere. Luc.9.5. I.

Tertio libro ea deſcribũtur quæ Chriſtus diebus aſſumptionis ſuæ cõpletis, vſque ad nouiſſimam concionem ante paſſionem ſuam in templo Hieroſolymitano habitam, docuit atque geſſit. In quo magna ex parte Lucas ſolus loquitur: quippe qui ea quæ poſt demigrationem in Iudæam contigerunt, diligẽtiſſime perſequitur: quũ ab aliis magna ex parte ſint omiſſa, ideo fortaſſis quòd iis ſimilia quamplurima iã ante in Galilæa dicta factáque deſcripſiſſent. Et orditur à tempore, quo dies aſſumptionem Chriſti remorantes, completi fuerunt: id eſt quo iam Iudæam peragrare, Hieroſolymam ingredi, & Phariſæis ad ſe occidendũ occaſionem præbere debebat. Quãuis enim ſæpe antea illuc iuiſſet, quia tamen nõ ad paſſionem, neque ad regnum ſuum auſpicandum, ſed ad ſatiſfaciendũ legi proficiſcebatur, ferè vt priuatus, interdum etiam omnino occulte illò peruenit, nec autoritatem ſuam antea vnquam

illic plane exeruit. Nouissime verò, iá vt doctor à Deo missus, & vt rex Israelis, magna pompa, discipulis & pueris vestimenta & ramos oliuarum substernentibus, & Osanna filio Dauidis, acclamantibus, vrbem ingredi statuit: & hoc est quod Lucas dicit, eũ faciem suam obfirmasse, vt iret Hierosolymam. Fuit autem tempus illud vno aut altero mense ante festum Paschatis, quo crucifigi voluit. Vnde certum est, hæc quæ in hoc libro ex Lucæ Euangelio recensentur, neutiquam præcessisse illa quæ sub finem prioris libri, ex Iohannis septimo, & deinceps, vsque ad finẽ decimi capitis, deprompta sunt. Nã illic dies assumptionis nondum completi fuerant: quod inde palàm est, quia quũ à festo Scenopegiæ, vsque ad finem RenouaIiorum Hierosolymis mansisset, quamuis eum occidere concupierint, saluus tamen illinc exiuit. Quũ igitur versaretur in finibus Iudææ, qui sunt contermini Samariæ ac Galilææ, vt suprà ostensum est (vbi haud dubie nõ in vno aliquò loco desedit, sed docendo & sanando, circuncirca obambulauit) ita instituit iter suũ versus Hierosolyma, vt primùm in vicum quendam Samaritanorum, qui fuit in finibus illis vbi Samaria Iudæam contingit, diuerteret: quúmque in vico illo non reciperetur, eo quòd facies eius esset euntis Hierosolymam (id est, quòd ex itinere suscepto cognoscerent eum esse Iudæum, qui religionis causa Hierosolymam proficiscebatur: id quod tum Samaritanis superstitio esse videbatur, & ob hoc nihil commercii cum Iudæis habere sustinebant) susceptum iter prosequutus est. Et quum designasset alios septuaginta, paucis in itinere dictis factísque peruenit Bethaniam, castellum Mariæ ac Marthæ sororum Lazari: quem tum quatriduanum in monumento sepultũ, antequam castellum ingrederetur, à mortuis excitauit. Quod miraculũ plane stupendũ quum ad Pharisæos delatũ esset, & illi, autore Caipha, eum occidendum statuissent: quia Pascha, quo Christum occidi oportebat, nondum aderat: ipse illorum furori sese per dies aliquot substraxit, secedens à Bethania versus Septẽtrionem, ad deserta ciuitatis Ephraim: in quo secessu ea docuit atque fecit, quæ Lucas à principio vndecimi capitis vsque ad decimum septimum describit. Quũque in illo secessu, Hierosolyma respiciens à sinistro latere Samariam, & partem Galilææ quæ Iudæam versus extenditur, haberet: rediturus illuc ad Pascha vt moreretur, parumper ad læuam deflexit, & per mediam Samariam ac Galilæam profectus est, decem leprosis obiter mundatis: tandémque per Iericho Bethaniam iterum venit, vbi Lazarum suscitauerat: ibique commode exceptus, & à Maria vnctus, postero die asello insidẽs, Hierosolymam inuehitur. Hæc ideo breuiter perstringere volui, vt lectorem ad sequentia præpararem, & dociliorem redderem. Sũt enim, vt hactenus ferè ignota, ita etiam ad intelligenda de ordine rerum sequentium argumenta, valde necessaria.

Factum est autem, dum complerentur, &c. vsque ad finem capitis.

Designat septuaginta. Docet eos. Et exprobrat ciuitatibus. Luc. 10. 1, II.

Post hæc autem designauit Dominus & alios, &c. vsque 17.

Dæmonia subiiciuntur eis. Iubet gaudere quòd scripti sint in libro vitæ. Confitetur patri. Luc. 10. 17, III.

Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, &c. vsque 25.

Legisperitus quærit quid faciat: quis sit proximus. Parabola de eo qui inciderat in latrones. Luc. 10. 25, IIII.

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans, &c. vsque 38.

Lazarus moritur. Christus venit. Martha occurrit ei. Iohan. 11. 1, V.

Erat autem quidam languens Lazarus, &c. vsque 28.

Martha vocat Mariam: illa venit. Lazarus suscitatur. Iohan. 11. 28, VI.

Et quum hæc dixisset, abiit, & vocauit, &c. vsque 45.

Excepit Martha Christum, Maria sedet ad pedes eius, & audit illum. Luc. 10. 38, VII.

Factum est autem dum irent, & ipse, &c. vsque ad finem capitis.

Post hæc lege in Iohanne, 11. 45,

Multi ergo ex Iudæis qui venerant, &c. vsque 55.

Orat. Discipuli petunt vt doceat eos orare. Parabola de amico tres panes mutuo postulante. Luc. 11. 1, VIII.

Et factum est quum esset in quodam loco orans, &c. vsque 14.

Eiicit dæmonium. Aiunt eum per Beelzebul eiicere. Quærunt signum. Respondet de forti armato, & de spiritu septem alios assumente. Luc.11.14, IX

Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum, &c. vsque 29.

Negat eis vllum, nisi Ionæ, signum dãdum. De regina Austri, Niniuitis, & Oculo simplice. Luc.11.29, X

Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere, &c. vsque 37.

Pharisæus inuitat Iesum ad prandium. Iesus reprehendit eos acerbe. Luc.11.37. XI.

Et quũ loqueretur, rogauit illũ quidã Pharisæus, &c. vsque ad finẽ cap.

Iubet cauere à fermento Pharisæorum. Luc.12.1, XII.

Multis autem turbis concurrentibus, ita vt, &c. vsque 13.

Quidã petit vt iubeat fratrem suum hæreditatẽ secum diuidere. Luc.12.13, XIII.

Ait autem ei quidam de turba, Magister, &c. vsque 33.

Iubet eleemosynam dare, & Thesaurum in cælo congregare. Luc.12.33, XIIII.

Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, &c. vsque 49.

Ignem se missurum dicit. Nuntiatur de Galilæis à Pilato occisis. Luc.12.49, XV.

Ignem veni mittere in terram, &c. vsque ad finem capitis.

Et cap.13.1,

Aderant autem quidam eodem tempore, &c. vsque 16.

Curat sabbatho mulierẽ cõtractã. Parabola de sinapi & fermento. Luc.13.16. XVI.

Erat autem docens in synagoga eorum sabbathis, &c. vsque 22.

Iubet per angustam portam intrare. Luc.13.22, XVII.

Et ibat per ciuitates & castella docens, &c. vsque ad finem capitis.

Curat hydropicum sabbatho. Luc.14.1, XVIII.

Et factum est quum introisset Iesus in domum, &c. vsque 16.

Quidam fecit cœnam magnam. Luc.14.16, XIX.

At ipse dixit ei, Homo quidã fecit cœnam, &c. vsque ad finem capitis.

De centum ouibus, & decem drachmis. Luc.15.1, XX.

Erant autem appropinquantes ei publicani, &c. vsque 11.

De filio perdito. Luc.15.11, XXI.

Ait autem, Homo quidã habuit duos filios, &c. vsque ad finem capitis.

De dispensatore, & mammona iniquo. Luc.16.1, XXII.

Dicebat autem & ad discipulos suos, vsque 19.

Pharisæi quærũt nũ liceat dimittere vxorẽ. Respõdet, Quod Deus coniunxit, homo ne separet. Dicitque Mosen ob duritiam permisisse. In domo interrogatus, repetit, eum committere adulterium. Discipuli putant non expedire nubere. De eunuchis. Matth.19.2, vsque 13. Marc.10.1, vsque 13. Luc.16.18, XXIII.

[ab]ET quum accessissent ad eum Pharisæi, [b]interrogauerunt eum, tentantes eum, [a]& dicentes, [ab]Licétne [a]viro repudiare vxorem [a]suam, qualibet ex causa? [b]At ille respõdens dixit eis, Quid vobis præcepit Moses? At illi dixerunt, Moses permisit libellum diuortii scribere, & repudiare. [a]At ipse respondens dixit eis, Nõ legistis quòd qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos: & dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adglutinabitur vxori suæ, & erũt duo in carnem vnam? Itaque iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo ne separet. Dicunt ei, Cur ergo Moses mandauit dare libellum repudii, & repudiare eam? [b]Et respondens Iesus [ab]dixit illis, [a]Mo-

a homini

ses [ab]ad duritiam cordis vestri[b]scripsit vobis mandatum hoc,[a]*&* permisit vobis repudiare vxores vestras.[ab]Ab initio autem creationis [a]nõ fuit sic: [b]*sed* masculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrem suum & matrem, & adglutinabitur ad vxorem suam,& erunt duo in carnẽ vnam. Itaque iam nõ sunt duo,sed vna caro. Quod ergo Deus cõiunxit, homo ne separet.[a]Dico autẽ vobis, quòd quicunque repudiauerit vxorem suam, nisi ob stuprum,& duxerit aliã,committit adulterium: & qui repudiatam duxerit, adulterium committit. [b]Et in domo rursum discipuli eius eadem de re interrogauerunt eum, & dicit eis,[c]'Omnis [b]quicunque [bc]repudiauerit vxorem suam,& duxerit aliam, adulterium committit [b]aduersus illam. Et si mulier repudiauerit virum suum,& nupserit alteri,adulterium cõmittit.[c]Et omnis qui repudiatam à viro ducit, adulteriũ committit.[a]Dicunt ei discipuli eius, Si sic habet causa hominis cũ vxore,nõ expedit matrimonium contrahere. At ipse dixit eis,Non omnes capiunt sermonem hunc,sed ii quibus datum est. Sunt enim spadones qui ab vtero matris sic nati sunt,& sunt spadones qui castrati sunt ab hominibus,& sunt spadones qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum. Qui potest capere,capiat.

c Omnis qui repudiat vxorem suam,& ducit

De diuite epulone,& Lazaro paupere. Luc. 16.19. XXIIII.

Homo quidam erat diues,qui,&c. vsque ad finem capitis.

De scãdalo. De condonãdo fratri. Nos esse seruos inutiles. De decem leprosis curatis. Luc 17.1, XXV.

Et ait ad discipulos suos,Impossibile,&c. vsque 20.

Regnnm Dei non venire cum obseruatione. Luc.17.20, XXVI.

Interrogatus autem à Pharisæis,&c. vsque ad finem capitis.

Semper oportere orare. De Pharisæo & Publicano. Luc.18.1, XXVII.

Dicebat autem & parabolam ad illos,&c. vsque 15.

Afferuntur pueri vt manus eis imponat. Princeps quærit, Quid faciam? Diuites difficilè ingrediuntur regnum Dei. Matth.19.13, vsque 27. Mar.10.13, vsque 28. Luc. 18.15, vsque 28. XXVIII.

[ab]ET tunc afferebant ei pueros [c]& infantes [bc]vt 'tangeret eos, [a]& oraret.[c]Quum vidissent autẽ discipuli, increpauerunt [ac]ipsos [b]afferentes. Quũ vidisset autẽ Iesus, indignatus fuit: & [c]quum ad se vocasset pueros, [abc]dixit illis, Sinite pueros[bc]venire ad me,[abc]& ne prohibeatis eos[a]venire ad me:[abc]talium enim est regnũ 'cælorum.[bc]Amen dico vobis,quicunque non acceperit regnum Dei tanquam puer, nõ intrabit in illud. [b]Et accipiens eos in vlnas,[ab]& imponens eis manus, [b]benedixit eos. [a]& profectus est illinc. [a]Et ecce [b]proficiscente eo in viam, accurrens [ab]'vnus princeps, [b]& genua flectens ei,[bc]interrogabat eum, [a]& dixit ei,[c]dicens, [abc]Magister bone,quid [a]boni[abc]faciam vt vitam æternam 'acquiram? At ipse Iesus dixit ei,Cur me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus,nempe Deus.[a]Si verò vis ad vitam ingredi,serua mandata. Dicit ei, Quæ? Iesus autem dixit,[b]Mandata nosti,[abc]'Nõ committes adulterium,Non facies

a manus imponeret eis.

bc Dei.

c quidam

a habeam?

b Ne cõmiseris,&c.

homicidium, Non facies furtum, Non dices falsum testimonium, [b]Ne fraudaueris, [abc]Honora patrem tuum & matrem tuam, [a]&, Diliges proximum tuum sicut teipsum. [c]At ille respōdens dixit ei, [b]Magister, [abc]hæc omnia seruaui à iuuentute mea: [a]quid adhuc mihi deest? [c]Quū audisset autem hæc [abc]Iesus, [b]& intuitus illū, dilexit eū. Et [abc]ait ei, [a]Adhuc [bc]vnum tibi deest, [a]Si vis perfectus esse, [ab]abi, [abc]vende [a]tua bona [bc]omnia quæcunque habes, [abc]& distribue pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me, ferendo crucē. [ac]Quum audisset autē [a]adolescens hunc sermonem, [bc]contristatus ob sermonem, [ab] abiit mœrens: [c]erat enim diues valde, [ab]habens possessiones multas. [c]Videns autem Iesus mœstum factum, [b]& circunspiciens, [ab]dixit discipulis suis, [bc]Quàm difficulter qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt! [a]Amen dico vobis, diues difficulter intrabit in regnum cælorum. [b]Discipuli verò pauebant super sermonibus eius. Iesus autē iterum respondens dicit eis, Filii, quàm difficile est, eos qui cōfidunt in pecuniis, in regnum Dei intrare. [a]Et iterum dico vobis, [abc]facilius est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum Dei intrare. [a]Quum audissent autem discipuli eius, [ab]supra modum externati sunt. Aiebant autem qui audierant, dicentes [b]inter se, [bc]Et quis [a]ergo [abc]potest saluari? [ab]Intuitus autem [b]illos [ab]Iesus, dixit eis, Apud homines hoc impossibile est, [bc]sed non apud Deū. [ab]Omnia [b]enim [c]impossibilia apud homines, [bc]possibilia sunt apud Deum.

a Adolescens dixit

c mœstus factus

a apud Deū autem omnia possibilia sunt

Nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? Super sedes iudicabitis. Nemo nō centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Parabola de Patrefamiliâs operarios in vineam suam conducente. Matth. 19. 27, vsque ad finem capitis. Marc. 10. 28, vsque 32. Luc. 18. 28, vsque 31. XXIX.

[ab]ET tunc respondens cœpit [abc]Petrus [b]dicere, & [ab]ait ei, [ac]Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: [a]quid ergo erit nobis? [ab]Respōdens autē Iesus [abc]dixit illis, [a]Amen dico vobis, quòd vos qui sequuti estis me, in regeneratione quādo sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israelis. Et [abc]omnis qui reliquit domos, aut fratres, [ab]aut sorores, [abc]aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, [ab]aut agros propter [c]nomen meum & [c]Euangelium, [abc]recipiet centupla [b]nunc [bc]in tempore hoc, [b]domos, & fratres, & matres, & liberos, & agros, cum persequutionibus, [bc]ac in seculo venturo [abc]vitam æternam. [ab]Multi autem primi, erunt postremi: & postremi, primi.

a Iesus autem
c at ille dixit

bc Nemo est qui reliquerit

b me
c regnū Dei,
bc qui non recepturus sit

Adnecte his ex Matth. 20. 1,

Simile est regnum cælorum homini, &c. vsque 17.

Erat prope Pascha. dederat mādatum vt Iesus indicaretur. Prædicit passionem suam. Iohan. 11. 55, XXX.

Proximum autem erat Pascha, &c. vsque ad finem capitis.

Adde his ex Matth. 20. 17, vsque 20. Marc. 10. 32, vsque 35. Luc. 18. 31, vsque 35.

[a]Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos se-

orſim in via, b& bcquum aſſumpſiſſet bIeſus rurſum bcduodecim, bcœpit illis dicere quæ ſibi euentura eſſent:&bdixit illis, abcEcce aſcendimus Hieroſolymã, ab& Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum,& Scribis,& condemnabũt eum ad mortem:c& perficientur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas,Filio hominis.abEt tradẽt eum Gentibus ad illudendum & flagellandũ & crucifigẽdum,bc& illudent ei,c& contumeliis afficietur,b& flagellabunt eũ,bc& inſpuent in eum:c& poſtquam flagellauerint, bcoccident eum,abc& tertia die reſurget.cEt ipſi nihil horum intellexerunt: & erat verbum hoc abſconditum ab eis, & non cognoſcebant quæ dicebantur.

Mater filiorum Zebedæi petit vt vnus à dextris,alter à ſiniſtris ſedeat. Reliqui indignantur. Matth.20.20,vſque 29.Marc.10.35,vſque 46, XXXI.

bET accedunt ad eũ Iacobus & Iohannes filii Zebedæi,dicentes,Magiſter,volumus vt quodcunque petierimus,facias nobis. At ipſe dixit eis,Quid vultis me facere vobis?Illi verò dixerunt ei,Da nobis vt vnus à dextris tuis,& alter à ſiniſtris tuis ſedeamus in gloria tua.aTũc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi vnà cum filiis ſuis,adorans & petens aliquid ab eo. At ipſe dixit ei,Quid vis? Dicit ei,Dic vt ſedeant hi duo filii mei,vnus à dextris tuis & alter à ſiniſtris,in regno tuo.aReſpõdens abautem Ieſus ait illis,aNeſcitis quid petatis.abPoteſtis bibere poculum quod ego abibiturus ſum: & baptiſmate quo ego baptizor,baptizari?abAt illi dicunt ei,Poſſumus.bEt Ieſusabdicit illis,Poculũ quidem meumbquod ego bibo,abbibetis:& baptiſmate quo ego baptizor,baptizabimini:ſedere autem à dextris meis & à ſiniſtris meis,nõ eſt meũ dare: ſed quibus paratum eſtaà patre meo.abEt quum audiuiſſent decem bcœperunt indignari de aduobus fratribus,bIacobo & Iohanne.abAt Ieſus quum vocaſſet eos ad ſe,dicit eis, Scitis quòd bquiVidẽtur imperare Gẽtibus,dominentur earum:& magnates bearum,abpoteſtatem exerceant in eas. Non ſic bautem aberit inter vos: ſed quicunque veſtrum voluerit fieri magnus inter vos,aſit veſter miniſter: & quicunque voluerit bex vobis abinter vos fieri primus,aſitbomniũ abveſtrum ſeruus. aSicut Filius hominis non venit vt ſibi miniſtretur,ſed vt ipſe miniſtret,vtque det animam ſuam redemptionem pro multis.

b bibo; a indignati ſunt; a principes Gentium; b erit; b Nã & Filius

Appropinquat Ierícho,& cæco viſum reſtituit.Ingreſſus Iericho diuertit ad Zacchæum. Luc.18.35. XXXII.

Factum eſt autẽ quũ appropinquaret Iericho,&c.vſque ad finem cap.

Poſt hæc inſere ex Marco,10.46,hæc tria tantùm verba,

Et veniunt Iericho.

Mox in ipſo Luca,19.1,lege,

Et ingreſſus perambulabat Iericho,&c.vſque 11.

Homo nobilis dat ſeruis decem minas vt negotientur.Luc.19.11, XXXIII.

Hæc illis audientibus,&c.vſque 29.

[c]qui vocatur [abc]Oliuarum:[a]tũc Iesus[abc]misit duos ex discipulis suis,dicens
eis,[d]Abite in vicum qui est e regione[ab]vestri,[d]& statim[bc]ingredientes[b]in a proficiscimini
illum,[abc]inuenietis [a]asinam alligatã,& [abc]pullum [bc]alligatum [a]cũ ea,[bc]su-
per quem nullus [c]vnquam [bc]hominum sedit:[abc]soluentes illum, adduci-
te[a]mihi:[abc]& si quis vobis dixerit [a]aliquid,[c]& vos interroget,[b]Cur facitis
hoc? [c]quare soluitis? [d]sic[abc]dicetis ei,Quia Dominus [d]eo opus habet.[b]Et b dicite a his
statim eum mittet huc.[a]Confestim autẽ emittit illos. Hoc autem totum
factum est vt impleretur quod dictũ erat per Prophetam,dicentem,Di
cite filiæ Sioni,ecce rex tuus venit tibi mãsuetus,& sedens super asinam
& pullum filium subiugalis.[ac][d]Profecti autem [a]discipuli[c]qui missi erant, c Digressi
[bc]inuenerunt [b]pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio,[c]sicut dixe
rat illis: [b]& soluunt illum. Et[c]soluẽtibus illis pullũ,quidam ex illic stan
tibus,[c](qui erant domini eius) [bc]dixerunt ad eos,[d]Quid facitis,soluẽtes c Cur soluitis
pullum? At illi dixerunt [b]eis,[c]Dominus eo habet opus:[b]queadmodum
mandauerat Iesus.& sinebant illos.[a]Et quum fecissent sicut iusserat eos
Iesus, [abc]adduxerũt [a]asinam & [c]ipsum [ab]pullum [bc]ad Iesum,[a]& imposue-
runt super eos vestimẽta sua, & eum super illam collocarunt.[c]Et iniici-
entes,[b]instrauerunt[bc][d]super pullũ sua ipsorum vestimenta, [c]& imposue b vestimenta sua
runt Iesum. [d]Nactus itaque Iesus asellum,[bd]sedit super illum,[d]sicut scri-
ptum est, Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit, sedens super pul-
lum asinæ. Hæc autem non cognouerunt discipuli eius primùm: sed
quando glorificatus est Iesus, tũc recordati sunt quòd hæc essent de eo
scripta: & hæc eadem fecissent ei. Testificabatur ergo turba quæ fuerat
cum ipso,quando Lazarum vocauit è monumento, & suscitauit eum à
mortuis: propterea & obuiam venit ei turba,quòd audierant hoc eum
ædidisse signum.[c]Proficiscente autem eo,[ab][d]plurima turba[abc]strauerunt b multi
vestimenta sua in via.[ab]Alii verò [ab][d]frondes incidebant ex arboribus,& a ramos
sternebant in via.[c]Appropinquante autem eo iam ad descensum mon
tis Oliuarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudẽtes lau
dare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus:[a][d]& b & qui præ. & qui
turbæ[ab]quæ præcedebãt & quæ sequebãtur,clamabant, [abc]dicẽtes,[ab]O-
sanna [a]filio Dauidis,[abc]benedictus qui venit [c]rex[abc]in nomine Domini:
[b]benedictum quod venit regnũ in nomine Domini patris nostri Da-
uidis.[ab]Osanna in altissimis:[c]pax in cælo,& gloria in altissimis. Et qui-
dam Pharisæorum è turba dixerunt ad eum,Magister,increpa discipu-
los tuos. Et respondens dixit eis,Dico vobis quòd si hi tacuerint,lapi-
des clamabunt.

Videns ciuitatem,fleuit super illam.Ingreditur Ierosolymam.Ierosolyma commoue
tur,dicuntque, Hic est Iesus. Ingreditur templũ:eiicit vendentes & emẽtes.Repre-
henditur clamor puerorum.Christus respondet,Ex ore infantium & lactentiũ,&c.
Pontifices cupiunt eum perdere. Pharisæi dicunt nihil profici.Græci volunt Iesum

videre. Matth.21.10, vſque 17. Mar.11.11, Luc.19.41, vſque ad finē capitis. XXXVII.

ET vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illa, dicens, O ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hoc die tuo, quæ ad pacem tuam: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies ſuper te, in quibus circundabunt te inimici tui vallo, & circunſedebūt te, & coanguſtabunt te vndique, & ſolo æquabunt te & filios tuos qui ſunt in te, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quòd non cognoueris tēpus viſitationis tuæ. Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus. [a]Et ingreſſo eo Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens, Quis eſt hic? Turbæ autem dicebant, Hic eſt Ieſus, propheta ille à Nazareth Galilææ. [a]Et ingreſſus eſt Ieſus [ab]in templum [a]Dei: [c]ingreſſus au-

a eiiciebat tem in templum [ac]cœpit eiicere [a]omnes [ac]vendētes & [c]emētes [ac]in templo, [a]& menſas nummulariorum euertit, ac cathedras vendentium co-

c eſt. lumbas, dicens [a]eis, [ac]Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis [a]vocabitur.[a] Vos autem feciſtis eam, ſpeluncam latronum. [a]Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi, in templo: & curauit illos. [c]Et docebat quotidie in templo. [a]Quum vidiſſent principes ſacerdotū & Scribæ mirabilia quæ faciebat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Oſanna filio Dauidis: indignati ſunt, & dixerunt ei, Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit illis, Vtique. Nunquam legiſtis, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? [c]Principes autem ſacerdotum & Scribæ quærebant eum perdere, & primores plebis: & non inueniebant quid facerent. Populus enim vniuerſus ab eo pendebat, quum audiret eum.

Coniunge ex Iohanne, 12.19,

Phariſæi ergo dixerunt, &c. vſque 24.

Niſi granum frumenti mortuū fuerit, ipſum ſolū manet. Iohā.12.24, XXXVIII.

Amen amen dico vobis, &c. vſque 37.

De Iudæis excæcandis, ex Eſaia. Redit veſperi Bethaniā. Iohan.12.37, XXXIX.

Quum autem tanta ſigna feciſſet, &c. vſque ad finem capitis.

His adde ex Matth.21.17, & Marc.11.11.

[b]Et circunſpectis omnibus, quum iā veſpera eſſet hora, relictis illis [ab]exiit [a]è ciuitate [ab]in Bethaniam [b]cum duodecim, [a]ibíque diuerſatus eſt.

Poſtridie maledixit ficui, ne poſtea ex ea fructus naſceretur, neque ex ea quiſquā fructum ederet. Hieroſolymis iterum eiicit vendentes & ementes. Veſperi egreditur. Mane redeuntes vident ficū arefactam. Mirantur: dicítque Ieſus, Si habeatis fidem, &c. Habete fidem. Matth.21.18, vſque 23. Marc.11.12, vſque 27. XL.

[b]ET poſtero die [a]mane [b]quum exiſſent Bethania, [a]reuertēs in ciuitatem [ab]eſuriit. Quúmque vidiſſet ficum [a]quandam [b]procul, habentem folia, [a]in via, [ab]venit ad eam, [b]ſi videlicet inueniret aliquid in ea: [b]& quum veniſſet ad illam, [ab]nihil inuenit in illa, niſi folia [a]tantùm: [b]non enim erat tempus ficorum. [b]Et reſpondēs Ieſus, [ab]dixit ei, Ne poſthac ex te in æternum quiſquam fructum edat: [a]Ne poſthac ex te fructus naſcatur in æternū. [b]Et audiebant diſcipuli eius, [a]& arefacta eſt ilico ficus. [b]Et

veniunt Hierosolymam, & ingressus Iesus in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium colũbas subuertit, & non permisit vt quisquã deportaret vas per templum: & docebat, dicens illis, Nónne scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus Gẽtibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et audierunt Scribæ ac principes sacerdotum, & quærebãt quomodo illum perderent. Timebant enim eum, quia vniuersa turba obstupuerat super doctrina eius. Et quum vespera facta esset, egrediebatur è ciuitate. Et mane prætereuntes viderũt ficum arefactam radicitus. [a]Quúmque vidissent discipuli, mirati sunt, dicẽtes, Quàm subitò arefacta est ficus! Et recordatus Petrus dicit illi, Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, exaruit. [ab]Et respõdens Iesus dicit illi, [b]Habete fidem Dei. [a]Amen dico vobis, si habeatis fidem, & non hæsitaueritis: non solum quod ficui contigit facietis, verumetiam [ab]quicunque monti huic dixerit, Tollitor & mittitor in mare, & nõ hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quòd quæ dixerit, fiant: erit illi quicquid dixerit. Propterea dico vobis, [ab]Omnia quæcũque orãtes petitis, credite quòd accipiatis: & erit vobis. [b]Et quum steteritis orantes, remittite siquid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui est in cælis, remittat vobis delicta vestra.

Quærũt, Qua authoritate hæc facis? Respondet, Baptismus Iohãnis è cælo erat, an ex hominibus? Adiicit parabolã de duobus filiis: atque publicanos & meretrices præcedere eos in regno cælorum. Matth. 21. 18, vsque 27. Marc. 11. 27, vsque ad finem capitis; Luc. 20. 1, vsque 9. XLI.

ET veniunt rursum Hierosolymam, [c]& factum est in vno dierũ illorum [a]veniente ipso in templum, [b]& in templo deambulante, [c]& docente ipso populum in templo & euangelizante, [ab]accesserunt ad eũ [c]& astiterunt ei, [a]docenti, [abc]principes sacerdotum & Scribæ [c]& seniores [a]populi, [bc]& dixerunt ad eũ, dicentes, [c]Dic nobis, [abc]qua authoritate hæc facis? [c]& quis tibi authoritatem istam dedit, [b]vt ista facias? [abc]Respondens autem Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego quendam sermonem, [bc]& [a]respondete mihi: [a]quẽ si dixeritis mihi, & ego [ab] vobis dicam qua authoritate hæc faciam. [abc]Baptisma Iohãnis [a]vnde erat? [abc]è cælóne erat, an ex hominibus? At illi cogitabant apud se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei? Sin autẽ dixerimus, Ex hominibus: [ab]timemus turbam, [c]vniuersa plebs lapidabit nos: [c]persuasa enim est Iohannem esse Prophetam. Omnes enim [b]habent Iohannem vt Prophetam. [abc]Et respõdentes Iesu, dixerũt, [c]Nescimus. [abc]Et Iesus respondens, dicit eis, Nec ego dicam vobis qua authoritate hæc faciã. [b]Et cœpit illis in parabolis loqui.

c cũ seniorib.
c aut quis
c dicite
b habebant Iohãnẽ quòd vere propheta esset.
c se nescire vnde esset.

Lege ex eodem capite Matthæi, versu 17, Quid autem vobis videtur, &c. vsque 33.

Paterfamiliâs elocat vineam. Mittit seruum vt afferat de fructu: cæditur. Mittit alium: cæditur, contumeliis afficitur, lapidatur. Mittit tertium: vulneratur: eiicitur, & occiditur. Tempore fructuũ misit seruos, quos coloni ceciderũt. Misit alios plures, quos etiam occiderunt. Dicit, Quid faciam? Mittam filium dilectum, forsitan hunc reuerebuntur. & occiderunt eum. Matth. 21. 33, vsque ad finem capitis. Marc. 12. 1, vsque 13. Luc 20. 9, vsque 20, XLII.

In parabola vineæ elocatæ alii fuerũt serui, quos Marcus & Lucas primùm singulos missos fuisse describũt: & alii serui quos Matthæus plures, ídque aliquoties missos fuisse cõmemorat: id quod ex Marco facile intelligitur, qui de vtrisque docet. Est igitur ita intelligenda parabola, quasi paterfamiliâs sub Septembrẽ miserit singulos, vt fructus præcoces (siue honorarii nomine, siue vt paulo pòst de reditu detraherentur,) afferrent: sub Decembrem autem plures simul, qui totum vineæ reditum ad herum deferrent.

[a] ALiam parabolam audite ([c] Cœpit autem ad plebem dicere parabolam hãc: [abc] Homo quidam [a] erat paterfamiliâs, qui plantauit vineam, [ab] & sepem ei circundedit, & fodit [a] in ea [ab] lacũ, & ædificauit turrim, [abc] & elocauit eam colonis, & peregrinatus est [c] tempore multo: [bc] & in tempore misit ad colonos seruũ, [c] vt à colonis acciperet de fructu vineæ. At ipsi [c] coloni [b] arripientes illum, ceciderunt: & [c] quum cecidissent, [bc] emiserunt inanem. Et [b] rursum [bc] adiecit vt mitteret [b] ad eos [bc] alium seruum. [c] At ipsi [bc] & illum [b] lapidantes, [c] cædentes, & contumeliis afficientes, [b] caput ei contuderunt: & [bc] emiserunt [b] contumeliis affectum, [bc] inanem. Et [b] rursum [bc] adiecit vt mitteret tertium. [c] At ipsi & hunc vulnerantes, [b] occiderunt, [c] & eiecerunt. [a] Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Et rursum misit [b] multos [ab] alios [a] seruos plures prioribus: & fecerunt eis similiter, [b] hos quidem cædentes, illos autem occidentes. Adhuc ergo vnum filium habens, dilectũ suum, [ab] dixit dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum? [a] Postremò verò misit & ipsum [a] filium suũ [b] ad illos vltimum, [abc] dicens, [c] Forsitan hunc [ab] filiũ meũ [c] vidẽtes [abc] reuerebũtur. [b] Illi verò [ab] coloni [ac] quum vidissent [c] ipsum [a] filium, [ab] dixerunt inter sese, [c] dicẽtes, [abc] Hic est hæres: venite, occidamus eum, [a] & occupemus hæreditatẽ eius, [b] & nostra erit hæreditas. [ab] Et arripientes eum, eiecerũt extra vineá: [c] & quum eiecissent eum, [abc] occiderunt. [a] Quando ergo venerit dominus vineæ, [abc] quid faciet colonis illis? Dicũt ei, [bc] Veniet, & [ab] colonos istos malos malè [bc] perdet, & [c] dabit vineá aliis [a] colonis, qui reddãt ei fructus temporibus suis. [c] Quum audissent autem, dixerunt, Absit. At ipse [a] Iesus intuitus eos, [ac] dixit eis, [c] Quid ergo est hoc quod scriptum est? [ab] nunquam [b] scripturá hanc [ab] legistis in Scripturis, [bc] Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli. [ab] A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis vestris. [a] Propterea dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. [c] Et omnis [ac] qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur: super quem autem ceciderit, conteret eum. [a] Et

b Vineá plãtauit homo

a torcular

c vt de fructu vineæ darẽt ei

b emisit

b aliũ emisit.

c cogitauerũt intra se,

c vt nostra fiat hæreditas.

a elocabit

quum audissent principes sacerdotũ ac Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret: [abc]& quærebant [c]principes sacerdotum & Scribæ inijcere in eum manus, [ab]eumque tenere eadem [c]hora: [abc]& timuerũt turbas, [a]quoniam tanquã Prophetam eum habebãt. [bc]Cognouerãt enim quòd aduersus ipsos parabolã hanc dixisset.

Parabola de rege qui fecit nuptias filio suo. Matth.22.1, XLIII.

Et respondens Iesus dixit, &c. vsque 15.

Ad finem adde hæc paucula ex Marc.12.14,

Et relicto eo abierunt.

Tentant eum, an Cæsari dare debeant, an non. Matth.22.15, vsque 23. Mar.c.12.13, vsque 18. Luc.20.20, vsque 27. XLIIII.

TVnc profecti Pharisæi consilium ceperunt vt illaquearent eum in sermone: & [c]obseruantes [abc]emittunt ad eum [b]quosdam è Pharisæis [a]discipulos suos [ab]cũ Herodianis [c]insidiatores, qui simularent sese iustos esse, [b]vt eum venarentur, [c]& caperent eum [bc]in sermone, [c]vt traderent eum principatui & potestati præsidis. [b]Et illi abeuntes [c]interrogauerunt eum, [abc]dicentes ei, Magister, scimus quòd verax es, [c]rectéque doces ac dicis, [ab]nec est tibi cura de quoquam: non enim respicis personã hominũ, [abc]sed in veritate viam Dei doces. [a]Dic ergo nobis, quid tibi videtur, [abc]Licet [c]nobis [abc]tributum dare Cæsari, an non? [b]demus, an nõ demus? [abc]Cognoscens autem [a]Iesus malitiam, [b]simulationem [c]& versutiam [abc]illorum, dixit [bc]ad eos, [abc]Quid me tentatis [a]hypocritæ? [b]afferte [ac]& ostendite mihi [bc]denarium, [a]numisma census, [b]vt videã. [ab]At illi attulerunt [a]ei denariũ, [ab]& dicit illis, [abc]Cuius est imago hæc & inscriptio? [b]Illi autem [c]respondẽtes [abc]dixerũt ei, Cæsaris. [b]Et tũc respondens [bc]Iesus [abc]dixit eis, Reddite ergo quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei sunt, Deo. [a]Et audiẽtes [ab]admirati sunt de eo [c]super respõsione eius, [c]nec potuerũt reprehendere verbum eius coram populo: [c]& siluerũt: [a]& relicto eo abierũt.

c miserunt
b &
c nec accipis personam,
a censum
b At ipse sciẽs

Sadducæi tentant eum quæstione de vxore septem fratrum. Matth.22.23, vsque 34. Marc.12.18, vsque 28. Luc.20.27, vsque 40. XLV.

ET in illo die [abc]quũ accessissent ad eum quidã Sadducæorum, qui [c]dicunt resurrectionẽ nõ esse, interrogauerũt eum, dicẽtes, [c]Magister, [ab]Moses [c]scripsit nobis, [abc]Si cuiusquã frater mortuus fuerit, [c]habens vxorẽ, [b]& liberos non relinquat, [abc]vt accipiat frater eius vxorem illius, & exsuscitet semen fratri suo. Fuerunt autẽ apud nos septem fratres, & primus [a]matrimonio cõtracto [b]accepit vxorẽ: [c]& acceptа vxore defunctus est, [c]& sine liberis [b]mortuus, nõ reliquit semen: [a]ac non habens semen, reliquit vxorẽ suam fratri suo. Similiter autẽ [abc]& secũdus accepit eam [c]vxorem, [bc]& hic quoque mortuus est sine liberis, [b]& nec ipse reliquit semen. [abc]Et tertius similiter accepit eã: & similiter acceperunt eam etiam reliqui [c]de septem, [c]& non reliquerũt liberos, & mortui sunt, [b]nec reliquerũt semen. [ac]Nouissimè autem postrema [abc]omnium mortua est & vxor. In resurrectione ergo [b]quãdo resurgent, [abc]cuius

c cõtradicentes negãt esse resurr.
a dixit
a Siquis mortuus
b & relinquat vxorem
c isque sine liberis mortuus fuerit,
a vsque ad septimum.

illorum è ſeptem erit vxor? omnes enim ſeptem habuerunt eam [bc]vxorem.[abc]Et reſpondens Ieſus dixit eis,[c]Erratis,[ab]neſcientes Scripturas,neque virtutē Dei. [c]Filii ſeculi huius matrimonia cōtrahũt, & nuptũ dantur: qui verò digni iudicabũtur vt ſeculi illius conſortes ſint & reſurrectionis è mortuis, neque matrimonia cōtrahent, neque nuptum dabũtur.[a]In reſurrectione enim,[b]quũ à mortuis reſurrexerint,[ab]neque cōtrahũt matrimoniũ,neque nuptũ dantur.[c]neque enim mori vltrà poſſunt, [abc]ſed ſunt ſicut angeli [a]Dei,[ab]qui ſunt in cælis,[c]& filii Dei, quũ ſint filii reſurrectionis.[ab]Cæterũ de reſurrectione mortuorũ,[c]quòd reſurgāt mortui,[c]& Moſes indicauit iuxta rubũ,quum dicit Dominũ,eſſe Deũ Abrahā,& Deũ Iſahac,& Deũ Iacob.[abc]Non eſt Deus,[a]Deus[abc]mortuorũ,ſed [b]Deus[abc]viuētiũ.[c]omnes enim illi viuunt.[b]Vos igitur multũ erratis.[c]Reſpondentes autem quidā Scribarũ dixerunt,Magiſter,benè dixiſti.[a]Et quum audiſſent turbæ,ſtupuerunt ſuper doctrina eius.

b Annó propterea erratis

c æquales enim ſunt angelis

b De mortuis autem, quòd reſurgant,

a b nō legiſtis in libro Moſis quod dictũ eſt à Deo dicente vobis

b in rubo quum dixit ei Deus,dicens, Ego ſum De[us] Abrahā,&c.

c Deus autem non eſt

Phariſæi tētant eũ de maximo mādato. Scriba nõ lōge à regno Dei.Ieſus viciſſim interrogat eos,cuius filius ſit Chriſtus.Dicunt,Dauidis.Nemo audet eum āplius interrogare. Hæc diſputatio de Chiſto repetitur apud populum capite ſequēti, ex Marco & Luca.Matth.22.34,vſque ad finē capitis.Mar.12.28,vſque 35.Luc.20.40, XLVI.

[a]PHariſæi autē quũ audiſſent quòd obturaſſet os Sadducæis, congregati ſunt in vnũ,[ab]& accedēs[a]vnus ex eis, legiſperitus quiſpiam,[b]vnus Scribarũ qui audierat eos diſputātes,ſciens quòd benè illis reſpondiſſet,[ab]interrogauit,[a]tentās eũ,& dicēs,Magiſter,[ab]quod eſt[b]primũ omnium [ab]mandatum[a]magnum in lege?[ab]Ieſus autē[b]reſpondit[a]& dixit illi, [b]Primum omnium mandatorũ eſt,Audi Iſrael,Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt, & [ab]diliges Dominum Deum tuum [a]ex toto corde tuo & [a]ex tota anima tua & ex tota mente tua, [b]& [a]ex totis viribus tuis. [ab]Hoc eſt primum [a]& magnum [ab]mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic,Diliges proximum tuum ſicut teipſum.[b]Maius his aliud mandatum non eſt.[a]In his duobus mādatis tota Lex & Prophetæ pendent. [b]Et dixit ei Scriba,Bene magiſter in veritate dixiſti,quòd vnus ſit Deus,& non ſit alius præter eum: quódque diligere eum ex toto corde,& ex tota intelligētia,& ex tota anima,& ex totis viribus,ac Diligere proximum ſicut ſeipſum : plùs ſit quàm vniuerſa holocautomata & victimæ. Et Ieſus videns quòd cordatè reſpondiſſet,dixit ei, Nõ longè abes à regno Dei.[a]Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus,dicens,Quid vobis videtur de Chriſto?cuius filius eſt? Dicunt ei,Dauidis. Dicit illis,Quomodo ergo Dauid in Spiritu,Dominum ipſum vocat,dicens,Dixit Dominus Domino meo,Sede à dextris meis:donec ponam inimicos tuos,ſubſelliũ pedum tuorũ? Si ergo Dauid Dominũ eum vocat,quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere quicquam, [abc]neq; auſus fuit quiſquā[a]ex eo die[abc]interrogare eum amplius[c]quicquā.

a in

Loquitur turbis & discipulis. Respondet docens in templo, Quomodo Scribæ dicunt Christum filium Dauidis, quum Dauid dicat eum dominum? Iubet cauere à Scribis. In cathedra Mosis sedent: quæ dicũt, facite. Nolite vocari rabbi. Matth.23.1, Marc.12.35, vsque 38. Luc.20.41, vsque ad finem capitis. XLVII.

[a]ET tunc [b]respondens[ab]Iesus loquutus est [a]turbis & discipulis suis, [b]docens in templo. [c]Dixit autẽ ad eos, [a]dicens, [bc]Quomodo dicunt [b]Scribæ [bc]quòd Christus filius sit Dauidis? [be]Et ipse [b]enim [bc]Dauid [e]dixit [b]in Spiritu sancto [c]in libro Psalmorũ, [bc]Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos subsellium pedũ tuorum. [b]Ipse [be]ergo Dauid dicit eum Dominum: & [e]vnde filius eius est? [b]Et pleraque turba audiuit eum libenter. [c]Audiente verò cũcto populo, ait discipulis suis, [b]& dixit eis in doctrina sua, [bc]Cauete à Scribis, qui volũt ãbulare in stolis, & [c]amãt [bc]salutationes in foris, ac primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cõuiuiis: qui deuorant domos viduarũ, & occasione ostẽtationis, [e]prolixa precãtur: hi accipient grauius iudicium.

e dicit

e quomodo

b prolixè

Lege post hæc eodem capite Matth.23.2,

Super cathedram Mosis sederunt, &c. vsque 13.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui claud. &c. Matth.23.13, XLVIII.

Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi, &c. vsque 29.

Væ vobis qui ædificatis monu. Proph. Ex aduerso gazophylacii videt mittentes munera, dicitque viduam pauperem plus omnibus misisse. Matth.23.29, XLIX.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, &c. vsque ad finem capitis.

Adiunge his ex Marc.12.38, vsque ad finem capitis: & Luc.21.1, vsque 5,

[b]Et quum sederet Iesus ex aduerso gazophylacii, [c]vidit eos qui mittebãt munera sua in gazophylaciũ diuites: [b]spectabat autem quomodo turba mitteret æs in gazophylaciũ, & multi diuites mittebãt multa: [e]& venit quædam [c]vidua pauper, misitque minuta duo, quod est quadrans. [b]Et quum vocasset ad se discipulos suos, [bc]dicit illis, Amen dico vobis, quòd vidua hæc pauper plus omnibus misit [b]qui miserũt in gazophylacium. [bc]Omnes enim hi, ex eo quod supererat illis, miserunt [c]in munera Dei: [bc]hæc autem ex penuria sua, [b]omnia quæcunque habuit, misit: [bc]totam substantiam suam quam habuit, misit.

c Vidit autem & quandam viduam pauperculã mittẽtem illuc duo

LIBRI IIII. HARM. EVANG. CAPITA.

Egredienti è templo, dicit discipulus, Quales lapides. respondet, destruendos. Discedenti plures discipuli demonstrant structurã. respondet destruendam. Laudant structuram, & dona templi: respondet, destructũ iri. In mõte quærunt de futuris. respondet, prædicitque persequutionẽ, multos scandalizandos, & Euangelium prædicandum. Item non præcogitandũ eis esse quid loquantur. Matth.24.1, vsque 15. Marc.13.1, vsque 14. Luc.21.5, vsque 19. I.

In hunc quartum & vltimum librum ea contulimus quæ Christus post vltimam concionem in templo Ierosolymitano habitam egressus dixit, fecit, ac passus est, vsque ad effusum die Pentecostes Spiritum sanctum. In hoc autem capite distinguẽda fuerunt verba Marci, de vno discipulo Christum egredientem de structura templi admonente: à verbis Matthæi & Lucæ, qui de pluribus, Christo iam egresso ac discedẽte, eadem ferè tradunt. nam vtrunque haud dubie seorsum factum est, quum Euangelistæ vtrunque tam distincte narrarint.

[b]ET egredięte ipso è tęplo, dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Magister, vide quales lapides, & quales structuræ. Et Iesus respõdens ait illi, Vides has magnas structuras? nõ relinquetur lapis super lapidẽ qui nõ diruatur. Et egressus Iesus discedebat è templo, & accesserũt discipuli eius vt ostenderent ei structuras templi. [c]Et quibusdam dicentibus de templo, quòd pulchris lapidibus ac donis ornatũ esset, Iesus[a]dixit illis, Nónne videtis hæc omnia? [c]Ex his quæ videtis, [a]amen dico vobis, [c]venient dies in quibus[ac]non relinquetur lapis super lapidẽ qui nõn diruatur.[ab]Et sedente ipso in mõte Oliuarum, [b]è regione templi,[a]accesserunt ad eum discipuli:[bc]interrogauerũt autem ipsum[ab]seorsim[b]Petrus & Iacobus & Iohãnes & Andreas,[ac]dicentes,[c]Magister,[abc]dic nobis, quãdo ergo hæc erunt?[bc]& quodnam signũ quando omnia ista futura sunt,[b]*& consummanda*?[a]& quodnã signũ tui aduẽtus, & cõsummationis seculi?[abc]Et respõdens Iesus cœpit dicere eis, Videte ne quis vos seducat. multi enim veniẽt in nomine meo, dicẽtes, Ego sum[a]Christus,[ab]& multos seducẽt,[c]& tẽpus appropinquauit: ne igitur proficiscamini post illos.[a]Audituri autẽ estis bella, & rumores bellorũ:[bc]quãdo verò audieritis bella[b]& rumores bellorũ[c]& seditiones,[a]videte[ab]ne turbemini[c]neque terreamini.[abc]oportet enim hæc õnia fieri[c]primũ,[abc]sed nondũ statim est finis. ([b]tunc dicebat illis,)[ac]insurget enim gẽs contra gentẽ, & regnum cõtra regnũ, & erunt fames & pestilẽtiæ, terræque motus magni per singula loca, terriculamentáq́;[b]ac turbationes, & signa de cælo magna.[a]Omnia verò[ab]hæc initia dolorũ.[c]Sed ante hæc õnia, iniiciẽt vobis manus suas, [b]cauete vos vobisipsis.[ab]Tũc enim tradent vos, & persequẽtur, tradentes[b]in cõcilia &[bc]in synagogas[c]& carceres, abducẽdos ad reges & præsides,[a]in afflictionẽ:[b]cædemini, & ad præsides ac reges ducemini, propter me, in testimonium illis,[a]& occident vos: & eritis odio habiti cunctis gẽtibus, [c]propter nomen meum.[c]cõtinget autẽ vobis in testimonium.[a]Et tunc scandalizabuntur multi, & alius alium tradent, & odio habebunt alius alium: & multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos: & propter multiplicationem iniquitatis, refrigescet charitas multorũ. Qui autem sustinuerit vsque in finẽ, hic saluabitur.[ab]Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso mundo, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.[b]Quum autẽ abduxerint vos tradentes, ne præcogitetis quid loquuturi sitis, neque mediteminí: sed quicquid datũ fuerit vobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus.[c]Reponite igitur in cordibus vestris, non præmeditandam esse defensionem. ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt cõtradicere, neque resistere omnes aduersarii vestri. Trademini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & occident aliquos ex vobis.[b]Tradet autem frater fratrem in mortẽ, & pater

b Et in omnes gentes oportet primùm prædicare Euangelium

filium:& insurgent filii aduersus parentes,& occident eos.[c]Pilus autem de capite vestro non peribit. [b]Qui verò sustinuerit vsque in finem, hic saluabitur.[c]in patientia vestra possidete animas vestras.

De Ierosolyma obsidione cingēda. De abominatione desolationis. Fugiendū,non reuertendum. Væ prægnantibus. Orandum. afflictio. Gladius, captiuitas. Non credendum, Christum esse hic aut illic. Matth.24.15, vsque 29. Marc.13.14, vsque 24. Luc. 21.20, vsque 25. II.

QVum autē videritis circundatā ab exercitibus Hierosolymā, tūc scitote quòd appropinquarit desolatio eius. [ab]Quādo ergo videritis abominationē desolationis quæ dicta est per Danielem prophetam,stantem [a]in loco sancto [b]vbi nō oportet([ab]qui legit intelligat)[abc]tunc qui fuerint in Iudæa,fugiant [c]super montes:[c]& qui in medio eius,excedant: & qui in regionibus,ne ingrediantur in eam:[ab]qui verò fuerit in tecto, ne descendat [b]in domū, neque introeat [ab]vt tollat quicquam è domo sua : & qui fuerit in agro, ne reuertatur [b]ad ea quæ sunt [ab]retrò,vt tollat vestimenta sua:[c]quia dies vltionis hi sunt:vt impleātur omnia quæ scripta sunt.[abc]Væ autē prægnantibus, & mamma nutrientibus in illis diebus.[ab]Orate verò vt non fiat fuga vestra hyeme,[a]neque sabbatho.[ab][c]Erunt enim dies illi afflictio magna,qualis non fuit [b]altera [ab]à primordio [b]creaturæ [a]mundi [b]quā creauit Deus, [c]ad hoc vsque tempus,neque fiet.[ab]Et nisi [c]decurtati fuissent dies illi,nō fuisset saluata vlla caro:propter electos autem [b]quos elegit,[ab][c]decurtabuntur dies illi. [c]Erit enim angustia magna super terram,& ira in populo hoc:& cadent acie gladii,& captiui ducētur in omnes Gentes: & Hierosolyma calcabitur à Gentibus,donec compleantur tempora Gentium.[ab]Et tunc siquis vobis dixerit,Ecce hic Christus:[a]aut hic,[b]ecce illic:[ab]nolite credere.Surgēt enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa [a]magna,[ab]& prodigia [b]ad seducendum, [a]ita vt seducantur([ab]si fieri possit)etiam electi.[b]Vos autē cauete,[ab]ecce prædixi vobis [b]omnia. [a]Si ergo dixerint vobis,Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in cellis: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque in Occidentem: ita erit aduentus Filii hominis. Vbicunque enim fuerit cadauer,illic congregabuntur & aquilæ.

c in

a Erit enim tunc affl.

b Dominus decurtasset dies

b decurtauit dies.

Erunt signa in sole. Sol & luna obscurabuntur. Filius hominis veniet. Leuate capita vestra. A ficu discendum, Diem nemo nouit. Sicut in diebus Noah. Matth.24.29, vsque 43. Marc.13.14, vsque 33. Luc.21.25, vsque 34. III.

[b] SEd in illis diebus [a]statim [ab]post afflictionem [b]illam [a]dierum illorum [ab]sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum,& stellæ [b]cæli [ab]decident [a]de cælo.[c]Et erunt signa in sole & luna & stellis,& in terra anxietas gentium,in mentis inopia,resonāte mari & fluctu,extabescentibus hominibus,præ timore & expectatione eorum quæ superuenient orbi:[abc]nam & virtutes [c]cælorum commouebuntur.[a]Et tunc apparebit

b quæ sunt in cælis

signum Filii hominis in cælo.[abc] Et tunc[a] plangēt omnes tribus terræ:& [abc] videbunt Filium hominis venientem in nubibus[a] cæli[abc] cum virtute multa & gloria multa.[ab] Et[c] tunc mittet āgelos suos[a] cum tubæ voce magna:& [c] cōgregabunt electos eius à quatuor vētis,[b] ab extremo terræ vsque ad extremū cæli,[a] & ab extremis cælorū vsque ad extrema illorum. [c] Incipientibus autem his fieri, suspicite & attollite capita vestra, eo quòd appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem,[ab] A ficu autem discite similitudinem,[c] Videtis ficum,[ab] quando iam ramus eius tener fuerit, & folia enata fuerint:[c] & omnes arbores, quando protrudunt iam gēmas: cernentes ex vobisipsis,[abc] scitis quòd iam propè sit æstas. Sic & vos quādo videritis omnia hæc fieri, scitote quòd propè sit[ab] in foribus [c] regnum Dei.[abc] Amē dico vobis, quòd non præterierit generatio hæc, donec omnia[ab] hæc[c][abc] fiant. Cælum & terra præteribūt, verba verò mea non præteribunt.[ab] De die autem illo & hora nemo nouit, ne angeli quidem [c] cælorū,[b] neque ipse filius,[ab] nisi pater[a] meus solus. Sed sicut erāt dies Noæ, sic erit & aduētus Filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuiū edentes & bibentes, matrimonia contrahentes, & nuptum dantes, vsque quo die intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & sustulit vniuersos: sic erit & aduentus Filii hominis. Tunc duo erunt in agro, vnus assumitur & alter relinquitur: duæ molentes in mola, vna assumitur, & altera relinquitur.

b cōgregabit

b qui sunt in cælis,

Cauendū ab ebrietate. Vigilandum. Sēper orandum vt liceat stare corā Filio hominis. Nescitis enim tēpus: sicut paterfamiliâs iubet ianitorē vigilare, vigilate: quia nescitis an sero, medio noctis, gallicinio, an diluculo. Paterfamiliâs vigilaret si sciret qua hora fur venturus esset. Quis est fidelis seruus & prudens, &c. Matth.24.42.43. Mar. 13.33, vsque ad finem cap. Luc.21.34, vsque 37. CCCC.

[bc] CAuete[c] autē vobis nequando grauentur corda vestra crapula & ebrietate & curis huius vitæ, subitúsque vobis ingruat dies ille: tanquam laqueus enim superueniet in omnes habitantes super faciem vniuersæ terræ.[bc] Vigilate[c] ergo omni tempore,[b] & orate,[ab] deprecātes vt digni fiatis qui effugiatis hæc omnia quæ futura sunt, & stare coram Filio hominis.[b] Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo peregre profectus, qui reliquit domū suam, & dedit seruis suis potestatē, & vnicuique opus suum, & ianitori mandauit vt vigilaret.[ab] Vigilate ergo, quia nescitis[b] quādo[a] & qua hora[b] dominus domus,[a] dominus vester[ab] venturus sit,[b] sero, an medio noctis, an gallicinio, an diluculo: ne si venerit repēte, inueniat vos dormientes. Quæ autē vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

Adiunge his ex eodem capite Matth.24.44,

Illud autem scitote quoniam si sciret paterf. &c. vsque ad finem capitis.

Parabola de decem virginibus. Item, de quinque, duobus & vno talentis. Matth.25.c, V.

Tunc simile erit regnum cælorum, &c. vsque 31.

Venite benedicti. Ite maledicti. Diem in templo, noctem transigit in mōte oliuarum. Matth.25.31, VI.

Quum autem venerit Filius hominis, &c. vsque ad finem capitis.

Adde huc ex Luca,21.37,

Erat auté diebus docens in téplo: noctibus verò exiés, diuersabatur in mōte qui vocatur Oliuarū. Et ōnis populus mane ibat ad eū in téplo audire eū.

Cogitant Christum occidere, sed nō in festo. Mulier vngit Christū. discipuli indignantur. excusat Christus. Iudas digreditur traditurus. Matth. 26.1, vsque 17. Marc. 14.1, vsque 12. Luc. 22.1, vsque 7. VII.

APpropinquabat autem festum azymorū, quod dicitur Pascha: ᵃ& factum est quū consummasset Iesus sermones hos ōnes, dixit discipulis suis, Scitis quòd post biduū pascha fit, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. ᵇErat autem Pascha & Azyma post biduū. ᵃTunc congregati sunt principes sacerdotū & Scribæ & seniores populi in aulam principis sacerdotū, qui dicebatur Caiaphas: & cōsilium inierunt ᵃᵇᶜvt Iesum dolo cōprehenderent, & ᶜocciderent. ᵃᵇDicebant auté, Non in die festo, ne tumultus fiat ᵇin populo. ᶜTimebāt enim plebem. ᵃᵇQuum auté Iesus esset in Bethania, in domo Simonis leprosi, ᵇaccūbente eo venit ad eū mulier habens alabastrum vnguenti ᵇnardi pisticæ ᵃᵇpretiosæ, & ᵇconfringens alabastrum, ᵃᵇeffudit super caput ipsius ᵃrecumbētis. ᵃVidentes autem discipuli eius, ᵃᵇindignati sunt, dicentes, Ad quid perditio hæc ᵇvnguēti facta est? ᵃᵇpotuit enim hoc ᵃvnguentum ᵃᵇvenundari ᵃmagno, ᵇpluris quàm trecētis denariis, ᵃᵇ& dari pauperibus. ᵇEt infremebant aduersus illam. ᵃQuum cognouisset autem Iesus, ᵃᵇdixit ᵃeis, ᵇSinite illam, ᵃᵇquid molesti estis ᵇilli ᵃmulieri? ᵃᵇOpus enim bonū operata est erga me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, ᵇ& quandocunque volueritis potestis illis benefacere: ᵃᵇme verò nō semper habetis. ᵇQuod potuit, hæc fecit: præuenit vt vngeret corpus meū ad sepulturā. ᵃEffundés enim hæc vnguentū hoc super corpus meū, ad sepeliendum me fecit. ᵃᵇAmen dico vobis, vbicūque prædicabitur Euangeliū hoc in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc, in memoriā ipsius. ᶜIntrauit autem Satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariota, qui erat è numero duodecim: ᵃᵇ& tunc digressus vnus è duodecim, ᵃqui dicebatur ᵃᵇIudas Iscariota, ᵇabiit ᵃᵇad principes sacerdotū, ᵇvt traderet eum illis: ᶜquúmque abiisset, colloquutus est cū principibus sacerdotū & magistratibus quomodo eum traderet illis. ᵇAt illi audiétes, ᵇᶜgauisi sunt, ᶜ& pacti sunt, ᵇ& promiserunt ᵇᶜei pecuniā daturos esse: ᵃ*tunc* dixit, Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradā eum? At illi constituerunt ei triginta argenteos: ᶜ& spopondit. ᵃEt ex eo tempore ᵃᵇᶜquærebat opportunitatem vt traderet ᵃᵇᶜeum illis sine turba.

c tollerent.
b populi.
b Erāt autem quidam indignantes apud sese, & dicētes
b quærebat quomodo opportune eum traderet.

Christus dilexit suos in finē. Iubet parari pascha. Vesperi accūbit. Cœna parata lauat discipulis pedes. Matth. 26.17, vsque 21. Mar. 14.12, vsque 18 Luc. 22.7, vsque 15. Iohā. 13.1, vsque 2. VIII.

Ex Luca manifestissimum est, quum Christus discipulis suis corpus & sanguinē suum distribueret, Iudam adhuc affuisse. Quare quum Christus mentionē proditoris āte eucharistiam fecerit, Matthæo & Marco testibus, eadémque Luca teste post eucharistiā repetiuerit: verba Iohannis eucharistiam omittentis sic accipienda iudicamus, vt vtranque mentionem proditoris vno sermone complexus esse videatur. Itaque quæ de proditione scribit, ante eucha-

ristiam posuimus: quæ autẽ de inquisitione Petri narrat, post eucharistiam recensere voluimus, quia proculdubio post eã facta sunt. Si enim antea facta essent, nihil opus fuisset postea quærere: quod tamẽ Lucas factum esse tradit. In reliquis omnibus vsque ad resurrectionem certus ordo ex Elencho isto deprehenditur.

[a] Ante festum autem Paschæ, sciens Iesus quòd venisset ipsius hora vt transiret ex hoc mundo ad patrem, quum dilexisset suos qui erant in mundo, vsque ad finem dilexit eos. [c]Venit autem dies azymorum, in quo oportebat immolari pascha. [ab] Primo autem die azymorum, [b]quo pascha immolabat, [a]accesserunt ad Iesum [ab]discipuli eius, dicentes ei, Vbi vis [b]abeuntes [ab]paremus tibi vt comedas pascha? [bc]Et emisit [b]duos ex discipulis suis, [c]Petrum & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt comedamus. At illi dixerunt ei, Vbi vis paremus? [abc]At ipse dixit [bc]eis, [ab]Abite in ciuitatem [a]ad quendam, [c]& ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, [bc]occurret vobis homo hydriam fictilem aquæ portans: sequimini illum [c]in domum in quam intrat, [b]& quocunque ingressus fuerit [abc]dicite [a]illi [bc]patrifamiliâs [c]ædium, [abc]Magister dicit [c]tibi, [a]Tempus meũ propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. [bc]vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis comedam? Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum, stratum, [b]paratum: [bc]illic parate [b]nobis. Et exierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, [c]& abeuntes [bc]inuenerunt sicut dixerat eis: [a]& fecerunt discipuli sicut constituerat illis Iesus, [abc]& parauerũt pascha. [ab]Vespere autem facto [b]venit cum duodecim, [c]& quum esset tẽpestiuum, [ac]accubuit, & duodecim cum eo.

Lege post hæc in Iohanne, 13. 2,

Et cœna facta, quum diabolus, &c. vsque 12,

Dicit exemplum se dedisse eis. Turbatur: dicitque, Vnus ex vobis tradet me. Tristantur. Quærunt, Quis? Filius hominis vadit. Desiderio desideraui. Non bibam vltra donec veniat regnum Dei. Iohan. 13. 12, IX.

Postquam ergo lauit pedes, &c. vsque 22.

Adde his ex Matthæo, 26. 21, vsque 26. Mar. 14. 18, vsque 22. Lu. 22. 15, vsque 19.

[b]Et accumbentibus [a]& vescentibus illis, [d]quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testificatus est. Et [abd]dixit Iesus, Amẽ [d]amẽ [abd]dico vobis, quòd vnus ex vobis traditurus est me, [b]qui vescitur mecum. At illi cœperunt mœsti esse: [a]& mœsti facti vehementer, cœperunt [ab]dicere ei [a]vnusquisque illorum, [ab]Nunquid ego [a]sum Domine? [b]Et alius, Nunquid ego? [ab]At ipse respõdens dixit [b]eis, Vnus ex duodecim, [ab]qui intinxit mecum in catino [a] manum, hic me traditurus est. [ab]Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de ipso: væ autẽ homini illi per quem Filius hominis traditur. bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. [a]Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Num ego sum, rabbi? Dicit ei, Tu dixisti. [c]Et ait ad eos, Desiderio desideraui hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis quòd posthac non comedam ex eo, vsquedum cõpleatur in regno Dei. Et accepto poculo quum

b singulatim,

b intingit

gratias egisset, dixit, Accipite hoc, & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de fructu vitis, vsque dum regnum Dei veniat.

Accepto pane dicit, Hoc est corpus meum. Et calice, Hic est sanguis meus. Nō bibam vltra. Manus tradentis me mecū est in mensa. Aspiciunt & hæsitāt. Cœperunt quærere de quo diceret. Christus buccella designat Iudā. Is exit. putāt aliquid empturū aut egenis daturū. Matth.26.21, vsque 30. Marc.14.22, vsque 26. Luc.22.19, vsque 23. x.

abc ET vescētibus illis, accepit ab Iesus abc panē, & gratias egit, fregitque, & dedit bc ipsis a discipulis, abc & dixit, ab Accipite, comedite, abc hoc est corpus meum c quod pro vobis datur: hoc facite in mei cōmemorationē. c Et similiter ab accepit abc & poculū c postquam cœnauit, ab & gratias egit, deditque illis, ac dicēs, a Bibite ex hoc omnes. b Et biberūt ex eo omnes. Et ait illis, abc c Hic enim est sanguis meus, qui est Noui testamēti, qui c pro vobis ab & pro multis abc effunditur a in remissionē peccatorū. b Amen ab dico vobis, b quòd posthac ab non bibam a vltra c ex hoc ab fructu vitis, vsque in diē illum quum eum bibam a vobiscum ab nouū in regno b Dei a patris mei. c Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa: & filius quidem hominis vadit, secundum quod definitum est: veruntamē væ homini illi per quem traditur.

c Hoc poculū Nouum testamentum per sanguinē meū

Ad hæc adiice ex Iohanne, 13.22, & Lucæ eodem capite, versu 23,

d Aspiciebāt ergo se inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. c Et ipsi cœperunt quærere inter sese quisnam esset ex ipsis qui hoc facturus esset. d Erat autem ex discipulis eius, &c. apud Iohannem, vsque 33.

Contendunt quis eorum sit maior. Filioli adhuc modicū vobiscum sum, &c. Dicitque Petrum ter negaturū ipsum. Satanas expetiuit vos vt cribraret. Ecce duo gladii hic. Luc.22.24. XI.

Facta est autem & contentio, &c. vsque ad finem capitis.

Insere ex Iohanne, 13.33,

Filioli, adhuc modicum, &c. vsque ad finem capitis.

Post hæc lege ex eodem capite Lucæ, 22.31,

Ait autem Dominus Simoni, &c. vsque 39.

Ne turbetur cor vestrum, neque formidet. Iohan.14.1, XII.

Et ait discipulis suis, Non turbetur cor, &c. vsque 15.

Si diligitis me, præcepta mea seruate. Surgite, eamus hinc. Hymno dicto exierūt. Iohā. 14.15, XIII.

Si diligitis me, præcepta mea seruate, &c. vsque ad finem capitis.

Quibus adde ex Matthæo, 26.30: & Marco. 14.26,

Et hymno dicto exierunt. Reliquum versus habebis cap. XVIII, paulo pòst sequenti.

Ego sum vitis vera, vos palmites, &c. Iohan.15.1, XIIII.

Ego sum vitis vera, vos palmites, &c. vsque 17.

Si mūdus vos odit, scitis quòd, &c. A synagogis excludēt vos, &c. Iohan.15.17. XV.

Si mundus vos odit, &c. vsque ad finem capitis.

Et cap. 16.1,

Hæc locutus sum vobis, &c. vsque 16.

Pusillum, & non videbitis me, &c. Iohan.16.16, XVI.

Modicum, & iam non videbitis me, &c. vsque ad finem capitis.

Orat, Pater clarifica filium tuum. Iohan. 17. 1, XVII.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis, &c. vsque ad finem capitis.

Egressus trans torrentem Cedron, profectus est in montem Oliuarum. Prædicit scandalizandos, & Petrum negaturum. Venit Gethsemani in hortum Iudæ notum. Orat. Ter increpat dormientes. Angelus consolatur eum. Sudat sanguinē. Matth. 26. 30, vsque 47. Marc. 14. 26, vsque 34. Luc. 22. 39, vsque 47. XVIII.

[a]HAEc quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis. [c]Et egressus [d]trans torrentem Cedron, [c]profectus est secundum cōsuetudinem[abc]in mōtem Oliuarum: [c]sequuti sunt autē eum & discipuli.[ab]Et tunc dicit eis Iesus, Omnes [a]vos [ab]scandalizabimini in me in nocte hac, quia scriptum est, Percutiam pastorē, & dispergentur oues [a]gregis.[ab]Sed postquam surrexero, præcedam vos in Galilæam. [a]Respondens autem[ab]Petrus dixit ei, Etsi omnes scandalizati fuerint [a]in te, [b]ego tamē nunquam [a]scandalizabor.[ab]Et dicit illi Iesus, Amē dico tibi quod [b]hodie, [ab]in hac nocte, prius quā[b]bis[ab]gallus cecinerit, ter abnegabis me.[b]At [a]Petrus vehementius [ab]dicebat ei, Imò[a]etiamsi oportuerit me commori tibi, nō te abnegabo. Similiter autem [ab]& omnes discipuli dicebāt. Et tunc venit [a]cum eis Iesus [ab]in prædiū[b]quod dicitur Gethsemani, [d]vbi erat hortus, in quem intrauit ipse & discipuli eius. Nouerat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter conuenerat Iesus illuc cum discipulis suis.[ab]Et dicit discipulis suis, Sedete hîc, donec digressus orem [a]illic.[ab]Et assumit Petrum & [a]duos filios Zebedæi, [b]Iacobum & Iohannem secum. [c]Et quum peruenisset ad locum, [ab]cœpit [a]mœstus esse, & [b]expauescere, [ab]& affligari. [abc]Et tūc dicit eis [c]Iesus, [ab]Mœsta est anima mea vsque ad mortē: manete hic, & vigilate [a]mecum, [c]& orate, vt ne intretis in tentationem.[abc]Et ipse progressus, [c]auulsus est ab eis [ab]paululum, [c]fermè ad lapidis iactum: positisque genibus, [ab]prōcidit [a]in faciem suam [b]in terra, [abc]& orabat [b]vt si possibile esset, trāsiret ab ipso hora: [abc]& dicebat, [b]Abba, [abc]pater[a]mi, si possibile est, transeat à me poculum hoc. [b]Omnia possibilia sunt tibi. [c]Si vis trāsferre, [b]transfer [bc]poculum à me hoc: [abc]veruntamen [a]non mea voluntas, sed tua fiat.[ab]Et venit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro, [b]Simon, dormis? [a]Itane [ab]non potuistis vnam horam vigilare [a]mecum?[ab]Vigilate & orate, vt ne intretis in tētationem. Spiritus quidem prōptus est, caro autem infirma.[ab]Et rursum [a]secūdariò [ab]digressus, orauit, [b]eundem sermonē dicens, [a]Pater mi, si nō potest hoc poculum trāsire à me, nisi illud bibam, fiat voluntas tua.[ab]Et reuersus, inuenit eos rursum dormientes. Erant enim eorum oculi grauati, [b]& nesciebant quid ei responderēt.[a]Et relictis illis, rursum digressus, orauit tertiò, eundem sermonem dicens. [c]Visus est autem ei angelus de cælo, confortans eum. Et quum esset in āgore, prolixius orabat. Et erat sudor eius sicut guttæ sanguinis defluentes in terram.[ab]Et tunc [c]quum surrexisset à deprecatione, [abc]veniens [b]tertiò [ac]ad discipulos suos, [c]inuenit eos dormiētes præ mœsti-

b cui nomen

a non sicut ego volo, sed sicut tu.

tia, [abc]& dicit eis, [ab]Dormite iam & requieſcite.[b]Sufficit.[c]Quid dormitis? ſurgite,& orate, vt ne intretis in tentationē.[a]Ecce [ab]appropinquauit hora,& [b]ecce[ab]Filius hominis traditur in manus peccatorũ.Surgite,eamus: ecce qui tradit me, appropinquauit.

Iudas accepta cohorte venit. dat eis ſignum. Quũ Ieſus diceret,Ego ſum: abierunt retrorſum.Iudas oſculo tradit. Petrus quærit an percutiẽdum. Chriſtus comprehenditur.Petrus amputat aurem,quam Chriſtus reſtituit.Petrus reprehenditur.Duodecim legiones angelorum exhiberet pater. Matth.26.47,vſque 55.Marc.14.43,vſque 48. Luc.22.47,vſque 52.Iohan.18.3,vſque 12. xix.

[d]IVdas ergo quum accepiſſet cohortē, & à principibus ſacerdotum ac Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis ac facibus & armis. [ab]Et ſtatim [abc]adhuc eo loquente,ecce Iudas,qui erat vnus è duodecim, accedit,& cum eo turba [ab]multa cum gladiis & fuſtibus,à ſummis ſacerdotibus,[b]& Scribis[ab]& ſenioribus[a]populi:[c]& àtecedebat eos.[ab]dederat autem eis ſignum,dicens,Quencunque oſculatus fuero,ipſe eſt: tenete eum,[b]& abducite caute.[d]Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ipſum, egreſſus dixit eis, Quē quæritis? Reſponderũt ei, Ieſum Nazarenum.Dicit eis Ieſus,Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum eis.Vt ergo dixit eis,Ego ſum:abierunt retrorſum,& ceciderunt in terrā. Iterum ergo eos interrogauit,Quē quæritis? At illi dixerũt, Ieſum Nazarenum.Reſpõdit Ieſus,Dixi vobis quòd ego ſum. ſi ergo me quæritis,ſinite hos abire.Vt impleretur ſermo quē dixerat,Quos dediſti mihi,non perdidi ex eis quenquam. [ab]Et ſtatim accedens [c]qui vocabatur Iudas,appropinquauit[b]ipſi[a]Ieſu,[c]vt oſcularetur eũ,[ab]& dicit ei,[a]Aue[ab]rabbi,[b]rābbi.[ab]Et oſculatus eſt eum.[ac]Ieſus autē dixit ei,[a]Amice [c]Iuda,[a]ad quid ades?[c]oſculo Filiũ hominis tradis?[b]Illi verò[a]tunc accedentes,[ab]iniecerunt manus[b]ſuas[ab]in ipſum[a]Ieſum,[ab]& cõprehenderunt eum.[c]Videntes autem hi qui circa ipſum erant,quid futurũ eſſet,dixerũt ei, Domine,percutiemúſne gladio?[abc]Et ecce vnus [bc]quiſpiā [b]aſtantium [c]ex illis[a]qui erant cum Ieſu,[d]Simon Petrus,habens gladiũ,[a]extēſa manu [ad]eduxit gladium [a]ſuum,& percuſſit ſeruum principis ſacerdotũ,[abcd]& amputauit eius auriculam [cd]dexteram.[b]Erat autem nomen ſeruo Malchus.[c]Reſpondens autem Ieſus ait,Sinite hucuſque.Et quum tetigiſſet auriculam eius,ſanauit eum.[ad]Dixit ergo[a]tũc [ad]Ieſus Petro,[d]Cõuerte gladium tuum[a]in vaginam [a]ſuam:omnes enim qui accipiũt gladium, gladio pereunt.[d]Poculũ quod dedit mihi Pater,an non bibā illud?[a]An putas quòd non poſſim modò rogare Patrē meum,& exhiberet mihi plus quā duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implerentur Scripturæ quòd ſic oportet fieri? d Immitte a in locũ ſuum

Tanquam ad latronem exiuiſſe dicit.Diſcipuli fugiunt,Iohānes nudus.Chriſtus capitur,ligatur, ducitur ad Annam.Ducitur ad Caipham.Caiphas qui cõſilium dederat, eſt pontifex.Petrus ſequitur.Eum Iohannes introducit in aulam põtificis. Matth.26.55,vſque 59.Marc.14.48,vſque 55.Luc.22.52,vſque 55.Iohan.18.12,vſque 16. xx.

[ab]ET in illa hora reſpondens dixit Ieſus [b]ipſis[a]turbis [c]& ad eos qui venerãt ad ipſum,principes ſacerdotũ ac magiſtratus templi & ſenio- b Reſpondēs c dixit autem Ieſus.

res,[abc]Tãquã ad latronẽ exiuiſtis cum gladiis & fuſtibus,[ab]ad capiẽdum
me.[abc]Quotidie eram apud vos,[a]& ſedebam [ab]docẽs in tẽplo:& [c]quum
eſſem vobiſcum in templo,[ab]non comprehendiſtis me, [c]& non exten-
diſtis manus in me. Sed hæc veſtra eſt hora,& poteſtas tenebrarum.
[a]Hoc autem totum factũ eſt [ab]vt implerẽtur ſcripturæ [a]Prophetarũ.[b]Et
[a]tunc diſcipuli[ab]omnes relicto eo fugerũt. [b]Et vnus quiſpiam adoleſcen
tulus ſequebatur eum,circumamictus ſindone ſuper nudum, & cõpre-
henderunt illum adoleſcentuli: ille verò relicta ſindone, nudus effugit
ab illis.[ad]Cohors igitur[d]& tribunus ac miniſtri Iudæorum [a]comprehen
dentes ceperunt Ieſum, [d]& ligauerunt eum.[bd]Et quum cepiſſent,[abcd]ab-
duxerunt [d]ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiaphæ,qui erat prin
ceps ſacerdotum anni illius. [c]Et induxerunt eum in domum principis
ſacerdotum, [a]ad Caiapham [ab]principem ſacerdotum,[a]vbi Scribæ & ſe-
niores conuenerant.[d]Erat autẽ Caiaphas,is qui cõſuluerat Iudæis quòd
expediret vnum hominem mori pro populo.[b]Et conueniunt ad illum
omnes principes ſacerdotũ & ſeniores & Scribæ.[d]Et Simõ[abcd]Petrus ſe-
quebatur [ab]ipſum [d]Ieſum[abc]eminus,[d]& alius diſcipulus [a]vſque ad atrium
principis ſacerdotum.[d]Diſcipulus autem ille erat notus principi ſacer-
dotum,& introiuit cum Ieſu in atrium principis ſacerdotum. Petrus au
tem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille alter,qui erat no-
tus principi ſacerdotum, & dixit hoſtiariæ, & introduxit Petrũ [b]intro
in aulam principis ſacerdotũ. [a]Et ingreſſus intro [ab]erat ſedens cum mi-
niſtris,[b]& calefiebat ad lumen,[a]vt videret finem.

Producunt falſum teſtimonium. Adiurãt an ſit Chriſtus. Blaſphemaſſe dicitur. Condemnant,velant,cædunt. Matth.26.59.vſque 69. Marc.14.55,vſque 66. XXI.

[ab]PRincipes autem ſacerdotum[a]& ſeniores[ab]& concilium totũ quæ-
rebant [a]falſum [ab]teſtimonium aduerſus Ieſum, vt eum morte affi-
a inuenerunt. cerent,[b]& non [c]inueniebãt. [a]Et quũ multi falſi teſtes acceſſiſſẽt,non in-
uenerunt.[b]Multi enim falſum teſtimonium dixerãt,& idonea teſtimo-
nia non erãt.[ab]Et poſtremo quidã ſurgentes,& accedẽtes duo[b]quidam
[a]falſi teſtes [b]falſum teſtimoniũ dixerũt aduerſus eum,dicentes,[b]Nos au
a Hic dixit a poſſum de-ſtruere diuimus eum dicentẽ,Ego[ab] [c]deſtruam tẽplum hoc [a]Dei[b]manufactum,
[ab]& tribus diebus[b]aliud non manufactum[ab]ædificabo.[b]Et ne ſic quidem
idonea erant teſtimonia illorum. [ab]Et ſurgens princeps ſacerdotum [b]in
mediũ,interrogauit Ieſum,[a]& ait ei,[ab]dicens,Non reſpõdes quicquam?
quid iſti contra tè teſtimonum dicunt? At ipſe [a]Ieſus[ab]tacebat,[b]& nihil
reſpondebat.[b]Et rurſum reſpondens [ab]princeps ſacerdotum [b]interroga
a dixit bat eum,[ab]& [c]dicit ei, Es tu Chriſtus filius ille benedicti?[a]adiuro te per
Deum viuentem, vt nobis dicas an tu ſis Chriſtus filius ille Dei.[ab]At i-
pſe Ieſus ait ei,Tu dixiſti,[b]Ego ſum.[ab]Veruntamen [a]dico vobis, ex hoc
tempore [ab]videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis,& ve-

nientem cum nubibus cæli. Tunc verò princeps ſacerdotum diſcidit veſtimenta ſua, dicens,[a] Blaſphemauit,[ab]quid adhuc opus habemus teſtibus? [a]Ecce nunc[ab]audiſtis blaſphemiam [a]eius: [ab]quid vobis videtur? At illi[b]omnes cõdemnauerunt eum, reum eſſe mortis.[a]Et reſpondentes dixerũt, Reus eſt mortis.[ab]Et tunc cœperunt quidã conſpuere in eum,[b]& obuelare faciẽ eius,[ab]& colaphis eum cædere, & dicere, Vaticinare[a]nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?[b]Et miniſtri alapas ei impingebãt.

Petrus primùm negat. Chriſtus interrogatur de diſcipulis & doctrina ſua. Datur ei alapa. Petrus exit, gallo canente. Secundo negat. Et interuallo vnius horæ facto, tertio negat. Gallus cantat. Chriſtus reſpicit. Petrus flet. Matth. 26.69, vſque 75. Marc. 14. 66, vſque ad finem capitis. Luc. 22.55, vſque 62. Iohan. 18.17, vſque 28. XXII.

[c]QVum autem accendiſſent ignem in medio aulæ, & cõſediſſent illi,[ac]Petrus ſedebat[a]foris[c]in medio eorũ[a]in aula. [b]Et quũ eſſet in aula inferne,[ab]acceſſit ad eũ ancilla quædã,[b]vna ex ãcillis principis ſacerdotũ.[bc]& quũ vidiſſet ipſum[b]Petrũ[c]ancilla ſedentẽ[b]& calefacientẽ[c]ſe ad lumen, & [bc]contẽplata eſſet eum, aiebat, dicens,[c]Et hic cũ illo erat.[d]Dicit ergo ãcilla hoſtiaria Petro, Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtius?[ab]Et tu cũ Ieſu Nazareno[a]Galilæo fuiſti.[abc]At ille negauit[c]eum[a]corã omnibus, dicens,[c]Mulier,[d] non ſum:[abc]non noui eum,[b]neque ſcio[ab]quid dicas.[d]Stabant autẽ ſerui & miniſtri qui prunas cõfecerant, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe: Princeps ergo ſacerdotũ interrogauit Ieſum de diſcipulis ipſius, & de doctrina ipſius. Reſpõdit ei Ieſus, Ego palam loquutus ſum mũdo: ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo, quo omnes Iudæi cõueniũt, & in occulto loquutus ſum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierũt, quid loquutus ſim eis: ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. Hæc autẽ quũ ipſe dixiſſet, vnus miniſtrorum aſſiſtẽs dedit alapam Ieſu, dicens, Siccine reſpondes principi ſacerdotum? Reſpondit ei Ieſus, Si malè loquutus ſum, teſtificare de malo: ſin autem bene, quid me cædis? (Miſerat enim eum Annas vinctũ, ad Caiaphã principem ſacerdotum.) Erat autem Simõ Petrus ſtans & calefaciẽs ſe,[c]& poſt puſillũ[b]exiuit foras in veſtibulũ, & gallus cecinit. Et ancilla videns eũ, rurſum cœpit dicere his qui aſtabãt, Hic ex illis eſt. At ille rurſus negabat. [a]Egreſſum autẽ illum in veſtibulum, vidit alia: & dicit his qui erant ibi, Et hic erat cũ Ieſu Nazareno. Et iterum negabat cum iuramẽto, Non noui hominẽ.[c]Alius videns eum dixit, Et tu ex illis es. Petrus autẽ dixit, Homo, non ſum.[d]Dicebant ergo ei, Nũ & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non ſum.[a]Et poſt puſillũ,[ab]interuallo ferè horæ vnius, aliusquidam aſſeuerabat, dicens, Reuera & hic cum eo erat: etenim Galilæus eſt. Dixit autem Petrus, Homo, neſcio quid dicas.[a]Accedentes[b]rurſum qui aſtabant, dicebant Petro, Verè[ab]& tu ex illis es: etenim[b]Galilæus es,[ab]& loquela tua[b]cõuenit,[a]& manifeſtũ te facit.[ab]At ille tunc cœpit execrari, & deierare,

Non noui hominẽ [b]hunc de quo dicitis. [d]Dicit vnus ex seruis principis sacerdotũ, qui erat cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculã, Nónne ego te vidi in horto cum illo? Rursus ergo negauit Petrus,& [acd]cõtinuo [c]adhuc eo loquẽte,[b]secũdariò, gallus cecinit. [c]Et cõuersus Dominus intuitus est Petrũ. [abc]Et recordatus est Petrus verbi [c]Domini [a]Iesu, [abc]quod dixerat ipsi [b]Iesus, [abc]Prius quàm gallus cecinerit [b]bis, [abc]abnegabis me ter. [ac]Et egressus foras [c]Petrus [abc] fleuit [ac]amaré.

Christus velatur,percutitur,iubetur vaticinari. Diluculo consilium capiũt:quærũntque,Si es Christus,dic nobis.Inito consilio,surgentes abducunt eum,& tradunt Pilato. Iudas abiicit argenteos. suspendit se.emitur ager figuli. Matth.27,1,vsque 3. Marc.15.1,vsque 3.Luc.22.62,vsque ad finẽ capitis.& cap.23.1,vsque 2. XXIII.

[c]ET viri qui tenebant Iesum,illudebant ei,cædentes: & quũ obuelassent eum,percutiebant faciem eius:& interrogabant eum,dicentes, Vaticinare quis est qui te percussit.Et alia multa,blasphemãtes,dicebãt in eum.[ab]Mane autẽ facto,[c]simulatque illuxit dies,conuenerunt [a]omnes [c]seniores populi,principes sacerdotum,& Scribæ, & vniuersum concilium, [a] & consilium ceperunt aduersus Iesum , vt afficerent eum morte [c]Et duxerunt eum in conciliũ suum,dicẽtes,Si tu es Christus,dic nobis.Dixit autem illis,Si vobis dixero,non credetis: sin autem etiam interrogauero, non respondebitis mihi,neque dimittetis.Ex hoc tempore erit Filius hominis sedẽs à dextris virtutis Dei. Dixerũt autẽ omnes, Tu ergo es filius Dei? At ipse ad eos dixit,Vos dicitis,quòd ego sim. At illi dixerunt,Quid adhuc opus habemus testimonio? ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.[b]Et statim [c]surgens [bce] vniuersa multitudo [c]eorũ, [ab]quum vinxissent [a]ipsum [b]Iesum, [abc]abduxerunt [c]eum ad Pilatum, [ab]& tradiderũt [a]eum Pontio [ab]Pilato [a]præsidi.

b totum concilium

Lege post hæc ex eodem Matth.cap.27.2,

Tunc videns Iudas qui eum,&c.vsque 11.

Ducunt ergo Iesum in prætorium.Pilatus quærit in quo accusent.respondẽt, Nisi malefactor esset,&c.Iubet vt ipsi crucifigãt. Aiunt eum gentẽ subuertere, tributa prohibere.Pilatus quærit an sit rex Iudæorum.respondet, Tu dicis.Item,quid veritas. Matth.27.11,vsque 12. Marc.15.3,vsque 6. Luc. 23.2,vsque 4.Iohan.18. 28, vsque ad medium versus 38,Et quum hoc dixisset,&c. XXIIII.

[d]DVcunt ergo Iesum à Caiapha in prætorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarẽtur,sed vt comederent pascha.Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,& dixit,Quã accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? Respõderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor,nequaquam tibi tradidissemus eũ.Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquã. Vt sermo Iesu impleretur,quem dixit: significans qua morte esset moriturus. [c]Cœperunt autem accusare eum, dicentes, Hunc deprehendimus peruertentem gentem, & prohibentem tributa dare Cæsari: dicentem

ſe Chriſtum regem eſſe. [d]Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum. [a]Ieſus autē ſtetit ante præſidem: [abc]& interrogauit eum [a]præſes [bc]Pilatus, [abd]dicēs ei, [abcd]Tu es rex Iudæorū? [d]Reſpōdit Ieſus, A temetipſo tu hoc dicis, an alii tibi dixerūt de me? Reſpōdit Pilatus, Num ego Iudæus ſum? Gens tua & principes ſacerdotū tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus, Regnum meum non eſt ex hoc mundo. Si ex hoc mūdo eſſet regnū meū, miniſtri mei vtique decertaſſent vt nō traderer Iudæis. Nunc autem regnum meū non eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? [abc]At Ieſus reſpōdens dixit ei, [abcd]Tu dicis: [b]quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & in hoc veni in mūdum, vt teſtimoniū perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocē meam. Dicit ei Pilatus, Quid eſt veritas?

Pilatus nullā inuenit in eo cauſam. Quū accuſarent, tacuit. Pilatus quærit quare non reſpōdeat. Ieſus autem nihil deinde reſpōdit. Mittit eum ad Herodem. ille remittit: Pilatus caſtigatum vult dimittere. Matth. 27.12, vſque 15. Luc. 23.4, vſque 17. Iohā. 18, reliquum 38 verſus, Et quum hoc dixiſſet, &c. vſque 39. XXV.

[a]ET quum hoc dixiſſet, iterū exiuit [c]Pilatus [d]ad Iudæos, & [cd]dixit ad principes ſacerdotum & turbas, Ego nullā inuenio cauſam in homine hoc. [b]Et accuſabant eum principes ſacerdotū de multis. [a]Et quum accuſaretur à principibus ſacerdotum & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit ei Pilatus, Non audis quàm multa aduerſum te dicant teſtimonia? Et non reſpōdit ei ad vllum verbum. [b]Pilatus autem rurſus interrogauit eum, dicens, Non reſpondes quicquā? ecce quàm multa aduerſus te teſtantur. Ieſus autem deinde nihil reſpondit: [ab]adeò vt miraretur [b]Pilatus [a]præſes vehementer.

Lege poſt hæc in eodem capite Lucæ, 23.5,

At illi inualeſcebant, dicentes, &c. vſque 17.

In feſto dimittebatur vnus. Barabbas vinctus erat ob ſeditionem. Turba petit vnū dimitti. Pilatus fatetur conſuetudinem: quærítque, Chriſtum, an Barabbam velint. Vxor Pilatum admonet. Poſtulat Barabbā dimitti, Chriſtum verò crucifigi. Pilatus caſtigatū vult dimittere. Matth. 27.15, vſque 23. Marc. 15.6, vſque ad dimidiū 15 verſus. Luc. 23.17, vſque 23. Iohan. 18.39, vſque ad finem capitis. XXVI.

[abc]IN feſto autem [ac]conſueuerat præſes [ab]dimittere vnum turbæ vinctum quem [e]voluiſſent. [a]Habebant autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. [bd]Erat autem [d]latro, [b]is qui dicebatur Barabbas cum ſociis ſeditionis vinctus, qui in ſeditione homicidium perpetrauerāt: qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, cōiectus in carcerē. Et ſucclamans turba cœpit poſtulare, quēadmodū ſemper fecerat eis. [a]Cōgregatis ergo illis, [ab]Pilatus [b]reſpōdit [ab]eis, dicēs, Eſt cōſuetudo vobis vt vnū vobis dimittā in Paſcha, [bd]vultíſne [d]ergo [bd]dimittā vobis regem Iudæorum? [a]Quem vultis dimittā vobis, Barabbā, an Ieſum qui dicitur Chriſtus? [ab]Sciebat enim quòd propter inuidiam tradidiſſent eum [b]principes ſacerdotum. [a]At illi [cd]ſucclamauerūt

e neceſſe habebat
b poſtulaſſent

[c]vniuerſaliter [d]rurſus omnes, [cd]dicentes, [d]Non hunc, ſed Barabbam: [c]tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. [a]Sedente autem eo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi cũ iuſto illo: multa enim paſſa ſum hodie in ſomnis propter eum. [ab]Principes autem ſacerdotum [a]& ſeniores perſuaſerunt [b]& concitauerunt [ab]turbas, [a]vt poſtularent [b]vt potius [ab]Barabbam [b]dimitteret ipſis, [a]Ieſum verò perderent. Reſpondens autem præſes dixit illis, Vtrum vultis è duobus dimittã vobis? [abc]Iterum ergo Pilatus reſpondens [c]alloquutus eſt, volens dimittere Ieſum, [ab]& dicit eis, Quid ergo vultis faciam [a]de Ieſu, qui dicitur Chriſtus, [b]quem dicitis regem Iudæorũ? [bc]At illi rurſum [c]clamauerunt, [ac]dicentes [a]ei omnes, [bc]Crucifige, [c]crucifige eum: [a]crucifigatur. [b]Pilatus autem [a]præſes, [c]tertiò [bc]dicebat ad eos, [ab]Quid enim mali fecit [a]hic? nullũ crimẽ capitale comperi in eo. caſtigatum ergo eum dimittam.

c vociferabantur,

Chriſtus flagellatur, coronatur, educitur. Clamãt, Crucifige: non habemus regẽ, &c. qui ſe facit regẽ, contradicit Cæſari. Pilatus ſedit pro tribunali. clamant, Crucifige. Pilatus lauat manus, permittitque Chriſtum crucifigi. Iohan. 1. 91, XXVII.

Si circunſtantias & cauſas in narrationibus Euangeliſtarum diligenter, vt fieri debet, obſeruauerimus, indubitato deprehendemus, Chriſto impoſita corona ſpinea, & circunie&ta chlamyde purpurea, bis à militibus fuiſſe illuſum. Primũ, vt ſcribit Iohannes: id quod fiebat iuſſu Pilati, qui ſperabat illa miſerabili ſpecie Iudæos commotum iri vt Chriſtum dimitti æquiore animo ferrent. quo conſilio quum nihil proficeret, damnauit innocentẽ. Poſtremò verò, vt ſcribũt Matthæus & Marcus: quum iam morti addictus, Pilatóque non amplius curæ eſſet, & tota cohors militum, ſub quorum præſidio ſine tumultu & ſeditione crucifigendus erat, cõuocata, in aulam perueniſſet: tum enim Ieſus iterũ in aulam dnctus eſt. non quidem in eum locum vnde prius producebatur, quũ Pilatus diceret, Ecce homo: ſed in interiorem aulæ partem, vbi licẽtia militaris ſine cuiuſquam reprehenſione, libidinem illudendi poſſet explere.

Tunc ergo apprehendit, &c. vſque 15.

Huc adde ex ſequentibus verſibus 15 & 16, & Matthæo, 27. 23, vſque 27. Marc. 15. 14, vſque 16. Luc. 23. 23, vſque 26,

[ab]At illi [b]vehementius clamauerunt, [c]& inſtabant vocibus magnis, poſtulantes eum crucifigi, [a]dicentes, [d]Tolle, tolle, [bd]crucifige eum: [a]crucifigatur. [c]Et inualeſcebant voces eorum & principum ſacerdotum. [d]Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſpõderunt principes ſacerdotum, Non habemus Regem, niſi Cæſarem. Videns autem Pilatus quòd nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accipiẽs aquam, abluit manus coram turba, dicens, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus dixit, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. [abc]Tunc ergo Pilatus [b]volens turbæ ſatiſfacere, [c]adiudicauit vt fieret poſtulatum illorum. [abc]Dimiſit autem eis Barabbam, [c]qui propter ſeditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem, quem popoſcerant. [ab]Ieſum autem flagellatũ tradidit [cd]voluntati eorum, [abd]vt crucifigeretur.

Milites vocant cohortem: induunt Ieſum chlamyde coccinea. coronant. illudunt. rurſúſque exuunt. Ducunt vt crucifigatur. Cogunt Simonem Cyrenæum ferre crucem,

Mulieres plãgunt Christũ.iubet vt super seipsas fleant.Matth.27.27,vsque 33.Marc. 15.16,vsque 22.Luc.23.26,vsque 32.Iohan.19.16,vsque 18.

XXVIII.

[a]T[a]Vnc[ab]milites[a]præsidis, suscipientes Iesum[b]abduxerunt eum in interiorem locum aulæ,quod est prætorium, & conuocant, [a]& congregauerunt ad eum[ab]totam cohortem.[a]Et quum exuissent eum,[ab]induerunt eum chlamyde coccina, & [ab]plectentes spineam coronam,imposuerunt super caput eius,[a]& arundinem in dexteram eius,[ab]& genu flexo [a]ante eum,[b]adorabant eum, [a]*&* illudebant ei: [b]& cœperunt salutare eum,[a]dicentes,[ab]Aue rex Iudæorũ.[b]Et inspuebant in eum.[a]Et quum inspuissent in eum,accipiebant arundinem,&[ab]percutiebãt caput eius [b]arundine.[ab]Et quum illusissent ei, exuerunt eum[a]chlamyde,[b]purpura,& [ab]induerunt eum vestimentis[a]suis[b]propriis.[d]Acceperunt autem Iesum,& [abd]abduxerunt eum [ab]vt crucifigerent eum. [cd]Et quum abducerent eum, [d]baiulans crucem suam, exiuit in eum qui dicitur Caluaria locum, qui dicitur Hebraice Golgoltha,vbi eum crucifixerũt.[a]Exeuntes autem inuenerunt[b]prætereuntem quendam [a]hominem Cyrenæũ, nomine [ab]Simonem,[b]venientem ex agro,patrem Alexandri & Rufi,[ab]hunc coegerunt vt tolleret crucem eius.[c]Apprehenso *inquam* Simone quodam Cyrenæo veniente ex agro,imposuerunt ei crucem vt portaret post Iesum. Sequebatur autem eum multa turba populi,ac mulierũ, quæ etiã plangebant & lamentabantur eum.Conuersus autem ad illas Iesus, dixit, Filiæ Hierosolymæ nolite flere super me:veruntamen super vosipsas flete,& super filios vestros:quia ecce veniunt dies,in quibus dicent,Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus,Cadite super nos: & collibus,Operite nos.Quia si in viridi ligno hæc faciunt,in arido quid fiet?

b Milites autẽ

Ducunt Christum in Golgoltha ; ducuntur & alii duo ad Caluariæ locum . Dant ei acetum felle mistum,quod noluit.dant vinum myrrhatum, quod non gustat.Crucifigũt duos cum eo.Orat vt eis dimittatur peccatũ.Scribitur titulus:Iudæi improbãt Pilatus dicit, Quod scripsi, scripsi. Diuidunt vestimenta, vt Scriptura impleatur. Matth.27.33, vsque 36. Marc.15.22, vsque 29. Luc.23.32,vsque 35. Iohan.19.18, vsque 25.

XXIX.

Sunt hic quatuor res,eæque perexiguæ, ita simul gestæ, vt quid primũ,quid postremũ fuerit, incertum sit, scilicet duos latrones post Christũ crucifixos, Pilatum titulũ cruci imposuisse, milites vestimenta diuisisse,prætereũtes Christum derisisse.Nam vt fateamur notum fuisse, vtrum milites prius crucifixerint latrones, an prius diuiserint vestimenta Christi, certe reliqua tria simul geri potuerunt,simúlque gesta sunt. Quid igitur mirum si Euãgelistæ eundem ordinem non seruarint in iis rebus quæ ordinem non habuerunt? Nos enim ordinem secuti sumus quem in Iohãne deprehendimus:non solũ quia postremus scripsisse,& de aliorum scriptis iudicasse fertur,verumetiã quia naturæ rerum est maxime consentaneus.Nam Matthæus & Marcus primũ vestimenta diuisa, tum titulum scriptum, deinde latrones crucifixos,postremò Christum derisum fuisse narrant. Lucas autẽ primum latrones, postea vestes,tertio titulum, vltimò derisionem commemorat.

[c]DVcebantur autem & alii duo malefactores cum eo,vt interficerentur,[b]& adducũt eum in Golgoltha locum. Et[ac]quum venissent in locum qui dicitur Golgoltha, [ab]quod est interpretatum, [abc]Caluariæ lo-

cus,[a]dederunt ei acetū bibere cum felle mistum: & quum gustasset, no-
luit bibere.[b]Et dederunt ei bibere myrrhatū vinum: at ipse non sumpsit.
[c]*&* ibi crucifixerunt eū. Et [ab]tunc crucifigūt cum eo [d]alios duos *qui erant*
[e]malefactores, hinc & hinc,[abc]vnum quidem à dextris, alterum autem
à sinistris,[d]medium autem Iesum.[b]Et impleta est Scriptura quæ dicit, Et
cum iniquis computatus est.[c]Iesus autē dicebat, Pater remitte illis: nesci-
unt enim quid faciant.[b]Erat autē hora tertia: & crucifixerūt eum.[d]Scri-
psit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem, [a]& imposuerunt
supra caput eius causam ipsius scriptam.[bcd]Erat autem & inscriptio cau-
sæ ipsius inscripta [c]supra eū literis Græcis & Latinis & Hebraicis,[ac]Hic
est [ad]Iesus [d]Nazarenus[abcd]rex Iudæorum.[d]Hūc ergo titulum multi lege-
runt ex Iudæis, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus fuit Iesus:
& erat scriptum Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato prin
cipes sacerdotum Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorū: sed quòd ipse
dixerit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.
Milites ergo [abd]quum crucifixissent ipsum Iesum, acceperunt & diuise-
runt vestimenta eius,[d]& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi par-
tem: & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, à summo contexta per
totum. Dixerunt ergo inter sese, Ne scindamus eam: sed [ab]mittentes sor-
tem [b]super illa, quid quisque tollat,[d]sortiamur de ea cuius sit futura.[c]Di-
uidentes autem vestimenta eius miserūt sortem,[ad]vt Scriptura implere-
tur,[d]dicens([a]id quod dictum est à Propheta)[ad]Diuiserunt sibi vestimēta
mea, & super vestitum meum miserunt sortem.[d]Et milites quidem hæc
fecerunt:[a]& sedentes seruabant eum illic.[c]Stabat autē populus spectans.

a crucifigūtur cum eo duo latrones, vnus
a b latrones,

Commendat matrem suam Iohanni. Prætereuntes deridēt eum, principes cum eis, &
pontifices: milites quoque & latrones. Vnus latronū deridet, alter increpat: cui pro-
mittitur paradisus. Matth. 27.36, vsque 45. Mar. 15.29, vsque 33. Luc. 23.35, vsque 44.
Iohan. 19.25, vsque 28. x x x.

Iohan.19.25, vsque 28. Erat autē hora tertia, & crucifixerunt
Vnus scrupulus est hoc loco, scilicet quòd Marcus dicit,
eum, quū Iohannes dicat fuisse horā fermè sextā, quādo Pilatus in loco qui Lithostrotos di-
citur, pro tribunali sedebat Iesum damnaturus. Absurdū autē videtur, hora tertia fuisse cru-
cifixum, qui quū esset hora ferè sexta, nōdum erat à iudice damnatus. Vnica & simplicissima
ratio huius loci explicādi esse videtur, si quemadmodum noctē in quatuor vigilias, ita diem
in quatuor horas seu stationes diuisum esse animaduerterimus: quarum prima incipiat à di
luculo, & duret vsque ad horam diei tertiam, vocetúrque primum mane, seu mane simplici
ter. Secunda autem incipiat ab hora tertia, & duret vsque ad horam sextam, vocetúrque ho-
ra tertia, eo quòd ab hora tertia initium sumat. Tertia verò incipiat ab hora sexta, & duret
vsque ad horam nonam: vocetúrque similiter ab hora vnde initiū sumit, hora sexta. Quar-
ta autem incipiat ab hora nona, & duret vsque ad occasum solis, siue ad ortum stellarum,
vocetúrque vel hora nona, vel vespera. Nam ad hunc modum diem diuidi solitum à Iudæ-
is, cum passim illorum literæ, tum verò parabola de patrefamiliâs operarios in vineam su-
am conducente (quæ est Matthæi vigesimo) clarissime indicat. Illic enim operarii conducti
fuisse dicuntur diluculo, hora tertia, hora sexta, hora nona, & item vndecima. Itaque iam
pulchre consentient Euangelistæ, qui prius dissentire videbantur. Nam quod Iohannes ait
fuisse fermè horam sextam, quum Pilatus sederet pro tribunali, satis indicat, nondum fuis-
se horam sextam: fuit igitur adhuc hora tertia, seu statio secunda, hoc est ea diei pars quæ
est inter horam tertiam & sextam. nihil igitur mirum, si tum, quū Christus crucifigeretur,

nondũ fuerit hora sexta: præsertim quũ aliquandiu in cruce pepẽderit antequam hora sexta fieret & tenebræ orirentur. Re igitur vera Christus à militibus hora tertia crucifixus fuit, quia sexta nondum aduenerat: & reuera Pilatus ferme circa sextam pro tribunali sedit, quia tertia iam tum maiore ex parte fuerat elapsa. Hanc sententiam etiam passionis historia confirmat, quia in ea nominatim diluculi, tertiæ, sextæ & nonæ horarum mentio fit, quum de reliquis inter illas labentibus omnino taceatur.

[a] STabant autem iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius, Maria Cleopæ & Maria Magdalena. Iesus ergo vt vidit matrem & discipulum astantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.[ab] Qui verò præteribant, blasphemabãt eum, mouentes capita sua, & dicẽtes,[b] Væ[ab] qui destruis tẽplum, & in tribus diebus ædificas. Salua teipsum:[a] si filius es Dei,[ab] descẽde de cruce.[c] Deridebant autẽ & magistratus cum eis, dicẽtes, Alios saluauit, saluet seipsum, si hic est Christus electus Dei.[ab] Similiter & principes sacerdotũ illudentes[b] inter sese[ab] cum Scribis[a] & senioribus,[ab] dicebant, Alios saluauit, seipsum non potest saluare.[a] Si[b] Christus ille[ab] rex Israelis est,[ab] descendat nunc de cruce,[b] vt videamus &[a] credamus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult eum: dixit enim, Filius Dei sum.[c] Illudebant autem ei & milites, accedentes & acetum offerentes ei, & dicentes, Si tu es rex Iudæorum, salua teipsum. Idipsum autẽ &[a] latrones,[ab] qui vnà crucifixi erant cum eo, exprobrabãt ei.[c] Vnus autem è suspensis malefactoribus blasphemabat eum, dicens, Si tu es Christus, salua teipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicẽs, Ne times quidẽ tu Deum, quòd in eadẽ damnatione es? Et nos quidẽ iustè: digna enim iis quæ fecimus, recipimus: hic verò nihil absurdum fecit. Et dixit Iesu, Memẽto mei Domine, quum veneris in regnum tuum. Et dixit ei Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Erat autem ferè hora sexta.

a credemus

Oriũtur tenebræ. clamat Eli, eli. Dicit, Sitio. offerũt acetum. Ait, Consummatum est. Pater in manus tuas commendo spiritũ. Tradit spiritum. Velum scinditur, fit terræ motus: monumenta aperiuntur, sancti resurgunt. Centurio cum aliis fatetur Iesum fuisse filium Dei. Spectantes percutiunt pectora sua. Matth. 27. 45, vsque 55. Marc. 15.33, vsque 40. Luc. 23. 44, vsque 49. Iohan. 19. 28, vsque 31. XXXI.

[ab] QVumverò facta esset hora sexta,[abc] tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam.[c] Et obscuratus est sol.[ab] Et hora nona[a] exclamauit Iesus voce magna dicẽs,[a] Eli, eli, lamma sabachthani?[a] quod est[b] interpretatum,[ab] Deus meus, deus meus, cur me dereliquisti?[a] Et quidam[a] illic[ab] astantium quum audissent, dicebant,[b] Ecce[ab] Heliam vocat iste.[d] Post hoc sciens Iesus quòd omnia iam consummata essent, vt consummaretur Scriptura, dicit, Sitio. Vas igitur positum erat aceto plenum,[a] & statim[ab] accurrẽs vnus ex eis, & accipiens[abd] spongiam, implẽnsque aceto, & imponens[a] arundini,[d] obtulit ori eius,[ab] & potum dabat ei,[b] dicens, Sinite, videamus an veniat Helias vt deponat eum.[a] Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat He-

a Circa horã verò nonam
b Elohi Elohi
a hoc est
b Quidã autẽ stantium
d hyssopo

lias ſaluaturus eum.[d]Quum ergo accepiſſet acetũ Ieſus, dixit, Conſummatum eſt.[c]Et iterum [abc]clamans voce magna Ieſus,[c]dixit, Pater, in manus tuas deponam ſpiritum meum.[cd]Et hæc quum dixiſſet, [d]inclinato capite [bcd]tradidit [ac]ſpiritum. [a]Et ecce [abc]velũ templi ſciſſum eſt [c]medium [ab]in duas partes, à ſummo vſque ad imum, [a]& terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorũ qui dormierant, ſurrexerunt: & egreſſi ex monumẽtis, poſt reſurrectionem eius intrauerũt in Sanctam ciuitatem, & apparuerũt multis.[bc]Quum vidiſſet autem [abc]centurio [b]qui aſtabat ex aduerſo ei, [c]quod fiebat, [b]quòd ſic clamans expiraſſet, [c]glorificabat Deum, [bc]dicens, Verè homo hic [c]iuſtus, [b]filius erat Dei.[a]Et qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, quum vidiſſent terræmotum & quæ facta fuerãt, timuerũt valde, dicentes, Verè Dei filius erat hic.[c]Et omnes quæ ſimul acceſſerant turbæ ad ſpectaculum hoc, videntes quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebátur.

Noti eius procul aſtant, & mulieres quæ etiam in Galilæa miniſtrauerant ei. Latronibus franguntur crura. Chriſto latus aperitur. Ioſeph petit corpus Ieſu. Centurio fatetur mortuum. Donatur Ioſepho. Matth. 27.55, vſque 59. Marc. 15.40, vſque 46. Luc. 23.49, vſque 52. Iohan. 19.31, vſque 40. XXXII.

[c]STabant autem omnes noti eius procul:[ab]erant autem [a]illic[abc]& mulieres[a]multæ, [ab]è lõginquo ſpectátes [c]hæc, [ac]quæ ſequutæ fuerant Ieſum à Galilæa, [a]miniſtrantes ei: [ab]inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iacobi [b]minoris[ab] & Ioſetis mater, & [b]Salome[a]mater filiorum Zebedæi:[b]quæ etiam quũ eſſent in Galilæa, ſequutæ fuerãt ipſum, & miniſtrauerant ei: & aliæ multæ quæ ſimul aſcenderant cum eo Hieroſolymam.[d]Iudæi ergo quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbatho: (erat enim magnus dies ille ſabbathi:) rogauerunt Pilatũ vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus erat cum eo. Ad Ieſum verò quum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lãcea latus eius fodit, & cõtinuò exiuit ſanguis & aqua: & qui vidit, teſtificatus eſt, & verum eſt teſtimoniũ eius, & ille ſcit quòd vera dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et rurſus alia Scriptura dicit, Videbunt in quem pupugerunt. Et poſt hæc, [b]iam [ab]veſpera facta, [b]quoniam erat paraſceue, quod eſt proſabbathum, [c]ecce[ab]venit homo[a]diues, [ac]nomine [abcd]Ioſeph, qui erat ab Arimathæa, [c]ciuitate Iudæorũ, [b]honeſtus, [bc]ſenator, [c]vir bonus & iuſtus: hic non cõſenſerat cõſilio ac facto eorum, [abc]qui etiam expectabat ipſe regnum Dei, [a]& diſcipulus fuerat Ieſu. [ac]Hic[d]quum eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum, [b]audens ingreſſus eſt ad Pilatum, [a]& accedens ad Pilatũ, [d]rogauit eum, & [abc] petiit [d]vt tolleret [abcd]corpus Ieſu.[b]Pilatus autẽ mirabatur ſi iam mortuus eſſet. Et accerſito ad ſe centurione interrogauit

eum an iamdudum mortuus esset. Qúmque cognouisset ex cẽturione, donauit corpus Iosepho.[a] Et tũc [d] permisit Pilatus,[a] & iussit reddi corpus.

Inuoluit sindone. Nicodemus affert misturam myrrhæ & aloes. Sepelit eũ in monumẽto suo nouo exciso. Mulieres adsunt. Erat parasceue. & propter parasceuen posuerunt eum in hortum. Mulieres spectant quomodo ponatur. Sabbatho quiescunt.

Pascha quartum à baptismate Christi.

Postero die signatur & custoditur sepulchrũ. Matth. 27. 59, vsque ad finẽ capitis. Marc. 15. 46, vsque ad finem capitis. Luc. 23. 52, vsque ad finem capitis. Iohan. 19. 40, vsque ad finem capitis. XXXIII.

[b] ET mercatus sindonem,[abc] & [c] deponens [bc] ipsum [a] corpus Ioseph,[abc] inuoluit illud sindone [a] munda. [d] Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens misturam myrrhæ & aloes, libras ferè centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cũ aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in eo loco vbi crucifixus fuit, hortus, & in horto monumentum nouum:[abc] & deposuit [c] illud in [a] nouo suo [abc] monumento [c] exciso,[ab] [c] quod erat excisum [c] in petra, [cd] [d] in quo nondũ quisquã positus fuerat.[a] Erat autem ibi Maria Magdalena & altera Maria, sedentes contra monumentum. [c] Et dies erat parasceue. Illuc ergo propter parasceuen Iudæorum, quia propè erat monumentum, posuerũt Iesum. Et quum aduoluisset lapidem [a] magnum [ab] ad ostium monumẽti,[a] abiit: & sabbathum illucescebat. Subsequutæ autem mulieres,[b] Maria Magdalena & Maria Iosetis [bc] spectabant monumentũ [b] vbi ponebatur, [c] & quomodo positum esset corpus eius. Reuersæ verò parauerunt aromata & vnguẽta: ac sabbatho quidem quieuerunt, propter mandatum.[a] Postero autem die, qui est post parasceuen, congregati sunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatũ, dicentes, Domine, recordati sumus quòd impostor ille dixit, adhuc viuens, Post tres dies resurgo. Iube ergo muniri sepulchrum vsque in tertium diem, nequando veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicãt populo, Surrexit à mortuis. & fiat nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiã: abite, munite, sicut scitis. Illi verò profecti muniuerunt sepulchrum, obsignato lapide, cum custodia.

a accipiens

b eum
a quod excide rat
b è petra,
c vbi

Cum transisset sabbathum, mulieres emerunt aromata. Vespere sabbathi valde mane veniunt mulieres videre sepulchrum. Primo sabbathi veniunt ad monumẽtum portãtes aromata. Angelus in terræmotu deuoluit lapidẽ. Custodes sunt velut mortui. Maria sublato lapide nuntiat discipulis Christum esse sublatum. Veniunt ad monumẽtum orto iam sole. Angelus à dextris dicit Christũ surrexisse. Illæ fugiũt. Matth. 28. 1, vsque 8. Mar. 16. 1, vsque 9. Luc. 24. 1, vsque 2. Iohan. 20. 1, vsque 3. XXXIIII.

Vix quicquam in tota Euãgelica historia diligẽtius ac copiosius est descriptũ, quàm historia resurrectionis, & tamen haud scio an vsquã alibi plures ac molestiores scrupuli quàm in illa ipsa narratione: quos tamen tales esse puto, qui facile possint eximi. Notandum igitur primò, vocem Græcam pro qua initio capitis ex Matthæo ponitur vespera, magis significare serum siue serotinum tempus, quàm vesperam: (nam nisi sabbatho præterito, sub seram iam

noctem, nihil operis licebat facere, propter sabbathum) & (nocte) subaudiendum: vt sit sensus, Serotino tempore diei festi, ea scilicet nocte quæ lucescit in primam sabbathi, hoc est post festũ Paschæ. Quòd autẽ noctem illucescere dicit in primã sabbathi, vsitatus quidem & passim obuius modus est loquendi, sed abstrusus. Notissimum verò est iuxta Sacras literas, diem à principio præcedentis noctis initiũ sumere. vnde falluntur qui putant noctem in diem sequentem tum demum lucescere quando in diluculum desinit. Sequitur præterea, In primam sabbathorũ, siue sabbathi, vt habet vetus interpres, vt sit plurale pro singulari: quia sabbathum hoc loco significat hebdomadẽ. Et quæ hactenus dicta sunt, per sequentia declarantur, ad hunc modum, Primo, & valde mane, primo sabbathi, siue vt est in Luca & Iohanne, sabbathorum. 1. hebdomadis, hoc est postridie Paschæ. Sabbathum enim & pro ipso festo & pro hebdomade festum sequẽte accipitur. Quũ autẽ ex Euãgelistis cõstet, Mariam Magdalenã, & Mariam Iacobi, & Salomẽ, & nõnullas alias, vt Lucas ait, cum illis Christum vncturas fuisse: primùm diligenter notandum est quòd Matthæus, antequam ad monumentum peruenirent, terræmotum factum fuisse dicit: quo proculdubio pauefactæ & cõsternatæ, alicubi delituerunt, donec terræmotus remitteret ac cessaret: vt quamuis paulo post mediam noctem ad monumentum exierint, tardius tamen omnium opinione, propter terræmotum illò peruenerint. Deinde quũ ex Euangelio Iohannis clarissime intelligatur, Mariam Magdalenam à reliquis segregatam fuisse, diligenter obseruanda sunt verba Matthæi, qui dicit, Mariam Magdalenam & alteram Mariam venisse ad monumentum, nõ vt vngerent Iesum, sed vt viderẽt sepulchrum. Nam ex hisce verbis facile intelligitur, mulieres pauidas non ausas fuisse rebus inexploratis ad monumẽtum irrũpere: præsertim quũ non ignorarẽt, milites custodiæ causa circũpositos esse: sed duabus præmissis, vt sese res circa sepulchrum haberet, explorare voluisse. Veniunt igitur ad monumentum, nondum omnes, sed duæ tantũ: non ad vngendum, sed ad videndũ. Porrò Maria Magdalena, statim vbi videt lapidẽ ab ostio monumenti reuolutũ, id quod res erat suspicata, (nimirum Christi corpus non amplius adesse, sed alið delatũ esse, in quo tamẽ fallebatur,) relicta comite, reliquísque neglectis, impotẽti cursu ad Apostolos fertur, annuntians eis Christũ è monumento sublatum esse. Altera verò exploratrix, vel quia præ admiratione & mœrore stupebat, vel quia Magdalenã hoc facere suspicabatur, ad reliquas non rediit, sed circa monumẽtum hæsit. Reliquæ verò mulieres, dum aliquãdiu, (vt est verisimile,) exploratrices expectarent, nec illarũ vlla rediret: procedũt & ipsæ paulatim ad monumentũ, obiter quærẽtes inter sese quis reuoluturus esset lapidem ab ostio monumẽti. Vnde manifestum est, neutrã exploratricũ ad eas fuisse reuersam: alioqui cognouissent lapidẽ iam tum fuisse reuolutum. quinetiam manifestum est eas angelum è cælo descendentem & lapidem remouentem non vidisse, sed eum à custodibus tantum conspectum fuisse, qui eo ipso viso exterriti & concussi, velut mortui iacuerunt. Ergo quũ mulieres hac prima vice ad monumentũ venissent, viderũt vnum angelum, qui satis comiter eas alloquebatur, vt scribunt Matthæus & Marcus: quo viso & audito, egressæ cito fugerunt de monumẽto: habebat enim eas tremor & stupor, & nemini quicquã dixerunt. Quid est autẽ quod dicit Marcus, Fugerunt, nisi nondũ domum reuersæ sunt? quũ enim reuerterentur, Christum viderant, & gaudio plenæ erant, non tremore & stupore correptæ. Et quid est, nemini quicquã dixerũt: nisi quòd venerint aliqui, quibus loqui & poterãt & debebant, nisi tremor & stupor obstaret? fugerãt ergo è monumẽto, non procul, sed in locũ commodum, vbi aliquãdiu tutæ manerent, seséque colligerẽt. Interim veniunt Petrus & Iohannes à Magdalena excitati, atque adeo ipsa Magdalena quoque, vt scribit Iohãnes: quos reliquæ, quæ fugerant, è lõginquo vidẽtes, adire & colloqui non audebãt. Discipuli neque corpus Christi, neque vllũ angelũ videntes, reuertuntur domũ, credentes Christum esse sublatum. Maria verò plorãs, primũ duos angelos, deinde statim Christum ipsum conspicata, abit ad discipulos, renuntiatura Christũ resurrexisse. Quæ quũ iã discessisset, reliquæ quoque collectis animis, è loco ad quẽ fugerant, iterũ ad monumentũ redeunt: & sicut scribit Lucas, duos angelos, quẽadmodum paulo antè Maria Magdalena, cõspiciunt, qui & acrius eas obiurgant, quàm prior ille vnicus: quibus credẽtes, Apostolis nũtiaturæ discedunt: & inter abeundũ, Christũ quoque obuiam habent: itaque paruo interuallo Magdalenam consecutæ, idem Apostolis, quod illa, euãgelium afferunt, nempe Christũ à mortuis resurrexisse, & ab ipsis conspectũ fuisse. Neque verò quisquã mirari debet, quòd quũ maior pars mulierũ bis ad monumẽtum peruenerit, nullus Euangelistarũ vtrunque descripserit. nã cur tam verbose narrarent, qui breuitati studebant, præsertim quũ mulieres idem testimoniũ vtraque vice ab angelo audierint? Admiscuerunt

tamen quædam, ex quibus facile deprehenderetur diſcrimen inter priorem & poſteriorem aditũ. Nam Matthæus & Marcus de priore aditu loquentes, vnũ angelum tantùm eas cõſpexiſſe, ídque antequã contemplarentur adeſſétne corpus Chriſti nécne: deinde audito ãgelo territas aufugiſſe, neſcias ſcilicet etiam tum, adeſſétne corpus Chriſti nécne: poſtremò, nemini quicquã dixiſſe tradunt. Lucas autẽ, poſteriorem aditum deſcribens, dicit eas nullo tum angelo viſo monumentũ ingreſſas, corpus Chriſti nõ inueniſſe: dũque propterea mẽte conſternatæ eſſent, tum demum duos angelos in veſtibus fulgurantibus illis aſtitiſſe, eiſque objurgatricia verba dixiſſe. quaſi dicerent, Ecquare tã incredulæ eſtis, vt ea quæ prius ab vnico angelo audiuiſtis, nondum credatis? Cur viuentẽ, quem prius non reperiſtis, ſed reſurrexiſſe accepiſtis, iam iterum, contra rerum naturam, quæritis inter mortuos?

[b]ET quum tranſiſſet ſabbathum, Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent eum. [a]Veſpera autem ſabbathi, quæ luceſcit in primam ſabbathi, [cd]*hoc eſt* primo [b]& valde mane, primo [bcd]ſabbathi, [c]diluculo profundo [a]venit Maria Magdalena, & altera Maria, vt viderent ſepulchrum, [c]*&* venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & nonnullæ cum illis. [a]Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cælo, & accedens deuoluit lapidem ab oſtio, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius cãdidum ſicut nix. Præ timore autem eius concuſſi ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. [d]Maria Magdalena venit mane, quum adhuc tenebræ eſſent, ad mõnumentum, vidétque lapidem ſublatum à monumento. Currit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum quem diligebat Ieſus, & dicit illis, Suſtulerunt Dominum è monumento, & neſcimus vbi poſuerint eum. [b]*Reliquæ autem* veniunt ad monumentum orto ſole. Ac dicebant inter ſeſe, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumẽti? Et reſpicientes vident reuolutũ eſſe lapidem: erat enim magnus valde. Et ingreſſæ in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem à dextris, amictũ ſtola candida: & expauerunt. [a]Reſpondens autẽ angelus [ab]dixit ipſis mulieribus, [b]Ne expaueſcatis, [a]*neque* metuatis vos: ſcio enim quòd [ab]Ieſum [b]Nazarenum [ab]crucifixum quæritis. [b]Surrexit: [ab]non eſt hîc. [a]ſurrexit enim, ſicut dixit: venite, videte locũ vbi poſitus erat Dominus, [b]ecce locus vbi poſuerant eum. Sed abite, [a]& citò euntes, [ab]dicite diſcipulis eius, [b]& Petro, [ab]quòd ſurrexit à mortuis. Et ecce [ab]præcedet vos in Galilæã: illic eum videbitis, [b]ſicut dixit vobis. [a]Ecce dixi vobis. [b]Et egreſſæ citò, fugerunt è ſepulchro. Habebat autem eas tremor & ſtupor, & nemini quicquam dicebant: timebant enim.

Petrus & Iohãnes videntes, credunt Chriſtũ eſſe ſublatũ. Maria plorat: quã angelus interrogat, illíque apparet Chriſtus. Ipſa diſcipulis nuntiat. Iohan. 20. 3, x x x v.

Exiit ergo Petrus, & ille, &c. vſque 19.

Inuenerunt lapidem reuolutum, ingrediuntur. Duo viri ãnuntiant Chriſtum reſurrexiſſe. Cum gaudio & timore abeuntibus occurrit Ieſus. Salutat. tangunt eum, nũtiántque diſcipulis. Cuſtodes accepta pecunia, dicunt furto ſublatum è monumento. Primò apparet Mariæ Magdalenæ, cui non credũt Apoſtoli. Nuntiant Apoſtolis mulieres, qui illis non credunt. Apparet duobus deambulãtibus in agro, nec credũt

Quibus loquentibus, discūbentibus discipulis, vespera, primo sabbathi venit foribus clausis, stetit in medio, & dicit, Pax vobis. Exterriti iubētur eum contrectare. ostendit manus, pedes, & latus: comedit de pisce, & fauo apiario: exprobrat incredulitatē. Dicit eis iterum, Pax vobis. Sicut misit me viuens Pater. Quorum remiseritis peccata. Thomas absens non credit. Post dies octo iterū apparet. Marc. 16. 14, vsque 15. Luc. 24. 36, vsque 44. Iohan. 20. 19, vsque 21. XXXVIII.

QVum esset ergo [b]postea [d]vespera die illo primo sabbathi, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum. [c]Hæc autem illis loquentibus [d]venit [c]ipse [cd]Iesus, [b]& discumbentibus illis vndecim apparuit, [cd]& stetit in medio [c]eorum, [cd]& dicit eis, Pax vobis. [c]Exterriti verò & meticulosi facti, existimabāt se spiritum videre: & dixit eis, Quid turbati estis? & quare cogitationes ascēdunt in cordibus vestris? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me, & videte, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere. [b]Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus [c]& pedes [d]ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino. [c]Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio & mirantibus, dixit eis, Habetis hîc aliquid edulii? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & de fauo apiario. Et accepit, atque in conspectu eorum comedit. [b]Et exprobrauit illis incredulitatem ipsorū & duritiam cordis, quòd iis qui viderant ipsum resuscitatum, non credidissent.

Post hæc lege ex eodem capite Iohannis, 20. 21,

Dixit ergo eis iterum, &c. vsque ad finem capitis.

Postea manifestat se ad mare Tiberiadis: iubétque ad dexteram nauigii mitti rete: capiunt CLIII magnos pisces. Iohan. 21. 1, XXXIX.

Quòd prius se ad mare Tiberiadis manifestarit Christus, quàm in monte Galilææ, manifestum est ex verbis Iohannis, dicentis, Hæc iā tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis. nā si manifestatio illa quæ in monte facta est, hanc præcessisset, hæc iam non tertia, sed quarta esset.

Postēa manifestauit se iterum Iesus, &c. vsque 15.

Iubet Petrum pascere oues, &c. Iohan. 21. 15, XL.

Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, &c. vsque 25.

Vndecim in Galilæa vident Iesum, adorant: dicítque, Data est mihi omnis potestas, Ite, docete omnes gentes, & baptizate. Signa sequentur credentes. Ecce vobiscū sum vsque ad consummationem seculi. Exhibuit se viuum per dies XL, præcepítque ne ab Ierosolymis discederent, donec acciperent Spiritū sanctum. Hæc sunt verba quæ loquutus sum, Oportuit Christū pati & resurgere, prædicaríque in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorū. Matth. 28. 16, vsque ad finem capitis. Marc. 16. 15, vsque 19. Luc. 24. 44, vsque 50. Act. 1. 3, vsque 6. 1. Cor. 15. 6, vsque 8. XLI.

Quando autem discipulos ex Galilæa rursus Ierosolymam reuocarit Christus, ex Euangelica historia non liquet: reuocatos tamen fuisse, ex Actis Apostolicis constat. Nam eductis ex Ierosolyma vndecim Apostolis, Bethaniā vsque, videntibus illis eleuatus est in cælum. Quoniam igitur ex primo & secundo capite Actorum Apostolicorum, in hoc capite, & sequentibus, quædam etiam ex XV capite prioris ad Corinthios intertexta sunt: adiximus alias duas literas, scilicet e & f: quarum prior significat Acta: altera verò, nempe f, ipsum decimumquintum caput prioris ad Corinthios epistolæ.

VNdecim autem discipuli profecti fuerāt in Galilæam, in montem quò constituerat illis Iesus, [f]& visus est plusquam quingentis fra-

illi adhibeamus? Quia (vt dictum est) potentiam Dei sensu nostro metimur, hæsitantes. Paulus autem Rom.4.d.19, fidem Abrahæ commendans, dicit illum non disquisiisse, aut hæsitasse diffidentia. Et 2.Timoth.1.c.12, Noui enim, certúsque sum, quòd is cui credidi, potens sit depositū meum custodire in diem illū. Hoc certe non videtur magni esse momenti. quia enim dubitat Deum esse omnipotentem? Omnes ad vnū id fatentur. Attamen diabolus non posset fidem nostrā concutere, nisi hic de potentia Dei diffidentiæ aditus ei pateret. Mentibus nostris non bene insider verbū Dei, si modulo nostro id metiri velimus. Exempli gratia, Simulatque periculū aliquod nobis accidit, consternamur, & obliuiscimur Dei: & facultatem nullam habentes, confusi iacemus. Vnde obsecro tantus pauor? Nam si potentiam Dei conferremus cum periculo, eam sanè exuperare videremus: idque si diligenter contēplaremur, nihil posset ad fidem desiderari. Meminerimus etiam fideles non contemplari potētiam Dei otiosam, sed in actu, quando opus est.

Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

38 Dixit autem Maria, 'Ecce ancilla Domini, 'fiat mihi secūdum verbum tuum. 'Ac discessit ab illa angelus.

Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in mon

39 '|Exurgens autem Maria in diebus his, abiit Har.1.4.

ANNOT.

38 Ecce ancilla Do.] Videmus Virginem nō amplius disputare, sed ne locū quidem vllum disputationibus dare quæ poterant venire in animum, sed prorsus se tradit Domino in obsequiū, & redigit mētem suam sub obsequium angeli. Hæc sane vera est obedientia, in captiuitatem mentes nostras redigere, nec cogitare hoc aut illud quod possimus Deo opponere, sed nostros omnes sensus cohibere vt obediant verbo Domini. Econtrario, inobedientia (quæ est infidelitatis mater) tūc regnat quum permittimus nobis in promissiones Dei inquirere. Si igitur id abnegemus, cohibeamúsque omnes nostros sensus, id fidei propago erit. Sit autē nobis voluntas Dei pro omni ratione. Quum itaque dicit se ancillam Domini, significat se paratam esse vt Deo obediat. q.d. Non impediam eius gratiam mea cōtumacia, totam me in obsequium illius trado. Id significat idiotismus Hebraicus, Ecce ancilla Domini. Hoc dicto, repletur Spiritu sancto, & concipit. Sic Sarā fide concepisse narrat Apostolus, Heb.11.a.11, dicens, Per fidem & ipsa Sara vim ad concipiendum & retinendum semen accepit, ac præter ætatis rationem peperit, quòd fidelem iudicaret eum qui promiserat. Sic solent credulæ Deo mentes, etiam si multo maiora sibi promitti audiant, quàm vel se digna, vel captui suo æqua agnoscāt. Persuasæ siquidem sunt, Deo omnia possibilia, & diuinæ bonitatis nullum esse modum: ideo bonitati eius sese tradunt, precantes vt verbū Domini in se impleatur. Fiat mihi secundum ver.t.] Amplexa promissionem angeli, consolatur se precatione: qua nunquam vsa fuisset nisi animo impressisset verum esse quod ei nūtiauerat. Loquitur ex affectu Maria, non ciuiliter, nec humano more. Infideles non recusant parere Deo, sed ita nectūt moras vt prorsus auertant se à Deo. Obserua, quū amplexi fuerimus promissionem Dei, oportere nos exercere, petendo ab ipso impletionem. Ac discessit ab illa ang.] Id non sine causa adijcitur, nimirum vt ipso discessu intelligamus rem plene esse perfectam, ob quam vt perficeretur aduenerat. Non abiisset nisi plene expleta legatione, quum fidelis sit Dei minister.

39 Exurgens autem Maria] Quum in rebus quibuslibet verum sit, simile simili gaudere, & Deum semper similem ad similem ducere: in rebus Dei est id tanto verius, quanto hæ synceriores & solidiores sunt: sunt autē vel solæ syncerae & solidæ, atque instæ amicitiæ capaces. Sic Deipara Virgo benedicta inter mulieres, vbi benedictam Elisabeth audiuit, quamuis Virgo, & insueta proculdubio peregrinationis, è Nazareth in Iudæam vsque abit: cognatā suam de benedictione sibi facta exhilaratura: & de ea quæ illi contigerat, ei congratulatura. Ita non corpore solum (quanquam etiam corpore) verùm animis potissimum iungit quoscunque verè possidet Spiritus Christi. Hinc tam ardens Paulo desiderium erat, fratres identidem inuisendi: hinc tam crebra fratrū salutatio. Vnde omnino verendū hodie multis, qui inter primos renati Euangelij vindices sese numerant, perparum adesse adhuc Spiritus Christi, quòd amicitiæ & coniunctionis, atque familiaritatis erga fratres tam paruam habere rationem agnoscātur. Sicut profectò Christus rectè cognitus sit, is non poterit non eò ardentissime rapi vbi habitare illū credat, hoc est ad omnes qui vel ore nomen eius confitētur, nec factis negāt. Spectemus igitur ardorem Mariæ: quā cursitasse animi causa nō est credibile, sed pio zelo ef-

fēi.

rebatur. Nec respexit quod ei in mentem venire poterat, si fuisset ambitiosa, Cur ea potius me nō viseret? Nā Elisabeth maior erat ætate, & vicina partui. Vt autē fideles ad mutua officia parati esse, ita etiam alii alios in illis exercendis præuenire debent. Quod sane fecit Maria visens cognatam suam.

'in montana cum festinatione, 'in ciuitatē Iuda:
Et intrauit in domum Zachariæ, ac salutauit 40
Elisabet.
Et factū est vt audiuit salutationem Mariæ E- 41
lisabet, 'saliit infans in vtero eius: & repleta est Spi
ritu sancto Elisabet,
Exclamauítq; voce magna, & dixit, Benedicta 42
tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui.
'Et vnde hoc mihi, vt veniat 'mater Domini 43
mei ad me?

tana cum festinatione in ciuitatem Iuda:
Et intrauit i domū Zachariæ, & salutauit Elisabeth.
Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth,
Et exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.
Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?

ANNOT.

In montana] εἰς τὴν ὀρεινὴν, in mōtanam. vt subaudias regionem. Eadem vox est aliquanto inferius, Et factus est timor super omnia montana Iudææ. Quanquam interpres probe reddidit sententiā. In ciuitatē Iuda] Pro, in quādā ciuitatē Iudææ in qua habitabat Zacharias.

41 Saliit infans in vtero,] Naturale quidem est, matribus grauidis subito gaudio affectis, aut metu, infantes dum mensem quintū superarint, sese in vtero mouere, ac velut exilire. Verùm quia Lucas aliquid singulare videtur notare, simplicius est vt sentiamus infantem excitatum fuisse Dei motu: quum dicat ipse Lucas, Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth. Et rursum versu 44, idipsum repetat latius, Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in vtero meo.

42 Benedicta tu inter mul. & bened. f.] In eodem gradu matrem & filium ponere videtur. Scimus verò varios esse benedictionum Dei gradus. Vt enim Maria benedicta fuit, ita longo interuallo eam Christus superauit, qui fons est omnis gratiæ inexhaustus. Nō est igitur benedictus ad certum modū, sed est plenitudo infinita, vnde benedictionem omnem haurimus, hoc est affluentiam bonorum omnium, & fœlicitatem. de cuius plenitudine nos omnes accepimus, ait Iohannes, cap. 1. b. 16, & 3. d. 34. non enim hîc benedictio significat famam & laudem. Nec dubito quin copula ET, hoc loco pro rationali particula sumatur: vt, Audieras, & fama fuit. idque in Scripturis sæpe reperitur. Sed an ob id tātùm benedicta fuit, quòd Christum gesserit in vtero? Aliud respondit Christus mulieri cuidam dicenti, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimò, beati qui audiunt sermonem Dei, & custodiūt illum. Luc. 11. d. 27. Beatitudo igitur non in eo tantum cōsistit, quòd sit Christi mater: sed quia credidit. Propterea adiungit Elisabeth, versu 45, Et, beata quæ credidit: quoniam perficietur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Quòd si non credidisset, Deus non fuisset dignatus ea vti ad gestādum Filium suum. Beata ergo quæ credidit vt conciperet. vide versu 45.

43 Et vnde hoc mihi, vt veniat, &c.] Elisabeth agnoscit Mariam plus præstitisse, quàm par fuisset: simúlque sibi hoc nō deberi. Procliuis in hac parte lapsus est inter homines. Nam omnibus est ingenitus amor sui: vellemus omnes esse occupatos nobis inseruiendis: interea ab omni obsequio nos esse liberos. Periculosus etiam. nam quàm præposterū est, eximere nos ab iis officiis quæ nobis Deus cōmendat? Vulgare tamen est, vt siqua in re proximi non præstiterint nobis officium, satis perspicaces simus: quum verò vicissim indigent nostra opera, nihil cernimus. Contrarium sane docet charitas. Sunt etiam fanatici, qui beneficio affecti, nihil se debere putant. Quid (inquiunt) præstitit? Dominus illi mandabat. Non debemus reputare quid alii nobis debeāt, sed quid ipsis debeamus. Si hominem Dei donis præditum honoro, Deo ipsi honorem exhibeo. Contrà, si contemno. Ideo ait Elisabeth, Mater Domini mei. Nō potest Deo honor à nobis exhiberi, quin gratiā eius, vbicūque perspicua est, honore prosequamur. Mater Domini mei] Vocat Dominū Christū. Vnde hoc? Ex subita Spiritus sancti reuelatione. Nec enim frustra dicit Lucas, versu 41, Spiritu sancto fuisse repletā. Prius igi-

tur nesciebat: sed vt reuelauit Spiritus, sic in eas voces erupit, quæ sanè non sunt mulierculæ quæ aliquando leuior fuerit, sed ex impulsu Spiritus profectæ agnosci debent. Dominũ inquã vocat, & merito: nam ideo fuit exhibitus vt per manũ eius Deus exerceret suam dominationẽ. Dedit enim ei omnem potestatem, Iohan. 17. a. 2. nam regnat per ipsum Pater.

Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.

44 Ecce enim 'vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in vtero meo.

Et beata quæ credidit: quoniã perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino.

45 'Et beata quæ credidit: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei 'à Domino.

Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum:

46 Et ait Maria, 'Magnificat anima mea 'Dominum:

Et exultauit spiritus me*

47 'Et exultauit spiritus meus in Deo

ANNOT.

44 Vt facta est vox, &c.] Vide suprà 42.

45 Et beata quæ credidit:] Istud coniungendũ versui 42, in quo dixit beatã inter mulieres: vt non simpliciter dicatur beata quòd futura sit mater Domini, sed quia credidit. Quid fides sit, hinc colligere potes: non inanẽ scilicet opinionem esse, sed certã persuasionem. Docemur & hoc loco, nos fide promissionũ Dei capaces fieri vt impleantur in nobis. Manet Deus verax etiãsi infideles simus: sed fructum benedictionũ nonnisi fide percipimus. Si enim Virgo non credidisset, Dominus nihilominus poterat perficere opus suũ, sed alio modo. Participiũ πιστεύσασα, potest & ad secundã personã referri, vt in nõnullis codicibus veteris interpretis legitur, tametsi in vetustioribus & emẽdatioribus legatur, Beata quæ credidit. Vtraque persona eundẽ reddit sensum. A Domino.] παρὰ Κυρίου, quod ita sonat nõ quasi Dominus dixerit, sed quòd nomine Domini, & illius (vt nos loquimur) verbis, hæc illi dicta fuerint: quemadmodum dicimus, Dic illi ex me. Potest & sic ordinari, Perficietur à Domino. Admouemur hoc loco quantum sit deferendum verbo Domini, vt habeat suum effectum à quocunque proferatur, siue vtatur ministerio angeli, siue hominis: nihil verbo decedere debet quin suam maiestatem retineat apud nos. Non tantum igitur per se loquitur Deus, sed etiam per ministros.

46 Magnificat] Aptius erat Magnifacit, quàm magnificat. Quanquam magnificat positum est pro Extollit & effert laudibus: quemadmodum & beatificare dicimus pro beatum prædicare. Refert Mariæ canticum, quod tribus constat partibus, Gratiarum actione: deinde elogiis generalibus, vbi prædicatur Dei potentia & æquitas: postremo Deũ præstitisse quod olim promiserat. A gratiarũ actione incipit Virgo, testificans gratitudinem suam. Principium hoc magnã lætitiam præ se fert, commemorãs quid intus sentiat, videlicet se totam esse in magnificãdo Deo. Dictio Anima, sæpe quod vitale est in homine significat. Accipitur & pro volũtate, seu desiderio: quòd anima sedes sit volũtatis & desiderii. Maxime autẽ id significat, quũ spiritui coniungitur, vt hîc, Et exultauit spiritus meus, &c. Huius loco Scriptura frequenter Cordis vocabulo vtitur. Loquutio verò est Hebræis vsitata, in Psalmis præcipue, Benedic anima mea Domino. Dic animæ meæ, Salus tua ego sum. Multa autem vis est in istis Hebraismis, plúsque nescio quid illis exprimitur, quàm si diceretur sine adiecto, Benedic Dominum, Magnifico Dominũ. Dic mihi. Salus tua ego sum. Hinc docemur, si verè Deũ laudare velimus, vt laus ex animo proficiscatur. si enim non mouetur cor, tale sanè laudis genus respuit Deus. Verũ igitur gratiarũ actionis fundamentũ est, interior animi affectus. Atque his vocibus simul discernimus inter spiritũ, veritatem, & hypocrisim, quæ foris tantum, ore, & labiis magnificat Deũ. Dominum:] Potentiæ vocabulum est hoc, quo prædicat Maria potentiam Dei, qua supernaturalia opera in ea operatus est. Præterea nihil horum bonorum sibi arrogat quòd mater Domini sit, quòd benedicta inter mulieres, & decenter in medio se continet. Nihil sibi reliquum facit, quàm lætum & alacre cor erga Deum. Proinde ipsi omnia accepta ferens, Deum laude effert, nec suis bonis sibi placet. Sic vni Deo affigi debemus, nõ creaturis & nostris donis.

47 Et exultauit spiritus meus] Hæc est velut redditio causæ. non enim potest esse verus laudãdi Dei affectus, nisi præcedat gaudium. Sæpe autem causa effectui subiicitur in Scriptura, vt hîc. Spiritũ verò vocat mentẽ & animæ intellectũ. Sic exultauit, vt referret illi laudẽ o-

ff.ū.

mnium bonorum. alioqui ingratitudo est in iis qui id non agnoscunt. Sane exultatio hæc, effectus seu signum est conscientiæ tranquillæ: quæ ex fide certò statuit se habere placatū Deum.

'seruatore meo.

in Deo salutari meo.

'Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ: 'ec 48
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes gene-
rationes:

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes:

'Quia fecit mihi magnifica qui potens est: '& 49
sanctum nomen eius.

Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius.

ANNOT.

Seruatore meo.] Græca vox liberatorem, & conseruatorem significat, plus quiddā quàm seruator apud Latinos. Soli Deo conuenit hoc epitheton, in quo solo omnes consistimus. Seruatorem, liberatorémque suum vocat, more Psalmorū Dauidis, quòd mens tota iam arderet in consideratione salutis quam operari in ipsa cœperat.

48 Quia respexit ad humilitatem] Dictio Græca ταπείνωσις significat paruitatem, conditionem abiectā, & nullius apud homines æstimationis: non animi virtutem, vt nonnulli male exposuerunt: quam quum Græci significare volunt, ταπεινοφροσύνην dicūt. Præterea dicit, Respexit ad humilitatem: vt sit contrarium ei quod est auersari: sitque sensus, Etsi sim infima ancilla, tamen non est auersatus me. Virgo memoratura (vt in laudando fit) Dei beneficia & decora, primùm admiratur quòd se humilem adeò & cōtemptam ita respexisset, adeóque rationem sui habuisset, vt Filio suo matrem deligeret. Id nāque est quod ait, Quia respexit, &c. Vbi dignitas est aliqua secundum carnem, ibi velum est ne cernamus gratiam Dei. propterea meritò suæ abiectionis mentionem facit. q. d. Duxi quidem genus è progenie Dauidis regis clarissimi: sed tanto miserior & calamitosior sum, quanto maiores mei celebriores fuerunt. Vt enim nihil dicam de regno à nostra familia per tyrannidem ablato, nec commemorem durissimam egestatem, qua iam multo tempore regia puella laboraui, certe hæc maxima omnium miseria est, quòd tyranni qui nunc occupant regnum nostrum, ita vitæ omnium eorū qui ducunt progeniem suam à Dauide, insidiantur, vt iam interemptis viris aliquot, ne nos quidem puellæ & mulieres tutæ simus, adeóque necesse habeamus, non tam ingloriæ, quàm omniū ludibrio expositæ, vitam nullo pene loco securam agere. Sed quam homines contemnunt, ad illam Dominus Deus oculos suos conuertit, & me ad rem maximam delegit. Potuisset ipsi aliarum copia esse, quæ me nobilitate & opibus longe vincebant: verùm nullam ex iis voluit, me pannosam & pauperculam respexit: id mihi lætitiam parit, & pro hoc Deo gratias ago. In summa, Ego nihil sum: quicquid autē sum & habeo, id mihi totū inde est, quòd Deus me respexit: gratia Dei sum id quod sum. Nō potuisset Deum & eius gratiam plenius laudare. Hic verò nobis peculiariter exprimitur quæ Dei natura sit, nempe quòd ad ima despiciat. Sursum aspicere nequit, quòd nihil supra se est. Ad latus itidem, quum iuxta se neminem æqualem sibi habeat. Quapropter in ima tantùm despicit. Proinde quo profundior es, & abiectior, tanto perspicacius diuini oculi te obseruant. Ita Scriptura passim ipsum celebrat, & maxime in Psalmis, vt quum dicit, Quis sicut Dominus Deus noster qui eleuat sese ad habitandum, Qui humiliat sese ad videndū in cælo & in terra, Qui attollit è puluere inopem, è stercore eleuat pauperē? Psal. 113. 7. Et Psal. 138. 6, Dauid ait, Nā excelsus est Dominus, & tamen humilē intuetur, & excelsum è longinquo cognoscit. Propterea quicquid caput eius trāscendere vult, ilico ab eo videtur. neque enim scientiam, neque potestatem ferre potest, neque aliud quoduis, cuius respectu homo supercilia attollat, & fiduciam cōcipiat. nam omnem fastū odio prosequitur.

Ecce enim ex hoc] Siue posthac: aut si ad verbum transferas, ex hoc nunc. Hic secunda est amplificatio, Non tantum sentio fœlicitatem meam, sed etiam omnibus seculis celebrabitur. quàm igitur ingrata essem, nisi magnificarem Deum, & in ipso exultarem? Per generationes, intelligit omnium ætatum homines. Beatam autem verè prædicant quotquot Christum agnoscunt totius fœlicitatis authorem, quem hominem per ipsam accepimus.

49 Quia fecit mihi magnif.] Refert acceptā Deo causam suæ beatitudinis. q. d. Dicar beata, non quòd mea virtute id sim consequuta, sed quia Dominus qui potens est, in me humillima puella rem miram & inauditam perfecerit. Sic dicent me beatam, vt agnoscant esse opus Domini, & non mihi tribuant. Et sanctum nomen eius.] Videri potest Hebraismus,

pro,& cuius nomē sanctum est. Ex intimo cordis affectu loquitur: nec sunt verba Rhetorum arte composita, sed affectum potius exprimunt. Non vult propter Dei donū insolescere: semper agnoscit totum hoc Dei esse, non suū opus: ac per hoc docet nos vt ipsum potentem, nos autem impotentes agnoscamus, atque vt ipsius nomen sit sanctum: hoc est, tantum id glorificetur & magnificetur. Nomen Dei, pro potestate ipsius, sæpe pro ipso Deo, qualem se nobis manifestat. Vide Matth. 6. b.9. Sanctum (vt sæpe dictum est) dicitur proprie quod à profano & vulgari rerum vsu semotum est. Quod autem ita semotum est, in abscondito conseruatur: vnde & sanctum, absconditum dicitur. Vocatur ergo Deus sanctus, quòd opera eius longe ab humano captu abscondita sint, & tam admirabilia vt nō possint humana ratione comprehendi. Operatur enim Deus gloriam per ignominiam, gaudium per tristitiam, fœlicitatem per miseriam, vitam per mortem: qua operādi ratione quid potest dici admirabilius? Atque hæc admirabilis operandi ratio, etiam in Maria declarata est.

Et misericordia eiꝰ à progenie in progenies, timentibus eum.

50 'Et misericordia eius in progeniem & progeniem, 'timentibus ipsum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

51 |'Præstitit robur per brachium suum: |'dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum. Esa.51.b.9. Psal.33.b.10 esa.29.c.15.

ANNOT.

50 Et misericord. eius in prog.] Hæc est secunda cantici pars, qua in genere gratias Dei enumerat. Hæc sententia sumpta est ex pacto Dei. Exod.20.a.6, Et faciens misericordiam in millibus, diligētibus me. Et Psal.105.a.8 dicitur, Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod præceperat mille generationibus. Satis experimur quāta sit nostra infirmitas: propterea subinde confirmat nos suo pacto, q.d. Sicuti ab initio ostendi me fidelibus meis misericordem, ita ostendam vsque in finem. Timentibus ipsum.] Ne superbiāt impii prætextu nominis Dei, hoc dictum est, qui peruersa securitate inflati sunt, vt ait Paulus, Rom.2.e.17, Et glo riaris in Deo,&c. quæ gloriatio peruersa erat. In eandem sententiam dicit Dauid, Psal.103.c.17, Misericordia autem Domini a seculo & vsque in seculum super timentes eum. Verbo timendi, comprehenditur tota pietas quæ non potest esse absque fide.

51 Præstitit robur per brach.] Græce legitur, Fecit potentiam in brachio suo: Hebraismus est pro Exerto brachio ostendit, siue declarauit potentiam suam, vel exercuit robur brachii sui. Solet Scriptura hæc duo coniungere, brachiū & potentiā, de Deo loquens, vt Psal.89.b.14, Tibi brachiū cum fortitudine. Videtur autē hæc loquendi forma ab Hebræis sumpta, quæ interdum vnum membrum orationis in duo diuidūt, interiecta copula aut etiam tacita, & idem significare acsi dicas, Brachio suo potenti dispersit superbos,&c. vt Psal. 89.b.17, In brachio fortitudinis tuæ dispersisti inimicos tuos. Quidam hæc referunt ad redemptionem generis humani, vt alludat ad locum Esaiæ,53. a.1. Verùm Maria voluit vniuersaliter prædicare potentiam Domini, qui solus, non indigens alienis adminiculis, perficit quæcunque vult. Propterea dicit suo, non alieno brachio. Dispersit sup.cog.cordis sui.] Est hoc fidei opus: apparet enim illi qui Euangelio se opponūt, potentes, & in sublime euecti: sed in medio fastu à Deo præcipitantur. Hoc Christianus aperte videt: caro autem & sanguis, ipsáque ratio non vident, imò contraria vident. Certò tamen ita se habet vt hic Maria canit, quanquam nō mox fiat. Deus enim paululum eos crescere permittit, vt suos aliquātulum per illos exerceat: ac ita impotenter furere eos patitur, vt totus mundus putet omnia in eorum potestate esse. Sed meræ præstigiæ sunt, apud Deum iam subuersi sunt: id quod fides optime aduertit. Corporeis etiam oculis visuri essemus, si modo tandiu sustinere possemus. His autem verbis, Dispersit su perb.&c. idem significat Virgo quod & Dauid quum Psal.112.b.10, dicit, Impius videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium impiorum peribit. Quod & Psal. 33.b.10, dissipari dicit, & irritum fieri, his verbis, Dominus irritum facit consilium Gentium, irritas facit cogitationes populorum. Et Esaias, cap.8.b.10, Inite consilium, & dissipabitur. Passim in Psalmis canitur vt soleat Deus impios suis ipsorū consiliis illaqueatos perdere. Sic Pharaoni, sic Sihon regi Amorrhæorum, sic Og regi Basan, & innumeris aliis euenit. Vox Græca ὑπερηφάνους fastuosos significat qui ex alto despiciunt alios. Hæc comparatio, superbiæ naturam bene exprimit. Superbi, quicquid in mentem venit, statuūt, nec dignantur Deū adhibere in consilium: putant enim se posse omnia. Inde videmus quātum audeant homines, vt totum mundum suo arbitratui subiicere velint: acsi nihil esset Deus, ipsi autem soli essent, ac possent

ff.iiii.

omnia. Tandem vero Deus ipsorum consilia impedit, & eò furoris adigit vt sibiipsis mala accersant. Huius rei documēto sunt ædificatores turris Babel, & Nabuchodonosor, in Esaia, cap. 14.c.13, dicens, In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Sed mox audit, (versu 15,) Verumtamen ad infernū detrahêris, in profundū laci. Documento est & princeps Tyri, qui quum apud Ezechielem cap. 28.a.2, diceret in corde suo, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedeo: statim audit, (versu 7,) Adducā super te alienos, robustissimos Gentium, & nudabūt gladios suos, & detrahent te. His verò verbis, Dispersit superbos, &c. vtitur, quòd hæc sit Dei ratio quum superbos deiicere cogitat, vt primùm mente captos reddat: postea autem quum mens adempta est, facilis fit progressio, vt in sapientia sua cōfundantur. Id est sapientes dispergi in cogitatione cordis sui: nam ipsorū sapientiam eis ducem facit ad perniciem, quum consilia sua accuratissime instituunt.

'Detraxit potētes de sedib', & euexit 'humiles. 52 Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles.

1.Samu.2.b.5 psal.34 b.11. ¶Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit 53 Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.
inanes.

Esa.30.d.18. & 41.b.8, & 54.b 5. iere 31.a.c d. 20. '¶Suscepit Israel puerum suum, 54 Suscepit Israel puerū suū,

ANNOT.

52 Detraxit pot. de sed.] Potentes, Græce δυνάστας, id est primores, siue magistratus: nam δυνάστης proprie is est qui potestate fungitur publica in ciuitate, velut hi qui sunt in imperio, Prætides aut Consules. Detrahere primores à sedibus, hoc est quod Daniel dixit Deū mutare regna. Facit Deus vt omnia tremant sub manu sua. Qui collocat in solio reges, idem & detrahit, & aliis tradit solium. Similia cecinit & Anna mater Samuelis, 1.Samu.2.b.8, & multi Psalmi. Summa verò omnium est, Deum humiliare eos qui seipsos exaltant: & exaltare, qui se humiliant. Hoc præclarè in Maria demonstrauerat, vnde ipsa hæc cecinit. Non est autem dissimile vero eam respexisse in tyrannidem Herodis, & impios alios, qui tum populum Dei inique premebant, vt quos miserè perituros præuideret, sicut pios exaltandos, incarnato iam rege & liberatore ipsorum Christo. Fortasse etiam maiorum suorum splendorem & regiam potentiam spectauit: quæ, quum illi fuissent impii, in nihilū redacta fuerat: nunc verò per suam tam humilis & abiectæ matris prolem, in statū longe præstantiorē restituenda erat, quàm qui suis maioribus vnquam contigisset. Humiles.] Non de modestis loquitur, sed de abiectis.

53 Esurientes, &c.] Bonis replet egenos, quòd exinaniti suspirāt ad Dominum, vt ipsi sint aliis exemplo: diuites, quòd in suis diuitiis fidentes intumescant, facit inopes. Hæc sententia sæpe in Scripturis occurrit: & ideo obseruanda. Itaque ne despondeamus animum si inopes simus: si verò diuites, ne efferamur. intelligamus autem nihil esse in hac vita stabile: & stabilitatem nostram sitam esse in Dei prouidentia. Alii esurientes & sitientes iustitiam, hîc accipi volūt: qui spiritu Dei ducti, & vana cōfidentia exuti, sentiūt quàm sint inopes & vacui bonorum omniū, quàm nihil sint, possint, & habeāt ex suis viribus: ideóque de seipsis desperant & ad Christū omnis boni fontem vnicum properant. Hos explet hic thesauro quodā bonorum, vt abundent in omni gratia, & opere, sermonéque iusto & bono: rursus diuites, omnia sibi ex seipsis promittētes, à se dimittit, & veluti frustratos ablegat: vt quū se putent esse sapientes, iustos, diuites, harum pariter rerum omniū inueniantur indigi & vacui. Exempla sunt in Euangelio permulta: illud maxime in Luca, cap. 7.f.36, de Simone & Peccatrice: & cap. 18.b.10, de Pharisæo & Publicano. Et Paulus, Gentes, inquit, quæ non sectabantur iustitiam, apprehēderunt iustitiam, iustitiam autem quæ est ex fide: rursus Israel qui sectabatur legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit, Rom. 9.g.30.

54 Suscepit Israel pu.s.] Vox Græca pro qua Suscepit, versum est, proprie est succurrentis ac manum porrigentis. Verborum series sic ordinari debet, Dominus recordatus est misericordiæ suæ, quam promisit se Abrahæ & semini eius in secula præstiturum: ideóque suscepit Israelem puerum suum, vt eum saluaret per Christum suum. De his promissionibus, vide Matth. t.a.1. Hæc est tertia pars cantici, vbi Maria commemorat Deum præstitisse quod pollicitus erat Patribus. Est autem metaphora in verbo Suscepit. videbatur enim Israel proximus ruinæ: Deus verò non est passus eum prorsus ruere. Tyrānis Herodis inualuerat, religio erat cōtaminata, omnia fere collapsa. Quum talis ruina instaret, Deus Israelem instaurauit. Quod autem tum fuit factū, hoc Dominus erga suos quotidie facit, quos erigere solet. oportet enim in nobis impleri quod Iudaico populo accidit. Si ceciderimus, non est quòd animis frangamur: expectemus quoad Dominus nos sua manu erigat. Mira sanè cōsolatio. Nomine autem

Israelis vniuersalem omnium credentium ecclesiam cõprehendit. Hinc præterea colligendum est eos solos esse veros Israelitas qui Christũ saluatorem fuerint amplexi. Omnes nanque qui ex Israel sunt, nõ censentur Israelitæ apud Deum, sed tãtùm qui promissionis participes sunt: vti multis Paulus probat Rom.9.b.7, & Galat.3.a.7.

memorari misericordiæ suę		'vt memor esset misericordiæ,	
Sicut loquutus est ad Patres nostros, Abrahã, & semini eius in secula.	55	'‖Sicut loquutus est ad Patres nostros, 'Abrahamo, '& semini eius 'in æuum.	Gen.17.c.19; & 22.c.16 psal.132.b.11.
Mãsit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domũ suã.	56	Mansit autem Maria cum illa 'circiter mẽsibus tribus: & reuersa est in domum suam.	
Elisabeth autẽ impletum est tẽpus pariẽdi: & peperit filium.	57	[Elisabetæ verò 'impletum est tempus pariẽdi: & peperit filium.	Har.1.5.
Et audierũt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiã suã cum illa: & cõgratulabãtur ei.	58	'Et audierunt vicini & cognati eius quòd 'magnificè Dominus misericordia sua vsus esset erga illam, ‖& 'gratulabantur ei.	Suprà b.14.

ANNOT.

Vt memor esset misericordiæ,] Nõ obliuiscitur quidẽ suæ misericordiæ Deus, neque mutat affectus: sed id non semper nobis patet, & sæpe à nobis abscõditur. Ideo dicit Maria patefactum fuisse Israeli quòd Deus meminisset suæ misericordiæ. Sic nobis non rarò accidit. sæpe enim ita destituimur, vt non possimus aliter reputare apud nos, quàm Deum esse oblitum misericordiarũ suarum, quũ sentimus nos esse omni auxilio nudatos. Tũc hoc nobis in mentem veniat, Deum suscepisse Israelem. Obserua autem vt promissiones salutis vocet misericordias Dei, nequis existimet Deum re vlla alia, quàm sola sua misericordia, vt promitteret, vtque promissa exhiberet, reuelata in Christo salute, inductum fuisse.

55 Sicut loquutus est ad Pat.n.] Hic Maria non tantum Dei misericordiam laudat, sed fidem in seruandis promissis. Hinc etiam apparet exercitatam fuisse in verbo Domini. nec mirum: omnes enim Redemptorem expectabant. Abrahamo, &c.] Postquam generaliter de promissionibus Dei loquuta est, venit ad speciem: acsi diceret, Non tantũ loquutus est ad Patres, sed omnibus posteris. Maluit accipere solenne illud fœdus quòd pepigerat cum Abrahamo. nam si tãtum accepisset promissionem factam Adæ, & Noe, visum fuisset promissiones illas magis ad Iudæos, quàm ad alias gentes pertinere. Et semini eius] Id est posteris Abrahæ, Christum fide expectantibus vt Abraham. nam qui ex fide sunt, ii sunt filii & semen Abrahæ, vt ait Paulus, Galat. 3. a. 7. Neque enim Maria hic loquitur de Christo semine Abrahæ, vt quidam argutè nimis scribunt: sed de Abrahã & posteris Abrahæ, quibus promissus erat saluator Iesus. In æuum] Acsi dicat quòd semen Abrahæ non deficiet vsque in finem mundi.

56 Circiter mensibus tribus:] Tam diu detinuit eam mutua illa ex Dei bonitate gratulatio, & illius beatissima commemoratio. Sed quemadmodum sola vera est amicitia eorũ quos gratia Dei conciliat: ita non possunt ilico, qui in Domino conuenerunt, à seinuicem diuelli, nisi distrahat eos eadem quæ coniunxerat, Dei gloria, cui disiuncti, corporibus magis quàm iuncti, inseruire possint: animis tamen nunquam non coniunctissimi perseuerant.

57 Impletum est tempus pa.] Clarissimam veritatis diuinarum promissionũ maiestatem nunc declarat. Promiserat enim suprà versu 13, angelus ipsi Zachariæ, Vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem. Quo exemplo fidem nostrã confirmemus: & si quidem verbum diuinæ promissionis habuerimus, nulla aduersa tanta, támque potentia iudicemus vt queant veritatem eius opprimere & extinguere.

58 Et audierunt] Sciuerant id antea: verùm quanuis opus Dei agnoscamus, tamen in ipsa perfectione magis affectu tangimur. Tunc igitur plenior fuit gratulatio, & tãquam complementum. Magnificè Do.&c.] Græcè ad verbum legitur, Magnificasset Dominus misericordiam suam cum illa. quod Hebræorum more dictum est, pro, singulari erga eam misericordia vsus esset. Gratulabantur ei.] Græca dictio ad verbum redditur, Congaudebant. quod Latini ferè dicunt Gratulari. Quanquam congaudere potest qui non gratuletur: quum illud sit animi, hoc voce testãtis gaudium. Et hic apparuit angeli promissum, qui dixerat fore

vt in natiuitate pueri, multi gauderent. Res rumore sparsa est per vicinos & cognatos, quibus vt antè doluerat Elisabeth sterilitas, ita voluptati fuit quòd ex ingenti Dei misericordia, edita prole mascula, contigisset anui deploratæ sterilitatis nomen matris. Sic solet dilectio congaudere gaudentibus.

Et factũ est: 'in die octauo venerunt ad circũ- 59
cidendum puerum: & 'vocabãt eum nomine pa-
tris sui, Zachariam.

Et factum est, in die octauo venerũt circũcidere puerũ, & vocabãt eum nomine patris sui, Zachariam.

Et respondens mater eius, dixit, Nequaquam: 60
'sed vocabitur Ioannes.

Et respõdens mater eius, dixit, Nequaquam: sed vocabitur Iohannes.

Et dixerunt ad illam, 'Nemo est in cognatione 61

Et dixerunt ad illã, Quia nemo est ĩ cognatione tua

ANNOT.

59 In die octauo ven ad circunc. p.] Scriptũ enim est, Gene. 17. b. 9, Hoc est pactũ meum quod custodietis inter me & vos, & inter semen tuum post te, vt circũcidatur in vobis omnis masculus. Et circuncidetis carnem præputii vestri, & erit in signum pacti inter me & vos. Et filius octo dierũ circuncidetur inter vos. Item versu 14, Et præputiatus masculus qui non circunciderit carnem præputii sui, exterminabitur anima ipsa de populis suis. Eadem lex scribitur & Leuit. 12. a. 3, Et die octauo circuncidetur caro præputii eius. Quum Dominus eligeret Abrahamum vt nõ solum in posteritate eius institueret regnum & cultum Dei, in terra Chanaan, verumetiam vt de semine eius daret Christũ, in quo omnes Gentes benedictionem cõsequerentur, mandauit hanc circuncisionem, qua, veluti publico sigillo, testaretur pactũ cum Abrahamo & semine eius initum, & confirmaret vniuscuiusque (iuxta diuinã institutionem) circuncisi fidẽ, nẽpe pactũ Dei ad se quoque pertinere, & salutem afferre. Quo tẽpore autem natus est Iohannes, constabat adhuc politia Mosaica, & nullum vnquam propius fuerat tempus, quo Christus semini Abrahæ promissus, nasciturus erat: nec alius quispiam clariora testimonia de Christo, nondum ascensu in cælum, & missione Spiritus sancti glorificato, laturus erat quàm Iohannes. Nullus igitur nec iustius, nec aptius Iohanne circuncidendus fuit. Hinc præterea colligimus, circuncisionem factam fuisse in cœtu: quanuis enim domi fieret, tamen non sine populi frequentia. priuatum nanque sacramentũ non est: non igitur administrãdum nisi in cœtu fidelium. Etiam hodie Iudæi conueniunt in synagoga, quando circuncidũt. Vide autem vt citra contradictionem parentes constitutioni Domini obsequantur, tametsi intelligerent puerum esse Deo charum, & Spiritu sancto plenũ. Ideóque nobis minime negligenda sunt sacramẽta, tametsi rebus significatis per sacramenta nos nõ carere sciamus. Vocabant eum nom. pat. s.] Et hinc colligimus consuetudinem fuisse apud Iudæos vt patris nomine filii vocarentur, vt & apud Gẽtes. Verùm initio secus res habuit: nã solebãt patres nomina liberis suis imponere tam filiis quàm filiabus ex re ipsa, vel ex affectu. Quemadmodum Adam nomen habuit à Deo inditum: ex terra scilicet. Sic Abel & Cain. Noe item sic vocatus est spiritu Prophetico. Abraham tametsi nondum erat promulgatus Pater Gentium, tamen hoc constitutum erat apud Deum. Isaac eodem modo. Quum verò tanta esset hominum multitudo, cœperũt cogitare, Cur noua nomina fabricabimus? sumamus quæ iam recepta sunt nomina. Sic pater nomen suum imponebat filio, aut sumebat ex aliis: eáque consuetudo, pro lege fere habebatur.

60 Sed vocabitur Iohannes.] Verisimile est Zachariã indicasse vxori promissionem Dei, aliunqui ex reuelatione habuit: verisimilius tamen à viro admonitã vt ita vocaretur. Fuit in hac concertatione significatio quædam, fore scilicet vt inter Gratiæ & Legis discipulos cõcertatio aliquãdo oriretur. Cæterũ vincunt qui promissioni diuinæ inhærent: quibus verò carnale est consiliũ, vincuntur. Est & fidelis obedientiæ exemplũ in Iohãnis parentibus, quòd præceptis angeli obsequũtur, nec cognatorum consilia recipiunt: qui quidem nescientes diuinam dispositionem, receptæ consuetudini inhærendum esse arbitrantur. Verùm cedit meritò veritati consuetudo, quantũvis recepta & pulchra. Docemur itẽ, liberis nostris imponere nomina, quæ mysteriorũ & beneficiorũ Dei admoneant. De nomine Iohãnis dictũ est suprà versu 13.

61 Nemo est in cognatione, &c.] Hoc de præsentibus tantum, aut qui non diu adeò defuncti, ex familia illa fuerant, intelligendũ est. Nã inter maiores eius plerique nomine Iohãnis vocati fuerant: vt & is qui sacerdotio fungebatur, quum templum per Salomonem regem

ædificabatur. Pulchrè verò cõuenit, vt quo nomine sacerdos Salomonis typici, eodem & veri vocaretur. Omnino enim hic noster Iohannes incipiente iã regno Christi, & assurgente spiritualis templi structura, veriore sacerdotio functus est, docendo plebem scientiam saluificam. Videmus verò cõsuetudinem haberi pro sufficienti testimonio. satis erat illis morem allegare: quòd est omnibus ferè ingenitũ. Sed quid aliud sæpe consuetudo, quàm corruptela? Quod igitur sola consuetudine nititur, infirmum est & vanum.

qui vocetur hoc nomine.

tua qui vocetur isto nomine.

Innuebant autẽ patri eius quem vellet vocari eum.

62 Innuebãt autẽ patri eius quid vellet vocari eũ.

Et postulãs pugillarẽ scripsit, dicẽs, Iohãnes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi.

63 Isque 'postulatis tabellis scripsit, 'dicens, ‖Ioãnes est nomen eius. Et admirati sunt vniuersi. Suprà b.13

Apertum est autem ilico os ei*, & lingua ei*, & loquebatur, benedicens Deũ.

64 Apertum est autem os eius ilico, '& lingua eius, & loquebatur 'laudans Deum.

Et factus est timor super omnes vicinos eorũ: & super omnia montana Iudææ diuolgabantur omnia verba hæc.

65 Et 'peruasit timor omnes vicinos eorum: '& per omnem mõtanam *regionem* Iudææ diuulgabãtur omnia verba hæc.

Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicentes, Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

66 'Et posuerunt omnes qui audierãt, in corde suo, dicentes, 'Quidnam puer hic erit? 'Et manus Domini erat cum illo.

ANNOT.

63 Postulatis tabellis] Tabellas ceratas intelligit in quibus olim scribebatur. Quod linguæ deerat, manu & scriptione præstat: nutibus, non voce postulatis tabellis. nam quum non conueniret inter puerperam & cognatos, opus erat authoritate patris qui contentionem finiret. Is verò nondum habebat linguæ vsum, quando sermone erat opus. Propterea quum nutibus significatũ esset illi quod nomen placeret indi filio: ille, re intellecta poposcit tabellas pugillares, vt mutis literis indicaret quod viua voce proloqui non poterat. Allatis pugillaribus scripsit hunc in modum, Iohannes est nomen eius: significans hoc nomen illi inditum ab angelo, prius quàm conciperetur, suprà versu 13. Dicens,] Si dixit: quid opus erat scribere? Vnde Dicens, hoc loco referendũ est non ad Zachariam ipsum, sed ad scripturã loquentem. Aut (vt dicam apertius) ad Zachariam, non lingua, sed scripto loquentem. Nam mox subditur, apertam fuisse linguam illius, & cœpisse loqui.

64 Et lingua eius] In codice Cõplutensi additur *διηρθρώθη*, dearticulata est. Id est, veluti articuli & ligamenti ope cœpit moueri lingua eius, vocalísque reddita est. Laudans Deum.] Græce, benedicens Deum. Redditi sermonis facultatem auspicatus est à laudibus Dei, cui & gratias agit: id quod benedicendi vox comprehendit.

65 Peruasit timor] Hic Timor, reuerentiam significat. Notãda loquutio, vbi cognoscimus Deũ, debemus timore affici, & reuerẽtia: neque quisquam sit tam ferreus qui sensu Dei, non tangatur timore. Et per omnem montanam, &c.] Dominus enim non ediderat miraculum vt à paucis tãtum cognosceretur. neque enim in suis miraculis ludit, sed iis nos erudit. Si vere omnia Dei opera expendamus, dici possunt miracula: sed quum inusitatum aliquid, aut præter naturam facit, vult homines commouere & expergefacere. Verùm timore quidem afficimur aliquando, vbi videmus eius opera: sed ea mox elabũtur memoria, ingratíque sumus, vtcunque ad tempus signum aliquod docilitatis videamur ostendere.

66 Et posuerunt o. q. aud. in corde suo,] Ponere in corde suo, more Hebraico dictum est pro Cogitare apud se, & rem aliquam reputare in animo quid sibi velit, & quò tendat. vt Ponere in auribus sermones aliquos, pro Audire diligenter. Quidnam], Legitur & Quisnam, in quibusdam Græcis codicibus. Quia viderant manũ Domini, hoc est singularem potentiam Dei in variis adeò miraculis circa puerum fuisse exertam, causa erat vt de puero magna expectarent, & tanquam ob præsentiorem Dei maiestatem, timerent. Sic sane corda hominum comparata sunt, vt tanto magis Deum vereantur, quanto illũ clarius potentiã suam exerere animaduertunt. Hinc omnia portẽta & prodigia, quæ certò Dei potentiam referunt, homines nõnihil terrere solent. Et manus Do. erat cum illo.] Constat quidem, Manum

Dei significare potentiam. Et manus Dei cum aliquo esse dicitur, vt cum Iosue, quando hostibus est superior. Item cum Propheta aliquo, quando constáter opus vocationis suæ exequitur, & docet cum successu. Ex circunstantia igitur, quid sit manus Dei iudicandum. Vnde fit vt nonnulli scribant Lucam hoc loco non tantum de natali Iohannis, sed & de eius adolescentia loqui: & manum Domini interpretentur gratias Spiritus sancti, quibus pollebat Iohánes, vt homines intelligerent non fuisse vulgarem hominem, sed qui Deum præsentem haberet.

'Et Zacharias pater ei' 'repletus est Spiritu san 67
cto: 'prophetauítque, dicens,
'Laudandus 'Dominus Deus Israel: quia 'visi- 68

Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto & prophetauit, dicens,
Benedictus Domin' Deus Israel: quia visitauit & fecit

ANNOT.

67 Et Zacharias pater eius] Non modo linguæ vsum fuisse restitutũ Zachariæ narrat Lucas, sed etiam impulsu Spiritus sancti cecinisse canticũ. Repletus est Spiritu sancto:] Repletũ fuisse Spiritu sancto, nõ ita intelligendũ est quòd antea eo fuerit prorsus destitutus: sed significat illum abundantiore gratia fuisse præditum, Deúmque tunc largitum fuisse illi abundantiorem gratiam, vt hoc cantico gratias ageret. Sic dicitur manus, id est Spiritus Domini fuisse super Prophetas, non quòd per interualla eo destituerẽtur, sed quòd Dominus illis abundantiorem Spiritum largiretur, prout necesse erat. Vehemẽtiore igitur Spiritu donatum fuisse Zachariã hîc intelligere debemus. Prophetauítque] Prophetare non tã est prophetias antedictas explicare, quàm de futuris rebus vaticinari. Explicat enim eas promissiones quæ multis retro seculis de Christo per Prophetas publice vulgatæ erant: & vaticinatur etiã ipse quod officiũ administraturus sit Iohannes: quantáque beneficia populo per aduentũ Christi, cuius viam Iohannes præparaturus sit, contingãt. Notandum autem, totum hoc canticum à Spiritu sancto profectum esse, etiam ea parte qua est gratiarũ actio. Nec enim sine Spiritus ductu possumus quicquam in laudem Dei effari. Propterea Dauid petebat sibi os & labia aperiri, Psal. 51.d.16. Obseruandum præterea, hunc hymnum esse epitomen omnium earũ promissionum quæ de Christo dictæ sunt, & commentarium, perspicuámque totius Euangelii de Iesu Christo explicationem.

68 Laudãdus Do.] A gratiarũ actione incipit, sed statim ad mentionẽ redemptionis quæ instabat, delabitur. Quo exordio monemur vt quoties de beneficiis Dei verba facimus, adiũcta sit gratiarũ actio. Dom. Deus Israel:] Dominus est Deus non solũ Israelis, verumetiam Gentiũ & omnium creaturarũ. Dicitur tamen peculiariter Deus Israel, primùm quòd publico pacto addixerat se populo Israelitico, quemadmodũ scriptum est Gene. 17. a. 2: deinde quòd huic populo dederat Patriarchas, Prophetas, Legem, cultũ Dei, & promissiones de futuro Christo: postremò, quòd ex hoc populo Christus secundum carnem nasciturus erat. Postquam autẽ venit Christus, verus Israel dicitur non qui est ex carne Israelis, sed qui est ex fide Iesu Christi. Quare etsi Dominus sit potentia & administratione sua Dominus omnium gẽtium, propriè tamen dicitur Deus credentiũ in Iesum Christum, propterea quòd hos solos agnoscat hæredes regni sui cælestis. Ratione igitur fœderis, vocatur peculiariter Deus illius gẽtis. Quòd autem non dicatur Deus Adæ, Deus Abelis, & aliorum, hinc factum est, propterea quòd volebat extare memoriã sui fœderis: vúltque se agnosci qualem se manifestat nobis, nequid amplius inquiramus, néve de ipso nescio quid comminiscamur, & hoc vel illud ei tribuamus, sed eum simpliciter, qualẽ se nobis reuelat, amplectamur. Visitauit,] De re instanti, tanquã facta, loquitur. Hæc enim præterita certitudinẽ indicãt perinde acsi iam visitatio & redemptio facta fuisset, quæ haud multo pòst per Christum implenda erat. Visitare, proprie est rationem alicuius habere: vt qui vult subuenire fratri suo, visitat eum, vt intelligat quam opem ei ferre possit. Certũ est autem Deum semper adesse nobis, licet nõ semper id sentiamus. Vbi autem aliquo operẽ manifesto se præsentem demonstrat, tunc visitare dicitur. Cæterum visitare, in vtrãque partem in Scripturis accipitur. Inde dicitur Deus visitare peccata, quum ea punit, Esa.26.d.21, Ierem.14.b.10, Amos 3.a.2. Pœna enim declarat, illa Deo esse animaduersa. In quo genere dicendi aliquando additur Virga, aut plaga, aut quid simile, vt Psal.89.e.33, Visitabo virga præuaricationem eorum, & plagis iniquitatem eorũ. Esa.27.a.1, Visitabit Dominus gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan, &c. Et cap.29.b.6, A Domino exercituum visitabitur in tonitruo, &c. Sic in bono visitare dicitur quos beneficiis afficit: per quæ scilicet declarat se illis adesse, & eorũ habere curam. Sic visitauit Hebræos, quum ex Ægyptiaca seruitute liberaret. Nulla autem præsenti visitationi quã Zacharias prædicat, visitatio Dei con-

ferri poteſt, quia hac in Filio (quo nihil præſtabilius eſt)populum ſuum inuiſit, rationémque eius ſe habere teſtatus eſt. Per eum enim plena ab omnibus malis populo Dei redemptio perfecta eſt. Hinc canit Zacharias, Deum feciſſe redemptionem populo ſuo, & erexiſſe cornu ſalutis, &c.

redemptionem plebi ſuæ. tauit & ᶠfecit redemptionem populo ſuo.

Et erexit cornu ſalutis nobis, î domo Dauid pueri ſui.
69 ᶠ|Et erexit cornu ſalutis nobis,| in domo Dauid pueri ſui: Pſal.132.c.17

G

Sicut loquutus eſt per os
70 ᶠ|Sicut loquutus eſt per os ſanctorum, Pſal.132.c.18 iere.23.a.6, & 30.b.10.

ANNOT.

Fecit redemptionem pop.ſ.] Redemptio demonſtrat captiuitatem antè fuiſſe. erat enim ita captiuus populus vt non poſſet aliũde libertatem ſperare, quàm à ſolo Deo. Qualis autem captiuitas fuerit, videndum. Tunc quidem duriſſima tyrannide fuit oppreſſus: verùm grauior erat captiuitas à qua erat liberandus. nam Dominus ſtatim ab initio redemptorem omnium qui erant, quíque futuri, promiſerat: neque populus ſemper fuit captiuus. vnde cõſequitur, redemptionem non fuiſſe carnalem: certæ enim ætates fuerũt quibus florebat populus. Ita Chriſtus animis eſt redemptor, non tantum corporibus. nec dubiũ quin Zacharias ita intellexerit. Quidam volunt iſtud, Et fecit redemptionem, per interpretationem ſubiũgi: quod apud Hebræos frequentiſſimũ eſt, pro, Viſitando redemit plebem ſuam. q.d. vinctos, & capitalem expectantes ſententiam, imò latam ſententiam iamiam ſubituros, carne aſſumpta viſitauit, viſitandóque & ſeſe pro vinctis impendendo, redemit: ſui videlicet capitis periculo, ſeſe pœnæ debitæ vinctis ſubiiciens.

69 Et erexit cornu ſalutis] Erectum dicit, quòd antè concidiſſet populus, eſſétque diſſipatus. q.d. Vtcunque viſi fuerimus deiecti, & ab omni ſpe alieni, iterũ Deus erexit potentiam ſuam. Per cornu autem, regnum & potentia, Hebraica phraſi ſignificatur, quemadmodum & in Daniele, cap. 7.b.7, legimus: vbi Propheta primùm animalia quatuor videt, quorum quartum cornua habebat decem: quæ poſtea verſu 24, ſeſe declarans, pro regnis aut regibus exponit. ſiue quòd reges oleo è cornu effuſo conſecrabãtur, vt eſt 1.Samu.16.a.1, ſiue quòd beſtiarum potentia in cornu ſita ſit, vt in Daniele, cap. 8.b.6, aries & hircus infeſtis cornibus cõcurrunt. Pſal.75.b.11, dicitur, Et omnia cornua impiorum confringam, exaltabuntur verò cornua iuſti. Et Pſal.112.b.9, Cornu eius exaltabitur in gloria. Et in Threnis, cap. 2.a.3, Concidit in ira furoris omne cornu Iſrael. Alludit autem ad illud Pſalmi 132.c.17, Ibi oriri (ſiue florere) faciam cornu ipſi Dauid. His autem verbis circumloquitur Chriſti potentiam & fortitudinem, & regnum firmum ac æternum ſignificari. q.d. miſit promiſſum ſaluatorem Chriſtum, cõtra quem neque peccatum, neque mors, neque inferorum portæ valebũt: quia cornu, &c. Alia regna ex ſuis nominibus & facultatibus appellantur, ampla, ingentium bonorum, multorum populorum, honorúmque copia, & quibuſvis temporaneis rebus exhuberãtia: hoc verò regnum ſalutis, gratiæ, vitæ, iuſtitiæ, veritatis regnum, & cuiuſque rei ad ſalutem pertinentis regnum nominatur, quo ſimul ab vniuerſis aliis regnis ſeparatur. Nonnullis videtur Lucam Cornu ſalutis poſuiſſe & vſurpaſſe, ſicut Græci vſurpant ſuum Cornu Amaltheæ, quo ſignificãt ſummam & abſolutam omnium bonorum ſaturitatem & abundantiam. Chriſtus ergo eſt cornu ſalutis populi ſui, id eſt ſummũ bonum, ſaluator, benedictio, ſalus, vita, & quicquid in votis eſt ſanctorum: quum & Paulus dicat, in ipſo reconditos eſſe omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ: in ipſo denique inhabitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, & in ipſo nos eſſe completos, Coloſſ.2.a.3, & b.9.10. In domo Dauid pueri ſui:] Fidem promiſſionũ Dei hîc cernimus. Concidiſſe paſſim domus Dauid credebatur, nunc verò ex illa Chriſtus rex oritur ex poſteritate Dauidis, ex puella Dauidici generis natus, iuxta Dei promiſſiones ipſi Dauidi factas, de quibus Matth.1.a.1, dictum eſt.

70 Sicut loquutus eſt] Id eſt, promiſit. Clarius adhuc exprimit, vt certo ſciamus hunc fore redemptorem à Prophetis prædictum. Tametſi non multi loci clari apud Prophetas de Chriſto, tamen non dubium quin omnes Prophetæ voluerint adducere ad Chriſtum, tãquam ad finẽ: necnõ Moſes ipſe. Quorſum enim ceremoniæ? Prophetæ autem ſunt Legis interpretes. Quòd ſi Lex ducit ad Chriſtum, (Galat.3.d.24) ſequitur etiam ſimul Prophetas ad Chriſtum ducere. Quanquam ſiquis accuratius Prophetas expendat, nullum eſſe reperiet qui non ducat ad Chriſtũ: nec enim poſſunt habere ſuam veritatem niſi in Chriſto. Habebãt hoc ſo-

lenne, concludere sermones suos per fœdus Domini: illuc semper populum reducebant, vt in ea fiducia pedem figeret. Qui hoc non tenet, nunquam Prophetas intelliget: vt nec Iudæi, qui valde curiosi in verbis enarrandis, scopum autem non intelligentes, aberrant. Hic locus profecto notandus, vt videamus Deum semper sibi constitisse in promissione redemptoris. Obseruandum præterea quòd dicit Prophetas Dei ab initio mundi non ex se esse loquutos, suáque proposuisse mũdo decreta, sed Deum per hos nobis esse loquutũ. quod testatur & Apostolus, Heb.1.a.1, & Petrus 2.epist.1.d.21. ideóque sanctos, & à Spiritu Dei sanctificatos. Hæc pertinẽt ad asserendam authoritatem sacræ Scripturæ. Prophetias de Christo vide apud Lucã, cap.24. f.44, vbi dicitur, Omnia quæ scripta sunt in Lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis, de me.

'qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum,

sanctorũ qui à seculo sunt, Prophetarum eius,

'Fore vt seruaremur ab inimicis 'nostris, & de 71
manu omnium qui oderunt nos.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omniũ qui oderunt nos.

'Vt vteretur misericordia 'erga Patres nostros, 72
'ac memor esset testamenti sui sancti:

Ad faciendã misericordiã cũ Patribus nostris, & memorari testamẽti sui sancti.

ANNOT.

Qui à seculo fuerunt,] Id est olim. Hebraicus sermo. Gene.6.a.4, Isti potentes qui à seculo fuerunt, viri nominati.

71 Fore vt seruaremur, &c.] Græcè, Salutem ex inimicis, &c. Id est, fore vt liberaremur: vel, se liberaturum nos, &c. Pendet hic versus & aliquot sequentes à proxime præcedẽti versu Sicut loquutus est. Quid loquutus est? Salutem ab inimicis loquutus est, quòd faceret misericordiam, quòd &c. Hic effectum illius cornu indicat, exponens simul quid loquutus sit, siue promiserit Deus per Prophetas suos, Esaiã, Ieremiam, & reliquos. nempe omnes electos, esse liberandos, non ab vno inimico & osore, sed ab inimicis & odientibus ipsos. Nõ est nobis lucta aduersus carnẽ & sanguinem, inquit Paulus, Ephes.6.b.12, sed aduersus principes, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, hoc est satanã & eius ministros: à quorũ tyrãnide saluos per Christum fideles fore promittitur. Hoc est proprium filiorũ Dei, huícque cõditioni subiacet Dei Ecclesia, vt habeat semper inimicos: alioqui nõ haberet materiã salutis nobis acquirendæ Christus. Sciamus autem nos iam per Christum esse victores, ne forte terreamur quando nobis cum hostibus est negotium. Nec veró dubiũ est quin & externos inimicos habeat Ecclesia, à quibus & Christus etiã redemit. verùm cum hostibus spiritualibus præcipuum est bellum. Nostris.] Significanter hoc positum. nam si non percipiamus fructum ex ipso, quid proderit? Requiritur ergo vt sciamus eum venisse nobis.

72 Vt vteretur misericordia] Græcè, Ad faciẽdam misericordiam cum Pat. nost. & memor esset, &c. i. vt pro misericordia sua faciat quod patribus est pollicitus, & memor sit fœderis sui sancti. Hinc videmus, sola Dei misericordia factum vt miserit redemptorem: hoc totius redemptionis fundamentum est. Valde sane obseruandus ordo. nam postquam Christi officium descripsit, iterum admonet Christum nobis esse datum, non nostro merito, sed sola gratuita eius misericordia. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, inquit Paulus, Tit.3. b.5, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Erga patres nostros,] Suspicari poterant patres fuisse dignos, & suis meritis esse id consequutos. nam mundus semper hac superstitione laborauit vt sanctos mortuos ita reuereatur, vt idola ex eis faciat. Propterea hic significat, non tantum nepotes, sed etiam patres fuisse indignos. Præterea obseruandum quòd dicit misericordiam exhibitam Patribus, quum tamẽ essent mortui. Vnde sequitur Christum non esse carnalem redemptorem, qui etiam mortuis ante multa iam secula profuit. Ac memor esset testam. sui sancti.] Deus testamenti sui memor esse dicitur, apud quem tamen nulla est obliuio, quum sancta fide id quod promisit præstat, & iusto quidem tempore præstat. Ex hominũ obliuione sequitur negligentia & frustratio: Deus autem neminem negligit: & qui ipsi fidit, non confunditur, hoc est, non frustratur spe. Testamentum veró vsurpat Zacharias pro fœdere & promissione qua se obstrinxit ex gratia hominibus. Imitatur enim morem hominum quibus in vsu est condere testamenta, & inire fœdera, idque conceptis verbis & solenniter. Sanctum dixit inuiolatum. nam sanctũ re vera est sanctione aliqua firmatũ: vt quum leges dicimus sanctas, sanctione videlicet aliqua firmatas: ita enim & testamentum sanctum est quod iureiurando confirmatum est, vt sequenti versu id explicat.

Iusiurãdum quod iurauit ad Abraham patrem nostrũ, daturum se nobis,

73 *hoc est* ‖ Iusiurandum quod iurauit ᶠad Abrahã patrem nostrum, se daturum nobis,

Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi

74 Vt ᵍsine timore, ʰde manu inimicorũ nostrorũ liberati, ⁱseruiremus ipsi

Gene.22.c.16. iere.31.f.33. heb.6.c.13. d.17.

ANNOT.

73 Iusiurandum quod, &c.] Iusiurandum vocat fœdus, quod iureiurando Dei confirmatum est, & propterea inuiolabile, vt Paulus dicit, Heb.6.d.16, Deus quũ vellet hæredibus promissionis ostendere firmitatem consilii sui, interposuit iusiurandum suum. Vide ibidem paulo antè versu 13. Ad Abraham] Hinc videmus quàm verax, & quàm seruans promissionum suarum sit Deus. Non solum enim eas seruat promissiones quas dedit per Prophetas, sed etiam seruat ea testamenta seu pacta quæ instituit cum Patriarchis, ac præcipue cum Abrahamo & Dauide, quæ & confirmauit iuramento suo, nam hoc est testamentũ, hoc est pactum & fœdus quod Deus iniit cum Abrahamo & semine eius, Gene.12.a.3, Benedicam (inquit) benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Et cap.22. d.7, Possidebit semen tuum portas inimicorũ suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Et hoc pactum confirmauit iuramento, ibidem versu 16, Per memetipsum (inquit) iuraui, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. De Dauide autem scribitur Psal.89.a.4, Percussi fœdus cum electo meo, iuraui Dauid seruo meo, Vsque in æternũ stabiliam semen tuũ, & ædificabo in generationem & generationẽ thronũ tuum. Et versu 21, Inueni Dauid seruum meũ, oleo sanctitatis meæ vnxi eũ. Et paulo pòst, versu 24, Et conterã à facie eius hostes eius, & odio habẽtes eum percutiam. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et mox, versu 29, In seculum custodiam ei misericordiam meam, & pactum meum firmum erit ipsi. Et ponam in seculum semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. Atque hæc quidem Abrahæ & Dauidi promissa, de victoria super inimicos, de securitate & tranquillitate vitæ, & perpetuitate fœlicissimi regni, ita sonare videtur perinde acsi de externis tantum benedictionibus intelligerentur, & iuxta sensum huius seculi implenda essent: sed ex hoc Zachariæ carmine, quod est promissionũ Dei quæ ad Abrahamũ & Dauidem dictæ sunt, veluti paraphrasis, perspicue intelligi potest eas promissiones maxime ad benedictiones spirituales respicere. exponit enim hæc intelligenda esse de iis inimicis qui per Iesum Christum deuicti sunt, & de ea vitæ tranquillitate ac fœlicitate quæ nobis per ipsum parta est. Christus autem non deuicit externo belli apparatu, vel AEgyptios, vel Babylonios, vel Romanos. Etsi enim Iudæi ab iis omnibus partim oppressi fuerant, partim adhuc ita opprimebantur, vt non liceret ipsis cultum Dei in Lege institutum, tranquille in terra sua peragere, & securam vitam ducere: non tamen contigisset eis vera salus, aut vera iustitia, etiãsi ab his hostibus liberati fuissent: sed principio deuicit eos inimicos, & liberauit populum suum ab his hostibus de quibus ex Paulo ad Ephesios suprà versu 71, iam dictum est: inter quos præcipuus est satan: deinde peccatum, in quod persuasu satanæ Adam coniectus est: postremò, mors, & infernus. Deinde restituit Christus populum suum, non in eam securitatem qua faciant cultum Leuiticum in Ierusalem (qui cultus non fuit nisi ciuilis & pædagogia ad Christum) sed remisit illis peccata, propter quam remissionem conscientia per fidem ita secura redditur, vt iam nec satanam, nec peccatum, nec mortem, nec infernum timeat.

74 Sine timore] Hoc includit in sese, nos tum præsentis, tum futuri seculi bonorum securos esse. Nam Christianus vtique securus & certus est de peccatorum suorum condonatione, tametsi adhuc illa sentiat. certus est enim, morti in se nihil iuris esse, satanam in se nõ vincere, nec mundũ quicquam in se posse. Ne tamen ita intelligas, quòd peccatũ omnino non persentiscat: imò quòd crucietur impense vbi peccata torserint, & mortis imago coràm terrefecerit, vsqueadeo vt à mũdo, dedecore & ignominia grauatus, nudus perstet, neque quẽquam in his terris, ad quẽ se vertat, præterquã solum Deum habeat. Sentitur quidẽ satan & peccatũ, sed nihil efficitur, nihilque vincit. nam æque in Deo tutum & securum cor permanet. De hoc timore sic Paulus, Rom.8.c.15, non accepistis Spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba Pater. Idem Spiritus contestatur spiritui nostro quòd simus filii Dei. Item 1.Iohan. 4.d.18, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eiicit timorem: quoniam timor cruciatum habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. De manu inimicorum nostrorũ] Ad hæc verba respiciebant promissiones versu præcedenti annotatæ. Seruiremus illi in sanct.] Obseruãda hîc sunt

præcipua duo capita: nempe liberatio fidelium ab hostium tyrannide: dein finis liberationis, vt scilicet Domino seruiant. Liberati igitur sumus, non vt lasciuiamus, sed vt Deo seruiamus. Hæc Paulus pluribus & apertis verbis exponit Tito, cap. 2. c. 10, Apparuit gratia Dei salutaris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegata impietate & mũdanis desideriis, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis (en liberatio) vt nos redimeret ab omni iniquitate, vt redimeret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operũ. Vides nos esse liberatos vt illi inseruiamus. Et iterum cap. 3. a. 3, ostendens à quibus hostibus liberati, & à quo & quomodo, dicit, Eramus enim aliquando & nos insipientes, inobedientes, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agẽtes, inuisi, odientes inuicem. Qũ autem benignitas & erga homines amor apparuit Saluatoris nostri Dei: nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti quem effudit in nos abũde per Iesum Christum Saluatorem nostrum.

1.Pet.1.c.15 ‖ 'Cum sanctitate & iustitia 'coram ipso 'cunctis 75 In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.
diebus vitæ nostræ.

'Et tu puer, 'Propheta Altissimi 'vocaberis: 76 Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis:

ANNOT.

75 Cum sanctitate & iustitia,] Sanctitatem istã & iustitiã declarauimus in præcedenti annotatione ex Paulo ad Titum, quæ est quum abnegata impietate & mundanis desideriis, sobrie, & iuste, & pie viuimus, & in omni cõuersatione nostra sancti reddimur: quemadmodum is qui vocauit nos, sanctus est, propterea quòd scriptum est, Sancti estote, quoniã ego sanctus sum, 1. Pet. 1. c. 15. His autem duobus verbis, sanctitate & iustitia, totam vitæ Christianæ summam comprehendit. Sanctitas est quum nos totos Deo consecramus, & ita viuere statuimus vt Deum in nobis glorificemus. Iustitia autem, est æquitas, quum cuique quod suum est reddimus, nec denegamus operam nostram fratribus. Siquis verò hanc bene viuendi regulã quærat, eam ex Lege Dei petat. Coram ipso,] Vel, in conspectu eius. De hoc dictum est suprà versu 6. Sanctitatem & iustitiam quæ hominibus placet, quæque fit vt hominibus sancti & iusti appareamus, & quam homines commenti sunt, hypocritieam, separat ab ea quæ Deo grata est, & quam in Lege sua præscribit. Vult Zacharias vt cogitemus nos semper versari coram Deo, & ipsum corda nostra intueri, in eum finẽ vt cõponamus vitam nostrã ad eius volũtatem & Legem: vt omnia agamus acsi coràm ipse staret, qui nusquã abest, qui omnia videt, omnia enim patent oculis eius, nec potest quicquam eum latere. Hoc seruitium sanctitatis & iustitiæ oportet ab eo probari. Cunctis dieb. vitæ no.] Deus non vult temporariam agnitionem beneficii sui, sed totam vitam. Æternus est, & non mutatur: qui igitur illum agnouerit, in æternum auelli ab eius obseruantia non poterit. nihil siquidem melius eo poterit inuenire.

76 Et tu puer,] Hæc est secunda huius carminis pars, qua Zacharias filii sui officium & ministerium explicat. Ad puerum autem recens natum cõuertit sermonem. Propheta Altissimi vocaberis:] Id ex præsenti aspectu non poterat iudicare, sed ex reuelatione. Congratulatur ergo pater infantulo, quòd agnoscat officii sublimitatem, & quasi vaticinatur. Propheta, est interpres oraculorũ Dei: doctor item, & prædicator in Ecclesia, per quem loquitur Ecclesiæ suæ Dominus, voluntatem suam reuelans, vt ex sequentibus Zachariæ verbis intelligitur, & ex principio tertii capitis Matthæi, vbi dicitur, Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, dicénsque, Pœnitentiam agite, &c. Certissimum profectò diuinæ clementiæ argumentũ est quãdo Deus Prophetas ad aliquem populũ mittit. neque enim populus potest cõsistere sine Prophetis: omnia enim diffluũt, omnia soluũtur & labascunt. Quod hodie videre licet vbi Euangeliũ non prædicatur. Nam licet illic sint plerique pii quibus cõsceleratio tota displiceat, nemo tamẽ sceleratis reclamare audet, nemo resistere. Vbi verò fidi sunt Prophetæ, prodeũt, & scelera protrahũt in medium, ac redarguũt: clamant, nec cessant: quasi tubã, vocem exaltãt, & annuntiant populo scelera, simúlque taxant ac dãnant: vt nebulones saltem pudefiant: agnoscantur, metúque deterreantur, qui iustitiæ amore benefacere nolunt. An verò nõ potuisset Deus (qui omnia potest, & cuius voluntati nemo resistit) hominum corda Spiritu suo illustrare, vt venientem Filium saluatorem agnoscerent, & reciperent? Verùm hũc ordinẽ seruat Deus, præmittit Prophetam qui sua prædicatione paret Domino viã. De Prophetæ officio vide primum caput Ieremiæ. De nomine Altissimus, dictũ est suprà versu 32. Vocabe-

ris:] Id est eris,aut celebraberis,vt quidam exponūt.vocaberis à Deo,vel ab hominibus. Vocaberis à Deo,eris Propheta à Deo constitutus.Aut Vocaberis ab hominibus: hoc est mundus intelliget te esse Prophetam Altissimi.

præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

'præibis enim ante faciem Domini, 'ad parādum vias eius:

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum:

77 'Ad dandā scientiam salutis populo ipsius 'per remissionem peccatorum eius:

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto:

78 'Per viscera misericordiæ Dei nostri, 'quibus visitauit nos Oriens ex alto: Malach.4.a.2 zachar.3.d.9, & 4.c.12 suprà b.17.

ANNOT.

Præibis enim] Reddit rationem cur filius sit appellādus Propheta.Hæc verba quasi descripta videntur ex vaticiniis Prophetarum,Malachiæ in primis,cap.3.a.1,& Esaiæ,cap.40.a.3.Prophetæ munus late patet,nempe vocare homines ad pœnitentiam,&c.vt dictum est paulo antè: Iohānes autem peculiare quoddā munus habet. nam præiturus erat ante faciem Domini, vt prædixerat Malachias eodem capite. Præire ante faciem Domini, idem quod ministrū esse Christi,qualē se nominat Paulus,1.Corint.4.a.1,& 2.Corint.3.b.6. Ad parandum vias e.] Vide annotationem Matth.3.a.3. Quid sit parare vias Domini,sequenti versu docet.

77 Ad dandam scient. sal.] Exprimit Zacharias quàm salutare futurum sit munus, siue ministerium filii sui. Hebraismus autem est Ad parandum vias eius, nempe vt doceas populum eius salutaria,condonata videlicet illis esse peccata. Vel, docendo populum eius vitam æternā, quæ nō donatur nisi prius remissa fuerint peccata. Dare scientiā salutis populo, est docendo tradere populo verā veræ salutis cognitionem.Solus autem Deus Spiritu suo illucescit cordibus & verā cognitionem donat:ad eam rem tamen conficiendā, opera vtitur ministrorum,sed ita vt omnis laus & gloria in solidum solius sit Dei,vt & Paulus docuit,1.Corinth.3.b.7. Per remiss.pecc.eius.] Declarat quid vocet cognitionem salutis,nempe cognoscere remissa esse peccata, vnde salus æterna pendet.nam inde salus,quòd Deus nos sibi recōciliat, non imputando nobis peccata. Peccatum enim in causa est quòd omne genus hominum sit perditum.Si satisfacere possemus Legi Dei,in eo salus cōsisteret.At non possumus:remissione igitur opus.Valeant nunc sophistæ qui de causa salutis tam multa impie disputant.

78 Per viscera miseric.Dei.] Id est,per fauorē immensum, siue per summā Dei misericordiā.Viscera enim misericordiæ, significāt misericordiā quæ ex intimis præcordiis atque visceribus oritur. Metaphora autē sumpta ab hominibus: sentimus enim viscera nostra cōmoueri dū mouemur re aliqua.Propterea de visceribus loquitur Scriptura,quū misericordiæ mētionem facit, vt finitimā affectuū commotionem significet:veluti quū matris viscera cōmouentur erga filiū morientem,id est,quum omnia eius intima propter filiū cruciantur:sicuti de ea scriptum est quæ coram tribunal Salomonis consistens,dum crederet filium suum gladio dissecandum,intimis commota est visceribus, sicuti videre est 1.Reg.3.d.26. Et de Ioseph legimus,Gene.43.f.30,Festinauítque:quia commota fuerant viscera eius super fratre suo. Hac loquutione adumbratur nobis ineffabilis Dei dilectio, studiū & misericordia erga nos summa. Vbi nūc satisfactiones? præuenimúsne Deū, vt se nobis recōciliet?Minime.totum hoc manat ex misericordia ipsius.Attamen hæc cōdonatio noxæ quæ ex cōmiseratione nobis obtigit,absque merito facta non est, quanquam absque nostro merito euenerit:verùm interuenit mediator, qui eam nobis nostra vice meruit, qui est Christus Iesus Dominus noster. Volebat enim Deus, tametsi remitteret peccata, pro iisdem tamen sibi satisfieri, suúmque honorem & iura persolui. Hìc nihil poteramus. Christus autem solus & potuit, & pro nobis satisfecit: quē ex infinita misericordia Patris in hoc legatus fuit, & ad nos demissus , vt idipsum expediret. Ideo dicit, Per quā infinitam cōmiserationem visitauit nos Oriēs ex alto. Proculdubio meritū nostrū id non fuit,sed sola Dei immensa misericordia,quòd Christus ad nos peruenerit, talémque peccatorū remissionem nobis meritus sit & impetrarit ad æternā salutem. Quibus visitauit nos Oriens ex alto.] Quid sit visitare,annotatum est suprà versu 68.Oriēs,non est hìc participium,sed nomen substantiuum,ἀνατολή.quæ vox significat exortum solis, aut regionem vnde oritur.Christum igitur ipsum,solem vocat orientem.Addit Ex alto,siue altitudine,aut sublimitate: ad differentiam corporei solis qui nobis oritur ab inferis surgens in al-

tum: bic sol contrà, è sublimi exortus, descendit ad nos vt nobis illucesceret. Alludit autem ad locum illum Zachariæ, cap.3.d.9, Adducam seruum meum Orientem. Et cap.6.c.12, Ecce vir, Oriens nomen eius: & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino. Appellat autem eum Orientẽ ab alto, quod diuinitatẽ eius subindicat. Estque hæc illius sentẽtia. In alto, id est super omnes creaturas, vbi nihil altius, sed sola altitudo est: ibi Christus est in sua diuinitate, æque atque aurora, vel Oriẽs. Procedit enim à Patre, veluti à sole radii. Sic Christus de se loquitur, Iohan.3.b.13, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo. Nam non habet ortum suum in terra, vbi concipitur & nascitur. Ex cælo oriundus est, & descendit in terram. Ille (inquit) nos visitauit, ad nos venit in terram, ac nobis dãnatis miseris peccatoribus, qui nostra causa perpetuò periissemus, remissionem peccatorum donauit.

'Vt illucesceret 'iis qui in tenebris & vmbra 79
mortis sedebant, 'ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis.

Illuminare iis qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Puer autẽ 'crescebat '& corroborabatur Spiri- 80
tu: '& erat in desertis, 'donec veniret dies quo o-
stendendus erat apud Israelitas.

Puer autem crescebat, & cõfortabatur Spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

ANNOT.

79 Vt illucesceret iis, &c.] Alludit & ad illud Malachiæ, cap. 4.a.2, Et orietur vobis timentibus nomen meũ, & sanitas erit in alis eius. Quũ sol oritur, ipsum afferre sanitatem experimur. sentimus enim ex ipsius ortu nos esse alacriores: certe quod in ægrotis melius deprehenditur. Alludit & ad illud Esaiæ, Populus qui ambulabat in tenebris, de quo Matth.4.c.16. Perseuerat igitur in metaphora, Sicut sol lucet corporibus, ita Christus animis. Simul indicat quare appellarit Christũ Orientem, vt videlicet illucescat sedentibus in tenebris, &c. Tenebras & vmbram mortis vocat tenebras mortiferas more Hebræorum: siue Tenebras & caliginẽ quæ ipso intuitu metũ mortis incutit. ab effectu sic dicta caligo. Genitiuus autem apud Hebræos loco epitheti sumitur. Sedere positũ, pro esse prostratum: vt ægroti qui decumbũt, & mortui qui iacent, non possunt se commouere. Coniungit hîc Zacharias Iudæos & Gentes, & statuit omnes homines in morte & tenebris sedere. aut si mauis, describit conditionem humani generis: simúlque describit officium Christi. Dicit igitur, Christus ideò venit vt lux mundi fieret, pérque Euangelium corda illuminaret, & ad sese inuitaret qui in cæcitate & tenebris incredulitatis sub satana captiui detinebantur: vt ita pedes illorum in viam pacis perduceret. Vnde Matth.4.c.16. Obseruandum, si electi antequam vocentur, sunt in vmbra mortis, quid de reprobis? Porrò, Tenebris mortis opponẽda est claritas Christi, qui tenebras istas fugat, vt illuminemur in salutẽ: illius solius splendor nobis sufficere debet. Ad dirigendos pedes no. in viam pa.] Hîc docet, perfectionẽ omnis boni & fœlicitatis esse in Christo. Via pacis, id est prospera & bona, summúmque bonum. Potest tamen accipi in propria significatione: quod sensui magis conuenire videtur. Nam dum illuminamur, consequimur pacem in cordibus nostris. Iustificati ex fide, pacem habemus erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, ait Paulus, Rom.5.a.1. Inquieti enim sumus antequã sciamus nos esse acceptos Deo. Venit igitur Christus vt conscientiã nostram secure & hilariter in gratiæ regno gubernaret: vt neque à satana, neque à peccato, morte, inferis, nec à quouis infortunio timeremus nobis qui antehac versabamur pars in sordidis vitiis, pars in fucatis operibus, quæ bona reputabamus: vtrinque tamẽ nulla quiete aut pace frui poteramus: sed sub satana, mortísque timore desperare cogebamur: nec exploratum nobis erat quo pacto viam illam ad pacem ducentem reperiremus, iuxta illud Psalmi 13, secundum L X X, Viam pacis non cognouerunt.

80 Crescebat] Commodius vertisset, adolescebat. Corroborab. Spiritu:] Id est fiebat robustus ac validus non corpore tantum, sed Spiritu. Ad confirmationem historiæ adiungit Iohannem adoleuisse, & inualuisse, Spiritúque Dei fuisse præditum pro captu ætatis suæ: nõ quòd iam intelligeret, sed indoles talis erat vt appareret donum Dei. Pro cuiusque igitur ætatis portione, Spiritus Dei magis ac magis, cũ in verbis, tum in factis sese exerit. Et erat in desertis,] Vide Matth.3.a.1. Donec veniret dies, &c.] Græce, vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel. Id est, latuit vsque ad tempus in quo munus propheticum exercere debebat in populo Israelitico, & illi Christum annuntiare.

CAP. II.

Factum est autē in dieb⁹ illis, exiit edictū à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.

Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.

Et ibant ōnes vt ꝓfiterē-

CAP. II.

1 F'Actum est autem in diebus illis, 'exiit decretum à Cæsare Augusto, 'vt censeretur totus orbis. Har.1.7.

2 'Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio.

3 'Et ibant omnes vt profiterentur, in suam quis-

ANNOT.

1 Factum est autem] Natiuitatis Christi historiam hîc refert Lucas, quam Matthæus prætermiserat. Præposuerat autem Matthæus Christi genealogiā: dein quomodo natus esset Christus, sed paucis verbis. Lucas verò plene narrat natiuitatē. Locū enim designat vbi natus: tempus, quando natus: & quid eo nato acciderit. Primum dicit accidisse vt à Cæsare decretum publicaretur. cuius decreti mentionem ideo facit, nequis obiiceret, Qui factū est vt Christus natus sit in Bethlehem, quū virgo esset in Nazareth? nam postquā à cognata reuersa est, venit in Nazareth. Causam igitur hîc ostendit quomodo factum sit vt Virgo pareret in oppidulo Bethlehē, nēpe quòd oportuerit eam venire ad censum. nā descriptio, cēsum significat, de quo postea: in censu autem oportebat omnia capita describi. Exiit decretū à Cæs. Aug.] Eo tempore quo Iohannes & Christus nati sunt, Iudæi in potestate Romanorum erant, in quam à Pompeio Magno, deuictis Ierosolymis, redacti erant. Hic verò Cæsar, nomine proprio dictus est Octauius, secundus Romanorum imperator, ab augurio dictus Augustus, quòd fuerit in administrando imperio fortunatissimus, & ab omnibus, tāquam numen cælitus demissum, obseruatus. Hic Octauius X L I I imperii sui anno, publico decreto edixit vt vniuersus orbis Iudæorum & Syriæ describeretur. Obseruandū autem vt nihil fortuito fiat, etiā quæ maxime fortuito fieri videntur: sed omnia mirabiliter Deū gubernasse. Nasci Dominū in Bethlehem, diuinitus statutū, & per Prophetā prædictū erat, Michææ 5.a.2. Id vt fieret, oportuit esse occasionē qua illuc Maria perueniret. Ea sumpta fuit ex hoc censu, vt ita Christus liberator Iudæis promissus, tum nasceretur quum ipsi summa seruitute à Gentibus premerentur. nam ablato sceptro à Iuda, nasci debuit, Gene. 49.b.10. Id tamen sceptrū nequaquam secundū carnem voluit restituere: quia regnū eius nō erat de hoc mūdo: sed in Spiritu: vt corporibus omnibus ad seruiēdum obnoxiis, spirituali filiorum libertate fruantur quotquot ipsi nomen dederint. Oportebat inquam Christum nasci in Bethlehem: vbi si Virgo perpetuam mansionem habuisset, istud fortuito accidisse putaretur. Dicet quispiā, Imperio Augusti parere oportuit. Verùm: sed interea Dominus qui tot seculis antè id fore prædixerat, nō fuit otiosus. Vt censeretur totus orbis.] Siue describeretur: non quidem orbis terrarū, sed orbis Iudæorum ac Syriæ.

2 Hæc descriptio prima fact.] Bis censuisse videtur Cæsar: neque enim frustra hîc dicitur, Hæc descriptio prima facta est, &c. Prima ergo facta est X L I I anno imperii Augusti: cuius census Lucas meminit, Iosephus, non item, vt nonnulli male existimant. Ad quam professionem in Syria (cui adiuncta erat Iudæa) peragendam missus est ex authoritate Cæsaris Augusti & senatuscōsulto Cyrenius, eius prouinciæ præses. Secūdo autem censum egit idem Augustus sub finem imperii sui, per eundem Cyrenium, vt pote peritum ex primo censu rerum Iudaicarum, Iudæisque ex cōsuetudine familiarē factum. cuius census, Iosephus mentionem facit, Lucas nō item. Descriptio. ἀπογραφὴ descriptio est, partitio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias: annotatio item, consignatióque facultatum, hoc est descriptio & professio, descriptio inquam, respectu eorum qui censebāt: professio autem, eorum qui censebantur. Fiebat huiusmodi descriptio, vt sciretur quantum quisque haberet in facultatibus, indéque tributum facultatibus par exigeretur: denique vt certus teneretur capitū numerus. Quantū verò singula capita pensitare oportuerit, neque hîc à Luca, neque ab aliis scriptoribus exprimitur. Iosephus de bello Iudaico, lib. 7. cap. 26, tradit Vespasianum censum Iudæis imposuisse, iussisséque binas drachmas singulis annis deferre in Capitolium. Quod an cum primo censu Augusti congruat, incertum: nō tamen vero dissimile est. Vide annotationem Matth. 17.d.24.

3 Et ibant omnes, &c.] Quum hic census in Iudæa ageretur, ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem, hoc est in metropolim suæ tribus. Habebant enim singulæ tri-

bus suas metropoles: in Beniamim, metropolis erat Ierusalem: in Iuda, Bethlehem: in aliis tribubus aliæ erant metropoles. Profiterentur autem, id est, nomen darent.

que ciuitatem.

gue singuli in suã ciuitatem.

Ascẽdit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate 4
Iohã.7.f.42. Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid quæ
vocatur Bethleem, eo quòd esset de domo &
familia Dauid,

Ascẽdit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæã, in ciuitatẽ Dauid quæ vocat Bethlehem, eo q̃ esset de domo & familia Dauid,

Vt profiteretur cũ Maria desponsa sibi vxore, 5
quæ erat prægnans.

Vt profiteretur cũ Maria desponsata sibi vxore, prægnante.

Accidit autem, quum essent ibi completi sunt 6
dies pariendi.

Factũ est autem, quũ essent ibi impleti sunt dies vt pareret.

Et peperit filium suum primogenitum, ac fa- 7
sciis eum inuoluit, reclinauítque eum in præsepi:
quòd non esset eis locus in diuersorio.

Et peperit filium suum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio.

ANNOT.

4 In ciuitatem Dauid] Quoniã inde natus, erat ideo vocata est eius ciuitas. Proficiscuntur Ioseph & Maria ad Bethlehem: vt iuxta externã quidem speciem decreto magistratus sui obediant: sed hoc agit Deus (vt dictum est versu primo) vt oraculum Spiritus sancti impleatur, & Christus secundum decretũ suum in Bethlehem nascatur. De domo & familia Dauid.] Scriptura sæpe domum & familiam coniungit: quanquam alterum vix potest distingui ab altero. Quòd Ioseph & Virgo non solum pertinerent ad tribum Iuda, verumetiam genus ducerent è progenie ac stirpe Dauid, è cuius semine promissus fuerat Christus, dictum est Matth.1.a.16.

5 Desponsa sibi vxore] Vide suprà, cap.1.c.27. Maria, quia vterum gestabat, & partui proxima erat, excusare se potuisset ne hanc profectionem obiret: sed hoc sibi nõ permittit, nolebat enim vterque aliis offẽdiculo esse. Porrò ita fieri oportebat vt Bethlehem venirẽt ob vaticinium Michææ, de quo suprà versu primo. Huic rei censionem illam seruire oportebat: id quod nec Cæsar nec præses eius sciebant.

7 Filium suum primogenitum,] Primogenitus dicitur ante quem nullus alius editus est ab eisdem parentibus, etiam si nullus post eum vnquam procreatus fuerit. Non dixit, primogenitum suum: filiũ autem suum dicit. In eo autem quòd dixit filiũ suum, (vt annotat Epiphanius) significauit ex ipsa secundũ carnẽ genitũ esse. In cognomine verò primogeniti vocem SVVM non amplius apposuit, sed PRIMOGENITVM solũ dixit. Primogenitũ verò dixit, quoniã primogenitus est prius quàm essent creaturæ. Hic enim est qui apud Apostolum dictus est primogenitus omnis creaturæ, Coloss.1.c.15: non coniunctus quidem creaturæ, sed ante creaturam genitus. Idem & primogenitus est inter multos fratres, apud eundem Apostolum, Coloss.1.c.18, & Rom.8.f.29: nõ iuxta id quod est à Maria, velut alii filii sint ex ipsa, sed inter eos qui digni facti sunt accipere per ipsum adoptionem filiorum Dei. Sed & primogenitus, & filius ipsius Virginis, non quòd ipsa alios filios (vt dictum est) habeat. simile enim est hoc in prima & diuina ante aduẽtum in carnem generatione. Qui enim verè primogenitus est Patris superni ante omnem creaturam, non ex eo quòd alii post ipsum ex Patre geniti sunt, primogenitus dicitur. non est enim ipsi frater secũdus: nam est vnigenitus. Sic etiam res habet in aduentu in carnem. filius enim & primogenitus est Mariæ, sed idem Mariæ vnigenitus est, non habens fratrem secundum ex ipsa. Ac fasciis e. inuol.] Græce ad verbũ infasciauit, id est fasciis inuoluit. nequis imaginetur laceros pãnos. Mariæ enim paupertas fuit mũda. In summa tenuitate & paupertate nasci Dominus voluit, vt contemptum mundi doceret, & ad cælestia suscipienda prouocaret. Hinc matri suæ grauidæ haud commodior ad pariendum locus, quàm iumentorum stabulum, cõtingere in diuersorio potuit: quum indubie commodissima loca multi impii occuparent ad voluptates. Hic videas quàm variet iudiciũ mundi à iudicio Dei. Expẽdendum verò diligenter, quòd propter nos, quum diues esset, (vt Paulus ait, 2.Corin.8.b.9.) pauper factus est, stupẽdúmque veræ humilitatis exemplum protulit. Habet

hic quod totus mūdus admiretur,pro quo gratias agat,& omnibus seculis, omnibúsque vitæ partibus sibi imitādum & exprimendum proponat. Nam Dei filius cælitus se demittit,& extrema humilitate humiliatur, vt nos in cælos subuehat,& charitatem,animique modestiā doceat. Tractat hoc Domini exemplū Paulus,ad Philippenses,toto capite secundo. Profectò pannicculis inuolui,& reclinari in præsepi, paupertatis sunt argumēta: vt etiā in purificatione matris, offeruntur duo pulli columbarum, alterum magnæ paupertatis indiciū: quam etiam ingenue fatetur,dicens,Vulpes foueas habēt, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet,Matth.8.c.20. Demisit se etiam Dominus ad infima, nequis causaretur maiestatem quominus ad illum accederet,ac difficilius se totum illi crederet,dicēs,Altissimus est,nō ausim ad eum accedere,quum sim terrenus & miser. Discant autem hinc diuites seculi, ne ob diuitias sibi placeant:& pauperes, ne sibi ob tenuitatem displiceant: vtrique verò magna fiducia ad illum accedant cum maxima submissione & fide:ad illum inquā qui omnes hominis miserias expertus est absque peccato. Hæc sane expendere præstat, quàm de ratione pariendi,qua Iesum Maria enixa est,anxie disputare,& nostris cōmentis veritatem Dei obscurare. Verus homo fuit Dominus noster,verā matrem habuit: igitur naturali quoque ratione eum peperit. In quo quāto magis sese ad creaturæ nostræ infirma demisit,tāto maiorem erga nos dilectionem declarauit:quæ perpensa,& fidem in ipsum,& dilectionē in proximos, cum omnimoda modestia in nobis meritò augebunt.

Et pastores erant in regione eadē vigilantes, & custodiētes vigilias noctis super gregem suum.

8 Et pastores erant ʼin regione eadem ʼin agris agentes, & ʼexcubantes excubias nocte super gregem suum.

Et ecce, angelus Domini

9 Et ecce, ʼangelus Domini

ANNOT.

8 In regione eadem] Intellige Bethlehemiticā. Genes.35.d.21, legimus ad Ephrathā, quæ Bethlehem quoque dicitur,non ita longo itinere sitam turrim Eder,nimirū extructam olim in pascuosissimo loco, vt esset domicilium gregis, in quod se reciperent pastores contra cæli iniuriam & tempestates.ex qua re proculdubio nomen inuenit. Nam Eder,gregem,aut collectionem pecorū significat. Et Hieronymus in traditionibus Hebraicis, Si sequamur ordinem viæ(ait,) pastorū iuxta Bethlehem locus est, vbi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pauit,loco nomen imponēs: vel quod verius est,quodā vaticinio futurum iam tunc mysterium monstrabatur. In agris agentes,] Siue in agris stabulantes. nam hinc Græcis est cōposita dictio ἀγραυλοῦντες nam ἀγρὸς est ager,& αὐλὴ stabulum. In septis enim noctu seruantur greges ob incursum luporum:& ea septa in agris sunt. Excubantes excubias no.] Hebraica locutio,pro,custodientes gregem suū nocte.q.d. nihil minus expectātes quàm reuelationem de Christo. Excluditur meritum,vt commendetur gratia.

9 Angelus Dom.] Superuacuū fuisset Christum nasci, nisi mūdo cognitus fuisset. neque enim induit carnem nostram vt hîc lateret,postea rediret ad Patrem: sed voluit suū officium peragere. nam nullus ad nos rediret fructus,nisi eum fide cognosceremus. Statim ergo vbi natus est, voluit omnibus innotescere: verùm eo generi hominum quod ipsis hominibus parum est nobile,imò vile,nec reputationis alicuius: pastoribus videlicet. Vt igitur animaduertimus ex loco suā humilitatem,ita videmus quemadmodū nos ad humilitatem erudiat,quando pastores primū voluit habere discipulos,qui philosophos ipsos ordine præcederēt. Obseruemus autē, in hac vocatione voluisse omnē gloriā carnis prosternere. Nā potissima sapiētia est Christū cognoscere:in qua cognitione primi sunt pastores. Ne ergo propria sapientia inflati superbiamus: primus sane veniendi ad Christū gradus est,non sapere sibi. Interea tamen non est putādum, solos idiotas esse Christianos, & alios excludi: nam Magi etiam vocantur. Quòd si ab his philosophis cœpisset,hanc laudem arti tribueremus,tanquam fundamento. Vt igitur istam superbiam prosterneret Dominus,exorsus est à pastoribus. Pastoribus pastor primū innotescere maluit,quàm Cæsaribus,Regibus,Præsidibus,Pharisæis, Scribis,Pontificibus. Porrò Christum considerare oportet in speciem abiectum, sed coram Deo, & angelis nihil imminutum. iacet quidem in stabulo: sed angeli pronuntiant illū esse redemptorem,& Dei filium: hoc ipso declarātes se eius esse ministros. Hoc eodem facto declarata est eiusdem diuinitas. Par enim erat vt regem cælorum,cælestes item nuntii natum primùm renuntiarent. Quum autem cælestes spiritus seruiant Christi gloriæ, videmus quàm nihil eius humilitas

ipsum imminuat. Solus est quum hæc nuntiat: nam versu 13 dicitur, Et facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, &c. Gabrielem fuisse vero simile est, qui cap. 1. c. 26, ad Virginem missus fuerat.

'astitit illis, '& claritas Domini circunfulsit illos:
'& timuerunt timore magno.
Et dixit illis angelus, 'Ne timeatis: ecce enim 10
'annuntio vobis 'gaudium magnũ quod futurum
est 'toti populo:
Quia 'natus est vobis hodie Seruator, qui est 11

stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos: & timuerunt timore magno.
Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:
Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christ*

ANNOT.

Astitit illis,] ἐπέστη αὐτοῖς, magis significat angelũ imminuisse ex alto supra illos, quàm astitisse. Hoc admonuisse contentus interpres nouus, reliquit quod vetus vertit, propterea quòd Græca præpositio sit anceps: & fieri potuit vt astiterit qui primus nũtiauit. Et claritas Dei] Græcè, gloria, quæ sæpe pro splẽdore & luce vsurpatur. Hæc gloria diuina pastores circũfulgens, noctis tenebras discutiebat, & legato authoritatẽ cõciliabat apud ipsos & eos qui huius nuntii fuerũt participes: nam sic melius comparati fuerunt ad audiendũ Euangeliũ. Quòd si angelus fuisset instar hominis loqutus, (vt sæpe sub hominis specie apparuerunt angeli) minus fortasse intenti propterea fuissent: at Dominus notã dedit, quòd suos docere vellet. Intelligimus igitur, Deum nõ simpliciter voluisse loqui: cuius claritas symbolum fuit diuinitatis, ne spernerent quæ à Deo dicebantur. Quum hodie verbum Dei audimus, non accedit tale spectaculum, nec est necesse. nam verbum suum satis multis miraculis confirmauit. Si externa symbola quærimus, quæ iam facta sunt, audiamus. An non cæcutimus ad eius opera, si omnia illa miracula nihil efficiunt apud nos? Præterea, authoritas præcipua sita est in testimonio Spiritus, quum Deus testatur se esse qui loquitur in nobis. Paulus Ephes. 1. c. 13, In quo speratis & vos, audito verbo veritatis, Euangelio salutis vestræ: in quo etiam posteaquam credidistis, obsignati estis Spiritu promissionis sancto. Nihil igitur nobis deest: confirmatum fuit miraculis Euangelium: nunc obsignauit Spiritus testimonio. Et timuerunt timore magno.] Quid enim homo ad Deum? Placemus nobis quum Deus abest, nostra conditione sumus contenti: vbi verò se nobis Deus manifestat, expergefimus à nostro somno, agnoscimúsque nostram nihilitatem, vt vno verbo omnia complectar. Sola Dei præsentia est quæ nobis omnem gloriam excutit.

10 Ne timeatis:] Consolatur suos Dominus: infidelibus verò quum apparet, sic eos prosternit, vt nõ possint postea surgere. Initio tam piis quàm impiis sensus est communis: vtrique timent aspectu primo: sed infideles absorbentur, fideles verò eriguntur. nam fidelibus apparet cum testimonio bonitatis suæ, & in Christo: impiis autem, in furore, & extra Christum, tãquam iudex: tum necesse est non tantum expauescere, sed absorberi penitus. Annuntio vobis] Siue, euangelizo vobis, &c. Euangelii, hoc est promissionis Dei de Christo adimpletæ nuntiatione, metum conceptum eximit pastoribus: quam si non attulisset, non tam facile eos erexisset à timore. Gaudium magnum] Gaudium dolori opponitur & tormentis, quæ sunt ex peccato & damnatione, latáque contra nos sententia propter peccatum. Eximit dolorem, & iudicii diuini metum horrendum, filii Dei incarnatio & natiuitas credita, & gaudio replet corda nostra ineffabili, solísque fidelibus cognito. vnde ab angelo dicitur magnũ. Nam & Paulus, Philipp. 4. a. 4, Gaudete (inquit) in Domino semper, & iterum dico gaudete. Et versu 7, Et pax Dei quæ superat omnem intellectum, custodiat corda vestra & sensus vestros per Christum Iesum. Non frustra igitur dixerat, Nolite timere: sola enim Christi cognitio eximit timorem. Rom. 8. c. 15, & 2. Timoth. 1. b. 7 Toti populo.] Intelligit populũ Iudaicũ: nam Christus minister fuit Circũcisionis, Rom. 15. b. 8. Sublato autem discrimine inseruit Gẽtes in corpus populi sui, Ephes. 2. c. 14. Gaudiũ igitur erit vniuerso populo, Israelitico & Gentili. Nam Gene. 22. d. 18, prædictum fuerat, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Omnes quidem gentes, sed electæ ex Iudæis & Gentibus: multis enim Christus in ruinam positus fuit in Israel, & eundẽ multi ex Gentibus stultitiam reputauerũt, 1. Corin. 1. c. 23.

11 Natus est vobis hodie Seruator,] En promissiones de futuro Messia, quæ tãtopere desideratæ fuerant, adimpletas euangelizat, quãdo natum dicit. quod profectò attentissimos red-

didit,eóque nuntio timorem celerius deposuerunt. Vobis dicit: quod multũ habet ponderis. Sic Esaias,cap.9.a.5,Paruulus natus est nobis,Filius datus est nobis. Vobis inquam dicit:quia potuissent excipere,Quem annuntias?Respondet, Messiam qui vobis in Lege promissus est. De nomine Saluatoris,qui Hebraice dicitur Iesus,nonnihil dictũ est Matth.1.d.21.Plura vide in hoc capite paulo pòst,versu 21.Præterea de hoc nomine Christus,dictũ est etiam Matth.1. c.16.Obserua autẽ vt Christi siue Messiæ quem expectabant,officiũ doceat:nempe quòd saluaturus esset. A quo verò saluaturus, declarat Matthæus,cap.1.d. 21,dicens,Hic enim saluũ faciet populum suum à peccatis suis.

Domin⁹ in ciuitate Dauid.

Christus 'Dominus 'in ciuitate Dauid.

Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

12 'Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem
fasciis inuolutum,positum in præsepi.

Et subitò facta est cũ angelo multitudo militiæ cælestis,laudantium Deum,& dicentium,

13 Et subitò facta est cum angelo 'multitudo mi-
litiæ cælestis,laudantium Deum, & dicentium,

Gloria in altissimis Deo,

14 'Gloria in altissimis Deo,

ANNOT.

Dominus] Hoc nomine celebrat Christum angelus, quòd hac lege mundo præfectus esset vt eius dominationem hic exerceret. Vt enim sæpe apud Prophetas, se vnũ esse Dominum nostrum,regem,ac legislatorem pronuntiat Deus: ita quum Filium suum in carne exhibuit, eum esse declarauit in quo regere & imperare vellet. Quare vnus est,(inquit Apostolus 1.Corin. 8.b.6,) nobis Deus, ex quo omnia,& nos in ipso:& vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia,& nos per ipsum.Sic autem significatur, non tantũ præceptorem esse & magistrum,cui auscultandum sit docenti:sed caput ac principem cuius imperio parendũ sit, cuius nutui obtemperandum, ad cuius voluntatem obsequia nostra sint dirigenda.Ei enim primogeniturã attribuit Pater in sua familia,vt& fratribus suis præsit cum potestate,& facultates hæreditatis administret atque dispenset. In ciuitate Dauid.] Prius versu 4, ipse Lucas exponit Ciuitatem Dauid,vocari Bethlehem.Locũ natiuitatis diligenter notat, propter veritatem prophetiæ quæ à Michæa scripta est cap.5.a.2, cuius meminit Matthæus cap.2.a.6.q.d. Expendite quid Deus Dauidi promiserit,quid Michæas de Bethlehem vaticinatus sit:cõferte cum ea his nostris verbis: & fatebimini hodie præstitisse veracissimũ Deum quæ protinus ab initio mundi per multa secula Patribus promisit.

12 Et hoc vobis signũ,] Nequid dubitarent de nouo & admirando nuntio pastores, fidei faciendæ gratia signũ dat,dicens,Ipsa experientia,resque veritas vera me vobis narrare docebit.Abite ergo Bethlehem vsque,quærite infantulum recens natũ,quem prædicaui esse Christum Dominum:inuenietis ipsum fasciis inuolutum iacere in præsepi. Imitatur angelus morem humanum. solemus enim in rebus magnis & dubiis signa coniungere verbis. In quo bonitas Dei relucet attemperantis sese nostris infirmitatibus. Posset autem cuiquam videri ridiculum tale signum vnde agnosci posset Christus redemptor.nam si redemptor erat,debebat perpetuam afferre libertatem. Quum verò infans panniculis obuolutus cernitur, an eius rei vllum signum apparet? Minime. signum magnitudini rei nullo modo conuenit. Videmus igitur vt signum hoc non respondeat humano sensui, sed prorsus alienum sit à prudentia carnis. Vnde aliud oculis inspiciẽdum illis fuit,& aliud mente apprehendendum. Deus suo more non sublimia proponit,quò confundat humanam rationem & impingere faciat.

13 Multitudo mil.cælestis] Militiam cælestem vocat angelos,more Scripturæ:similitudine sumpta à terrenis principibus.Hoc sane factum est vt plus esset maiestatis. satis nanque erat eos fuisse admonitos ab vno angelo,quum haberet certum gloriæ Dei symbolum. Verùm non tantum quod satis esset respexit Deus,sed etiam Filii sui aduentum illustrare voluit præsentia cælestium exercituum illi canentium. Hinc videmus quanta cum reuerentia voluerit eum à nobis excipi. Angeli proculdubio suo exemplo nos inuitãt vt in laudes irrumpamus, vt non vnus tãtum,sed omnes vno consensu canamus Deo nostro laudes. Et vt angeli idem canticum resonant,ita inter fideles vnus debet omnium esse concentus.

14 Gloria in alt. Deo,] Id est,Gloria Deo qui in altissimis habitat. Tribuũt Deo quod illi propriũ est, veritatẽ, bonitatem,& iustitiã:quæ in natiuitate Domini singulariter sese proferũt,& omnes nos ad agnitionẽ beneficiorũ Dei,simul & ad gratiarũ actionem excitant. Natura enim Dei bona & clemẽs singulariter declaratur natiuitate Filii. Nostri verò officii esse

docent, omnem gloriam Deo tribuere, & ab ipso, tanquam ab vnico bono pendere, laudaréque bonitatem ipsius.

ac in terra pax, in hominibus bona voluntas.

Har.1.8. [Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in 15
cælum, & homines pastores loquebantur inter
sese, Trãseamus iam Bethleẽ vsque, & videamus

& in terra pax, in hominib⁹ bonæ voluntatis.
Et factum est vt discesserũt ab eis angeli in cælũ, pastores loquebantur ad inuicẽ, Trãseamus vsque Bethlehẽ, & videam⁹ hoc verbũ

ANNOT.

Ac in terra pax,] Terra pro hominibus super terram constitutis: quibus per natiuitatem Christi pacem contigisse erga Deum canunt. Ipse est pax nostra, ait Paulus, Ephes.2.c.14: per quem sibi Pater mũdum reconciliauit, non imputans eis peccata sua, 2.Corin.5.d.19. En Pax per Christũ, hoc est conscientiæ serenitas, quãdo fide apprehendimus Deum nobis esse pacatum, id est non imputare nobis delicta propter Filium: vt iam propter illa nihil timeamus satanam, neque mortem. Et Rom.5.a.1, Iustificati ex fide, pacem habemus erga Deũ per Dominum nostrum Iesum Christum. In hominib. bona voluntas.] Vox Græca εὐδοκία, idem significat quod Hebræis R'ASON, bonã volũtatem & affectionem, beneplacitũ, & animum in aliquem propensum. Vide Matth.3.d.17. Canunt beneplacitum esse Deo in hominibus, illum bono animo esse erga homines, & eos placato animo complecti propter Filium suum hominem factũ. Si pax nobis cum Deo propter bonam eius voluntatem, siue gratuitã eius beneuolentiam, vbi merita? Quidam distingunt, Pax in terra in hominibus: vt per appositionem sequatur in nominatiuo, Beneplacitũ, siue bona voluntas. Alii legunt in genitiuo, hoc modo, Pax in hominibus, bonæ voluntatis: ad pacem referentes bonam volũtatem, sic, Pax bonæ voluntatis siue beneplaciti in hominibus. In eundẽ sensum recidunt omnia. Hinc tempus Christi, dicitur annus beneplaciti, Esa.61.a.1. Et Dauid, Psal.5.c.13, Tu benedices iusto Domine: vt scuto beneplaciti, vel, vt scuto bona voluntate circundabis eum. id est beneuolentia & fauore vndique munies eum. Vbi Pater optimus Filiũ suum hominibus dedit, quo nihil habuit diuinius, & ideo cum ipso donauit omnia: certe bonã suam erga illos voluntatẽ ipsis declarauit, & beneplaciti sui annũ oriri fecit, quo in dilecto Filio suo charos sibi & gratos reddidit quàm plurimos. de qua bona voluntate & beneplacito dicitur Ephes.1.a.6, Qui prædestinauit nos vt adoptaret in filios per Iesum Christũ in sese, iuxta beneplacitũ voluntatis suæ, vt laudetur gloria gratiæ suæ qua charos reddidit nos per illum dilectum. Nonnulli exponũt pacẽ offerri hominibus bonæ voluntatis, id est, qui sunt bona voluntate præditi, pietate imbuti & modestia: sed quàm recte, ipsi viderint. eruditioribus in Christi doctrina probari non potest ea interpretatio. Angeli namque voluerũt significare iam præstitũ iri quæ futura tempore Christi Prophetæ prædixissent. nẽpe vt Deus bene vellet hominibus, eósque cõplecteretur affectu paterno, vt prius dictũ est, propter Filiũ. Cæterũ vt terra & homines pro eodẽ accipiuntur: ita perparũ interest inter pacem quã terræ, & bonã voluntatem quam fore hominibus cecinerũt. In eo enim quòd Deus pacem nobis erga se dedit, bonã suam volũtatem erga nos declarauit: & ex eo quòd nobis bonã suam voluntatem explicauit, pacem istã donauit. Obseruandum autem, neque Deo gloriam dari, neque hominibus posse cõtingere veram pacẽ, gratiámque, vel bonam Dei voluntatem, sine Christo. Vt ergo contẽptus Dei est apud hypocritas, ita nulla conscientiæ trãquillitas, neque cum hominibus concordia est, quia abest beneplacitum Dei. in solo enim dilecto suo Iesu Christo, Deus charos sibi reddit quotquot in hoc selegit.

15 Vt discesserũt ab eis ang. in c.] Sic discessisse dicitur angelus ab oculis Gedeonis, Iudicum 6.d.21. Discessus iste nõ est volatus in superiorẽ aeris regionem instar auiũ, sed est euanescentia ex oculis nostris. Et quũ angeli ad cælũ discedunt, nõ necesse habent longa locorũ spatia emetiri. Vbi enim Deus habitat, ibi cælũ est. Habitat autem Deus vbique: Cælũ (inquit) & terrã impleo, Iere.23.e.24. Et, Cælũ mihi sedes est, terra autem scabellũ pedum meorũ, Esa.66.a.1. Quũ igitur angeli apparent visibiliter, in terra esse dicuntur: quũ verò iterũ ab oculis nostris euanescũt, confestim in cælũ sese recipere. Vnde etsi in cælo versentur, nihilominus tamen nobiscum sunt, & ministerio suo nobis inseruiũt. Angeli eorũ (inquit Christus) in cælis semper vident faciẽ Patris mei qui in cælis est, Matth.18.b.10. Et homines pastores, &c.] Pastores verbis angeli credunt, & eius verbum pro verbo Dei habent. propterea non otiosi auditores mutuo sese excitãt, & adhortantur vt vocationem Dei sequantur, & Saluatorem mundi quærant. Sic fides ad opera trahit, & efficit vt totis viribus eò propendeamus, vbi Christum, hoc est vbi opera esse quæ Deo probantur, agnouerimus.

quod factum est, quod fecit Dominus, & ostēdit nobis.

ʹhoc quod accidit, quod Dominusʹaperuit nobis.

Et venerunt festinātes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantē positum in præsepio.

16 Et veneruntʹfestinātes,ʹ& inuenerunt Mariam C
& Ioseph, & infantem positum in præsepi.

Vidētes autē cognouerūt, de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.

17 Quum vidissent autem, ʹdiuulgauerūt de ver-
bo quod dictum erat ipsis de puero hoc.

Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

18 Et omnes qui audierūt, ʹmirati sunt de his quæ
dicta erant à pastoribus ad ipsos.

ANNOT.

Hoc quod accidit,] Græce, hoc verbū quod factum est. Iuxta proprietatē Hebraici sermonis VERBVM dicitur res noua quæ rumore diuulgatur. Hebraismū reddidit interpres.

Aperuit] Ad verbum Græce, notificauit, siue notum fecit, aut indicauit. Obserua pastores non agnoscere fuisse angeli verbum, sed Domini. Agnoscamus & nos hodie totum illud quod de natiuitate Messiæ hactenus audiuimus, Domini Dei verbum & negotium esse.

16 Festinātes, Mira pastorum fides: verbo Dei tam fortiter credunt, vt relicto grege suo in agris, festini Christum inquirāt. Nec existimes, hanc profectionem mediocri eis periculo rerum suarum constitisse. pascunt enim & custodiunt gregem ad alienos dominos pertinētem: periculo exponūt & res & corpora. Deus autē qui ad pericula vocat, seruat quoque periclitantes, & maioribus eos beneficiis afficit. nam dum vocationi Dei obsequuntur cum periculo amittendi gregis sui, non solùm seruant gregem incolumem, sed etiam inueniūt Messiam. Alia quoque re declarant hi pastores magnitudinem fidei suæ: non enim offenduntur parentum Christi vilitate, non hospitii humilitate, non præsepis contēptu, quominus hunc puerum vt Messiam agnoscant. Superbi Pharisæi non fuissent dignati talem, támque miserum puerū humanis oculis aspicere, nedum ipsum longe positum quærere, & inuentum pro Messia venerari. At quia pastores intendunt oculos suos potius in verbum Dei ab angelo annuntiatū, quàm in externas rerum species, ideo credunt hic in præsepio iacentem esse Messiam. Et inuenerunt Mariā, &c.] Nemo voce diuina & verbis Dei decipitur: nemo vera fide credēs veraci Deo, cōfunditur: vt hinc videmus. nā pastores inueniūt omnia & singula ad eundē prorsus modū ad quem prædixerat angelus. Hæ nobis cōmendant & approbāt veritatē & certitudinem prophetiarū Dei. Verax est qui promittit, & plene præstat omnia quæcunque promisit.

17 Diuulgauerunt] Vox Græca anceps est ad cognoscere, seu potius pernosse, & in aliorum notitiā perducere. Itaque magis quadrabat vt vetus interpres verteret pernouerūt: quod perfecta cognitio fit ab oculis magis, quàm ab auribus. Pastores autem vulgasse quod viderāt colligi potest ex eo quod sequitur, Et omnes qui audierūt, mirati sunt. Vnde nouus interpres maluit in altera verbi significatione vertere Græcū verbum, Notum fecerunt, siue diuulgauerunt. vt intelligas illos quod viderant, aliis qui nō viderant prædicasse. Hinc discimus veram fidem habere confessionem: & eandem cupere vt veritas semel recte cognita, cognoscatur etiam ab aliis, quibus ipsum veluti ingētem & incomparabilem thesaurum, cōmunicare gestit. Qui aliter facit, mortuam habet fidem. Cæterum pastores non visa duntaxat, sed magis audita ab angelis diuulgant: vnde intelligimus, in prædicatione Euangelii, fructum maxime & vsum seu finem operum Christi inculcandum esse. Quidam enim tantū historiam annuntiant, nempe natum esse Dominum: sed in quem finem natus sit, non ostendunt: quum angelus docuerit pastores Christum natum esse in salutem populi fidelis. Obseruādum præterea, pastores aliud nihil diuulgare, quàm verissima & compertissima, quæ ipsi videlicet audierāt & viderant. Vnde ministri Ecclesiæ discant nihil aliud omnibus fidei suæ creditis proponere, quàm verbum Dei. non indiget Deus officiosis mendaciis. Propterea Iohannes dicit principio suæ epistolæ, Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, de sermone vitæ annūtiamus vobis. Eadē scribit Petrus, 2. epist. 1. d. 16. Quæ autem pastores illi audierūt & viderunt, Apostolíque omnes, vt certissima, à ministris Christi prædicāda sunt populo Dei, nō sua somnia. testatissima enim sunt, & indubitatissima. Vide autem: diuulgarunt quidem pastores quæ viderāt, sed nullos legimus ob id puerum magnopere honorasse, præter Magos alienigenas, qui è longinquo adeò, præeunte stella adducti fuerant. nondum enim erat tempus gloriæ Christi, sed humilitatis.

18 Mirati sunt de his quæ, &c.] Admirantur auditores nouitatem rei: sed nullum legimus

talem fidem nuntio pastorum adhibuisse vt Messiam inquisierit. audierunt ea tanquam admiranda: non crediderunt tanquam salutaria.

Porrò Maria ᶜconseruabat omnia verba hæc, 19
conferens in corde suo.

Maria autem cōseruabat omnia verba hæc, cōferens in corde suo.

ᵈEt reuersi sunt pastores, ᵉglorificantes ac laudā- 20
tes Deum super omnibus quæ audierant & viderant, ita vt dictum fuerat ipsis.

Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderāt, sicut dictum est ad illos.

Har. 2. 9 ‖ᶠEt postquam consummati sunt dies octo vt 21

Gene. 17. b. 12
leuit. 12. a. 3

Et postquam cōsūmati sunt dies octo vt circūcide-

ANNOT.

19 Conseruabat omnia verba hæc, conf. in corde s.] Ita pii solent in operibus Dei cogitādis immorari: vnde & pietas percipit mira incremēta. Antea in pastoribus admirati sumus simplicem fidem nullis offendiculis concussam: ita nunc in virgine Maria, modesta fidei constantia commendāda est: quæ ex omnibus iis quæ circa puerum fiebant, tacita secum colligit certissima fidei suæ argumenta: optime gnara quòd Dominus Deus noster opera sua admodum humiliter inchoet, honorificētissime autem peragat. Discit à pastoribus quid nuntiarit angelus, quid cecinerit cælestis militiæ chorus: ipsa sola tacet, hæc omnia quæ prius, quæ nūc acciderant, cōseruans in animo, ac diligenti reputatione conferens in corde suo. Silet in suum tempus virginei conceptus mysterium: non iactat apud alios suam fœlicitatem. Ancillam se obtulerat opificio diuino, ancillam sese exhibet: contemplatur tacita secum nouam rationem diuini consilii, considerat omnia plena esse nouis miraculis.

20 Et reuersi sunt past. glorif.] Reuertuntur pastores ad suam vocationem, nec eam relinquunt conuersi ad Euangelium: qui interea dum in ministerio Dei versabantur, nihil detrimenti senserunt. Quo exemplo discamus nihil detrimenti ex cura religionis & studiis sanctis (sicuti quidā falsò sibi imaginātur) rebus domesticis & familiaribus accidere. Imò quo studiosior fueris religionis, eo fortunatior eris in negotiis tēporariis: nisi visum sit Domino infortuniis tuam exercere patientiā. Glorificātes ac laud. Deū] Reuersi pastores ad gregem, interea omnem Deo gloriam tribuunt, & virtutes eius extollunt, gratias agentes Deo, & laudantes ingens Dei beneficium cum ipsis, tum toti orbi exhibitum. Meminerimus ergo semper in negotiationibus & operibus nostris Domini & redemptoris nostri: laudemus gratiam eius, tribuamus gloriam nomini eius. Fidei sanè effectus sunt gratiarum actiones, quibus fides se gratam exhibet Deo, & confessione verbi alios ad suscipiendum verbum prouocat.

21 Et postquam consum. sunt dies octo] Quòd die octauo circūciderentur pueri, dictum est cap. 1. 59. Quòd in diem octauum differri voluerit Dominus circuncisionem, factum videri potest vt ætatis teneritudini prospiceretur: quoniā vulnus recens natis, & adhuc à matre rubentibus, periculosius futurum erat. Circuncisus est autem Christus vt testimonio suo comprobaret, veterē Legem diuinitus fuisse institutā, ac in suo genere ac tempore bonā esse: vtque Patri obedientiam præstaret. sic etiam voluit baptizari. Vide Matth. 3. d. 15. Deinde vt omnes ad obedientiam in rebus externis & ciuilibus suo exemplo inuitaret: etiam si obedientiam iure non debeant. Christus enim nihil debuit obedientiæ Legis de Circūcisione: maluit tamen circuncidi, quàm publicam ordinationem turbare. Maxima autem omnium & præcipua causa propter quam circuncisus est, ea est quam tradit Paulus ad Galatas, cap. 4. a. 4, ita scribens, Vbi venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum factum ex muliere, factum Legi obnoxium. Propter quam causam? Sequitur, Vt eos qui Legi erant obnoxii redimeret, vt adoptione ius filiorum acciperemus. Legi autem obnoxium esse, est iuri Legis esse obnoxium. Porrò ius Legis est, quod obliget omnes homines ad seruandam Legem, & maledicit ac condemnat omnes eos qui præuaricantur ipsam. At nullus est hominum, etiam sanctissimorum, qui toti Legi plene satisfecerit. sumus enim omnes carnales, in peccatis concepti, & nati & sub peccatum venditi. Christus igitur venit in hunc mundum, & subiecit se obedientiæ Legis per circuncisionem, (qui enim circūciditur, ait Paulus, Galat. 5. a. 3, debitor est totius Legis seruādæ) ac impleuit Legem perfectissime, vt quotquot in ipsum crederent, ab hoc durissimo Legis iugo per ipsum redimerentur: vt Lex non amplius habeat ius maledicendi, & dānandi eos. Lex enim requirit perfectam iustitiam & sanctitatem. Qui autem credunt in Christum, his non imputantur peccata, sed reputantur iusti & sancti per fidem propter Christū. Qui autem reputātur iusti & sancti, hi iam habēt quod Lex requirit: iustitiam videlicet, & sanctitatem. Ha-

bent autem illud nõ ex operum suorum meritis, sed per fidem propter Christum, qui de peccato damnauit peccatũ, ait Paulus (Rom. 8.a.3) vt iustificatio Legis impleretur in nobis, & qui est finis Legis ad iustificationem omni credenti, Rom. 10.a.4. Itaque Lex iam nullum habet ius damnandi eos qui habent remissionem peccatorum in Christo Iesu. Vnde & Paulus ad Galatas scribens, cap. 3.b.13, Christus (inquit) redemit nos à maledictione Legis, dum pro nobis factus est maledictio.

ceretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatũ est ab angelo prius quàm in vtero conciperetur.

circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum erat ab angelo prius quàm in vtero conciperetur. Suprà 1.c.31 matth.1.d.21. iohan.7.e.22

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt

22 Et posteaquam completi fuissent dies purgationis eorum secũdum Legem Mosis, adduxerũt Leuit.12.b.6.

ANNOT.

Vocatum est no. eius Iesus] De hoc nomine dictum est aliquid in Matthæo, cap. 1.d.21. Solenne est in Scripturis vt quos Dominus ad singulare aliquod munus deligit (vt suprà dictum est cap. 1.b.13) secundum id etiam nomen eis indat. Sic Abram designato patri multorum populorum, nomẽ dedit Abraham: Gene. 17.a.4, quo nomine idipsum expressit ad quod eum deputabat. Quum ergo benedictus hic filius Dauid missus fuerit vt esset salus mundi vsque ad terminos terræ, Esa. 49.b.6: & per hunc vnum contingat redemptio electis: recte nomen illi diuinitus inditũ quo idipsum significaretur. Nã Iesus, nomen illud est quod Hebræis יהושוע IEHOSVA dicitur, & saluatorem significat. malunt enim Euangelistæ hoc nomen, vt & alia, iuxta receptam vulgo editionem sacrorũ Bibliorum efferre, quàm videri non iuxta Scripturam loqui, aut à lectione vulgatæ editionis, (dum melior non haberetur) tãquam mendosa absterrere: quo pacto simul in totũ à Scripturæ lectione auocassent. Cæterũ vti nos supprimentes primã (quæ alioqui breuissima est) syllabã cum aspiratione, (quæ & ipsa lenior extitit) Iosua pro Iehosua legimus: Græci Ἰησοῦ Iesus habent: quod per totum Iosuæ librum videre est. Vanũ igitur est quod Iudæi blasphemant, aliud Domino nostro nomẽ fuisse quàm Iehosua: quod angeli interpretatio cõprobat, dum subiicit apud Matthæũ, Is enim saluũ faciet populum suum à peccatis suis. Etenim יהושוע à verbo hiphil הושיע quod saluũ fecit, opem tulit significat, deductum est. Nota autem quod ait A peccatis suis: vt ostendat non futurum regem carnalem (qualem Iudæi expectabant) qui armis liberaret populum à seruitute terrena, sed à peccatis. morte enim sua omnium electorum peccata semel expiauit, vt iam nulla sit damnatio iis qui Christo credunt, Rom. 8.a.1. Neque hoc tantùm: sed quia peccatum semper nobiscum est, etiam semper saluat, & conseruat ne peccatum regnet in nobis. semel redemits conseruat etiam perpetuo. Hoc titulo cæleste oraculũ insigniuit ipsum. In ipso ergo, nec alibi vsquam reperitur salus: quia non fortuito casu, aut humana temeritate hoc illi nomen impositum est. Nec frustra Dei decreto per angelum Iesus pronuntiatur: sed quo ab omni alia salutis opinione auocati, hunc teneamus vnum pro saluatore. vnde & Scriptura clamat, nõ aliud esse datũ nomen sub cælo hominibus, in quo saluos fieri oporteat. Act. 4.b.12. Hæc laus Christo in solidũ tribuitur. Non igitur meremur vt liberemur, sed solus Christus nos liberat sua gratia. Constituenda ergo in solo Christo tota salutis fiducia. Quando populum suum dicit, proprie de Iudæis dictum est. sed quia cooptandæ erant Gentes in semen Abrahæ, ita accipiendum est istud, vt primùm sit missus ad Iudæos, minister Circũcisionis, ad oues perditas domus Israel: postea inseruierit Gentibus, salus Domini, hoc est virtus salutaris vsque ad extremum terræ, vt dictum est paulo antẽ. Quod vocatum erat,] Vide suprà, cap. 1.e.31.

22 Et posteaquã completi, &c.] Lex immunditiei puerperæ legitur Leuit. 12.a.2, his verbis, Mulier si conceperit, & pepererit masculum, immunda erit, &c. Et triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis. Quũ res sancta sit matrimoniũ, & infans bona Dei creatura, & ipsum puerperium bona Dei ordinatio, nemo debet existimare mulieres reputari immundas coram Deo, sed tantũ coram mundo, & præcipue corã maritis suis. Vnde Dominus grauissimam pœnam minatur his qui sese hac immunditia turpiter coinquinant. sic enim Leuit. 20.e.18, Qui dormierit (inquit) cum muliere in fluxu mẽstruo (reputatur autẽ & totum puerperii tempus pro fluxu menstruo) & reuelauerit turpitudinẽ eius, &c. Hinc est cur puerperæ immundæ reputantur. Dicuntur & immundæ propter significationem. nam hac Legis ceremonia significatur, omnes homines è virili semine prognatos, verè coram Deo immun-

dos, in peccatis conceptos & natos esse, ac vera Spiritus sancti mūditia & puritate carere: nos natura filios esse iræ, & sub peccatum conclusos, nec posse nostris viribus naturalibus à peccato purificari. Hoc testimonium est peccati originalis. Huic Saluator noster, vt & circuncisionis legi, sese subdere voluit, nulla sane necessitate, sed quòd seruum sese per omnia exhibere statuisset.

eum Hierosolymam, 'vt sisterent eum Domino,
Exod.12.a.3. nume.8.c.16 (Sicut scriptum est in Lege Domini, ‖Omne 23
D masculinum 'adaperiens vuluam, 'sanctum Do-
mino vocabitur:)
Leuit.12.c.8. 'Et vt darent hostiam, ‖secūdum quod dictum 24
est in Lege Domini, par turturum, aut duos pul-
los columbarum.
'Et ecce, homo erat Hierosolymis, cui nomen 25
Simeon: & homo iste 'iustus ac pius, 'expectans

illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino,
(Sicut scriptum est in Lege Domini, Quia omne masculinum adaperiēs vuluam, sanctum Domino vocabitur:)
Et vt darent hostiā, secundum quod dictum est in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos colūbarum.
Et ecce, homo erat in Ierusalem, cui nomē Simeon: & homo iste, iustus & timoratus, expectans cōsolatio-

ANNOT.

Vt sisterēt eum Domino,] Vel, vt exhiberent, aut cōmendarent. vtrunque significat Græca vox. De primogenito sistendo Domino, lex scribitur Exod.13.a.2.c.12.& cap.34.c.19. Numer.8.c.16.

23 Adaperiens vuluā,] Hebraismus, pro Primus nascens, siue primogenitus. Sanctum Domino vocabitur.] Hebraica loquutio est pro Sanctificabitur, siue cōsecrabitur: aut, Dei erit: vt Exod.13.a.2, Sanctifica mihi omne primogenitum, quicquid aperit vuluā, &c. Et 34.c. 19, Omne primogenitum, meum est. Lucas hæc non adducit ad verbum ex Lege, sed satis habuit sensum afferre ex proxime præcedentibus locis Exodi & Numerorum.

24 Et vt darent hostiam, &c.] De oblationibus puerperarū in die purificationis suæ sic Lex dicit, Leuit.12.b.6, Et quū impleti fuerint dies purificationis eius pro filio, vel pro filia, adducet agnum, &c. Et paulo pòst, Quòd si non potuerit offerre agnum, accipiet duos turtures, vel duos filios columbarum, &c. De pauperibus loquitur quibus non est facultas. Hinc colligimus Ioseph & Mariam magna egestate laborasse, qui agnum offerre non potuerint: de quo iam dictum est suprà versu 7. Nequis autem agno, turture, aut duobus turturibus placari Deum posse existimet, & mulierem offerentem mundari. Nā sicut immūditia puerperæ non est nisi ciuilis immunditia, vt paulo antè versu 22 dictum est: ita oblationes agni & turturis in Lege Mosis, non sunt nisi ciuiles placationes & satisfactiones. his enim oblationibus & ceremoniis puerpera satisfaciebat reipublicæ suæ, vt iterum reciperetur in publicas hominū congregationes, & ad ciuilia sua negotia admitteretur. Nec enim oblationes hæ satisfaciebant coram Deo pro peccatis, nec placabant Deum ad æternā salutem. Nunquid placari (inquit Michæas, cap.6.b.7.) potest Dominus in milibus arietum, aut decem milibus torrentium olei? Præter hoc significabāt ista sacrificia verum illud & vnicum propitiatorium sacrificiū, quod est mors D. nostri Iesu Christi, & offerentes admonebant fidei suæ, quòd futurum esset vt semen Abrahæ benedictū pro peccatis ipsorū offerretur, cuius solius sacrificio haberent remissionem peccatorum, & placatum Patrem in cælis.

25 Et ecce, homo erat Hier.] Pergit Lucas propius accedere ad præcipua Christi officia, quæ sunt illuminare Gētes, & Israelitas glorificare. Ecce, attētionis particula est, qua Lucas Lectores attentos vult reddere de euētu omniū maximo in persona Simeonis, qui vnus ex tanto Israelis populo, & in tanta impietate cognouit Christū esse saluatorē & promissum Messiam: iste ciuis Ierosolymitanus, nec dignitatis nec officii nomine clarus, ad saluādū & cōplectendum puerum accurrit. Hic videmus, Christum ab infantia cognitum fuisse piis aliquot: iam colligebat suam ecclesiam Deus, primùm pastoribus, deinde Magis, hic autē Simeone & Anna. Ab infantia igitur dedit suæ redemptionis efficaciam. Iustus ac pius,] Iustum intelligit probum, qui innocenter versaretur inter homines. Hoc ad secundam tabulam pertinet. sic dicebantur iusti Zacharias & Elisabeth, de quibus capite primo huius, versu 6, & Matth.27. g.57. Pius εὐλαβὴς, significat pium ac religiosum. Inde dicta vox quòd reuerenter ac circunspecte tractetur aliquid. Ad primam tabulam istud pertinet. Expectans consolationem Israel,]

Commendat Lucas Simeonem à re cognata fidei, id est à spe, quæ certò sperat quod credit fides. Consolationem Israelis vocat Messiam, quem promiserat Deus vt mederetur contritis corde, vt prædicaret captiuis indulgentiã, & consolaretur omnes lugentes, ac daret eis oleum gaudii pro luctu, quemadmodum dicit Esaias, cap.61.a.2. Vide vt Simeon laudetur tanquam ab eximia virtute, quòd expectarit consolationem Israelis: quo nomine legimus laudatum & Ioseph ab Arimathæa, Luc.23.g.50. Nam regnum Dei quod ille Ioseph expectauerat, ipsa erat Israelis consolatio. quod dilucide annotauimus in Matthæo, cap.27.g.57, sub finem annotationis. Vtcunque Iudæi degenerassent à vera fide, videmus tamen pauculos fuisse quibus manifestatus est Christus. Hæc præterea cousolatio, non fuit frigida, vt siquis resurrectionẽ mortuorum expectet: sed ardebat desiderio. Porrò huius Simeonis expectatioue liquet Christũ eo ipso tẽpore quo natus est, à piis miro desiderio fuisse expectatũ. Nã pleræque prophetiæ, vt De sceptro non auferẽdo à Iuda, Gene.49.b.10, De hebdomadibus Danielis, Dani.9.f.24, atque aliæ, hoc ipsum tempus designarunt. Quemadmodum autem quicunque credunt, loquuntur, nec possunt sibi retinere quæ multis saluti esse queant: ita dubium non est, multos tum sanctiores, & Simeoni similes, de instãti Christi aduentu populum admonuisse. Sed quia carnalia quærẽtibus Christus nihili æstimatur, surdis de Christi aduẽtu isti prædicarunt. sanè rarissimi in populo supererant qui Deum verè agnoscerent. vergebant nanque ad obcæcationem & excidium. Obserua vero hic, in verbo consolationis, extra Christum meram esse desolationem: hoe est, nos non posse nisi desperare.

consolationẽ Israel: & Spiritus sanctus erat in eo.
Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortẽ, nisi prius videret Christum Domini.
Et venit in Spiritu in templum. Et quum inducerent puerũ Iesum parentes eius, vt facerent secundũ consuetudinem Legis pro eo,
Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deũ, & dixit,
Nunc dimittis seruũ tuum Domine,

cõsolationẽ Israel, '& Spiritus sãctus erat super eũ.
26 'Et responsum acceperat à Spiritu sancto, 'nõ visurũ se mortẽ, nisi prius videret Christũ Domini.
27 'Et venit per Spiritum in templũ. Et quum inducerent puerum Iesum parentes, vt facerent secundum consuetudinem Legis pro eo,
28 'Ipse quoque accepit eum in vlnas suas, & 'laudauit Deum, ac dixit,
29 'Nunc dimittis seruum tuum Domine,

ANNOT.

Et Spiritus sanct.] Quòd Spiritus sanctus cum Simeone fuit, id significat, Simeonẽ nũ suis viribus seruatũ ab impietate & incredulitate qua cæteri detinebantur, aut permansisse in fide: verùm virtute Spiritus sancti, cuius donũ est liberari ab impietate, & à fide nũ secedere. Præter hoc autẽ commune omnibus credẽtibus donum, singulari quoque Spiritus dono præditus atque ornatus fuit.

26 Et responsum acceperat] Ad verbum, Erat illi promissum oraculo. Priuatam reuelationem significat, qualem & Ioseph habuit Matth.1.d.20, Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis visus est illi, dicẽs, &c. Et Magi, Matth.2.b.12, Et oraculo admoniti in somnis, &c. Non visurum se mortem,] Videre mortem, pro mori, Hebraico more dictum est. Vide quanto dono Simeon omnes Patriarchas & Prophetas excelluerit. Nam Patriarchis promissus quidem erat Christus, & Prophetis aduentus eius reuelatus erat per Spiritum sanctum: nulli tamen eorum promissum erat quòd esset Christum oculis corporalibus in hoc seculo visurus, quanquam id summis quisque votis exoptabat. Simeoni autem vtrũque contigit. Vestri (inquit Christus) beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt. Amen enim dico vobis quòd multi Prnphetæ & iusti desiderauerũt videre quæ videtis, & non viderunt, Matth.13.c.17. Christum Domini.] De Christo, siue Messia, vide Matth.1.c.16.

27 Et venit per Spiritũ in templũ.] Græce, in Spiritu: hoc est, in virtute Spiritus, vt infrà cap.4.b.14. aut actus à Spiritu, vt ibidem, versu primo, Impulsu Spiritus, siue mouẽte Spiritu.

28 Ipse quoque accepit eũ in vl.] Id est, magno cum gaudio excepit Christũ, & amplexus est: quod fidei opus fuit. Hic iam Simeon factus est fidei & spei suæ cõpos: hic iam non solùm oculis suis videt, sed etiam vlnis gestat eum quem cæli cælorũ capere non possunt: & brachiis suis eum complectitur, qui manu sua cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt, cõtinet. Laudauit Deum,] Græce, benedixit Deo, id est, gratias illi egit pro Christo nato.

29 Nunc dimittis, &c.] Quantum ex his verbis conicere licet, hæc promissio de videndo

Chriſto,dicta eſt ad Simeonem nōdum annis grauem,ſed iuuenem:quem oportuit impletionem eius expectare vſque ad ſenectutem.Vnde multo tempore non admodū tranquillam conſcientiā habuit, quòd nō redderetur oraculi ſui compos. Quātis enim putas arietibus fidem eius concuſſam fuiſſe,dum videbat patriā ſuam inteſtinis ſeditionibus dіuexatā,externis bellis afflictam, ac totam remp.Iſraelis dilaceratam: ſe etiam magis ac magis in ſenium vergentem,& morti appropinquātem:oraculum tamen Spiritus ſancti de videndo à ſe Chriſto non impleri? Sed hæc eſt natura promiſſionum Dei,quòd non implentur,niſi fides eius cui dictæ ſunt, exerceatur. Exercetur autem fides aduerſis. Proinde in credendis promiſſionibus Dei ne committamus vt propter aduerſa,à fide deficiamus,ſed propterea in fide fortiores efficiamur. Simeon igitur gratias agit Domino quòd tandem poſt tam longa tempora Chriſtum viderit vt illi fuerat promiſſum:ſimul oſtendit infantis redemptoris officium.

ſecundum verbum tuum, in pace: — ſecundum verbum tuum, in pace:

Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, 30 — Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum,

Quod paraſti ante faciem omniū populorum: 31 — Quod paraſti ante faciem omnium populorum:

Lumen ad reuelationem Gentium, 32 — Lumen ad reuelationem

ANNOT.

Secundum verbum tuum,] Veritatem promiſſionis Dei cōmendat,quæ fuit,quòd non eſſet viſurus mortem,niſi prius videret Chriſtum Domini,quam promiſſionem ſi nō habuiſſet, ſemper paratus fuiſſet ad mortem. q.d. Facis vt nūc libenter & quieto animo diſcedam ex hac vita. Dixiſti me tum demum moriturum, quū vidiſſem Saluatorem orbis. Vidi iam: non reſtat ergo aliud niſi vt me mori ſinas quū tibi viſum fuerit,ac ſeruum tuum dimittas abire in ſepulchrum. Ego certè veritatē verbi tui agnoſco,& quieto, trāquillóque animo moriar quādo tibi viſum fuerit me ex hoc ſeculo euocare. In pace:] Hoc verbo ſatis indicat quàm anxie, quantáque animi ægritudine expectarit aduentum Meſſiæ: quādo ſe nunc in pace eſſe prædicat,quòd Chriſtum infantem videat & complectatur. Simul obſeruemus,ſolo Chriſti conſpectu per fidem mentibus pacem & tranquillitatem dari.

30 Quia viderūt] Cauſas reddit ſui gaudii,quòd Salutare Dei,hoc eſt Chriſtū per quem Deus ſalutem dedit credētibus,oculis ſuis carnalibus viderit. Tametſi Chriſtum corporalem non videamus vt Simeon,nihilominus tamen ipſo fœliciores ſumus,quū aſpectus pendeat ex eo verbo de quo loquitur. Non promittit Deus corporalē Chriſti aſpectū: neque eſt neceſſe. Si conferamus conſpectū Chriſti cuius ſumus compotes,cum eo quo fruebatur Simeon,præcellit noſtra cōditio. Vidit infantem adhuc,in quo nullum habebat ſpecimen ex quo virtutem eius cōſpicere poſſet. Nobis autem pingitur in Euangelio & crucifixus & reſuſcitatus, vt docet Paulus,Galat.3.a.1, dicens, Quibus præ oculis Ieſus Chriſtus antè fuit depictus, inter vos crucifixus. In Chriſto faciem Dei contemplamur,& transfiguramur in eius imaginem,2.Corinth.3.d.18. Deinde videmus quæ poſt reſurrectionem fecit Chriſtus,qualem fundauit Eccleſiam,& conſeruauit.

31 Quod paraſti,&c.] Id eſt,quod cōſtituiſti,ſiue deſtinaſti,& ordinaſti vt agnoſcatur ab omnibus populis: vt eſt apud Eſaiam,cap.11.c.10, Stabit in vexillum populorū. Et cap.52.e.10. vbi propheta de Chriſto ita concionatur, Nudauit (aut reuelauit) Dominus brachium ſuum ſanctum in oculis omnium Gentium,& videbunt omnes fines terræ Salutare Dei noſtri. Erramus quum volumus Deum quærere abſque Chriſto, à quo recta via dirigimur ad Patrem. Deus abſconditus eſt à nobis, & inuiſibilis: ſi ipſum velimus inueſtigare, nulla eſt via præter Chriſtum: ſignum eſt & vexillū quod Dominus cōſtituit, ſi ad ipſum velimus peruenire.

32 Lumen ad reuel.Gē.] Hoc eſt,vt lucē inferat Gentibus , & diſcutiat ab eorū mentibus tenebras. Ipſe etiam Chriſtus de ſe teſtatur, Iohan.8.b.12 ,Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me,non ambulabit in tenebris. Lumē autem tenebris opponitur, in quibus verſabantur Gentes. Tenebræ verò ſunt quicquid etiam boni fit extra Chriſtū,ſapientia mundi, prudentia carnis,& quæcūque peccata,de quibus Coloſſ.3.a.5. Epheſ.5.a.3.& 1.Corin.6.b.9. ex quibus locis huius quoque peti poteſt interpretatio: vt ex illis etiā Chriſti ipſius ad Paulū verbis, Act.26.d.16, Ad hoc apparui tibi vt conſtituā te miniſtrū ac teſtem,&c. eripiens te à populo & Gentibus in quas nunc te mitto, vt aperias oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & à poteſtate ſatanæ ad Deum, vt accipiant remiſſionem peccatorū,& ſortem inter eos qui ſanctificati ſunt per fidem quæ eſt erga me. Reuelatio igitur Gentium,eſt earū illuminatio,apertio oculorum eorum, qua cernant ſe in tenebris peccatorum eſſe,& ad Chriſtum confugien-

dum pro remiſſione peccatorum,& nouitate vitæ. Videtur autem hæc pars carminis ex Eſaia deſumpta eſſe,de Chriſto ita loquente cap.42.a.6, Dedi te in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum,& educeres de concluſione vinctū, de domo carceris ſedentes in tenebris. Et 46.b.6,Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob,& fæces Iſrael conuertendas: dedi te in lucem Gētium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Ac rurſus cap.60.a.3,Surge illuminare Ieruſalem: quia venit lumen tuum,& gloria Domini ſuper te orta eſt: & ambulabunt Gentes in lumine tuo,& reges in ſplendore ortus tui.

Gētium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.

'& gloriam plebis tuæ Iſrael.

Et erat pater eius & mater eius mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo.

33 Et erat pater & mater eius 'mirantes ſuper his
quæ dicebantur de illo.

Et benedixit illis Simeō, & dixit ad Mariā matrē ei⁹, Ecce poſitus eſt hic in ruinā

34 Et 'benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam
matrem eius, Ecce, 'poſitus eſt hic in ruinam

Eſa.8.c.14. rom.9.g.32. 1.pet.2.b.8.

ANNOT.

Et gloriam ple.tuæ Iſr.] Id eſt, vt ſit Iudæis gloriandi materia, quum viderint eum quem tantopere expectauerunt. Tametſi enim Chriſtus ſit gloria omnium eorum qui in ipſum credunt, ſiue Iudæi ſint, ſiue Ethnici: potiſſimum tamē Iſraelis gloria dicitur, quòd huic ſoli genti promiſſus eſſet. Deinde quis quicquid claritudinis & maieſtatis populo Iſraelitico cōtigit in hoc mundo, id ei propter Chriſtum contigit. multiplicauit enim Deus ſemen Abrahæ, & dedit ei victoriam ſuper omnes hoſtes, terram Chanaan, politiam, & regnum: non propter ipſorum iuſtitiam, ſed propter Chriſtum: vt eſſet gens in qua vaticinia de Chriſto reuelarentur, & vſque ad natiuitatem eius conſeruarentur. Propter hæc gloriabātur Iudæi, teſte Paulo, Rom.2.c.17, Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquieſcis in Lege,& gloriaris in Deo, &c. Et paulo pòſt, Qui de Lege gloriaris, &c. Poſtremo, quia Chriſtus natus eſt ex Iſraele ſecundum carnem: qua gloria nihil illuſtrius vlli vnquam populo in toto orbe terrarū contigit. Habuerūt igitur Iudæi vnde gloriarētur, vbi viderūt Chriſtū ex ſua gente natū iuxta promiſſiones.

33 Mirātes ſ.his, &c.] Non admirātur quòd non credāt, Maria ſcilicet Gabrieli ſe fore matrē Meſſiæ, Ioſeph verò angelo admonēti vxorē ſuam cōcepiſſe è Spiritu ſancto Saluatorem mūdi: vterque enim omnibus quæ dixerāt Angeli atque paſtores,& poſtea Magi, fidē adhibebat: ſed quia credūt, ideo admirantur. Qui enim non credūt, hi non admirātur, ſed contēnunt & rident. Qui autem credūt, hi quo clariora teſtimonia de Chriſto audiūt,& quo dilucidius Chriſtū agnoſcūt, eo maiori admiratione corripiūtur. Vnde & nomē Domini dicitur admirabile,& opera eius admirabilia: non quia nō credūtur, ſed quia ſumma fidei admiratione à piis audiūtur. Nōnulli colligunt ex hac admiratione, fidē Ioſeph & Mariæ fuiſſe quodāmodo infirmam quantū ad notitiam: & illis aſpectum Simeonis profuiſſe, vtcunque cōfirmati fuiſſent in ea doctrina per paſtores & Magos: & hanc nouā confirmationem accepiſſe, quam non negligenter accipiunt. Duo ſunt in fide: cognitio,& robur animi. Cognitio aliquando erit luculentior,& maior animi debilitas: interdum econuerſo. In Ioſeph & Maria fuit robur excellens, etſi modicam haberent lucis ſcintillam, in qua ambulabant. Diſcamus proficere quoties confirmat nos Deus nouis ſignis: nec oſcitanter audiamus verbum ipſius, ſed potius eum admiratione & reuerentia.

34 Benedixit] Pro ſimplici precatione poteſt hic accipi benedictio, vt ſæpe in Scripturis. Vel pro ſolenni benedictione, quæ non fit niſi à maiore, vt Heb.7.b.7 ſcribitur,& Pſal.129.8. Mandatū erat vt Dei nomine populo benedicerēt ſacerdotes, Nume.6.d.23. Sic Dauid, 2.Samu.6.d.18. ſic Salomō, 1.Reg.8.h.14. Qualis hic fuerit benedictio, nō poteſt definiri. Poſitus eſt hic in ruinā] Impellitur à Spiritu Simeō vt id prædicet quod multo antè fuerat prænuntiatum ab Eſaia, cap.8.c.14, Et erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali domibus Iſrael, in laqueum & in ruinam habitātibus in Ieruſalem. Genera dicēdi Hebraica ſunt, pro, Hic cauſa erit quamobrem multi Iſraelitæ cadāt, ſiue peribūt: rurſus multis erit cauſa ſalutis. Chriſtus venit vt ſaluet: & hoc propriū eſt eius officium, & ad hoc miſſus eſt. Quòd autē multi pereāt, per accidens fit, ex ipſorū malitia. Hic erudiuntur à Domino, ne turbarentur quū hæc acciderent inter Iudæos: nam non vixerunt ad eam vſque ætatem vt viderent eum poſitū in ruinam aliorum populorum & Gentium. Quod verò de Chriſto prædicit Simeon, multo magis in doctrinam competit, quàm in perſonam. notat enim duo auditorum genera. Sic Paulus (2. Corinth. 2. d. 16) Euangelium eſſe aliis odo-

rem vitæ in vitam, aliis odorem mortis in mortem prædicat. Quod hic Simeon dixit, Dominus aliis verbis testatus est, Iohan. 9. g. 39, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Nam dum regnum & iustitia Dei palàm annuntiatur (vt post Christi in carnem aduẽtum fieri oportebat) quos satan captiuos tenet, exagitat & impellit: vt quo clarius veritas Dei illis offertur, eo magis eam oppugnent: quantóque magis suam complent impietatem, tanto magis percutiantur furore & amentia: ita vt multos videas etiam communi sensu destitui. Id sane Israelitis prædicante Domino euenit, cum per se, tum per Apostolos. Qui enim videbantur sibi egregie videre & sapere, offensi doctrina Christi, excæcati adeò fuerunt, vt nihil ad summam sæuitiã, in Seruatorem ipsum, atque eos qui ipsum annuntiabant, reliquum facerent, donec prouocata satis supérque contra se ira Dei, exciderentur funditus, passi ruinam irreparabilem.

ᵗ& in resurrectionem ᵘmultorum in Israel, ˣ& in signum cui contradicitur:

ʸQuin & tuã ipsius animã penetrabit gladius: 35
ᶻvt retegantur ex multis cordibus cogitationes.

& in resurrectionem multorũ in Israel, & in signum cui contradicetur:

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes.

ANNOT.

Et in resurrect. mul.] Id est in occasionem resurrectionis & salutis. Nam quòd quidã ex Israel seruati fuerint, & adhuc seruẽtur, illis occasio salutis fuit & est, Christus fide apprehẽsus. Agnoscentes enim omnia præ Christo stercora esse, ipsum fide amplexi, per eum & salutem consequuti sunt, & à ruina per primũ hominem inuecta resurrexerũt. Paraphrastes hũc locum sic dilucide vertit, Versus ad Mariam Simeon dixit, Filius hic tuus, quãquam in hoc datus est à Deo vt salutem omnibus conferat, tamen hominum vitio fiet vt quemadmodũ multos Dei donũ amplectentes, erecturus est ad spẽ salutis æternæ, ita multi gentis Israeliticæ respuentes obuiam Dei beneficentiam, deiiciantur in exitium æternũ: veritate per hunc prodita, cadent qui prius stare videbantur, exurgent qui videbantur iacẽre. Ab omnibus Israeliticis expectatus est, sed non ab omnibus recipietur. Multorum in Israel.] Excipit reliquias, de quibus Esaias cap. 10. c. 21, Reliquiæ cõuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad Dominum Deum suum. Vide Rom. 11. a. 4, de reliquiis ex Israel conuertendis. Et in signum cui] Comparat Christum scopo in quẽ iacula diriguntur. q. d. totus mundus certatim cõfluet vt illum impugnet, acsi communis esset contradictionis scopus. Hoc admonet, ne turbarentur fideles multitudine hostium & contradictorum. Hinc videmus Euangelii naturam esse vt ei contradicant homines: vnde mirum non est si tam multi in ipsum incurrant.

35 Quin & tuam ipsius animam, &c.] Græce ad verbum, Et tuam autem ipsius animam penetrabit (siue per mediũ ibit, & medium cor scindet) gladius. Non sane est otiosa coniunctio Autem: significãs mutari personã, & hic veluti noui doloris initiũ esse. Valde enim necessaria fuit hæc admonitio, ne turbaretur si prius non fuisset admonita, nẽve eam opprimeret mœror. Ita fortassis Domino placuit eam cõprimere, ne fiducia carnis insolesceret. Si enim Paulo datus est stimulus carnis, ne reuelationum magnitudo extolleret eum, 2. Corint. 12. a. 7: cur non putabimus idem datũ Mariæ, quum donata esset summis honoribus? Admonetur igitur vt se ad mœstitiam ferendam comparet: (hoc namque loco anima significat affectuum sedem) acsi dicat, Tu quidem, quæ mater es filii Dei, reputas quanta sit hæc gratia, iustámque cur in Deo glorieris, causam habes: sed tamen nõ eris omnibus partibus beata. non enim venit Filius tuus vt vitã agat omnibus molestiis vacuam, sed vt ferat acerbissimos luctus. Illi igitur eris in cruce socia. neque id iñtum: sed grauissimũ senties mœrorem, tanquã gladio pectus tuũ transfigeretur. Neque enim Sanctos immunes fuisse ab affectibus, imaginari debemus, aut similes trũcis. Nonnulli hoc referũt ad afflictionẽ quam crucifixo filio experta est Virgo. Vt retegantur ex mul.] Hoc loco ἵνα non significat proprie causam, sed potius consequentiã. nam dolores Virginis non fuerunt in causa vt reuelarẽtur cogitationes. Ex eodem verò fonte prodierunt & mœror Mariæ, & quòd reuelatæ sint ex multorum cordibus cogitationes. Crux enim, vera est probatio qua suos examinat Dominus, vt aurum in fornace. si enim abesset crux, nullum inter filios Dei & hypocritas esset discrimen. Id, solius Christi est officium, qui iustitiæ sol est, producens in lucem quæ latebant. Proprie autem cruci id tribuitur. nam quum annuntiatur Euangeliũ, recipiũt certe multi, sed absque viuo affectu. nam Deo quidem gloriam tribuunt, vt fateantur eum esse veracem: at quum necesse est eum in cruce confiteri, deficiunt,

nec eum amplecti crucifixum nouerunt. Quidam hæc ad finem præcedentis versus referunt, Et in signum cui contradicitur: vt retegantur ex multis cordibus cogitationes. Ex illa enim contradictione manifestò prodebantur infideles, qui ante reuelatum Christum fidelissimi cre debantur ex suis operibus, quæ sancta reputabãt, quum hypocritica essent. Eo autem maxime tẽpore quo crucifixus est Christus sese prodiderũt impii, qui in speciẽ tantum Christũ ample xi fuerãt: necnõ & ii qui Christũ pluris fecerant, quàm palàm præ se tulissent, vt Ioseph ille & Nicodemus. Et semper quidem dum Christus vel in suis patitur, recondita cordiũ multorum patefieri solent. Quibusdam videtur hic occupatione quadam respõderi ad id quod interrogari poterat, Cur Deus proposito Filio tanquã signo, sinat tanta diuersitate & discordia discindi mundum. Vt reuelentur, detegantur, & eruantur ex multis cordibus cogitationes.

Et erat Anna prophetissa, 36 Et erat Anna prophetissa,

ANNOT.

36 Et erat Anna prophetissa,] Acceperat testimonium Iesus à sacerdote Zacharia, ab Elisabeth eius vxore, à Maria virgine, ab angelis, à pastoribus Bethlehemiticis, à Magis, hoc est ab omnis sexus, ætatis, & conditionis hominibus: iam ergo ne deesset ipsi & viduæ testimonium, producit Lucas Annam in medium: vt habeamus multis firmis & irrefragabilibus testimoniis omnis generis & conditionis hominum comprobatum & confirmatum, quod Deus filium suum miserit saluatorem mundi. Eruditionem notat in vidua, dum eam prophetissam fuisse dicit, hoc est in Scripturis doctam & exercitatam, peritam diuinæ volũtatis, & inspiratam à Spiritu. Nam quantum coniici potest ex variis Scripturæ locis, Propheta videtur proprie significare hominem, diuinarum rerum per afflatũ Spiritus Dei præ aliis sciẽtem, quique de volũtate Domini alios queat edocere. Inde autẽ accõmodatum est hoc nomen & ad quoslibet diuinis rebus peculiariter deditos: imò quicũque afflati Spiritu, insueta loquebantur, prophetare dicebantur. Sic de Saul, 1. Samu. 18. c. 10, legimus, Et inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus. Quid hoc prophetare aliud fuit, quàm insolentia, siue insueta loqui, vt furore diuino acti solent? Vnde & qui bono Dei Spiritu afflati, de diuinis rebus disserebant, carnalibus hominibus insani habebãtur. Sic de eo quem Elisæus ad vngendum Iehu in regem miserat, dicebãt qui cum Iehu erant, Cuius causa venit hic insanus ad te? 2. Reg. 9. c. 11. Sic & Paulũ insanire Festus putabat, de diuinis disserẽtem, Act. 26. f. 24. Insanum enim caro iudicat quicquid suum captum excedit. Prophetia itaque vera & sancta, videtur esse facultas quædam, Dei consilia & placita plenius ac certius cum cognoscendi, tum enarrandi ad Ecclesiæ profectũ, instinctu afflatúque diuini Spiritus aliquibus facta. Huius pars quædam est præsensio ac prædictio futurorum, aut etiam reconditorum: pars, & quidem diuinior, de Deo ac pietate dexterius disserendi facultas. Quanquam perraro inuenias Prophetæ nomine insignitos quibus non esset simul datum præsentire, prædicerέque futura, aut certe annuntiare occultiora, quàm vt humano ingenio essent cognitu possibilia. Vti erat quod Samuel Sauli dicebat de asinis quas quærebat, 1. Samu. 9. c. 20. Et Elisæus suo Giezi, quid à Naamã Syro accepisset, 2. Reg. 5. g. 25. Et quod Christus Nathanaeli, vbi fuisset quũ à Philippo vocaretur, Ioh. 1. g. 48. Vnde nota veri prophetæ hæc diuinitus data fuit, si euenisset quod prædixisset, Deut. 18. d. 22. Quanquam eodem libro, cap. 13. a. 2, & altera adiecta fuerit, nempe si non ab vno Deo colẽdo auocaret. fieri enim poterat vt volente Domino populũ suum tentare, eueniret quod etiã pseudopropheta prædixisset. Hinc de Samuele, puer Sauli, volens illum probare verũ Prophetam, dicebat, Est vir Dei in ciuitate hac, hic vir insignis est, quicquid dixerit, certò euenit, 1. Samu. 9. a. 6. Hoc sanè & Paulus videtur respexisse, quum ait, Quòd si omnes prophetetis, ingrediatur autem incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt: atque ita procidens in faciem adorabit Deum, renuntians quòd reuera Deus in vobis sit, 1. Corin. 14. e. 24. Quid hoc est, Coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt: nisi quòd Prophetæ ex Spiritus instinctu, occulta cordis illius proferunt? quod quum humanitus nemo possit, incredulus vel indoctus certo argumento agnoscit Deum in illis agere & loqui. Iam huiusmodi multos Domini prophetas qui vel per visiones, vel per somnia, vel per afflatum atque instinctum Spiritus, de voluntate Dei in rebus variis, atque etiam hominum actibus, pleraque humanum captum excedentia, identidem & cognoscere & loqui potuerunt, populus Israëliticus semper ferè habuit. Sed nec primitiuæ Ecclesiæ defuerunt. eiusmodi enim erant prophetæ & doctores in Ecclesia Antiochensi, quibus Deum peculiariter colentibus & ieiunantibus, Spiritus san-

ctus dicebat, Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod accersiui eos, Act.13.a.2. Talis erat Agabus qui prædixerat famem magnam futuram, Act.11.d.28. & Pauli vincula, Act. 21.b.11. Petrus item hoc vaticinii genus exhibuit, quum Ananiæ & Sapphiræ dolũ proderet, Act.5.a.3. Quanquã autem non facile (vt dixi) Prophetæ nomine quisquam in Scripturis quidem celebretur, qui præsensione ac prædictione futurorũ, vel cognitione atque renuntiatione occultorum non valuerit: tamen præcipuũ Prophetarum munus semper fuit, ex instinctu Spiritus atque reuelatione ad pietatẽ instituere. Vnde 1. Corin.14.a.3, Qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationẽ. Tales etiam fuere quotquot Prophetas insigniores Scriptura celebrat, vt Moses, Samuel, Elias, Elisæus, Esaias, Ieremias, atque cæteri. Eiusmodi autem dona communicauit etiam mulierculis Dominus, vt de Maria sorore Mosis legimus, Exod.15.c.20: de Debora vxore Lapidoth iudice in Israel, Iudicũ 4.a.4: de Holda præterea per quam Dominum consuluit Iosias, 2.Reg.22 c.14. Inter has, sicut & inter Prophetas, reperiebãtur aliquando mendaces, cõtra quas scripsit Ezechiel, cap.13.c.17. Hãc autem Annã nominatim prophetissam fuisse dicit Lucas, vt plus ponderis haberet eius testimoniũ, quòd cũ authoritate loqueretur, nõ autẽ vt mulier vulgaris: & huc tendit proposita personæ descriptio, ad commendãdam testem, vt authoritatem & fidem apud nos iustam inueniat.

'filia Phanuel, de tribu Aser: hæc 'processerat in multam ætatem, & vixerat cum viro annis septem 'à virginitate sua.

filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.

37 'Et hæc vidua annorũ ferme octoginta quatuor, quæ 'non discedebat de templo, ieiuniis ac
F deprecationibus seruiens nocte ac die.

Et hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

ANNOT.

Filia Phanuel, &c.] Designat & genus, quũ filiam fuisse dicit Phanuelis, qui clarissimus haud dubie, & illis temporibus ex virtutibus celebratissimus erat, de tribu Aser. Processerat in multam ær.] Hebraismus de quo suprà cap.1.a.7. A virginitate sua.] Id est, à tempore quo erat nubilis. q.d. septem annos transegit in coniugio.

37 Et hæc vidua ann.] Virgo integra & nubilis adierat coniugium: in coniugio cum marito vixerat annos septẽ: mortuo marito vixit vidua annos ferè octogintaquatuor, vt hoc tempore ad minimũ annos nata fuerit centum & sex. Nõ disced. de templo, &c.] Quòd è templo non discesserit, quòd ieiuniis & precationibus die ac nocte inseruierit, nõ ita intelligẽdum est quòd vitæ necessaria ob id prætererit, aut omnino nihil aliud egerit, nec cibo, somnóque necessario sit vsa: sed quòd hæc præcipua fuerint quæ egerit, totáque in his (vt dici solet) fuerit. Sicut iustus dicitur meditari in Lege Dei die noctéque: & eum qui frequẽtissimus est in labore, dicimus eum continuo dies noctésque laborare. Quòd ieiunia precationibus coniungit, vt alii Scripturæ loci melius intelligantur, hoc habe, sanctum ac legitimum ieiunium tres habere fines. Eo enim vtimur vel ad maccerandam ac subigendam carnem, ne lasciuiat: vel vt ad preces ac sanctas meditationes melius simus comparati: vel vt testimonium sit nostræ coram Deo humiliationis, dum volumus reatum nostrum coram ipso confiteri. Primus finis non ita sæpe locum habet in publico ieiunio: quòd non vna est omnibus corporis cõstitutio, non vna valetudo. Priuato itaque ieiunio magis conuenit. Secũdus, vtriusque communis est. tam enim vniuersa Ecclesia eiusmodi præparatione ad preces opus habet, quàm priuatim fidelium vnusquisque. Tertius quoque similiter. Fit enim interdum vt bello, vel peste, vel calamitate aliqua gentem vnam percutiat Deus. In hac cõmuni ferula ream se tota plebs faciat oportet, ac reatum profiteatur. Siquem verò priuatum feriat manus Domini: idipsum faciat vel solus, vel cum sua familia. Id quidem præcipue situm est in animi affectu. Sed enim vbi animus afficitur vt debet, fieri vix potest quin erumpat in externam testificationem: idque tum maxime si in communem ædificationem cedit: vt omnes simul, peccatum suum palàm confitendo, laudem iustitiæ Deo reddant, & se mutuo singuli exemplo suo cohortentur. Vnde ieiunium, vt est signum humiliationis, frequentiorẽ vsum habet in publico, quàm inter homines priuatos: vtcunque sit commune, vt dictum est. Quod ergo ad disciplinam pertinet, quoties de re aliqua magna Deo supplicãdum est, ieiuniũ vnà cum oratione indicere expediret. Sic quũ Paulo & Barnabæ manus imponunt Antiocheni, quò eorum ministerium (quod tanti momenti erat) melius Deo commendent, orationi ieiunium coniũgunt, Act.13.a.3. Sic ambo ipsi postea,

quum ministros præficerent Ecclesiis, soliti sunt orare cum ieiunio, Act.14.d.23. In hoc genere ieiunii, non aliud spectarunt nisi vt redderentur alacriores & magis expediti ad precandum. Hoc certe experimur, ventre pleno mentem non ita esse in Deum erectã, vt & serio ardentíque affectu ferri in precationem, & in ea perseuerare possit. Sic intelligendum est quod hic refert Lucas de Anna, eam seruiisse Domino ieiuniis & obsecrationibus. Neque enim cultum Dei reponit in ieiunio: sed significat, sanctam mulierem se hoc modo exercuisse ad precandi assiduitatem. Tale fuit ieiunium Nehemiæ, quum intentiore studio Deum pro liberatione populi sui precaretur, Nehem.1.b.4. Ieiunium verò (ne erremus in nomine) non simpliciter intelligenda est cõtinentia ac parsimonia in victu, sed quiddam aliud. Piorum quidem vita frugalitate & sobrietate temperata esse debet: vt quãdam ieiunii speciem, quoad fieri potest, toto suo decursu præ se ferat. Sed est præterea ieiunium aliud temporale, quum aliquid ex consueta viuendi ratione retrahimus vel ad diem vnum, vel ad certum tempus: & nobis continẽtiam indicimus in victu ordinaria illa arctiorem ac seueriorem. Hoc in tribus situm est: in tempore, in ciborũ qualitate, & parsimonia. Tempus dico, vt ieiunii defungamur iis actionibus quarum causa instituitur ieiunium. Quemadmodum (exempli causa) si ob solennem precationem quis ieiunet, vt eò impransus accedat. Qualitas in eo sita est, vt absint omnes lautitiæ, ac plebeiis vilioribúsque cibis contenti, palatum delicatis non irritemus. Quantitatis ratio in hoc est, vt parcius ac leuius solito vescamur: tantum ad necessitatem, non etiam ad voluptatem.

Et hæc, ipsa hora superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionẽ in Ierusalem.

38 Et hæc, 'eadem hora 'superueniens, 'vicissim cõfitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus 'qui expectabãt redemptionẽ Hierosolymis.

Et vt perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth.

39 Et vt perfecerunt omnia secundũ Legem Domini, 'reuersi sunt in Galilæã, in ciuitatem suam Nazareth.

ANNOT.

38 Eadem hora] Nimirum quum à Simeone puer prædicaretur, & futura de ipso prædicerentur. Superueniens.] Vox Græca significat assistens, impulsa nimirum à Spiritu.

Vicissim confitebatur Do.] Græce, confessione respondebat. vt ad confessionem Simeonis & aliorum referatur, quorum confessioni hæc respõdebat. Remittit Lucas lectorem ad testimonium Simeonis prius positum, & indicat quòd sicut Simeon laudauit Dominũ, & confessus ac testatus est quòd is puer esset Salutare Domini, lumen Gentium, & gloria plebis Israel, hoc est verus Messias: ita & Anna similiter nunc laudat Dominum, & palàm confitetur ac testatur omnibus qui expectabãt redemptionem, hunc infantem verum esse Saluatorem & redemptorem à Prophetis prædictũ, & tanto tempore expectatum. Qui expectabant, &c.] Hinc coniicere licet quàm pauci fuerint. nec enim sine causa id dicit. Expectare redemptionem, & Expectare consolationem Israel, idem significant. vide suprà versu 25. Vetusta Latina exemplaria legunt, In Ierusalem, vt Græce, non autem, In Israel, vt in quibusdam corrupte legitur. Qui hanc redemptionem expectabãt, frequentes in templo conueniebant: fortéque tum plerique eorũ aderant, quibus loquebatur Anna. Sic de Christo loquuntur quicunque ipsi credunt: & loquuntur iis apud quos verbum Euangelii suum fructum facturum sperant.

39 Reuersi sunt, &c. in ciuitatẽ suam] Hic scrupus vnus obiicitur, quòd non videatur quæ hic Lucas narrat, conuenire cum illis quæ Matthæus cap.2.a.1, scribit. nam Lucas, exactis diebus purificationis, puerum commemorat Ierosolymis in templo præsentatum: mox peractis quæ secũdum Legem fieri oportebat, relatũ Nazareth. Historia verò Matthæi ita videtur contexta, vt ex Bethlehem, mox atque digressi Magi fuerãt, puer fuerit deportatus in AEgyptum, & non Nazareth. Sunt qui nodum hunc ita dissoluũt, dicendo, Natum Christum per dies purificationis seruatum fuisse Bethlehem: iis exactis præsentatum in templo: mox domum Nazareth relatum: exactóque anno reportatum Bethlehem: tum aduenisse Magos. quibus digressis, monitu angeli delatum in AEgyptum. Mox Herodẽ in infantes qui potuerũt videri Christo æquales, deseuiisse, perpenso tempore quo stellam Magis apparuisse didicerat: quam conspicuã fuisse putabat quo tẽpore Christus in lucem editus fuerat: mortuo autẽ Herode, Christum rursus relatum Nazareth, &c. A quo tempore nihil de eo nostri scriptores cõmemorant,

hh.i.

vſquequo duodecim annorũ in tẽplo eum doctoribus diſputet. Verùm, omnibus diligẽter excuſſis, quàm probabiliter hæc dicta ſint neſcio. Primũ quòd nõ facile apparet cauſa cur puerũ adeò tenerũ reportaſſent Bethlehem poſt annũ, neque enim cenſus quotãnis agebatur. Deinde quòd tempus exacte de Magis ab Herode cognitum, intelligi poſſit adiectum fuiſſe ab Euãgeliſta in hoc, vt ſignificaret minores bimulis, nõ quoſlibet, ſed qui eſſent circa & antè, non poſt tempus ſtellæ editi, iuſſos ab Herode occidi. neque enim natum hunc puerum regnum poſt ſtellæ apparitionem arbitrabatur. Sed quotquot bimatum attigiſſe viderentur, ideo voluit trucidari, ne ſi forte Chriſtus per miraculum maior quàm pro ætate, nempe ad tãtum regnum deſtinatus, poſſet elabi, tãquam longe ante tempus ſtellæ natus. Poſtremò quòd quum Matthæus ſcribat, Quũ natus eſſet Ieſus, ecce Magi ab Oriente acceſſerũt: videatur ſane innuere, nõ diu à Chriſti natiuitate, Ieroſolymis Magos adfuiſſe. Fieri enim potuit vt adeſſent quum iam inſtaret finis temporis quo Virgo legi purificationis inſeruiebat: ac ita Ioſeph ſtatim illis digreſſis, & oraculo de fuga accepto, noctu cũ Maria & puero fugerit in AEgyptum: ſic tamen (vt erat religioſus) quòd antequam in AEgyptum abirẽt, Legi ſatiſfaceret, eóque Ieruſalem ignoti petierint: & perfectis illic quæ Lex iubebat, peractíſque omnibus quæ Lucas commemorat, conceſſerint in AEgyptũ. Quod & ipſum forſan ita Dominus diſpoſuerat, vt Ioſeph ac Maria, auditis quæ magnifica de puero, Simeõ & Anna prædicarãt, in exilium abirent cõfirmatiores. De tempore quo Magi ex Perſide Ieroſolymam peruenerũt, non eſt quòd ſimus ſoliciti. camelis enim in ea regione vtuntur, quibus paruo tempore maximum iter poſſunt conficere. Nec diſtat adeò à Iudæa Perſia, quin poſſit intra menſem ab vltima eius parte in Iudæam perueniri camelis. Indubie etiam, qui illos exciuit vt Chriſtum ſuum primi regem ſalutarent, iter eis reddidit facillimum.

Har.1.12. ‖Puer autem ſuccreſcebat, ʼcorroborabatúrque 40
Spiritu, & implebatur ſapientia: & gratia Dei erat ſuper illum.

Puer autem creſcebat, & confortabatur Spiritu, plenus ſapientia: & gratia Dei erat in illo.

ʼEt ibant parentes eius quotannis Hieroſoly- 41
Deut.16.a.2. mam ‖in die feſto Paſchæ.

Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Ieruſalem in die ſolenni Paſchæ.

ANNOT.

40 Corroborabatúrque Spiritu,] Chriſtus non modo plenus fuit ſemper omnibus donis Spiritus, ſed etiam omnium donorũ fons. Cæterum agnoſcere debemus eum eſſe Chriſtum, qui naturam humanam induerit: & inde reputandum eſt quid eius humanæ naturæ cõueniat. Vt Deus, à ſeipſo omnem habet affluentiam: at vt homo, quæcunque habet, accepit à Patre, à quo habet omnem plenitudinem vnde haurimus. Secũdum carnem per omnia ſimilis nobis factus eſt abſque peccato. Propterea hîc dicitur Secundum carnem corroborari donis Spiritus ſancti, & impleri ſapientia, & noua incrementa ſumere. neque enim ſtatim ab incarnatione accepit omnem bonorum abundantiam. Hæc cõiungenda ſunt cum iis quæ poſtremo verſu huius capitis ſcribuntur, Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines. Cum incrementis ætatis & corpuſculi, magis ac magis ſeſe exerebat in eo virtus diuini Spiritus: illuſtrior quotidie reddebatur ſapiẽtia, gratioſiórque hominibus apparebat, ſed in ſolidis virtutibus: vt ita in gratia Dei videretur creſcere, quãto ſcilicet illa magis ac magis in dictis & factis eius ſeſe promebat. Non igitur tantum videbatur creſcere ſapientia, vt non nulli dicũt, ſed re ipſa creuit. Vnica & ſimplex in illo erat natura in qua diuinitas & humanitas: verùm deliteſcebat diuinitas, ita vt non ſemper exeruerit vim ſuam. Vt in morte ſua (exempli gratia) diuinam ſuam vim continuit, ne exereret ſuã efficaciam in natura humana. Idem in mortis doloribus fecit, quando Patris iudicium ſuſtinuit noſtro loco, quum vadem ſe in cauſa capitali præſentaret. In illa temporali damnatione latebat item diuinitas. alioqui non poterat defungi omnibus quæ neceſſaria erant ad ſalutem hominum. Deliteſcebat ſimiliter diuinitas & in eius infantia & pueritia: verus homo fuit, & verus homo ſemper vixit, ſed ita ſe cõtinuo prodente in ipſo Spiritu Dei, vt ſimul maior homine appareret, iis præſertim quibus datum erat diuina cognoſcere.

41 Et ibant parentes eius,] Parentes vocat, quòd tales haberẽtur. Tribuitur Patris nomen Ioſepho, honoris cauſa, quia eum curam ipſius habere oportebat. Parentes dicit iuiſſe Ieroſolymam, quum maribus tantum eſſet præceptum vt ter in anno apparerent in loco vbi tabernaculum fœderis eſſet, Deut.16.a.1. nimirum vt Legem Dei populus certius diſceret, & ani-

mi ex conuentibus illis magis coalescerent. Verùm qua erat in Deum pietate Virgo, comitem sese marito ad locum Dei quotannis in festo Paschæ, vltrò adiungebat. Tres dies festi erant: sed quòd longius abessent, semel tantum poterant venire. Vide autem quanta religione templum coluerint, propter mandatum Dei, non superstitione. Nam si reputemus qualis tum fuerit in Ecclesia Ierosolymitana rerum status, causa non erat cur Ioseph illuc vnquam ascenderet. omnia desciuerant à recta institutione: sed quia nulla erat illic idololatria, vtcũque regnaret auaritia, venale esset sacerdotium, & corruptelæ multæ superinductæ: & quia quum illuc conuenirent fideles, nihil agebant nisi quod præceptũ erat à Domino: nam sistebant se coram arca testimonii simpliciter, mãdato Domini parentes, sine vlla superstitione. Hoc nobis exemplo esse debet, ne facile moueamur si multis vitiis Ecclesiam laborare videamus. Studendum potius vt quicquid malorũ est corrigamus: atque interea retinẽda communio quam nobis præcepit Dominus. Vbi autem pignus communionis in aliqua est superstitione, abstinẽdum tanquam à maledicta cõgregatione. Christus dicebat, Scimus quid adoremus. Id est, testimonium habemus à Deo eorum quæ facimus. Vos nescitis quid colatis. quia non habebãt approbationem cultus sui à Deo. Iohan. 4. c. 22.

Et quum factus esset annorum duodecim, ascẽdentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi:

42 Et quum factus esset annorũ duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam 'secundum consuetudinem diei festi:

Consummatísque diebus, quũ redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem: & non cognouerũt parentes eius.

43 'Consummatísque diebus, quum redirent illi, 'remansit puer Iesus Hierosolymis: & non cognouerunt parentes eius.

Existimãtes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebãt eum inter cognatos & notos.

44 Cæterùm rati illum esse 'in comitatu, venerunt itinere diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. G

Et nõ inuenictes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.

45 Et quum non inuenissent eum, reuersi sunt Hierosolymam, quærentes eum.

Et factũ est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio do-

46 Et accidit, post triduum inuenerunt illum in templo 'sedentem in medio doctorum,

ANNOT.

42 Secundum consuet. diei festi:] Id est, vt solebant quoties Paschæ festus dies aduenerat. Non enim peregrinabantur voluptatis, aut curiositatis, sed cultus, reuerentiæ, honorificandique Dei causa.

43 Consummatísque diebus,] Nempe die Paschæ, & sex aliis sequentibus, qui & ipsi erãt celebres. Leuit. 23. g. 39, Deut. 16. b. 8. Remansit puer Iesus] Non ex inobedientia, sed vt ostenderet quale esset suum officium ad quod à Patre missus erat. Huius officii passim meminerunt Prophetæ, Esa. 61. a. 1. Et Christus ipse, infrà cap. 4. g. 43, dicẽs, Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ad hoc missus sum.

44 In comitatu,] Vox Græca proprie sonat comites & socios eiusdem itineris.

46 Sedentem in medio doctorum,] Non dubium quin cum Scribis de verbo Dei contulerit: speciménque aliquod sui officii, & suæ futuræ prædicationis ediderit. quod facile conijcitur ex sua obiurgatione (quæ mox sequitur) ad parentes, An nesciebatis quòd in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Cognouit ab eis quomodo Scripturas interpretarẽtur, ac deinde eorũ coarguit errores: non tamen præter modũ ætatis. vtque exempli causa hoc afferam, sicut in Matthæo videmus, quum Scribæ de quinto præcepto disseruerunt, atque eam eius solam interpretationem constituerunt, Non manu cædem faciendam esse: ipse prodiit cum sententia pleniore, quòd contra hoc præceptum essent omnes obtrectationes, calumniæ, execrationes, odia, iratorũ iurgia, & huiusmodi. Ad hunc modũ etiam tum puer significauit de grauioribus & perfectioribus in Lege Dei inquirendũ esse. Ipse etiam de iis percõtatus est: ita vt hæc noua, & Scribis inaudita ratio, admirationẽ pepererit, quî fieret vt puer de tãtis rebus tam accurate cogitaret. Nã hauddubie vitia docentiũ, & interpretum errores minime dissimulandos sibi putauit. Etiã ex hoc verisimile est ipsum de Messia cũ doctoribus contulisse, vnde esset oriundus, & quod eius officium futurũ esset. Omnia tamẽ cum summa moderatione fecit.

'audientem illos,& interrogantem eos.
'Stupebant autem omnes qui eum audiebant, 47
'super intelligentia & responsis eius.
Et viso eo admirati sunt:& dixit mater eius ad 48
illum,Fili,'cur fecisti nobis sic?ecce pater tuus &
ego dolentes quærebamus te.
Et ait ad illos, Quid est quod quærebatis me? 49
'an nesciebatis quòd in his quæ Patris mei sunt,
oportet me esse?
'Et illi non intellexerũt sermonẽ quem loqu- 50
tus est ipsis.
Et descẽdit cum eis, venítque Nazareth: 'erát- 51

ctorum,audientem illos, & interrogantem eos.
Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudẽtia & responsis eius.
Et videntes admirati sunt, & dixit mater eius ad illu, Fili,quid fecisti nobis sic?ecce, pater tuus & ego dolentes quærebamus te.
Et ait ad illos, Quid est quod quærebatis me?nesciebatis quia in his quæ Patris mei sūt, oportet me esse?
Et ipsi non intellexerunt verbum quod loquutus est ad eos.
Et descendit cum eis, & venit Nazareth:& erat sub-

ANNOT.

Audientem il.& interrog.] Commẽdatur nobis modestia Christi singularis. nam nihil præfracte,confidenter,aut arrogãter agit,non sua vrget, aliorum sententias audire nõ renuit: non putat se omnia scire,qui alios quoque interrogat.Non est autem paruæ artis interrogare, nec minoris quàm respondere: ita vt nonnulli magni viri in interrogationibus perplexi sint.

47 Stupebãt autem] Ecce potentiam & efficaciam doctrinæ Christi.est enim stupor,potentis & efficacis verbi effectus,quem verbum potens& efficax prouocat in auditoribus suis. De hoc stupore vide annotationem Matth.7.d.28. Super intelligentia] Id est, super efficaci verbi cognitione,vt ex præcedentis versus annotatione datur intelligi.

48 Cur fecisti nobis sic?] Materno sanè affectu conqueritur Maria,obstupefacta quum illum vidit,& occupata gaudio:vt solemus quũ amissum amicum reperimus, aut recuperamus.

49 An nesciebatis] Nẽpe post tot cõciones de meo officio ab Angelis, Simeone,& Anna prophetissa habitas: item post vnam atque alteram confirmationem à Spiritu sancto acceptam? Videmus vt Christus obliquã matris accusationem reiiciat.Expostulabat mater, Debebas saltem monere: Christus verò respũdet,Debui negotium Patris præferre rebus omnibus, etiam tristitiæ vestræ. Declarat cur in mundũ venerit,& quorsum spectauerit totus vitæ suæ cursus:vt alibi,Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me,& perficiam opus eius, Iohan.4.c.34. Descendi de cælo,nõ vt faciam voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me,Iohan.6.d.38.Ita tamen se hominem esse declarat, vt aliquid superius habeat.ac si dicat, Ita vobis parêre volo,modo ne Pater aliò me vocet.Obseruandum igitur,obedientiam quam hominibus debemus, hac restrictione reprimendam esse,vt nisi nos aliò vocet Deus,obediamus hominibus: vt si patres filios velint ad cultum impiũ vrgere.Omnis nãque potestas suos habet fines,vt interea Deus primum gradum honoris & imperii teneat:ita vt si nos vocet,rationem horum non habeamus.Specialis fuit in Christo ratio,quòd à Patre mãdatum haberet nobis non iniunctum.Videat postea vnusquisque quid sua ferat vocatio.

50 Et illi non intellexerũt] Parentes responsum haudquaquam plane intelligebãt. Maria autem omnia ista in corde suo conseruabat. Etsi enim scirent ipsum esse Christum, rationem tamen qua ille munus suum obiturus erat,& conditionem eorum quæ iam ab illo agebantur, haudquaquam cognoscebãt:atque ideo perpetua quadam admiratione circa ipsum, & ea quæ gerebat, tenebantur: præsertim siquando clarius Dei Spiritus in ipso sese proderet. Nec propterea quòd pleraque huiusmodi ignorarunt, infœliciores erãt: satis nãque vnicuique est tantum operum Dei nouisse vt vnice ipsum amet,& voluntati eius totum sese accõmodet. Ita satis Mariæ & Ioseph erat, nosse Christum præsentem se habere, vt ipsi studiose inseruirent, essentque Patri ex animo grati, qui orbem,præcipue autem Iudæos,tanta gratia esset dignatus. Reliqua reuelanda eis in suum tempus differebantur. Hoc pacto & alios sanctos à Deo fuisse ductos legimus. Qui vere itaque pii sunt,abunde satis habent nosse bonã Dei erga se voluntatem perChristum,& in quibus Deo futuri sint grati. Impii contrà, his præteritis, secreta Dei volunt rimari:hinc tantum est apud eos contentionum & disputationum friuolarum.

51 Erátque subditus illis.] Insigne exemplũ modestiæ & subiectionis Christi, qui quum

Deus esset,ad tempus fuerit parentibus subiectus. Nos igitur maiore multò ratione, quisque iuxta iugum à Domino sibi impositum,inseruire debemus omnibus,nō coactè,sed ex animo, ad exemplum Domini nostri Iesu Christi.

ditus illis. Et mater eius cō seruabat omnia verba hæc in corde suo.

que subditus illis. Mater autem eius 'conseruabat
omnia verba hæc in corde suo.

Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deū & homines. CAP. III.

52 Et Iesus 'proficiebat sapientia & ætate,& gra-
tia apud Deum atque homines. CAP. III.

Anno autē quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pōtio Pilato Iudæā, tetrarcha autē Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenæ tetrarcha,

1 ANno autem decimoquinto imperii Tibe- Har.1.13.
rii Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudææ,
'tetrarcha verò Galilææ Herode, Philippo autē
fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis re-
gionis,& Lysania Abilenes tetrarcha,

Sub principibus Sacerdotū Anna & Caiapha: factū est verbum Domini super Iohānem Zachariæ filium, in deserto.

2 ¶'Sub pontificibus Anna & Caiapha: 'factum Act.4.a.6.
est verbum Domini super Ioannem Zachariæ fi
lium, in deserto.

Et venit in omnē regionem Iordanis, prædicās baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

3 ¶Et venit in omnem regionem finitimam Ior Matth.3.a.1.
dani, 'prædicans baptismum pœnitentiæ in re- marc.1.a.4.
missionem peccatorum:

ANNOT.

Conseruabat omnia,&c.] Repetit quod mox à natiuitate iam scripserat, suprà versu 19.

52 Proficiebat sapientia,&c.] Vide paulo antè versu 40.

IN CAPVT III.

1 Anno autem] Superioribus duobus capitibus ortum Saluatoris & infantiam descripsit Euangelista,eáque de eo narrauit quibus abunde etiamnū infantulum, Christū esse,& Saluatorem,nobis comprobauit. Nunc in hoc tertio,prætermissis quæ ab infantia vsque ad tricesimū ætatis suæ annū gessit,describit quomodo Iohānis prædicatione hominibus fuerit proditus: & demū ad baptismū venerit,in quo Patris voce, atque apparitione Spiritus, velut in munus suū docendi,& redimēdi in se credentes,cōsecratus est. De ortu Iohānis,atque de legatione in munus hoc,vt Christum Israeli manifestaret,eísque populum prædicata pœnitentia, velut præpararet,dictum est primo capite. Nunc vt amplius ostēdat,tempus Messiæ prædictum à Iacob, Gene.49.b.10, de quo suprà cap.1.a.5,esse impletum,Imperatorem diligenter notat, quo regnāte cœpit Euangelium prædicari. Numerat autem annum imperii Tiberii Cæsaris, qui proxime Augusto successit,decimumquintum. Erat is à condito mūdo quatermillesimus decimusquartus: à captiuitate Babylonica sexcentesimus vicesimusquintus: regni verò Herodiani L X I. Erat eo tempore Tiberius Cæsar monarcha, cuius imperio parebant omnes quorum hic mentionem facit Lucas. nam Pontium Pilatum Præsidem designarat in fine anni XIII.& circa principium XIIII, imperii sui: Herodes verò,Philippus,& Lysanias, ex decreto,fauore,& ordinatione Romanorum tetrarchias suas acceperant,& obtinebant. Tetrarcha verò] De tetrarchis vide Matth.14.a.1.

2 Sub Pontificibus Anna & Caiapha,] Secundum Legis institutionem vnus tantum esse debuit sacerdos. Quòd verò duo fuerint, ex corruptela factum est: quia quotannis emebatur sacerdotium,& ideo corruptum fuit. De his vide Matth.26.a.3. Factum est verbum Do.] Celebris est ista loquutio Hebraica in Scripturis, Factum est verbum Domini ad Oseam,& super Zachariam,& alios,pro,loquutus est illis,& mandato eius ordinati fuerūt. quia nemo sibi munus vsurpare debet: temeritatis enim esset. Tales nihil agebāt ex seipsis,sed Dei impulsu. Colligimus hinc, nihil esse nobis audendum. si enim summi Prophetæ vocationem Dei expectarunt,quales sunt ii qui hodie se ingerunt?

3 Et venit in omnem,] Vide Matt.3.a.1. Prædicans baptismum pœnit.] Eodem genere loquendi vtitur & Marcus cap.1.a.4. Lege ibidem annotationem. Vtitur & Paulus, Act. 19.a.4. Vide Matth.3.c.11. Hoc loquendi genere significat baptismum fuisse signum renoua-

tionis. Inuitabantur enim baptismo homines ad pœnitentiam, vt essent nouæ creaturæ. Baptismus ergo à suo fine ita vocatur. Non quòd externum signum ad pœnitentiam sufficiat: (nam plus satis ostendunt hypocritæ quàm disiunctæ res sint veritas & figura:) sed hic primum institutio Dei respicitur, deinde vis Spiritus sancti, à qua pẽdet baptismi effectus. Duo autẽ nobis consideranda sunt: promissio, qua testatur Deus se ex cordibus lapideis facturum carnea: quam baptismo obsignat. deinde postea exhortatio, qua monentur qui baptismum recipiunt, vt verè respondeant suæ professioni.

ᵃSicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ pro- 4
Esa.40.a.3. iohan.1.c.23. phetæ, dicentis, ‖ᵃVox clamantis in deserto, Para-
te viam Domini, rectas facite semitas eius.
D Omnis vallis implebitur, & omnis mõs & col 5
lis reddetur humilis: & fient quæ obliqua sunt,
directa: & aspera *vertentur* in vias planas.

4 Sicut scriptũ est in libro sermonum Esaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur: & erunt praua, in directa: & aspera, in vias planas.

ANNOT.

4 Sicut scriptum est in lib. serm. Esaiæ prophetæ.] Librum sermonum vocat quòd ex his sermonem habuerit ad populũ, populóque publice nũtiarit: postea verò scripto posteris prodiderit. Matthæus pro his habet, Nã hic est ille de quo dixit Esaias propheta. Vide ibidẽ annotationem. Confirmatio est ab authoritate Scripturæ, ne videatur Euangelista temere aliquid dicere, & fortuito accidisse quòd prædicauit Iohãnes. Vox clamãtis in deserto,] Quoniam Lucas ex Esaia plura affert quàm Matthæus, quibus tametsi quæ annotauimus in Matthæum, satis lucis afferre possent, tamẽ vt quæ hic Lucas amplius adduxit, facilius præcedẽtibus annectantur interpretando, locum Esaiæ integrum adducemus, in quo Propheta de prædicatione Euangelii quæ auspicanda quidem erat per Iohannem, at non absoluenda, vaticinatur, nã per electos ad hoc, ad finem vsque mundi ea perducenda est sub typo liberationis factæ per Cyrum. Ita autem Propheta incipit, Consolamini, cõsolamini populũ meum, dicit Deus vester. Dicite in animum Ierusalem, & edita voce annũtiate illi quòd tempus afflictionis eius cõpletũ sit, quòd remissa iniquitas eius: quia accepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamans in deserto, Parate viam Domini, rectam facite, &c. vsque, Et videbit omnis caro Salutare Dei. Cuius Prophetiæ sensus est, Deus vester ô electi & veri Israelitæ, dicet & mandabit prædicatoribus suis vt consolationẽ iam, & Euãgelium gratiæ prædicent, quo vestra corda erigãt & demulceãt (id enim vocat Loqui ad cor: alio loco dicitur, Loqui placentia) Et vt per omnia gaudiũ præ se ferant, mãdabit vt edita quoque voce annuntient, impletũ esse tẽpus eius, quo cum illis omni genere malorum cõflictari necesse ei fuit: remissam autem & condonatam iniquitatem, postquam pro omnibus peccatis suis duplicia accepit, hoc est abunde sæuam castigationem. Breuíque audietur vox huius fœlicitatis testis & annũtiatrix. Ea ceu in deserto, in populo Iudæorum omni pietatis cultu destituto, sonans, hortabitur vt viam Domini omnes parent, & rectã faciant semitã Dei nostri: hoc est, omnẽ præposterã fiduciam Legis & rationis humanæ, omnémque peruersam religionem, ac peccata alia semoneãt: & obedientiam verbi Dei, fidémque in Christum recipiãt: quo pacto omnis vallis exaltabitur, & omnis mons humiliabitur, hoc est quicquid incõmoditatem aut impedimentum in via Domini (vita vtique Christo digna, qua Deus ad nos, & nos ad illũ imus) afferre possit, tolletur. Contemnẽtur hominum traditiones, quæ sunt aduersæ verbo Dei, operum fiducia cadet, rationis arrogantiæ renuntiabitur, caro cum vitiis & concupiscentiis suis crucifigetur: vt vno verbo dicam, homines resipiscent & innouabuntur. Tum reuelabitur per Euangelium gloria Domini, quàm late orbis patet. Et omnis caro, hoc est vniuersi mortales, videbunt, certa fide agnoscentes os Domini vera esse loquutum: hoc est, Prophetarum oracula certissima esse, videntes Messiam exhibitum per quem Deus constituerat salutem dare hominibus. Quia verò Iohannes primus præco esse debuit huius consolatoriæ prædicationis, (qua vt adesse tempus gratiæ, id est regnum cælorũ appropinquasse: ita & resipiscentiã atque abnegationẽ omnium prædicari oportebat, atque ita viam Domini, viam fidei & salutis, parari) propterea ipse, vt est apud Iohannem, cap.1.c.23, se hanc vocem in deserto clamantem professus est, & idem de eo Euangelistæ testati sunt. In hac tota huius oraculi enarratione scriptum est iuxta eos qui parare viam, deprimi montes, extolli valles, &c. allegorias esse putant, quibus populus Dei in

beatur tollere è vita quæ Deum offendunt, demittere faſtum, erigere animos deiectiores, &c. Videtur autem Propheta, ſi Hebræam phraſim conſideremus, his omnibus nihil aliud voluiſſe prædicere, quàm breui in deſolata Iudæa exaudiendã vocem quæ læto clamore iubeat, Domino in illam iam reuerſuro, viam parare: vt intelligas Prophetã de Deo, tãquã de ingreſſuro mox rege loqui. Et per hoc quod prædicit fore vt edita voce iubeatur parari Domino via, prædicere voluiſſe quàm optatus futurus eſſet eius aduentus. Reges enim quum cupide excipiuntur, via illis magno ſtudio expeditur & paratur: quicquid altius eſt deducitur in planum, quicquid depreſſius expletur, vt in æquabilitatem aſſurgat: ſic corriguntur quæ tortuoſa, & flexuoſa ſunt. Hæc ſimplicior expoſitio, quod ad Matthæi & Lucæ locum attinet. Eſt & alia, de qua in annotationibus in Eſaiam.

Et videbit omnis caro Salutare Dei.

6 Et videbit omnis caro Salutare Dei.

Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipſo, Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?

7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipſo, Progenies viperarum, quis ſubmonſtrauit vobis vt fugeretis à ventura ira? Matth.3.b.7.

Facite ergo fruct⁹ dignos pœnitẽtiæ: & ne cœperitis dicere, Patrẽ habemus Abraham. dico enim vobis quia potẽs eſt Deus de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

8 Facite ergo fruct⁹ dignos pœnitẽtia: & ne cœperitis dicere intra voſipſos, Patrem habemus Abrahamum. dico enim vobis, potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahamo.

Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: omnis ergo arbor non faciens fructum bonũ, exciditur, & in ignem mittitur.

9 Iam verò & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem coniicitur.

Et interrogabãt eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus?

10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid Har.1.14.
ergo faciemus?

Reſpondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.

11 Reſpõdẽs autẽ dicit illis, Qui habet duas tuni Iacob.2.c.15.
cas, impertiat nõ habenti: & qui habet eſcas, ſimi 1.Iohã.3.c.17.
liter faciat. C

ANNOT.

7 Ad turbas quæ exibant] In hac turba exeuntium Iudæorum ad Iohannem, fuiſſe monachos ipſorum ſcribit Matthæus, cap.3.b.7, dicens, Quũ vidiſſet autem multos ex Phariſæis & Sadducæis venientes ad baptiſmum ſuum, &c. Hos igitur in primis obiurgat, & ita hortatur ad pietatem & veram pœnitentiam, vt interim omnes homines doceat. Reliqua annotantur in Matthæo, vſque ad 10 verſum.

10 Et interrogabãt c. turb.] Tractat Lucas de Iohannis particularibus cõcionibus, vt iam cœpit. nã illa obiurgatio pertinebat ad Phariſæos: nũc ſubiungit eam quæ ad turbas pertinet.

11 Qui habet duas tunicas,] Generalem primum doctrinam tradit, tanquam pertinẽtem ad omne genus hominum. Intelligit autem communicandum eſſe fratrum noſtrorum inopiæ, ſiquid abundantiæ dederit nobis Deus. Debet quiſque cogitare quantum ſibi datum ſit à Domino: debet & de fratrum ſuorum neceſſitate eſſe ſolicitus: & intelligere ideo ſibi commiſſa eſſe quæ habet, vt aliis eroget. Hæc copioſe & dilucide exponũtur à Iacobo, cap.2.c.15, & à Iohãne, in prima ſua epiſt. cap.3.c.17. Torſit nõnullos hic locus, putãtes nefas eſſe duas tunicas aut aliquid annonæ repoſitum habere: & omnino hîc requiri à Chriſtianis vt nemo plus poſſideat, quàm poſtulet præſens vſus. Si de veſtibus verum fuerit, ita de omnibus aliis. cur enim mihi magis licebit ſupellectilẽ domi poſſidere, quàm veſtẽ? Hoc ſane pacto Chriſtiani cõſciẽtia pacata & quieta nunquã eſſent, ſed in animis ſuis ſemper æſtuarent, reputãtes, Tu plus poſſides quàm Dominus tibi cõcedat. Nullus vnquã eſſet finis: præterquam quòd eiuſmodi doctrinæ Scriptura reclamat. Conferamus locũ iſtum cum illo Pauli qui eſt 2. Corint.8.c.13, Nõ vt aliis ſit relaxatio, vobis autẽ anguſtia: ſed vt ex æquabilitate: in præſenti tempore veſtra copia, illorum ſuccurrat inopiæ: vt & illorũ copia veſtræ ſuccurrat inopiæ, vt fiat æquabilitas. Vides requiri, non vt te denudes, ſed vt ſubuenias fratrum inopiæ ex tua abundantia. Non igitur iubet alteram veſtem tradere: neque ſunt vrgenda verba, & cauillanda, ſed intelligenda de omni ſubſtantia: quod Iohãnes Euãgeliſta loco ſuprà dicto declarat, dicẽs, Qui habuerit ſub-

ſtantiam huius mundi,&c.Generalis eſt doctrina ad omnes res quibus proximorum neceſſitatibus ſubuenitur.Vult enim vt qui abundat,det non habenti. Cauendum autem & aliud extremum. nam vt ſumus proni ad retinẽda noſtra, poſſumus cauſari,Nihil habeo ſuperfluum. Auari certe nunquã ſuperflui quicquam habẽt,maxime ſiquid dandum. nã deeſt etiã eis quod habẽt.Dominus autẽ non ita intelligit,vt quod nobis nõ poteſt eſſe vtile,demus:ſed vult nos noſtram poteſtatem expendere, vt pro modo illius ſubueniamus. Certam regulam non præſcribit quatenus id fieri debeat:ſed ad charitatis regulã vult omnia exigi, & expendi quid poſtulet charitas.Siquis ſuas omnes facultates eroget,non plus quàm debet,fecerit.Ne ſit autem in erogando plus ſui ſolicitus quàm oportet. Vrgeat præterea ſeipſum ad largiendum. Et vt omnia perfecerit,ne putet propterea ſe adhuc defunctũ. Vide diligenter duo illa capita, octauum & nonum ſecundæ epiſtolæ Pauli ad Corinthios, & apertam verborum Iohannis interpretationem habebis:ſimúlque quid,quantum,quomodo, qua hilaritate communicanda ſint bona à Deo accepta,doceberis.

Venerunt autem '& Publicani vt baptizaren- 12
tur:&dixerũt ad illum,Magiſter,quid faciemus?
At ille dixit ad eos, Nequid amplius quàm 13
quod 'conſtitutum eſt vobis,exigatis.
'Interrogabant autem eum & milites,dicẽtes, 14
Et nos quid faciemus? Et ait illis, 'Nequem con-

Venerunt autem & Publicani vt baptizarẽtur: & dixerunt ad illum, Magiſter, quid faciemus?
At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis.
Interrogabãt autẽ eum & milites,dicẽtes,Quid faciemus & nos? Et ait illis, Ne-

ANNOT.

12 Et Publicani vt bapt.] Publicanis dicit ne plus exigant,quàm eſt conſtitutum.Reſponſio eſt ad perſonam,vt aiunt:Iohannes enim conſiderauit in quo potiſſimum Publicani delinquere ſolerent, nẽpe in expilando populo rapinis extraordinariis, vt eſt genus hominũ auarum & rapax.nam tractando pecunias,accendunt ſuam auaritiã,& ſunt inexplebiles. id vitiũ corripit Iohannes.Iſtiuſmodi autẽ hominibus in procliui fuit vi & rapina peccare: quando perpaucos ad hoc muneris, niſi immodica habendi cupiditas pertrahat. quare & peculiaribus legibus eorum auaritia ſepta & notata fuit. Scribit enim Vlpianus, Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint Publicanorũ factiones,nemo eſt qui neſciat.Vnde Zachæus quoque dicebat Domino, Siquem defraudaui, reddo quadruplum, Luc. 19. b. 8. quum Lex non niſi dupli reſtitutione Publicanos condemnet.Aliis etiam vitiis laborabant quæ egebant correctione:ſed generalem omnibus doctrinam tradere voluit.Hinc colligimus, munus Publicanorũ non fuiſſe illicitum, tametſi erant Iudæis exoſi, quòd Romanorum eſſent miniſtri. Error autem, fundamentum erat eius opinionis,nempe quòd vellent eſſe immunes à tributo.putabant enim violari libertatem ſuam exactione tributorũ. Atqui Dominus eos ſub poteſtatem Romanorũ redegerat:vnde fiebat vt legitima eſſet tributorũ exactio. Rom.13.b.7,Cui tributum,tributum,&c.Nam alioqui non poſſent principes tot ſumptibus ſufficere.Vnde cõſequitur, Publicanos non habere munus illicitum. ſeruiunt enim in re ſancta, & à Deo permiſſa. ſed caueant interim ne ſe illis vitiis inficiant quibus ſunt admodum obnoxii. De his vide & Matth.5.g.46.

13 Conſtitutum eſt] Subaudi,à magiſtratu,cui vos Publicani ſeruitis.

14 Nequem concutiatis,] Μηδένα διασείσητε, Nequem concutiatis,vel,Neminem violaueritis.Quanta ſit violentia militum,notum eſt.id prohibet Iohannes.Prohibet & calũnias.nam militibus facile creditur:ſiquem innocentẽ accuſant, audiuntur:& prius quàm cauſam dicas, ſumptum eſt ſupplicium. Memoria ſemper repetendũ, plura præcipi militibus potuiſſe: ſed Iohãnem docere quod ad ipſos peculiariter ſpectat, & quod propriũ eſt vocationis ipſorum: interea audiebant illam vniuerſalem exhortationem,Facite fructus dignos pœnitentiæ.Quia milites vi populum vexabant,quia calũniabantur:hoc illis nominatim interdicit. Hinc intelligimus,militiam nõ eſſe rem illicitam per ſe.neque enim eos abiecta vocatione ſua, arma deponere iubet:ſolùm admonet,vt ſtipendiis ſuis contenti,neminem vexarent,nec prædarẽtur, ſed ab omni ſcelere abſtinerẽt.Petrus Cornelium baptizauit, eúmque Centurionem, id eſt ordinis militaris ducem:nec tamen iubet ipſum militiæ munus vt reprobum abiicere. quinimò viſibiliter accepto Spiritu ſancto,militiæ munus exercere non deſinit ,Act.10.a.1.g.44. Nec ipſe Dominus Cẽturionem illũ,de quo teſtimoniũ tulit, eum fide maiore præditũ eſſe quàm

quenquã in Iſrael, munus ſuũ deſerere iuſſit, Matt.8.b.10: nec Sergiũ Paulus, Act.13.b.12. Omnino enim quũ tãta ſit malorũ turba, vt ſunt neceſſariæ leges, ita & magiſtratus. Nõnullis etiã ex veteribus, videtur hoc infirmum eſſe argumẽtum: qui odio militiæ, aut potius militaris inſolentiæ pronuntiarunt rem eſſe alienã ab homine Chriſtiano, mereri ſub principibus. Dicũt hîc Iohannem Chriſtianos tantum inchoare, non plene docere. Dein negotium fuiſſe ei cum hominibus perditiſſimæ vitæ: ſatis fuiſſe ſi illos inchoaret, & ad meliorem viam reduceret. Quibus reſpondetur, Iohannem fideliter docuiſſe quid ſingulis ordinibus conueniret, vt antea de pœnitentia docui: non tanquam inter pueros & infantes, ſed erudite. De officiis etiam charitatis hactenus perfecte docuit. Nunc autẽ quũ peculiariter alloquitur milites & Publicanos, non quales ſint reſpicit: ſed dat eis conſilium verũ & non fucatũ. Propterea Paulus Rom. 13.b.4, dicit iure ſolui principibus tributa, propterea quòd armis tueãtur populum. Poſtremo quid erit lex ſine gladio? Videndum tamen diligenter ne nimium laxentur fræna cupiditatibus principum, alioqui ſatis iam effrænũ. nam ludũt in humano ſanguine. Hanc licentiã non intelligimus eſſe permiſſam. neque enim bellum aliud eſſe debet quàm pax quæſita. Nec ſemper ad bella gerenda ſunt accincti milites, ſed vt in pace viuatur: non vt ſingulis momentis gladius exeratur, ſed vt impediãt ne temere aut per vim exeratur. Ita rem per ſe honeſtã, à vitio diſtinguere debemus. Hinc etiã colligimus, boni Prophetæ & Apoſtoli eſſe, nõ tantũ docere vniuerſos, ſed vnũquẽque hortari vt ſuæ vocationis memor ſit, vt hîc Iohannẽ facere videmus.

cutiatis, nequem 'calumniemini: & cõtenti eſtote 'ſtipendiis veſtris.

minem cõcutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

15 'Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioãne, num ipſe eſſet ille Chriſtus: D

Exiſtimante autem populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus ſuis de Iohanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus:

16 'Reſpondit Ioannes, dicens vniuerſis, ¶Ego quidem aqua baptizo vos: ſed veniet fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽtorum: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.

Reſpondit Iohannes, dicẽs omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽtorum eius: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni.

Matth.3.c.11. marc.1.a.8. iohan.1.d.26 act.1.a.5, & 8.a.4, & 11.b.16, & 19.a.4.

ANNOT.

Calumniemini,] συκοφαντήσητε. Verbum iſtud apud Græcos non vno ſumitur modo, verùm plerunque eſt falsò deferre, & crimen data opera impingere, quo nonnihil emolumẽti extorqueatur à reo. Duo igitur vult abeſſe à militibus: vim, qua prouinciales opprimebãt: & calumniam, qua deferebant illos apud ſuos præſides: quòd ſine vi, ſed non minus periculoſe ſpoliarent. Interdum ſpoliãt homines, naues aut vicos, ac pòſt confingũt illos fauiſſe hoſti, aliúdve quippiam peccaſſe. Stipendiis veſtris.] ὀψωνίοις ὑμῶν. Verbo opſonii Terentius vſus eſt pro cibis lautioribus. Quanquã Paulus quoque ſemel atque iterũ vſus eſt hoc verbo pro ſtipendio, ſiue authoramẽto militari, vt Rom.6.d.23, & 2.Corin.11.b.8. ſic dictum præmiũ quòd olim militibus prouideretur annona, non ære, aut argẽto, ſed quòd illis adminiſtraretur quotidianus victus. Apte verò præmium ſordidorum hominũ ſordido vocabulo expreſſit. Siquidem opſonium, ventris præmiũ eſt, dignum iis qui ventri militant. Si ſuis ſtipendiis contenti eſſent milites, neminẽ concuterent, neque calumnia ſeu iniuria afficerẽt. auaritia autem qua laborant, quódque contenti non ſunt ſuo ſtipendio, concuſſionis & iniuriæ illis occaſio eſt.

15 Expectante] προσδοκῶντος Expectante, ſiue ſperante. velut ex euentu iudicaturus eſſet. Cócelebrata tum erat inter Iudæos opinio de venturo Meſſia, qui expectabatur iuxta Prophetarum vaticinia, licet non æque ab omnibus. Quum ergo tantis virtutibus, tantáque vitæ ſanctitate inclareſceret Iohannes, eum ipſum Meſſiam eſſe putabant, plus tribuentes ei quàm par erat. Sic ſolemus ſæpe iuxta affectus, homines quos præſtare videmus, nimio plus efferre, alios rurſus deiicere plus æquo quibus inuidemus, in omnibus modũ tranſgrediẽtes. Errabãt verò ex ignoratione Scripturarũ, quũ Iohãnes ex ſacerdotali ſtirpe eſſet, Meſſias autẽ ex tribu Iuda, ac Dauidica familia promitteretur. Reliquũ annotationũ vſque ad 18 verſũ, vide Mat.3.c.11.12.

16 Reſpõdit Iohan. dicens vniuerſis,] Nunc incipit Iohãnes apertius docere quod eſt officii ſui. Hoc nãque præcipuũ fuit eius munus, adducere Chriſto diſcipulos: quod nõdum fecerat. generaliter enim cõcionatus erat, de præparatione ad Chriſtũ nulla adhuc facta mentio-

ne.Matthæus & Marcus hanc concionem attexunt superioribus, tanquam ex abrupto loqnutus sit:Lucas verò docet quæ fuerit occasio. Quũ enim viderent eum instituta noua proferre, dubitabant an esset Christus:& ea ratione motus est vt concionaretur de Christo. Non quòd alioqni taciturus fuisset: sed oblata occasione præuentus fuit,aliàs postea idem dicturus.

Mauh.3.c.12. |Cuius ventilabrũ in manu ipsius, & purgabit 17
aream suam: & cõgregabit triticum in horreum
suum:paleas autem cõburet igni inextinguibili.

'Multa quidẽ & alia exhortans, euangelizabat 18
populo.

Matth.14.a.3 marc.6.c.17. |'Herodes autem tetrarcha 'quũ corriperetur 19
ab illo de Herodiade vxore Philippi fratris sui,
déque omnibus malis quæ faciebat Herodes:

E 'Adiecit & hoc super omnia,& inclusit Ioan- 20
nem in carcerem.

Matth.3.d.13. marc.1.a.9. iohan.1.c.31. |'Factum est autem quum baptizaretur omnis 21
populus, vt & Iesu baptizato & orante, apertum
sit cælum:

Ac descendit Spiritus sanctus corporali specie 22
quasi columba, in ipsum:& vox de cælo facta est
quæ diceret, Tu es Filius ille meus dilectus, in te

17 Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili.

18 Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

19 Herodes autem tetrarcha quum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui Philippi,& de omnibus malis quæ fecit Herodes:

20 Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Iohánem in carcerem.

21 Factum est autem quum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cælum:

22 Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba, in ipsum: & vox de cælo facta est, Tu es Filius meus dilectus,in te cõ-

ANNOT.

18 Multa quidem & alia] Acsi dicat, Summam duntaxat posui prædicationis Iohannis: totiúsque negotii caput attigi. Omnia quæ de Iohanne scribuntur, propter Christum (cuius præambulo erat) scribuntur: vt ille agnoscatur & recipiatur ab omnibus, qui venit vt omnes saluet. ideóque Lucas, præstrictis doctrina & rebus Iohãnis quantũ scire pios refert,& quantum satis est,ad res Christi copiosius describendas properat.

19 Herodes autem] Iohannes non concionatus est vulgo tantum, sed etiam principibus, ac præcipue Herodi tetrarchæ Galilææ, qui cognominatus est Antipas, de quo Marcus cap. 6.f.20, Herodes metuebat Iohãnem, sciens eum virum iustum ac sanctum, & obseruabat eum, auditóque eo multa faciebat,& libenter eum audiebat. Obserua autẽ quòd Iohannes non docuit tantum Herodem, fidem & fructus fidei, verumetiam regis impii ferociam & potentiam nihil metuens, sed sancta libertate dicẽdi, & fortitudine Christiana vtens, scelera illius corripuit: primum quidem nuptias incestas, deinde verò & alia eius flagitia. Nõ enim dubiũ quin tyrannidem exercuerit, expilarit plebem miseram, libertatem populi Dei oppresserit, omnia in regno venalia habuerit, pecunias autem luxu, crapula & fœdis artibus prodegerit. Discant hinc veri Ecclesiæ ministri non dissimulare, non tacere ad principum virorum scelera. Alioqui enim requiret pereuntiũ sanguinem iustus Dominus è manu canis illius muti qui latrare non potest, imò metu compressis faucibus clamare non vult.

20 Adiecit & hoc super om.& inclusit,&c.] ΚΑΙ, pro id est positum. Adiecit & hoc super omnia, id est inclusit, vel, nempe quòd incluserit.&c. Vide quid fidelis Domini seruus pro fideli admonitione & doctrina sua retulerit ab impio tyranno. Parricidium ad cumulũ accessit flagitiorũ Herodis, qui pondere scelerũ satis, imò nimium prægrauatus fuisset aliâs, vt maxime nefandum hoc facinus non adiiciens perpetrasset. Et Lucas hoc postremum ita notat, vt intelligamus cæteris quantumuis ingentibus & grauibus præponderare flagitiis. Nam iugulare seruos Dei optime de te meritos, argumẽtum est animi desperati,& prorsus obsessi à dæmonio malo. Reliqua vide Matth.14.a.3. Marc.6.b.14.

21 Factũ est autem] Lucas quidem summam rei gestæ in baptismo Christi describit, sed eam contentionem omittit quæ fuit inter Iohannem & Christũ, prius quàm Iohannes Christum in baptismum reciperet: de qua & reliquis Matth.3.c.14.

placuit mihi.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli,

Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph,

complacitum est mihi.

23 |'Et ipse Ies' incipiebat esse fermè annorũ trigin Har.1.16.
ta,'vt putabatur filius Ioseph,qui fuit 'filius Heli,
24 Qui fuit Mathat, qui fuit Leui,qui fuit Melchi,
qui fuit Iannæ,qui fuit Ioseph,

ANNOT.

23 Et ipse Iesus incip.e.&c.] Iam indicat Lucas & ætatem Domini,qua prodilt nõ modo ad docendi functionem,sed ad perficiendam quoque salutem. Annos ætatis eius diligẽter expendit Epiphanius disputás contra hæresim 1. 1, vbi inter alia, Erat,inquit, reuera annorũ viginti nouem,& mensium decem quando ad baptismum venit: triginta quidem annorum, sed non plene:quapropter dicit,Incipiens esse annorũ quasi triginta. Hinc quadraginta dies tentationis, & duæ hebdomades, aut paulo amplius in Nazareth à diebus tentationis: & prima dies apud Iohannem:& item secunda. Et rursus à Iohanne prima & secunda,quando sequutus est ipsum Andreas,deinde Simon Petrus.Et postera die,veluti diximus,&consequẽtia Euãgelii habet,vocatio Philippi ac Nathanaelis:& deinceps tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ,post prædictos duos,quod primum signũ est, & complementũ triginta annorum à natiuitate ipsius in carne. In ipsa enim die natiuitatis suæ secundum carnem primũ signum fecisse comperitur mutatæ aquæ in vinum,quũ expleuisset triginta annos. Vt putabatur filius Io.] Significãter dicit putabatur:nõ autem,Erat filius Ioseph. Nã Ioseph, putatiuus erat pater Domini:verus autẽ pater erat Deus,ex quo illa æterna & ineffabili natiuitate genitus est. Vt autem manifeste cernerent omnes,Iesum hunc Dei æterni filiũ,etiam hominis esse filium: vt Deum verum,ita & hominem verum,deducit Lucas genealogiam Domini ab ipso Ioseph ad Zorobabelem,inde ad Dauidem vsque,hinc ad Abraham,deinceps ad Noe, postremo ad ipsum quoque Adam,imò verò vsque ad Deum creatorem Adæ. Filius Heli.] Dictio Filius,non legitur Græce,sed tantum,Ioseph qui fuit Heli,nempe gener. Vt & in fine genealogiæ legitur,Qui fuit Adã,qui fuit Dei,nempe creatura.Ferè autem omniũ sententia est,Heli eũdèm esse qui dicitur Ioachim,patrẽ scilicet virginis Mariæ.Idẽ dicitur pater,id est socer Ioseph.Nam hodie quoque gener nominat socerum,patrem: & generum socer vocat filium.Ioseph igitur fuit filius Heli,non naturalis (nam naturalis pater Ioseph fuit Iacob, vt dicit Matthæus) sed cõsuetudine cõiugali,qua(vt dictũ est)socer dicitur pater generi,& gener filius soceri. Iuxta hãc opinionẽ Lucas Mariæ genealogiã texit, vt videamus Ioseph & Mariam fuisse quidem de eadem familia Dauidis,sed habuisse à Zorobabele diuersos proauos,quorum alios Matthæus,alios Lucas commemorat. Verùm alii melius dicere videntur qui scribunt à Luca vocari Heli,quem Matthæus Iacob nominat,patrem Ioseph:& à Luca etiam describi genealogiam Ioseph,non Mariæ.Quod mirum videri nõ debet,nempe Heli à Luca vocari,quẽ Matthæus appellat Iacob,quum in tota genealogia non nominibus tantum, sed & numero à Matthæo variet.Qui autem vel mediocriter Scripturam attigit,non ignorat quàm frequens apud veteres fuerit bina aut trina nomina habere. Ita multos eosdẽ Lucas, sed aliis nominibus recenset: multos etiam alios,dum naturali ordine per posteritatem Nathan ad Dauid ascendit: quum Matthæus etiam legalem ordinem admiserit in Ioas,qui ex posteritate Salomonis,non naturalis,sed legalis filius fuit,ex Lege in regno succedens.Ita enim aiunt statuisse Dauidẽ,vt siquãdo deficeret posteritas Salomonis,posteri Nathã(alterius Dauidis ex Beth-sabee filii & natu minoris) in regno succederent. Hos ordine suo ponit Lucas. Matthæus verò, primum à Ioas(qui vt primus ex illis rex factus,ita primũ posteritati Salomonicæ fuit cooptatus)recẽsere eos cœpit.Hinc euenit ista & numeri & nominũ discrepãtia.Reliqua de hac genealogia vide primo capite Matthæi.Vtrique cõueniunt,si à Zorobabele ascendas vsque ad Abrahã. Ex hac verò genealogia ab vtroque descripta, primum animaduertemus, Iesum nostrum verum illum Christum regem esse,salutísque authorem,vt Patribus promissum,ita ingenti desiderio expectatũ:veréque eum esse qui secũdum Scripturas,ex Abraham atque Dauide, per Mariam virginem,veram suam matrem genus duxit,natus homo.Proximũ, ineffabilem Dei erga nos dignationem,qui nostri causa,suum verbum hominem fieri voluerit.Præterea expendemus & ex quibus voluerit nasci,quàm non horruerit(vt in Matthæo dictum est)peccatores & alienigenas in numerum maiorum suorum admittere: quo sane & facilitatem suã & incomparabilem erga nos beneuolentiam est mirifice testatus.Postremo,haud oscitãter fœlicitatẽ hãc no-

ſtrá perpēdemus,qui iã regnãtis in carne noſtra Chriſti, & cognitione ſolida, & reuelata opu-
lētiſſime ſumus donati,quã tantopere optatã,Reges,Prophetæ,& iuſti illi veteres non accepe-
runt:ne in vacuum tantam gratiam accepiſſe videamur. His pie conſideratis & perpenſis, ſa-
tis magno cum fructu præſentem genealogiam legerimus: etiamſi deficiétibus nos veterum
monumentis,nequeamus de ſingulis certam afferre rationem,præſertim de iis à quibus co-
gnitio Chriſti non pendet.

Qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit 25
F Naum,qui fuit Eſli,qui fuit Nagge,
Qui fuit Maath, qui fuit Matthathiæ,qui fuit 26
mei,qui fuit Ioſeph,qui fuit Iuda,
Qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſa,'qui fuit Zo- 27
robabel,'qui fuit Salathiel,qui fuit Neri,
Qui fuit Melchi,qui fuit Addi,qui fuit Coſam, 28
qui fuit Elmadam,qui fuit Er,
Qui fuit Ioſe, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorá,qui 29
fuit Matthat,qui fuit Leui,
Qui fuit Simeon,qui fuit Iuda,qui fuit Ioſeph, 30
qui fuit Ionan , qui fuit Eliacim,
Qui fuit Melea,qui fuit Mænan,qui fuit Mat- 31
G tatha, qui fuit Nathan,'qui fuit Dauid,
Qui fuit Ieſſe,qui fuit Obed,qui fuit Booz,qui 32
fuit Salmon,qui fuit Naaſſon,
Qui fuit Aminadab,qui fuit Aram,qui fuit Eſ- 33
rom,qui fuit Phares,qui fuit Iudæ,
Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, 34
'qui fuit Tharæ,qui fuit Nachor,
Qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Pha- 35
leg,qui fuit Heber,qui fuit Sale,
Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit 36
Sem,qui fuit Noe,'qui fuit Lamech.
Qui fuit Mathuſala, qui fuit Henoch, qui fuit 37
Iared,qui fuit Malaleel,qui fuit Cainan,
Qui fuit Henos,qui fuit Seth,'qui fuit Adam, 38

Qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos , q fuit Nahũ, q fuit Heſli, qui fuit Nagge,
Qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ,qui fuit Semei, q fuit Ioſeph, qui fuit Iuda,
Qui fuit Iohāna,qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
Qui fuit Melchi,qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,
Qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim , qui fuit Matthat, qui fuit Leui,
Qui fuit Simeon,qui fuit Iuda , qui fuit Ioſeph , qui fuit Iona, qui fuit Eliacim,
Qui fuit Melcha, qui fuit Mēna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathá,qui fuit Dauid,
Qui fuit Ieſſe,qui fuit Obed,qui fuit Booz, qui fuit Salmō, qui fuit Nahaſſon,
Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares,qui fuit Iudæ,
Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare,qui fuit Nachor
Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau,qui fuit Phaleg,qui fuit Heber,qui fuit Sale,
Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad,qui fuit Sem,qui fuit Noe, qui fuit Lamech,
Qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch,qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
Qui fuit Henos, qui fuit Seth , qui fuit Adam, qui

ANNOT.

27 Qui fuit Salathiel,] Ab hoc verſu vſque ad finem 31 verſus, recenſet Patres XXI, à captiuitate Babylonica,in qua fuit Salathiel,ad Dauidem vſque, cuius filius fuit Nathan frater Salomonis.De his vide Matthæi primum caput.

31 Qui fuit Dauid,] Numerat ordine XIIII Patres à Dauide ad Abraham vſque.

34 Qui fuit Thare,] Decē numerantur generationes ab Abraham vſque ad diluuium,ſiue Noe:decem item à diluuio vſque ad Adam. Ergo quòd Cainan in hoc catalogo proxime ſequitur Sale,ex LXX interpretũ verſione videtur irrepſiſſe. neque enim veriſimile eſt Lucam poſuiſſe quod in Hebraica veritate nō habetur.Si enim Moſen inſpicias, Arphaxad non Cainan genuit,ſed Sale.De his vide vndecimum caput Geneſeos.

36 Qui fuit Lamech.] Cōiungit ſuperioribus Patribus Patriarchas adhuc nouē,vt in tota genealogia numerētur Patres LXXIII.inter quos ſi nō numeres Cainan,habes LXXII.

38 Qui fuit Adam,] Tandem genealogiæ ſeriem ducit vſque ad Adam, vt intelligamus

ad Adam quoque pertinuisse redemptionem,non ad Abrahã tantum,cui facta fuerat amplior promissio: ipsique Adæ Christum non minus fuisse promissum quàm cæteris.erat enim promissum mulieri quòd semen eius vinceret serpentem.

fuit Dei. CAP. IIII.

Iesus autem plenus Spiritu sancto,regressus est à Iordane : & agebatur in Spiritu in deserto

Diebus quadraginta , & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis,postea esuriit.

Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.

Et respondit ad illum Iesus, Scriptum est, Quia non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo Dei.

Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis:

Et ait illi, Tibi dabo potestatem hãc vniuersam, & gloriã illorũ: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa.

Tu ergo si adoraueris coram me,erunt tua omnia.

Et respondens Iesus dixit illi, Abi post me satana: scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Et duxit illũ in Ierusalẽ,

qui fuit Dei. CAP. IIII.

1 Iesus autem 'plenus Spiritu sancto,regressus est Har.1.17.
à Iordane,& actus est per Spiritũ in desertum, Matth.4.a.1. marc.1.b.12.
2 'Ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo.
Nihílque comedit in diebus illis: & consummatis illis,deinde esuriit.
3 Dixit autem illi diabolus, Si filius es Dei, dic lapidi huic vt panis fiat.
4 Et respondit ad illum Iesus,dicens, Scriptũ est,
‖Nõ pane solo 'viuet homo,sed omni verbo Dei. Deut.8.a.3. matth.4.a.4.
5 Et subduxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ 'in puncto temporis:
6 Et ait illi diabolus, Tibi dabo potestatem hãc vniuersam,& gloriam illorum:quia mihi tradita sunt,& cuicunque volo,do illam.
7 Tu ergo 'si adoraueris prouolutus coram me, B
erunt tua omnia.
8 Et respondens Iesus dixit illi,'Abi post me satana : scriptum est enim,‖Adorabis Dominum Deut.6.c.16. & 10.d.20.
Deum tuum,& illum solum coles.
9 Et duxit illum Hierosolymã, statuítque eum

ANNOT.

1 Plenus Spiritu sancto,] Christus semper fuit plenus omnibus donis Spiritus sancti: verùm dona illa non reuelata fuerũt in eo iam inde à puero vsque ad hoc tempus,vt aliquid publice pro officio Messiæ gereret. Nunc verò in baptismo,tanto Spiritus feruore accẽsus fuit, vt nihil aliud cogitaret ac spiraret,nihil aliud meditaretur ac conaretur,quàm vt officiũ Messiæ publice inchoaret,ac prædicaret.Propterea recte dicitur, Plenus Spiritu sancto à Iordane reuersus. Sed idem ille Spiritus sanctus qui mouebat eum ad capessendum & inchoandum officium Messiæ, adegit & expulit eum prius in desertum, vt illic variis modis à satana tentaretur. De quo vide Matth.4.a.1.

4 Viuet homo] Consentiũt Græcis codicibus Latina exemplaria scripta veteris interpretis,quæ legunt Viuet homo,futuro tempore.

5 In puncto temporis:] Hac prouerbiali figura breuissimũ tempus indicant Græci.Sumptum est autem à puncto Mathematico.Hoc videtur satis ostendere,hæc omnia per visionem quandam, non corporali transuectione & ostensione esse gesta. Quomodo enim humanitus videre potuisset omnia regna orbis, & gloriam eorum in momento? De hoc dictum est amplius in Matthæo.

7 Si adoraueris] Corrupte quædam exemplaria veteris interpretis legũt,Si procidens adoraueris: quũ scripta vetustissima cum Græcis conueniant. Qui autem addidit procidens, rem fecit explanatiorẽ. Nam vox Græca [illegible] adorare significat,sed gestu corporis. Verbum vel à moto galero Græcis dictum,vel ab osculando.

8 Abi post me satana.] In omnibus nostris exemplaribus Græcis legebantur hæc verba, præterquam in tribus. In Latinis etiam aliquot scriptis vetustioribus similiter leguntur.

super pinnam templi: & dixit illi, Si filius Dei es,
mitte teipsum hinc deorsum:
Psal.91.c.11. Scriptum est enim, quòd angelis suis manda- 10
bit de te, vt seruent te:
Et in manibus tollent te, ne offendas ad lapi- 11
dem pedem tuum.
Deut.6.c.16. 'Et respondens Iesus ait illi, Dictum est, Non 12
tentabis Dominum Deum tuum.
'Et consummata omni tentatione, diabolus re- 13
cessit ab illo 'vsque ad tempus.
Har.1.18. Et reuersus est Iesus 'virtute Spiritus in Gali- 14
Har.1.20 læā: & fama exiit per vniuersam regionē de illo.
C 'Et ipse docebat in synagogis eorum, & glo- 15

& statuit eum super pinnam templi: & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsū:
Scriptum est enim, quòd angelis suis mandauit de te, vt conseruent te:
Et quia in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Et respondens Iesus dixit illi, Dictum est, Non tentabis Dominū Deum tuum.
Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.
Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæā: & fama exiit per vniuersam regionem de illo.
Et ipse docebat in synago

ANNOT.

13 Et consummata omni tent.] Nimirum non ea solum qua quadraginta diebus, verumetiam ea qua post quadraginta dies tentatus est. Vsque ad tempus.] Ita verbo Domini innitenti ne tibi quidem poterit prænalere satan, tādémque cedet, sed ad tempus. dum enim in mūdo sumus, vbi satā princeps est, tētationibus eius sumus obnoxii. Verùm nō deerit interim sua consolatione Deus totius consolationis, dabítque subinde, submotis dæmonibus, angelos qui nos erigant, vt Matthæus de Christo scribit in fine huius tentationis. Nota autem diabolum nō fecisse finem tentandi Christū, donec exhaustus fuit omni facultate, & omnibus armis spoliatus: vt pertinax bellator non desinit hostē suū lacessere, donec fuerit in totū prostratus. Christi igitur exēplo nos paratos esse oportet ad sustinēdas varias tentationes. Nō satis fuerit ipsum propulsasse, nisi vincamus. Videmus verò satanæ non tantū licere, quātum vellet, quum dicat noster, Consummata omni tentatione. Affectus, satanæ nūquam desunt: verùm Dominus eum alligatum retinet ne possit exercere suas technas vt cuperet. Dein promissionem habemus, Non patietur vos tentari supra id quod potestis, 1. Corinth.10.c.13. Nō discessit satan vt Christus absque molestia reliquū vitæ suæ tempus degeret. Si igitur nos ita tentationibus infestari cōtigerit, ne putemus statim finē factū iri, sed nos ad nouos congressus præparemus.

14 Virtute Spiritus] Quum Lucas dicit Christū virtute Spiritus regressum fuisse in Galilæam, ad superiora respexit: nam voluit exprimere Christū ex iis certaminibus euasisse victorem, non virtute humana, sed Spiritus sancti. Non quòd Christus, quatenus Deus, opus habuerit gratia Spiritus sancti, aut oportuerit eum aliunde iuuari: verùm quum fuerit tentatus quatenus homo, humanam naturam oportuit Spiritus sancti gratia confirmari, vt victrix euaderet. Quod profectò ad piorum consolationem dicitur. nam vt Christus superior fuit, adiutus Spiritus gratia: ita victores erimus eiusdem Spiritus virtute. Obseruandum autem, nō tantum fructus, neque tantā consolationem ad nos peruenturā fuisse, si simpliciter victoriam recitasset, & nō victoriæ rationem & modū, qui idem nobis proponitur. Quod Paulus satis ostendit, Rom.8.b.11, dicens, Quòd si Spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Iesum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter ipsius Spiritum inhabitantem in vobis. Si dixisset Christū suscitasse seipsum, verum dixisset: sed fideles non tantū consolationis habuissent. Posset quidem accipi, venisse per virtutē Spiritus: vt sciamus Deum gressus nostros dirigere. verùm prior sensus doctioribus magis placet. Quidā in eundem locum scribunt, Iesum eo Spiritu quo profectus est in desertum vt tentaretur à diabolo, eodem authore proficisci nunc è deserto in Galilæam ad capessendum & inchoandum ministerium Euangelii. Atque id nobis ideo inculcari vt admoneamur nequid sine vocatione Dei & authoritate Spiritus sancti aggrediamur.

15 Et ipse docebat] Quidam volunt ET pro Nam hoc loco poni, more Hebræorum, vt reddat causam cur fama Iesu tam gloriosa fuerit: nēpe quòd in synagogis vbique doceret. Docuisse in synagogis dicit: quoties autē, neque dicit, neque definiri potest. Colligi tamen potest, sæpius eum docuisse, ita vt famam acquireret.

gis eorum,& magnificabatur ab omnibus.
Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secũdum consuetudinẽ suam die sabbathi in synagogã, & surrexit legere.
Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat,
Spirit⁹ Domini super me, propter quod vnxit me:

rificabatur ab omnibus.
16 ‖'Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & 'intra- Har.1.26
uit secundũ consuetudinẽ suam die sabbatorum Matt.13.g.54 marc.6.a.1
in synagogam:'& surrexit vt legeret. iohan.4.f.43.
17 'Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt
explicuit librum, 'inuenit locum vbi scriptũ erat,
18 ‖'Spiritus Domini super me, 'propterea quòd Esa.61 a.1.

ANNOT.

16 Et venit Nazareth,] Vide Matth.13 g.54. Verisimile est Christum non vno loco semper stetisse: volebat enim paulatim agnosci à mundo: tandem venit Nazareth. Intrauit secundum consuet. suam die sabbat.] Hinc videmus Iudæorum consuetudinem, qui die sabbathi non desidebãt otiosi, sed ad Scripturæ lectionẽ conueniebãt. Idem legitur Act.15.d.21, Moses ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicẽt in synagogis, vbi per omne sabbathũ legitur. Diem illum ordinauerat Deus, vt ipsius opera recognoscerent, & meditarentur homines. Operum autem eius meditatio melius peti non potest, quàm ex eius doctrina: ad quam audiendam vt congregaretur populus, sabbathi dies institutus fuit. Quum igitur Dei voluntate ordinatum sit vt eius doctrinam audiamus, nos Christi exemplo assuefacere oportet vt sacros cœtus frequentemus, & politiam bene institutam seruemus. Et surrexit vt legeret.] Aliquem fuisse ordinem oportuit, vt omnia decenter ac ordine fierent, vt ait Paulus, 1.Corin.14.g.40. Si enim cuique legere permissum fuisset, cõfusionem sequi oportebat. Propterea seruatum fuisse ordinem videmus: nec dubium est quin is qui legere volebat, audientiam sibi dari postularet. Quòd Christus surgit ad legẽdum, ex more vsitato factum est, in signum reuerentiæ, illud dans Scripturæ maiestati. Sic religionem nostram hominibus testari debemus. Quanquam & hoc factum fuisse dici possit, vt omnes perciperent lectionem: vt & suggestum non tãtum honoris gratia in alto loco cõstituitur, sed vt etiam verbum exaudiatur. Melius tamen vt accipiatur fuisse signum reuerentiæ.

17 Et traditus est illi] Nempe à Ministro. nã paulo pòst versu 20 dicitur, Et complicato libro, reddidit ministro. Inuenit locum] Non debemus existimare, Christum temere in istum Esaiæ locum incidisse: quem proculdubio selegit. Volebat enim apposite de suo officio disserere. Fuit igitur summa disputationis.

18 Spiritus Do.sup.me,] Hæc adducta sunt iuxta L X X interpretũ versionẽ. nã Hebraice paulo aliter legũtur in Esaia, cap.61.a.1. Significãt antẽ hæc verba Spiritũ sanctũ residere super se. Hoc verò habet emphasim: nã & in nobis residet: sed hæc super Christũ residentia plenitudinem gratiæ repositam esse in eo significat. nam Spiritus sanctus nõ est ei datus ad mensuram, Iohan.3.d.34. Propterea quòd vnxit me,] Hoc vice expositionis additum est: nam quod prius dixerat, fuisset obscurius: nũc longe clarius est, quòd se publico munere fungi declarat, ne tanquam priuatus quispiam censeatur. Hæc vnctio, figura fuit Spiritus sancti, & est metaphora in hoc verbo: nam vt oleum suas habet facultates erga corpus, ita Spiritus sanctus quodammodo præstat vnctionẽ in anima. Sumus participes huius vnctionis: nã Deus consecrauit nos in populũ suum: vnde dicit, Nolite tangere christos meos, Psal. 105.b.15. Sed non est eadem mensura. nã Deus distribuit nobis singulis pro cuiusque modulo: at Christus plenè vnctus fuit: è cuius plenitudine nos omnes accepimus. Vngimur, vt simus participes regni, sacerdotii, & muneris Prophetici Christi: interea tamẽ solus Christus vnctus est rex, sacerdos, & propheta. Vnctio nostra manat à capite Aaronis in omnes partes corporis. Animaduerte autẽ, quoties Scriptura Spiritus Dei mẽtionem facit, eúmque in nobis habitare dicit, ne quippiam inane aut vacuum, sed virtutem eius & efficaciam consideres. Itaque postquam Propheta de Spiritu Dei loquutus est, vnctionẽ subiũgit, qua virtutes Spiritus significãtur. Diligenter sanè obseruandus locus. nemo enim docẽdi ius aut potestatem sumere potest in Ecclesia Dei, nisi ostendat se Dei Spiritu ad id fuisse excitatũ. Missum autem esse à Deo iudicabimus ab vnctione, nempe si iis donis præditus sit quæ ad eam functionẽ requirũtur. Si institutus à Domino, polleat gratiis Spiritus, is verè Spiritũ habet. quòd si magistrũ profiteri velit, nec quicquam habeat doctrinæ, pro impostore habeatur.

vnxit me: 'ad euangelizandum pauperibus misit me, 'vt sanem cõtritos corde, 'vt prædicem captiuis remissionem, '& cæcis visum, 'vt emittam cõfractos per remissionem,

euãgelizare pauperib⁹ misit me, sanare cõtritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem,

'Vt prædicem annum Domini acceptum.

19 Prædicare annũ Domini acceptũ, & diẽ retributionis

ANNOT.

Ad euangel. pauperibus misit me,] Narrat finem & fructum vnctionis suæ. Id impletum ipse indicat Matth. 11. a. 5, dicẽs, Pauperes euangelizãtur. quo loco istud exponitur. Vt sanem contr. cord.] Contriti corde sunt qui peccata sua sentiunt. peccata enim cõterunt corda: nam ea adducunt secum iram Dei, timorem omnium periculorũ, timorem mortis & inferni. Medetur autem his Christus, quum expiat peccata, & placat Patrem in cælis. Propterea dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos, Matth. 11. d. 28. Vt præd. capt. remiss.] Nõ loquitur hic Christus de ciuilibus mãcipiis, aut externa manumissione, sed de spirituali manumissione qua liberamur à seruitute satanæ. Nos enim omnes sumus natura captiua satanæ mancipia, & habet in nos satan pro iure dominorum, potestatẽ vitæ, necisque. Postquã enim Adam peccauit, nos omnes posteri Adæ, venũdati sumus sub peccatũ, vt Paulus ait, Rom. 7. c. 14: & propter peccatũ traditi sumus in potestatem satanæ. Venit igitur Christus vt prædicet libertatem & manumissionẽ à satana, & restituat nos pristino nostro Domino, qui est Deus pater cælestis. Prædicat autẽ libertatem, quũ per nomen suũ prædicat remissionem peccatorũ: videlicet quòd ipse satisfaciat pro peccatis, ac persoluat debita nostra. Proinde, qui adhibet huic prædicationi fidem, is consequuta propter Christum remissione peccatorum, consequitur etiam manumissionem à satana, & restituitur pristinæ libertati coram Deo. Obserua autem, quum audimus hic captiuos liberari à Christo, consequi, nos omnes esse captiuos antequam liberemur à Christo. Et cæcis visum,] Per cæcitatem sæpe intelligitur extremus & deploratissimus status. Quum Christus sit lux mundi, vbi nõ lucet super nos, quid reliquum habemus præter tenebras? Is est Oriens ex alto, vt illucesceret iis qui in tenebris & vmbra mortis sedent, vt dictũ est suprà cap. 1. g. 78. Cæcos vocat sedentes in tenebris, & in regione & vmbra mortis, quibus lux orta est: de quibus dictum est Matth. 4. e. 16. Vt emittã conf. per remiss.] Id est grauatos peccatis liberẽ, & donem peccatorũ remissione. Confracti sunt qui in peccatis iacent, & cum illis luctantur, nec tamen possunt vincere peccata. His omnibus loquendi formis vnum significat Propheta, Christũ scilicet venisse in mundum cum hoc mãdato, vt miseris hominibus subueniret. Miseriam significat pluribus modis: debemus tamen locutiones istas obseruare: vt agnoscamus in qua miseria sint homines, quũ Christus succurrat ipsis. Notãdum præterea, tum demum nos esse gratiæ Christi capaces, quũ nos ea indigere sentimus. Redemptorem quidem vnum habemus omnes: sed redemptionis participes esse non possumus nisi captiuitatem nostram sentiamus. nam ita Christum excludimus. Idem de aliis miseriis sentiendũ. In summa, non tantum de malis ipsis loquitur Propheta, sed etiam de malorum sensu: vt Matth. 11. d. 28, dicitur, Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Laborare oportet & gemere.

19 Vt prædicem annum Do. accep.] Alludit Propheta ad annum redemptionis iubileum, de quo Leui. 25. a. 8. in quo potissimum duo obseruata fuerunt: alterum quòd eo anno omnes serui fiebant liberi: alterum, quòd possessiones agrorum diuenditæ, pristino suo domino aut hæredibus eius restituebantur. Hæc fuit ciuilis lex, regioni Chanaan commodissima & politiæ Iudæorum necessaria. In eo anno semel finiebantur omnes lites, iurgia, debita, acta, pacta, iura, sigilla, & literæ: vt is annus publica fuerit omnium ciuilium cõtrouersiarum compositio & pacificatio. Cæterum, quòd ad externam iubilei obseruationem iuxta legem Mosis attinet, nihil ad nos iubileus: sed tantum res ipsa per iubileum significata. Hic enim iubileus incepit ab eo tempore quo Christus inchoauit prædicationem Euangelii sui, & durat nõ vno anno, sed perpetuis temporibus. ait enim, Dominus misit me vt prædicem, hoc est buccina Euãgelii annuntiem annũ Domini acceptum, seu iubileum. Etenim si nosipsos excutiamus, reperiemus nos propter peccatum factos esse seruos & mancipia satanæ, ac vendidisse & amisisse vnius pomi esu possessionem paradisi, & hæreditatem omnium cælestium bonorum. Nunc autem venit Christus, & satisfecit pro peccatis nostris, & redemit nos à potestate satanæ, ac restituit nos pristinæ nostræ possessioni paradisi, & hæreditati cælestium bonorum: adeóque hæc

omnia prædicatione Euangelii sui palàm diuulgat. Quare à tempore prædicationis Euangelii cœpit verus ille, & omnibus miseris peccatoribus gratissimus iubileus, qui vsque ad cõsummationem seculi durabit. Quum ACCEPTVM dicit, significat tempus adesse quo gratuitus Dei fauor, & benigna erga nos voluntas annuntiatur. Alibi Propheta, cap. 49. b. 8, dicit, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. quod citatur à Paulo, 2. Corin. 6. a. 2, In tempore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis.

Et quũ plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit: & omniũ in synagoga oculi erãt intendentes in eum.

20 Et complicato libro reddidit ministro, ac resedit: '& omnium in synagoga oculi erant defixi in eum.

Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

21 Cœpit autem dicere ad illos, 'Hodie impleta D
est hæc scriptura 'in auribus vestris.

Et omnes testimonium illi dabãt, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebãt de ore ipsius: & dicebant, Nónne hic est fili⁹ Ioseph?

22 'Et omnes testimoniũ illi dabãt, & mirabãtur 'super gratia sermonũ qui procedebant ex ore ipsius, dicebántque, 'Nónne hic est filius Ioseph?

Et ait illis, Vtique dicetis

23 Et ait illis, 'Omnino dicetis mihi hanc simili-

ANNOT.

20 Et omnium in synag. oc.] Hic est effectus doctrinæ Christi potenter operantis in suorum auditorum conscientiis. Commẽdatur igitur doctrina Christi à sua potẽtia & efficacia.

21 Hodie impleta est, &c.] Pergit Christus pro sua elementia vaticinium Esaiæ interpretari, & ad se accommodare, vt auditores conuertat. Non enim tantum hæc verba Prophetiæ quæ narrat Lucas, pronuntiauit, sed omnia membra explicauit ad se pertinere, ita vt omnes cogerentur mirari. Nam quomodo alioqui in verbis tam obscuris Prophetæ, omnes tam cito de ipso intellexissent, vt testimonium tantum darent? In auribus vestris.] Id est, vobis audientibus. q.d. iam vos audistis hæc omnia in Capernaum per me esse designata. Nam versu 23 dicitur illorum verbis, Quæcunque audiuimus facta in Capernaum, fac, &c. Quidam volunt his verbis notari eos qui corde credituri essent.

22 Et omnes test. il. dabant,] Audita explicatione Prophetiæ sequuta est admiratio, quæ sensus animi est: testimoniũ verò, est externa professio. Admiratio impulit eos ad confessionem. His ostendit non per simulationem eos dixisse, sed ex animo. Tantam nãque verbo suo authoritatem dederat Deus, vt non possent non admirari. Super gratia serm.] Græce, in verbis gratiæ. Hebraismus, pro, de sermonibus plenis gratia. Nónne hic est, &c.] Tametsi fuerint admirati sermones Christi, plenos gratia, nũc tamen quærentes occasionem extenuandi Christi, nequid præclarum de illo conciperent, hanc tam contemptibilem vocem proferũt, Nónne hic est filius Ioseph? Sic & apud Marcũ, cap. 6. a. 3, Nónne hic est faber ille, filius Mariæ, &c. Et Matt. 13. g. 55, Nónne hic est ille fabri filius? Ea est humani ingenii prauitas, vt nostra ingratitudine Deum impediamus, ne oblatã lucem admittamus. malitia nostra cæcitati cõiuncta impedit, sumúsque nobisipsis obstaculo, & velum semper opponimus. Patebat illis coràm virtus Domini: tamen quantũ possunt, resistunt: eam cogitationem abrumpũt. Sanè diligenter considerandum vitium hoc quod in præsenti exemplo notatur: nempe quòd minoris faciebant Christum, propterea quòd ambitiosè æstimabant quicquid habebat. Talis est sensus carnis, & vitium, quæ externum splendorem amat qui oculis nostris obiicitur, & pompam externam: quum Dei opera talem splendorem non habeant qui primo aspectu oculis nostris obiiciatur. Istud proculdubio Iudæis obstitit quominus in doctrina Christi proficerent. Cauendum igitur nobis ab externa pompæ & apparatus affectatione, ne humilis operum Dei species nos offendat.

23 Omnino dicetis mihi,] q.d. Quãdo nunc offensi estis vilitate meæ personæ, video vos dicturos, &c. Christus præuenit suis verbis cogitationes Nazareorum, quas tamen certè prodidissent etiam verbis, nisi præuenti fuissent à Christo. Nam homines vilitate personæ offensi, non possunt nõ & de doctrina & de officiis Christi addubitare, simúlque externa petere in confirmationem tum doctrinæ, tum officiorum. Vide autem vt cõtingat illis qui vilitate personarum offendũtur. Primùm auribus tantum, verbum audiunt: postea de illo etiam ore tan-

tum testantur. Tertio gratiam verborum ,quæ personæ ipsæ loquuntur,mirātur tantū. Quarto offenduntur prorsus personis:quibus contemptis,contemnunt & doctrinam & officia.

tudinē,'Medice,cura teipsum: 'quæcunque audi-
uimus facta in Capernaū,fac & hîc in patria tua.
Iohā.4.f.44. Ait autem,Amen dico vobis, ‖'Nemo Prophe 24
ta acceptus est in patria sua.
1.Re.17.h.9. iaco.5.d.17. 'Sed in veritate dico vobis: ‖multæ viduæ erāt 25
in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cæ-
lum annis tribus & mensibus sex, quum facta es-
set fames magna per omnem terram:
E Et ad nullam illarū missus est Elias: nisi in Sa- 26
reptha Sidonis,ad mulierem viduam.
2.Reg.5.d.14 ‖Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo pro- 27

mihi hāc similitudinē, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaū,fac & hîc in patria tua.
Ait autem, Amē dico vobis, Quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.
In veritate dico vobis: multæ viduæ erāt in diebus Eliæ in Israel, quādo clausum est cælum annis tribus & mensibus sex,quum facta esset fames magna in omni terra:
Et ad nullam illarū missus est Elias : nisi in Sareptha Sidoniæ, ad mulierē viduā.
Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo prophe-

ANNOT.

Medice,cura teipsum.] q.d.Ad medicum,qui quū vlceribus scateat,aliis se mederi profitetur,vulgo dici solet,Medice,cura teipsum. cur non idem dictum tibi obiiceremus? Si enim tu ille es qui sanat contritos corde,qui omnes ab infœlicitate sua liberat,& reddit eos fœlices: cur non maxime omnium idem præstas ciuibus & cognatis tuis? Exprobrare Christo hæc,erat ex offendiculo personæ vilis,contemnere & doctrinam & officia Christi. Quæcunque aud.] Contemptum doctrinæ & officii sequitur miraculorum petitio, quibus cōfirmetur doctrina & officium. Magna est impietas, non esse contentum simplici verbo, sed præter illud,signa atque miracula petere in confirmationem doctrinæ. His & præcedentibus verbis satis indicauit Dominus hunc ordinem dilectionis,naturæ esse inditum,vt quisque suorum primam curā habeat. Quare, qui id temere negligat, eum scribit Paulus esse infideli deteriorem, Timoth.5.b.8.1. Nam etiam qui fide carent,natura duce suis prospiciunt:sibique factum putāt quod illis benefecerint. Sed aliud est corporis necessaria ministrare, aliud miracula Dei. Quanquam & in omni beneficentia,in primis spectanda est Dei voluntas: qui quidem dum aliud nō iusserit, est vt quisque in primis curet carne proximos: dum autem Deus aliud præcipit, iam à naturali illo ordine recedere oportet. Id obseruauit illa mulier de qua hic Seruator meminit,dum iussa ab Elia,ipsi Eliæ prius quàm filio,cibum parauit,1.Reg.15.b.13.Porrò vt in beneficiis illis vulgaribus,dum abest mandatum peculiare, corporum cognatio non indigne consideratur:ita consideranda est & spiritualis,dum dispensanda sunt spiritualia.

24 Nemo Proph.acceptus.] Christus respōdens, cur vrbi suæ prætulerit alias, causam in eos retorquet:acsi dicat,Non hîc vtor meo arbitratu: vobis causa potius imputanda est:negligor à vobis,mihíque accidit quod vulgo dicitur,Non est Propheta,&c. Qua quidem communi, & experientia probata sententia, ostendit personas propter notitiam facile venire in contemptum:contemptísque personis, sequi & contemptū doctrinæ & officii.Hanc sententiam sic extulit Matthæus, cap.13.g.57,Non est Propheta sine honore nisi in patria sua,& in domo sua.sic & Marcus, cap.6.a.4. Non hoc propterea dicit Christus, quòd fuerit ambitiosus, vt à ciuibus suis honoraretur externo illo honore & ciuili:sed eum honorem requisiuit quem ratio ministerii sui postulabat,nimirum vt adhiberent Euangelio suo fidem.

25 Sed in veritate,&c.] Non est otiosa cōiunctio Sed:aduersatur enim hæc pars superiori quæ de contemptu meminit.Atque ita concinnandus ordo, Contemnitis me quòd præsto sim,verùm non omnibus datum est habere talem qualis ego sum. Cōfirmat autem exemplis, nullum Prophetam acceptum esse in patria sua. Elias enim Propheta apud suos contemptus, missus est ad mulierem viduam in Sareptha Sidoniæ vrbe, vbi acceptissimus fuit. Et Elisæus propheta fuit inter Israelitas contemptus, quem ex Israel pro emūdatione lepræ nemo accessit. Naaman verò Syrus ad eum profectus est,vt à lepra curaretur.Hæc etiam subiunxit vt ostenderet sibi respiciendum esse quæ esset Patris voluntas:significarétque, nihil se tentare arbitrio suo, sed obsequi voluntati Patris sui.Cur enim Elias ad viduam alienigenam missus est nisi quia Deo ita placuit?Cur item aliis leprosis non idem obtigit quod Naaman alienigenæ nisi quòd non erat iniunctum Elisæo à Domino?

ta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naamau Syrus.

Et repleti suntomnes in synagoga ira, hæc audiẽtes.

Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & deduxerunt illum vsque ad supercilium montis (super quem ciuitas illorum erat ædificata,) vt præcipitarent eum.

Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

Et descendit in Capharnaum ciuitatẽ Galilææ: ibique docebat illos sabbathis.

Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius.

Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum: & exclamauit voce magna,

Dicens, Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio te qui sis, Sanctus Dei.

Et increpauit illũ Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et quũ proiecisset illũ dæmoniũ in mediũ, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

Et fact' est pauor in omnibus: & colloquebãtur ad inuicem, dicentes, Quid est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immun-

pheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naa-
man Syrus.
28 'Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc au-
dientes.
29 Et insurrexerunt, eiecerũntque illum è ciuita-
te, & duxerunt illum vsque ad supercilium mon-
tis, (super quem ciuitas illorum erat ædificata,)
vt præcipitarent eum.
30 'Ipse autem trãsiens per medium illorum, ibat.
31 ‖'Et descendit Capernaum ciuitatem Galilææ, Har.1.36.
‖'ibique docebat illos sabbatis. Har.1.37
32 ‖'Et stupebant super doctrina eius: quia cum po Matth 4.b.13 marc.1.c.21.
testate coniunctus erat sermo ipsius. Matt. 7.d.29. marc.1.c.22.
33 ‖Et in synagoga erat homo habens spiritum Marc.1.c.23.
dæmonis immundi: & exclamauit voce magna, F
34 Dicens, Eia, quid tibi nobiscum est Iesu Naza-
rene? venisti ad perdendũ nos? Scio te qui sis, San
ctus ille Dei.
35 Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce,
& exi ab eo. Et quum proiecisset illũ dæmonium
in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit.
36 Et factus est pauor super omnes: & colloque-
bantur inter sese, dicẽtes, Quis sermo hic est, quia
cum authoritate ac potestate imperat immundis

ANNOT.

28 Et repleti sunt, &c.] Grauiter offensi sunt tali obiurgatione: nam sentiebant se ad viuum pungi, quòd illos similes diceret maioribus eorũ, qui tempore Eliæ & Elisæi insigni impietate, Deo & viris illis sanctis aduersati fuerant, eóque indignos sese fecerant ne illi virtutes beneficas multas apud eos facere possent. quod etiam intellexerunt. quasi dicerent, Dicis nos quodammodo reprobari à Deo, & te ministro indignos. Hinc autem admonemur quantam vim habeant obiurgationes quæ à spiritu Dei proficiscuntur: vt impellãt quodammodo in furorem reprobos. statim nanque excandescunt quum in eos verbum aliquod dicitur. Itaque non est quod miremur, quum hodie impii irritati prædicatione Euangelii, blasphemias euomunt, parati ad ministros interficiendos. nihil enim noui aut inauditi admittunt.

30 Ipse autẽ transiens, &c.] Ereptus est Patris voluntate ex faucibus luporum. Hinc docemur, etiamsi cõspirent omnes impii aduersum nos, etiamsi videantur cõpotes voti sui, nihilominus nos esse in custodia Dei, cuius potentia semper præualebit: inuitis impiis hoc faciet, vteũque fremant ipsi. Deus autem nõ semper aperte id facit ob varias rationes: acquiescamus tamen in eius prouidentia, contenti ea certitudine. Quòd si patiatur nos perire, vt alios multos permisit, sciamus nostrã horam venisse, & potius nos eripi ex hac miseria, quàm violẽter trahi ex hoc mundo.

31 Et descendit Capern.] Vide Matth. 4.b.13, & 8.a.5. Ibique docebat] Quid docuerit, vide Matth. 4.e.17.

32 Et stupebant] Eadem scribuntur & Matthæi 7.d.28.29. & Marci 1.e.21.22.

33 Et in synagoga erat homo] Idipsum vsque ad 38 versum, scribit Marcus, cap. 1.e.23. Vide illic annotationem.

spiritibus, & exeunt?
Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum 37
vndique finitimæ regionis.
Matt.8.b.14. marc.1.c.29. |'Quũ surrexisset autem Iesus de synagoga, in- 38
troiuit in domũ Simonis: socrus autẽ Simonis te-
nebatur febri magna: & rogauerunt illũ pro ea.
G Et astans supra illã, increpauit febrim: & febris 39
dimisit illam. Statímque surgẽs, ministrabat illis.
Quum autem sol occideret, omnes qui habe- 40
bãt infirmos morbis variis, ducebãt illos ad eum:
at ille singulis manus imponens, sanabat eos.
Marc.1.d.34. |'Exibant autem & dæmonia à multis, cla- 41
mantia ac dicentia, Tu es Christus ille filius Dei.
Et increpans, non sinebat ea loqui quòd sciebant
ipsum esse Christum.
Har.1.38. marc.1.d.35. |Facto autem die, egressus ibat in desertum lo- 42
cum: & turbæ quærebant eum, & venerũt vsque
ad ipsum: & detinebant illũ ne discederet ab eis.
Quibus ille ait, Et aliis ciuitatibus oportet me 43
euangelizare regnũ Dei: nam in hoc missus sum.
Et prædicabat in synagogis Galilææ. 44

CAP. V.

Matth.4.c.18 marc.1.b.16. FActum est autem quum turba 'immineret ei 1
vt audiret verbũ Dei, & ipse stabat 'iuxta sta-
gnum Genesareth.
Et vidit duas naues stantes ad stagnum: pisca- 2
tores autẽ descenderant ex illis, '& abluebãt retia.

dis spiritibus, & exeunt?
37 Et diuulgabatur fama de illo in omnẽ locũ regionis.
38 Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerũt illum pro ea.
39 Et stans super illam, imperauit febri: & dimisit illam. Et continuò surgens, ministrabat illis.
40 Quũ autem sol occidisset, omnes q habebãt infirmos variis lãguoribus, ducebãt illos ad eum: at ille singulis man⁹ imponẽs, curabat eos.
41 Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei Et increpãs, non sinebat ea loqui quia sciebãt ipsum esse Christum.
42 Facta autem die, egressus ibat in desertũ locum: & turbæ requirebãt eum, & venerũt vsq; ad ipsum: & detinebãt illũ ne discederet ab eis
43 Quib⁹ ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.
44 Et erat prædicãs in synagogis Galilææ.

CAP. V.

1 FActũ est autem quũ turbæ irruerent in eum vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.
2 Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia.

ANNOT.

38 Quum surrexisset autem] Eandem historiam vsque ad 41 versum scribit Matthæus, cap.8.b.14, & Marcus cap.1.c.29.

41 Exibant autem] Vide hæc vsque ad finem capitis, apud Marcum, cap.1.d.34.

IN CAPVT V.

1 Factum est autem] Quomodo hæc historia conueniat cum ea quam Matthæus cap.4.c.18, scribit de vocatione Petri & aliorum, dictũ est in Marco, cap.1.b.16. Lucas per hanc historiam significat quomodo Petrus & alii ad Apostolatum vocati sint. Valde autem quadrat piscium miraculum ad Apostolatum, & totum ministerium Euangelii. Nam per tot captos pisces magna Euangelii efficacia significatur à Christo, quod cum magna copia peccatores ex regno diaboli in regnum Dei abductũrũ esset. & hoc ipse Christus sic interpretatur, quando Petrum, Iacobum, Andream, & Iohannem deinceps hominum piscatores fore pronũtiat. Sed antequam Euangelista historiam exordiatur, multos Christum sequutos fuisse commemorat, vt eum cõcionantem audirent. Immineret ei] Græce, Irrueret illi, siue vrgeret eum. Hinc videmus quanto cum feruore ad audiendum verbũ Dei accedebant auditores, credentes verbum Dei esse quod prædicabat Christus. Iuxta stagnum Genesareth.] De hoc stagno vide libellum Interpretationum nominum Hebraicorum à nobis impressum.

2 Et abluebant retia.] Quasi dicat Lucas, De captura piscium prorsus desperauerant, qui nec occasionem capiendi pisces, neque profectum aliquem laboris vltrà videbant.

Ascendens autẽ in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eũ à terra reducere pusillum: & sedens docebat de nauicula turbas.

3 Ingressus autem in vnam nauiũ, quæ erat Si-
monis, 'rogauit eum vt à terra abduceret pusillũ:
'& sedens docebat de naui turbas.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem,
'Duc in altum,& laxate retia vestra in capturam.

Et respõdens Simõ, dixit illi, Præceptor, per totã noctem laborãtes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

5 Et respondens Simon, dixit illi, 'Præceptor, per
totam noctem laborantes, nihil cepimus: tamen
tuo iussu laxabo rete.

Et quũ hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum.

6 'Et quum hoc fecissent, 'concluserunt piscium
multitudinem copiosam: rumpebatur autem re- B
te eorum.

Et annuerũt sociis qui erãt in alia naui, vt venirent & adiuuarẽt eos. Et venerũt & impleuerũt ambas nauiculas, ita vt mergerentur.

7 Et annuerunt sociis qui erant in altera naui, vt
venirent, & adiuuarent ipsos. Et venerunt atque
impleuerunt ambas naues, ita vt mergerentur.

ANNOT.

3 Rogauit eum] Humanitatis & mansuetudinis exemplũ in Christo: qui quũ Filius Dei esset, & haberet in manu sua omnia, tamen non imperauit Petro, nõ vi coegit eum, nec ad abducendam nauim compulit, verùm rogauit. Et sedens docebat de naui turbas.] Quia populus tanto impetu ad Christum in litore stantem confluxerat & irruperat, vt periculum esset ne vrgente populi frequentia, è litore in lacum proturbaretur: Christus tametsi efficere potuisset vt in litore velut murus aheneus staret, nolens Patrem tentare, mediis vtitur à Patre ordinatis, naui videlicet: & de ea docet, sedens. Quid autem concionatus sit, hoc loco non explicat Lucas: sed prima Christi concio quæ est, Resipiscite, appropinquauit enim regnũ cælorum: & ea quam Christus ex Esaia habuit in sua patria, quam & Lucas suprà cõmemorauit, diligentissimè obseruandæ sunt. hæ enim sunt compendium & summa omnium concionum quas Christus habuit. Quare quum de doctrina Christi mentio fit, ad has cõciones, tanquam ad statum totius doctrinæ Christi, respiciendum est.

4 Duc in altũ,] His verbis docet quàm frustra & cassum est quicquid docetur aut præcipitur sine ipsius iussu & virtute: cõtrà vbi ipsius iussu & nomine prædicatur verbũ, innumeros reti Euangelico comprehendi. Nam Matthæus, cap. 13. f. 47, prædicationem Euangelicam capturæ piscium assimilat: quòd sicut verriculum iactum in mare, varios pisces capit, ita Euangelium prædicatum in mundo, varios adducat ad Ecclesiam Dei homines. Sed voluit Christus hoc miraculo non tam quid futurũ esset adumbrare, quàm simul animare istos ad sequendum se pauperem, & à suis paulo antè non reiectum tantum, sed etiam morti adiudicatũ. Hoc etiam miraculo comprobatur, quòd Christus non solùm terræ, sed etiam maris, ac omnium quæ in eo sunt, Dominus existat. nisi enim & piscibus maris dominaretur, qui fieri potuisset vt ad verbum eius tanta piscium multitudo conclusa esset? Hinc etiam docemur, vnde laboris nostri benedictio, incremẽtum, seu quod vocamus, lucrum proueniat: præterea nihil prosperè cadere, nihil fortunatũ esse, nihil fœliciter nobis succedere, nisi Dominus iusserit: nisi verbo Dei edocti, liberaliter faciamus omnia, nihil dubitãtes quin omnia nostra placitura sint Deo, modo vocationis nostræ mensuram non egrediamur: expectantes subinde quidnam Dominus iussurus sit, nunquam à mandatis, id est à verbo suo recedentes. Obseruandum autem, etsi benedictio & incremẽtum non constet ex laboris merito & assiduitate, nihilominus tamen laborandum esse. Nam Christus dicit, Duc in altum, & laxate, &c. Qui iubet piscatores retia sua laxare, eo ipso iubet omnes suæ vocationi & suo labori seruire, non officium suum deserere, ac tradere se otio & ignauiæ.

5 Præceptor,] Vox Græca Ἐπιστάτα, perinde sonat acsi dicas Præfecte. Diffidit primùm de labore Petrus: mox tamen fide iussis Christi acquiescit. Exemplum sanè fidei in illo, qui non diu deliberat num credendum sit.

6 Et quum hoc fecissent,] Non negligunt laborem, quòd medium sit in quo & per quod Deus benedicit. Conclus. pisc. mult.] En Christi benedictio copiosa.

Quod quum vidisset Simon Petrus,'accidit ad 8
genua Iesu, dicens, 'Discede à me Domine, quia
homo peccator sum.

'Stupor enim circundederat eum & omnes qui 9
cum illo fuerāt, super captu piscium quē ceperāt.

Similiter autem Iacobū & Ioannem filios Ze- 10
bedæi, qui erāt socii Simoni. Et ait ad Simonem
Iesus, 'Ne metuas: posthac homines capies.

'Et subductis in terram nauibus, relictis omni- 11
bus sequuti sunt eum.

C Har.1.40 Matth.8.a.2. marc.1.d.40. |'Et accidit, quum esset in quadam ciuitate, & 12
ecce vir plenus lepra: quúmque vidisset Iesum,
prostratus in faciem, rogauit eum, dicens, Domi-
ne, si vis, potes me mundare.

Et protensa manu tetigit eum, dicens, Volo: 13
mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo.

Et ipse præcepit illi ne cuiquā diceret: sed, Va- 14
de, *inquit*, ostende teipsum Sacerdoti, & offer pro
Leuit.14.a.4. emūdatione tui, |quemadmodum præcepit Mo-
ses, in testimonium illis.

'Peruagabatur autem magis rumor de illo: '& 15
conueniebant turbæ multæ 'vt audirent, & sana-

8 Quod quū videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

9 Stupor enim circundederat eum & omnes qui cū illo erant, in captura piscium quam ceperant:

10 Similiter autē Iacobum & Iohannē filios Zebedæi, q erāt socii Simonis. Et ait ad Simonē Iesus, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.

11 Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus sequuti sunt eum.

12 Et factū est, quū esset in vna ciuitatū, & ecce vir plenus lepra: & videns Iesum, procidens in faciē, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.

13 Et extendens manū, tetigit eum, dicens, Volo: mūdare. Et cōfestim lepra discessit ab illo.

14 Et ipse præcepit illi vt nemini diceret: sed, Vade, ostende te Sacerdoti, & offer pro emūdatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.

15 Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ, vt au

ANNOT.

8 Accidit ad genua] Gestus grati animi, & fidei gratæ in Petro: cuius exemplo discamus esse Deo grati pro suis in nos beneficiis. Gratiarū actio ex fide oritur, quæ non potest esse ingrata erga Deum beneficū. Discede à me, quia homo pec. sum.] Vox est contritæ cōscientiæ & indignitatē suā agnoscentis ex peccatorū cognitione. Interea Petrus vocādo Christum Dominū, se rursum erigit, & credit Christū esse eum Dominū qui à peccatis liberare potest.

9 Stupor enim circund.] Commendatur hoc stupore potentia verbi, & Christi per verbum potenter operantis.

10 Ne metuas:] Acsi dicat, Ponite inanem hunc metum, quo propter ostensam hoc miraculo meam diuinitatem, perculsi estis. Nō exerui illam vt vos à me absterrerem, sed potius ad me sequendum inuitarem: ac declararem paterna me virtute præditum, mihique omnia subiecta: ne putaretis impossibilia quæ mundo tam contemptus molior. Nolite igitur orare vt à vobis discedam, sed potius orate vt relictis omnibus mihi adhærere, méque sequi vobis detur. Neque auferat animum quòd peccatores estis: id adeò non moror, & hac causa tam non fastidio, vt etiā cōstituturus sim vos captores hominū, quos peccatis exēptos, iustitiæ cōsceretis: & quorum peccata quum vos remiseritis, sint verè illis remissa. Videtur quidē hoc captum & facultatem vestram modò excedere, sed etiam videbatur iam paulo antè frustra fore, si rete laxaretis ad capturam, eo quòd noctem totam laborantes nihil cepissetis. Qui ergo potui vobis, licet peccatoribus, verbo tātā piscium multitudinē in verriculū vestrum adducere, idem virtute mea dabo vt innumeri adhuc homines verbum vestrum sequantur ad æternā vitam.

11 Et subductis in terr.] Vide hæc Matth.4.c.20.

12 Et accidit, quū esset, &c.] Hæc vsque ad 15 versum, legūtur Matt.8.a.2. & Marc.1.d.40.

15 Peruagab. au. ma. rumor] Hic vnicus est finis miraculorum & beneficiorum Christi, vt pluribus innotescat Christus, plures ad ipsum accelerent, sanitatē & auxilia petant, & accipiāt. Et cōuenieb. turbæ] Effectus est potētiæ doctrinæ Christi. Vt audirent] Sub. verbum Dei, vt suprà versu primo, Quū turba multa immineret vt audirēt verbum Dei. Et infrà cap.6.c.18.

rentur per illum ab infirmitatibus suis.
16 Ipse autem secesserat in deserta, & orabat.
17 Et factum est quodam die, & ipse docebat: e- Har.1.41.
rántq; Pharisæi sedẽtes ac Legis doctores, qui ve- D
nerãt ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hie
rusalẽ: & virtus Domini aderat ad sanandũ eos.
18 Et ecce viri portantes in lecto hominẽ qui e- Matth.9.a.2. marc.2.a.3.
rat paralyticus: & quærebant eum inferre, & po-
nere ante illum.
19 Et non inuenientes qua parte illum inferrent,
præ turba, ascenderunt super tectum, ac per tegu
las demiserunt eum cum lectulo in medium, an-
te Iesum.
20 Quorum fidem vt vidit, dixit illi, Homo, re-
mittuntur tibi peccata tua.
21 Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, di-
centes, Quis est hic qui loquitur blasphemias?
Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?
22 Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, E
respondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cor-
dibus vestris?
23 Vtrum est facilius, dicere, Remittuntur tibi pec
cata: an dicere, Surge & ambula?
24 Vt autem sciatis quòd Filius hominis habet
potestatem in terra remittendi peccata (ait para-
lytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & va-
de in domum tuam.
25 Isque confestim surgens coram illis, tollebat in
quo iacuerat, abiitque in domum suam, glori-
ficans Deum.

dirent, & curarentur ab infirmitatibus suis.

16 Ipse autẽ secedebat in desertum, & orabat.

17 Et factũ est in vna dierum, & ipse sedebat docens: & erant Pharisæi sedẽtes & Legis doctores, q venerãt ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalẽ: & virt[9] Domini erat ad sanandũ eos.

18 Et ecce viri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eũ.

19 Et non inuenientes qua parte illum inferrent, præ turba, ascenderũt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cũ lecto, in medium, ante Iesum.

20 Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua.

21 Et cœperũt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

22 Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respõdens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus vestris?

23 Quid est facilius, dicere, Dimittũtur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?

24 Vt autẽ sciatis quia Filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

25 Et cõfestim consurgẽs coram illis, tulit in quo iacebat: & abiit in domũ suam, magnificans Deum.

ANNOT.

16 Ipse autẽ secesserat] Iterum fugit Christus turbam, & secedit in desertum, ne congregando ad se turbas, videatur aut humanam gloriam affectare, aut seditionem aduersus eiulem magistratũ commouere. Dein vt à laboribus quibus in prædicando Euangelio & curãdis infirmis distinebatur, paululũ interquiesceret. Obserua autem quibus rebus animum oblectabat in secessu. Precationibus vacabat, gratias agens Deo Patri pro beneficiis quæ per se, Filium suum, largiretur hominibus. Quid autem iucundius est oratione, qua cum Domino Deo nostro colloquimur, & familiarem sermonem cum ipso cõferimus? Deus enim pater noster, saluator noster, redemptor noster, adeóque ipsa fœlicitas nostra est. Cum eo autem familiariter colloqui, quid est nisi ipsum cæleste gaudiũ? Sic autem moderatus est totam vitã suam Dominus Iesus, vt frequenter nobis exhibere volens viuendi formam, hominem ageret, nonnunquam diuinitatis suæ proferret indicia.

17 Et factum est quodam die] Hæc exponuntur Marc.2.a.3.

18 Et ecce viri portãtes] Tota hæc historia vsque ad 27 versum, narratur à Matthæo, cap. 9.a.1. & à Marco, cap.2.a.3.

Et ſtupor corripuit omnes, & glorificabāt Deū: 26
& repleti ſunt timore, dicentes, Vidimus incre-
dibilia hodie.
Har.1.42 ‖ʹEt poſt hæc exiit: ac vidit publicanū nomine 27
Matth.9.a.9. Leui,ſedētem ad telonium:& ait illi,Sequere me.
marc.2.b.14. F Atq; is relictis omnibus,ſurgēs ſequutus eſt eū. 28
Et fecit ei ʹcōuiuium magnū Leui in domo ſua: 29
& erat turba multa publicanorum & aliorū qui
cum illis accumbebant.
Et murmurabant Scribæ & Phariſæi aduerſus 30
diſcipulos eius, dicentes, Quare cum publicanis
& peccatoribus editis & bibitis?
Et reſpondens Ieſus dixit ad illos, Non egent 31
qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent.
1.Tim.1.c.15 ‖Non veni ad vocandum iuſtos, ſed peccato- 32
res ad pœnitentiam.
Matt.9.b.14. ‖At illi dixerunt ad eum,ʹQuare diſcipuli Ioan 33
marc.2.c.18. nis ieiunant frequenter,& obſecrationes faciunt,
ſimiliter & Phariſæorū: tui verò edūt & bibunt?
G Quibus ipſe ait,Num poteſtis facere vt filii tha 34
lami,dum cum illis eſt ſponſus,ieiunent?
Venient autem dies:& quum ablatus fuerit ab 35
illis ſponſus,tunc ieiunabunt in illis diebus.
Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos, Ne- 36
mo immiſſuram noui veſtimenti immittit in ve-
ſtimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, &
veteri non conuenit immiſſura ex nouo.
Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: 37
alioqui rumpet vinum nouum vtres, & ipſum ef
fundetur,& vtres peribunt:
Sed vinum muſtum in vtres nouos mittēdum 38
eſt:& vtraque conſeruantur.
ʹEt nemo qui biberit vetus, ſtatim vult nouum: 39
dicit enim,Vetus ʹmelius eſt.

26 Et ſtupor apprehendit omnes,& magnificabāt Deūt & repleti ſunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.
27 Et poſt hæc exiit: & vidit publicanum nomine Leui, ſedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me.
28 Et relictis omnibus, ſurgens ſequutus eſt eum.
29 Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publicanorum,& aliorum qui cum illis erant diſcumbentes.
30 Et murmurabāt Phariſæi & Scribæ eorum, dicentes ad diſcipulos eius, Quare cū publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?
31 Et reſpondens Ieſus dixit ad illos, Non egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent.
32 Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.
33 At illi dixerūt ad eū, Quare diſcipuli Iohānis ieiunāt frequēter, & obſecrationes faciūt, ſimiliter & Phariſæorū: tui autē edunt & bibūt?
34 Quibus ipſe ait, Nūquid poteſtis filios ſpōſi, dū cū illis eſt ſponſus, facere ieiunare?
35 Venient autē dies: & quum ablatus fuerit ab illis ſpōſus, tūc ieiunabūt in illis diebus.
36 Dicebat autē & ſimilitudinem ad illos, Quia nemo commiſſuram à nouo veſtimēto immittit in veſtimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non cōuenit cōmiſſura à nouo.
37 Et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: alioquin rūpet vinum nouū vtres, & ipſum vinum effundetur, & vtres peribunt:
38 Sed vinū nouum in vtres nouos mittendum eſt: & vtraque conſeruantur.
39 Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouū: dicit enim, Vetus melius eſt.

ANNOT.

27 Et poſthæc exiit] Matthæi vocatio,& eius conuiuiū quod Chriſto celebrauit, vſque ad 33 verſum,narratur ab ipſo Matthæo,cap.9.a.9:& à Marco,cap.2.b.14.

29 Cōuiuium magnum] Græce ad verbum, Acceptionem magnam.inde dictū,quòd accipiantur inuitati.Vnde & ſplendide acceptos dicimus,qui lauto conuiuio paſti ſint.

33 Quare diſc.Iohan.&c.] Hæc in Matthæo tractātur,cap.9.b.14:& in Marco,cap.2.c.18.

39 Et nemo qui biberit,&c.] Iſtud exponitur eodē capite Matthæi, 9.b.16,circiter finem annotationis. Melius] Græca vox magis ſonat ſuauius aut blandius.ſic enim vetus inter-

Io.

pres vertit eandem dictionem, Iugum meum suaue est. Siquidem vt poma, ita & vina per se austera, mitescunt vetustate: sic leuiora nobis videntur quibus assueuimus.

CAP. VI.

FActū est autē in sabbatho secūdoprimo, quū trāsiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & mā. ducabāt cōfricātes manib⁹.

Quidam autem Pharisæorum dicebant illis, Quid facitis quod nō licet in sabbathis?

Et respōdens Iesus ad eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, quū esuriisset ipse & qui cum illo erant:

Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant: quos non licet manducare nisi tantùm Sacerdotibus?

Et dicebat illis, Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbathi.

Factum est autem & in alio sabbatho, vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.

Obseruabant autē Scribæ & Pharisæi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum.

Ipse verò sciebat cogitationes eorū: & ait homini q habebat manū aridā, Sur-

CAP. VI.

1 ACcidit autem vt 'in sabbato secūdoprimo Har.1.47
transiret per sata: ac vellebant discipuli eius Matth.12.a.1 marc.2.d.23.
spicas, edebántque, confricantes manibus.
2 'Quidam autem Pharisæorum dicebant illis,
Quid facitis quod non licet facere in sabbatis?
3 Et respondens Iesus ad eos dixit, ‖Ne hoc qui- 1.Sam.21 b.6
dem legistis quod fecit Dauid, quum esuriisset i-
pse & qui cum illo erant:
4 Quomodo intrauit in domum Dei, & panes
propositionis sumpsit, edítque, ac dedit etiam his
qui secum erant: quos non licet edere ‖nisi tātum Exo.29.e.33. leuit.8.f.31, & 24.b.9.
Sacerdotibus?
5 Et dicebat, Dominus est Filius hominis etiam
sabbati.
6 ‖'Factum est autem & in alio sabbato, vt intra- Har.1.48
ret in synagogā, ac doceret. Et erat ibi homo, & Matth.12.a.9 marc.3.a.1.
manus eius dextera erat arida.
7 Obseruabant autem eum Scribæ ac Pharisæi
an in sabbato sanaturus esset: vt inuenirent vn-
de accusarent eum.
8 Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait ho
mini qui habebat manū aridam, Surge, & sta in

ANNOT.

1 In sabbatho secundo primo.] Sabbathum secundoprimum varie exponūt interpretes. Quidā sic, In magnis celebritatibus qualia sunt Pascha, Scenopegia, & Encænia, prima dies erat sanctissima, atque celeberrima: sequentes autem vsque ad vltimam, nō adeò celebres. Omnes tamen sabbatha dicebantur. quanquam licebat in eis ex Lege, quæ ad vescendum pertinerent, apparare. Vnde satis constat malignitas Pharisæorum, accepta qualibet vel leuissima occasione discipulos reprehendere, & Dominum sugillare volētium. Prima autem illarū dierum non vsquequaque solenniū, sabbathum secundoprimum dicebatur, quòd esset secundū à celeberrimo illo & maximo sabbatho, & primum magnum illud sabbathum sequentiū: quod & vocabuli Græci compositio insinuare videtur. Et ita qui secunda die à sabbatho ambulat, iuxta Matthæum & Marcum sabbathis ambulat, & iuxta Lucam hîc sabbatho secūdoprimo: qui & 6 versu sequente dicit, Factum est autem & in altero sabbatho. vbi de sabbatho proximè sequente sabbathum secundoprimum loqui videtur: aut certe de quodam ex aliis nō proximè sequentibus illud, quū paulo pòst dicat, Interrogo vos si licet sabbathis benefacere. Hāc opinionem sequitur Chrysostomus. Alii, sabbathum secundoprimum putant vocatum diem septimū, qui cum primo in festo Paschatis sanctus erat, vt legitur Exod.12.c.16. neque licebat in eo operis aliquid facere. Vnde in Matthæo & Marco In sabbathis dicitur, quod aliquam festiuitatē ex primoribus videtur significare, quæ nō vno duntaxat sabbatho cōstabant. Vt primus solennitatis dies, primū sabbathū: vltimus qui æquè celebris, secūdoprimū dictū fuerit.

2 Quidam autem Pharisæorum.] Hæc historia describitur à Matthæo cap.12.a.1. & Marco, cap.2.d.23.

6 Factum est autem & in alio sabb.] Vide eadem Matth.12.a.9, & Marc.3.a.1.

in medio.Ille verò ſurgens ſtetit.
Ait igitur ad illos Ieſus,Interrogabo vos,vtrum 9
licet ſabbatis benefacere an malefacere: animam
ſeruare,an perdere?
Et circũſpectis omnibus illis,dixit homini,Ex- 10
tende manum tuam. Ille autem fecit: & reſtituta
eſt manus eius ſana ſicut altera.
Ipſi autem repleti ſunt amẽtia: & colloqueban 11
tur inter ſeſe,quídnam facerent Ieſu.
Har.2.1. [Factum eſt autem in illis diebus,exiit in mon- 12
tem ad orandum, 'erátque pernoctans in depre-
catione Dei.
Matth.10.a.1. marc.3.b.13, & 6.a.7. infrà 9.a.1. ['Et quum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos 13
ſuos,& elegit duodecim ex ipſis,'quos & Apoſto
los nominauit:
Simonem quem & nominauit Petrũ, & An- 14
dream fratrem eius:Iacobum, & Ioãnem:Philip
C pum,& Bartholomæum:
Matthæum,& Thomam:Iacobum Alphæi *fi-* 15
lium,& Simonem qui vocatur Zelotes:
Et Iudam Iacobi,& Iudam Iſcariotẽ, qui idem 16
fuit proditor.
Har.2.4. ['Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campe- 17
ſtri:turbáque diſcipulorum eius,'& multitudo co
pioſa plebis ex omni Iudæa & Ieruſalem,& à ma
ritima Tyro & Sidone,
Qui venerant 'vt audirent eum, & ſanarentur 18
à morbis ſuis: & qui vexabantur à ſpiritibus im-
mundis,& ſanabantur.

ge,& ſta in medium.Et ſurgens ſtetit.
9 Ait autem ad illos Ieſus, Interrogo vos, ſi licet ſabbathis benefacere, an male: animam ſaluam facere, an perdere?
10 Et circũſpectis omnibus, dixit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus eius.
11 Ipſi autem repleti ſunt inſipientia: & colloquebãtur adinuicem, quidnam facerent Ieſu.
12 Factum eſt autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.
13 Et quum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit:
14 Simonem quem cognominauit Petrũ, & Andream fratrem eius: Iacobũ, & Iohannem:Philippum, & Bartholomæum:
15 Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes:
16 Et Iudam Iacobi, & Iudã Iſcarioten, qui fuit proditor.
17 Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri: & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa & Ieruſalẽ, & maritima Tyri & Sidonis,
18 Qui venerant vt audirent eum, & ſanarẽtur à languoribus ſuis: & qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur.

ANNOT.

12 Erátque pernoctans in deprec. Dei.] Deprecationem Dei vocat,deprecationẽ qua deprecabatur Deum.q.d.totam noctem deprecabatur Deũ. Hæc explicãtur Marc.3.b.13,& 14.

13 Et quum dies factus eſſet,] Ordinem hiſtoriæ huius vide in Marco,cap.3.b.13.Reliqua vide Matth.10.a.1. Quos & Apoſtolos nominauit:] En hoc negotium cuius gratia Chriſtus per totam noctem in oratione perſeuerauit. Voluit enim eligere collegas adminiſtrandi Euangelii,& elegit ex omni diſcipulorum ſuorum numero duodecim,quos nominauit Apoſtolos,hoc eſt emiſſos,nuntios,aut legatos. verbum enim Græcum ἀποστέλλω, vnde nomen Apoſtoli deſcẽdit, emittere,& amandare ſignificat, ſiue cum mandatis aliquem mittere. Vt emitteret eos(inquit Marcus) ad prædicandum, vtque haberent poteſtatem ſanandi morbos, &c.Ex his inquã diſcipulis præcipuos aliquot delegit,quos ided nominauit Apoſtolos,quòd eos miſſurus eſſet veluti legatos Euangelicos in orbem vniuerſum: nihil aliud acturos,quàm quod haberent in mandatis,vt legatorum eſt.

17 Et deſcendens cum illis,&c.] De iſto deſcenſu vide Marc.3.b.13. Et multitudo cop.] Similia habes eodem cap.Marci,verſu 7.

18 Vt audirent eum, & ſanarentur] Idem legitur & ſuprà cap.5.c.15.

Et omnis turba quærebat eũ tãgere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

19 Et omnis turba quærebat eum tangere: 'quia
virtus ab illo exibat,& sanabat omnes.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrũ est regnum Dei.

20 ‖'Et ipse attollens oculos suos in discipulos,dice Matth.5.a.2.
bat, 'Beati pauperes:quia vestrum est regnũ Dei.

Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis:quia ridebitis.

21 ‖Beati qui esuritis nunc:quia saturabimini.‖Bea Esa.65.c.13. Esa.61.a.3, & c.7.
ti qui fletis nunc:quia ridebitis.

Beati eritis quum vos oderint homines, & quũ separauerint vos, & exprobrauerint,& eiecerint nomen vestrũ tanquam malũ, propter Filium hominis.

22 ‖'Beati eritis quum vos oderint homines,& se- Matth.5.a.3.
parauerint vos,& exprobrauerint,& eiecerint no D
men vestrum tanquam malum, propter Filium
hominis.

Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo: secundum hæc enim facie-

23 Gaudete in illo die & exultate: ecce enim 'mer-
ces vestra multa est in cælis: 'secũdum hæc enim

ANNOT.

19 Quia virtus ab illo exibat,] De hac virtute vide Marc.5.d.34.

20 Et ipse attollens oculos] Quando hæc prædicauerit,& quomodo cum iis quæ Matthæus habet,conueniant,vide Marc.3.b.13. Beati pauperes,] Vide Marc.5.a.3.

22 Beati eritis quum vos oderint] Similia Matthæus habet eodem cap.5.a.11. Antithesis sequitur paulo pòst versu 26.

23 Merces vestra multa est in cælis:] De hac mercede, Matth.5.b.12, nonnihil dictum est. Nemo autem simplicior,quũ audit mercedem,putet nos,quũ etiam pro Euangelio vitã fuderimus,quicquã posse apud Deum mereri,hoc est facere aliquid cui Deus quicquã debeat. Antea siquidem Dei toti sumus:ipse nos, & bona nostra omnia finxit ex nihilo: ipse operatur in nobis & vt velimus,& vt operemur,Philip.2.c.13. Hactenus tamẽ quæ donat immerẽtibus,mercedem Scriptura vocat,quòd laborem & operã sequantur. Sicut pater filio dicit, Da gnauiter operam literis,referes egregiã à me mercedem, nouam scilicet vestem aut quippiã aliud: iam vestis hæc, merces est:& non est merces,quia opera illa hanc non est assequuta,sed contigit libero patris dono, non tamen nisi opera illa perfecta. Ita mercedem istam, de qua hîc Dominus, nemo quidem assequetur nisi fuerit pro Christo passus,& hac causa merces vocatur. Atqui tamen,si etiam millies mortem oppeteres propter Euangeliũ,ne pilum quidem propterea posses mereri à Deo, hoc est obstringere illum vt tibi vel tantillum deberet: quoties enim ab ipso vitam acciperes,toties rursus illam ipsi deberes. Et hac causa nõ sunt merces,quæ à Deo nobis contingunt,sed gratuita ipsius dona. Porrò peculiare est Hebræis שכר, id est mercedis nomẽ pro operæpretio,& optata,operéque quæsita vtilitate,atque fructu vsurpare,etiã vbi nihil loci est vel cõditioni,vel mercedi,& operis inter se adæquationi. Gene.15.a.1, legimus Dominũ Abrahæ dixisse, Ne metuas Abram,ego clypeus tibi,& merces tua magna admodum. Id nihil aliud est, quàm, Ego ero tibi defensor,& tuum lucrũ,tuæ opes, tua fœlicitas. Et Iere. 31. c.16, in consolatione populi,sub persona Rachelis dicitur, Cohibe vocem tuam à fletu,& oculos tuos à lachrymis. Nã est merces operis tui, dicit Dominus,& reuertẽtur (subaudi filii tui) à terra hostili. Istud, Et merces operis tui, idẽ est atque, Erit vt videas te haud frustra genuisse filios: manet adhuc tibi huius operæ tuæ pretiũ. Itẽ Psal.127.3, Ecce filii sunt hæreditas à Domino: & fructus ventris,merces: subaudi ab eodẽ. Hoc loco & Hæreditas & Merces,pro libero Dei dono accipiũtur. Nam canit illic Propheta,vt alia optata, ita & liberos, sola Dei bonitate,nulla nostra cura aut labore cõtingere. Ex his locis abũde liquet,mercedẽ in Scripturis vocari,quæcunque à Domino bona percipimus: inde ducta translatione,quòd merces & magno studio quæritur,& multo desiderio expectatur. Hinc ergo voluit Spiritus sanctus hac voce vsus,indicare nihil esse nobis æque ambiendum vt Dei dona, quæ sibi fidentibus largitur, nihilque illis esse optabilius. Proinde quum in præsentiarum Seruator dixit, amplã mercedem expectandã in cælis,iis qui pro ipsius nomine persecutionẽ tulissent,dicere voluit, maximum illos tolerantia crucis pro ipsius gloria latæ,facturos operæpretiũ, summámque percepturos hinc vtilitatẽ. Secundum hæc enim,&c.] Matthæus clarius, Sic enim persequuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos.

faciebant Prophetis patres eorum.
Amos 6.a.1. eccles.31.a.8. ‖Veruntamen,'væ vobis diuitibus:quia habe- 24
tis consolationem vestram.
Esa.65.c.13. ‖Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ 25
vobis qui ridetis nunc:quia lugebitis & flebitis.
'Væ vobis quum laudauerint vos omnes homi 26
nes: secundum hæc enim faciebant pseudopro-
phetis patres eorum.
Matt.5.g.44. ‖'Sed vobis dico qui auditis,'Diligite inimicos 27
vestros:benefacite his qui vos oderunt.
Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro 28
calumniantibus vos.
Matth.5.f.39. ‖'Percutiẽti te in maxillam, præbe & alteram: 29
1.Cor.6.b.7. ‖& ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam
noli prohibere.
E Omni autem exigenti abs te, tribue: & ab eo 30
qui aufert quæ tua sunt,ne reposcas.
Matt.7.c.12. tob.4.c.16. ‖'Et prout vultis vt faciant vobis homines,vos 31
quoque facite illis similiter.
Matt.5.g.46. ‖'Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis 32
est gratia? nam '& peccatores eos à quibus dili-
guntur, diligunt.
Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, 33
quæ vobis est gratia?siquidem & peccatores hoc
faciunt.

baut Prophetis patres eorum.
Veruntamẽ, væ vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram.
Væ vobis qui saturati estis:quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc:quia lugebitis & flebitis.
Væ quũ benedixerint vobis omnes homines: secundũ hæc enim faciebãt pseudoprophetis patres eorum.
Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos.
Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus vos.
Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.
Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.
Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.
Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.
Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.

ANNOT.

24 Væ vobis diuitibus:] Hæc de diuitibus,saturatis,& ridẽtibus explicãtur in Matthæo, cap.5.a.3.4.6.

26 Væ vo.quũ laudauerint vos] Benedictionẽ opponit odio,separationi,exprobrationi, & eiectioni,de quibus paulo antè versu 22.Proculdubio qui veri Prophetæ sunt,cum Christo testãtur opera hominũ esse mala.Propterea,vt hi non possunt illos non odisse, ita nõ possunt non pessima quæque(etsi mentiẽtes)de illis dicere.Hinc fit vt indubitatum sit argumentum, eum Christi verba non docere,qui vulgo laudatur ab hominibus.Hoc enim proprium est eo-
Esa.40.c.11. rum qui placentia loquuntur,& magistri asciscuntur ab iis quibus aures pruriunt.Dabit qui-
2.Tim.4.a.3. dem operam Christi prædicator vt omnibus placeat,sed in bonum: quod quum reprobi non admittunt,placere illis non potest.

27 Sed vobis dico qui auditis,] Hæc non abs re præmittit Christus præcepturus inimicorum amorem,quòd nouis auribus opus esset vt ista integræ dilectionis doctrina perciperetur: quibus qui carent,ista si etiam audiant,nequeunt tamen intelligere. Diligite inimicos, &c.] Hæc eadem habet Matthæus cap.5.g.44.

29 Percutienti te in maxillam,] Hic versus cum proxime sequenti declaratur eodem capite Matthæi,5.f.39.40.42.

31 Et prout vultis vt faciant,&c.] Vide eadem Matth.7.c.12.

32 Et si diligitis] Vide hæc eadem Matth.5.g.46. Et peccatores] Pro peccatoribus, Matthæus habet Publicanos. Quales fuerint isti peccatores, vide apud eundem Matthæum, cap.9.b.10.

Et ſi mutuũ dederitis his à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nã & peccatores peccatorib⁹ fœnerãtur, vt recipiãt æqualia

34 ‖ʹEt ſi mutuum dederitis à quibus ſperatis vos Math.5.g.42 deut.15.b.8.
recepturos, quæ gratia eſt vobis? nã & peccatores
peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.

Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite & mutuũ date, nihil inde ſperãtes: & erit merces veſtra multa, & eritis filii Altiſſimi: quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.

35 Quinimo diligite inimicos veſtros, & benefa-
cite, & mutuum date, nihil inde ſperantes: & erit
merces veſtra multa:‖& eritis filii Altiſſimi: ʹquia Math.5.g.45
ipſe benignus eſt erga ʹingratos ac malos.

Eſtote ergo miſericordes ſicut & Pater veſter miſericors eſt.

36 ʹEſtote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter
miſericors eſt.

Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condẽnare, & non cõdẽnabimini: dimittite, & dimittemini.

37 ‖ʹNolite iudicare, & non iudicabimini: nolite Har.2.5.
condẽnare, & non condemnabimini: ʹremittite, Math.7.a.1.
& remittetur vobis.

Date, & dabitur vobis. menſuram bonam & cõfer-

38 ʹDate, & dabitur vobis.‖ʹmenſurá boná & ʹcon- F Math.7.a.2. marc.4.c.24.

ANNOT.

34 Et ſi mutuum ded.] Hæc citantur in Matthæo, cap.5.g.42.

35 Quia ipſe benig.eſt] Matthæus eodem capite, verſu 45, velut exponens quid ſignificet benignũ eſſe, dicit, Quia exoriri facit ſolem ſuũ ſuper bonos & malos, & pluuiá mittit ſuper iuſtos & iniuſtos. Ingratos ac malos.] Matthæus habet, malos ac bonos, iuſtos & iniuſtos.

36 Eſtote ergo miſericordes,] Hæc exponuntur Matth.5.g.48.

37 Nolite iudicare, &c.] De his vide Matt.7.a.1. Remittite, &c.] Similia legũtur Matth. 6.b.14. Repudianda monet quæ charitati aduerſantur: & amplectẽda quæ ex ipſa promanant: quale eſt remittere, dare, & benefacere. His qui ſtuduerit, ei viciſſim dabitur & benefiet, ídque cumulatiſſime: quod per mẽſuram boná, confertam, coneuſſam, & exundantem intelligit. Sunt enim hæ ſententiæ è vulgi ſermone mutuatæ, quibus Dominus hortatur vt omnia quæcũque voluerimus nobis fieri ab hominibus, & nos faciamus illis. Simul etiá monere voluit, ita eſſe à Deo ordinatũ & conſtitutũ, vt quales ipſi in alios fuerimus, tales alios experiamur erga nos: iuxta illud Prouerb.11.d.27, Bona eueniũt, bona conſectantibus: mala accidũt, mala quærentibus. Non quòd nulli malá gratiam ſint relaturi ab iis quibus benefecerint: ſed quòd futurũ ſit diuina bonitate, vt quamlibet ingrati ſint quos beneficiis affeceris, beneficentia tamẽ tua ſuo fructu nunquam defraudetur, aliis horum vicem obeuntibus. Hinc eſt illud centuplum, etiam in hac vita, quod percipiunt qui propter Chriſtum aliquid reliquerint, Marc.10.d.30. Et illud etiam Prouerb.11.c.24, Quidá largiuntur, & tamẽ diteſcunt: quidá parci, quanquam magnas opes habuerint, ſubinde pauperiores fiunt. Ibidem d.25, Qui liberaliter benedicit, impinguatur: qui inebriat, inebriatur. Et cap.28.d.27, Qui pauperi dat, is nõ egebit. Sic qui contrà, maleuoli ſunt in alios, iniqui, & moleſti alienæ vitæ æſtimatores, ac cenſores, difficiles, & iniuriæ memores, beneficentiæ verò negligentes, efficit Dominus vt alios quoque tales ſibi ſentiant: tametſi ſæpe rerum ſucceſſufrui videantur.

38 Date, & dabitur vobis.] Quid iubet dare? menſuram bonam, confertam, cõcuſſam, & exundantem. Et tunc dabunt etiam alii in ſinum veſtrum menſuram bonam, confertam, &c. Eadem quippe menſura qua metiemini, alii metientur vobis. Multi ſunt ſacræ Scripturæ loci quibus manifeſte comprobatur, quòd copioſa rerum expoſitio, quæ fit legitime iuxta vocationẽ diuinam, non afferat expoſitori damnũ, ſed lucrum: vt præcedenti verſu iam dictũ eſt ex Salomone. Rurſum Deut.24.d.19, Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulũ reliqueris, non reuerteris vt tollas illum: ſed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris: vt benedicat tibi Dominus in omni opere manuum tuarum. Paulus 2. Corinth.9. b.6, dicit, Qui ſementem facit parcè, is parcè meſſurus eſt: & qui ſementem facit in benedictionibus, id eſt libenter ac benigne largiendo, de benedictionibus & metet, aut copioſe meſſurus eſt. Menſuram bonam, &c.] Sunt qui diſtinguũt poſt Cõcuſſam, & ſubaudiunt Date: vt ſequatur, Et exundantem dabunt, &c. Confertam] Vox Græca ſonat preſſam, id enim fit in aridis, quò plus capiat menſura.

fertam & concussam atque exundantem dabunt
in sinum vestrũ. 'Eadem quippe mẽsura qua me-
timini, metientur alii vobis.
Matt.15.b.14. 'Dicebat autem illis similitudinem, ‖Nunquid 39
potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo in fo-
ueam cadunt?
Matt.10.c.24 ioha̋ 13.b.16, & 15.c.20. ‖'Non est discipulus supra magistrũ suum: per- 40
fectus autem omnis erit sicut magister ipsius.
Matth.7.a.3. ‖Quid autẽ vides festucã in oculo fratris tui: tra 41
bem autem quæ in oculo proprio est, non anim-
aduertis?
Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, 42
sine eiiciam festucam quæ in oculo tuo est: ipse
in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, e-
iice primùm trabem ex oculo tuo: & tunc perspi-
cies vt eiicias festucã quæ est in oculo fratris tui.
Matth.7.c.17 ‖Non est enim arbor bona, quæ facit fructũ ma 43
G lum: neque arbor mala, faciens fructum bonum.
Matt.12.c.33. ‖Vnaquæque enim arbor ex fructu suo cogno- 44
Matt. 7.c.16. scitur. ‖Neque è spinis colligunt ficus: neque è ru-
bo vindemiant vuam.
Matt.12.c.35. 'Bonus homo ex bono thesauro cordis sui pro- 45
fert bonũ: & malus homo ex malo thesauro cor-
dis sui profert malum. Ex abundantia enim cor-

tam & coagitatam & super-
effluentem dabũt in sinum
vestrũ. Eadem quippe men-
sura qua mensi fueritis, re-
metietur vobis.

39 Dicebat autem illis & si-
militudinem, Nunquid po-
test cæc9 cæcũ ducere? nón-
ne ambo in foueam cadũt?

40 Non est discipulus super
magistrũ: perfectus autem
omnis erit, si sit sicut magi-
ster eius.

41 Quid autem vides festu-
cam in oculo fratris tui: tra
bem autẽ quæ in oculo tuo
est, non consideras?

42 Aut quomodo potes di-
cere fratri tuo, Frater, sine
eiiciam festucam de oculo
tuo: ipse in oculo tuo trabẽ
non videns? Hypocrita, eii-
ce primùm trabem de ocu-
lo tuo: & tunc perspicies vt
educas festucam de oculo
fratris tui.

43 Non est enim arbor bona
quæ facit fructus malos: ne-
que arbor mala, faciẽs fru-
ctum bonum.

44 Vnaquæque enim arbor
de fructu suo cognoscitur.
Neque enim de spinis col-
ligunt ficus: neque de rubo
vindemiant vuam.

45 Bonus homo de bono the
sauro cordis sui profert bo-
num: & malus homo de
malo thesauro profert ma-
lũ. Ex abundãtia enim cor-

ANNOT.

Eadem quippe mẽsura, &c.] De hoc vide præcedentem versum 37.

39 Dicebat autem illis simil.] Quo magis hæc Dominus infigeret animis suorum, adiecit similitudinem ex vulgo petitam, qua docet formam recte ex præscripto Legis viuẽdi non esse petendã à Pharisæis cæcis, & similibus: sed à se, qui verã Legis interpretationem tradit, simul & vires ad illã implendam suppeditat. q.d. Ego hac concione sensum Legis tam vere, perfecte, ac dilucide tradidi, vt fieri non possit quin hi qui aliter Legẽ interpretantur, imperiti & cæci sint interpretes. Qui autem cæci sunt, quomodo possunt cæcum ducere? Ac vt maxime cæcus cæcum ducat, ambo tamen in foueam cadunt. Quare, qui voluerint rectam Legis sententiam perspicere, ac noluerint in profundã cæcitatis foueam collabi, necesse habebunt cauere sibi ab his Scribis, Pharisæis, & Pseudoprophetis, qui aliũ sensum Legi obtrudunt quàm ego explicui. Idem de illis qui ipsius doctrina essent offensi dixit & Matt.15.b.14.

40 Non est discip. sup. mag.] Hac similitudine perstat docere, quòd qui tales habeãt præceptores, fieri nõ possit vt doctiores sint, & rectius sentiant, quàm edocti sint. q.d. Quis discipulus sit perfectior suo magistro? Iam cæcus magister est quicunque aliter Legem interpretatur quàm ego exposuerim: quales igitur reddet eos quibus se doctorem, monitorem, & ducẽ constituerit? nõ alios sane, quàm cæcos. Perfectus enim est quicunque magistrũ suũ discipulus fuerit assequutus: & pro doctoris sapientia quisque proficit: dátque operam vt proxime accedat ad absolutam sapientiam magistri sui. Eodem prouerbio Christus vsus est Iohã.15.c.20, exhortans ad sui imitationẽ, in officiis mutuæ charitatis & modestiæ. Ita videas, libenter vsum fuisse Dominũ vulgaribus sermonibus, ad hoc potissimũ vt pietatẽ rudibus animis persuaderet.

41 Quid autem vides festucam] Hæc exponuntur Matth.7.a.3.

45 Bonus homo ex bono, &c.] Vide eadem Matth.12.c.34.35.

dis os loquitur.

dis loquitur os eius.

Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico?

46 ‖'Quid autem vocatis me, Domine, Domine: & Matt.7.c.21.
non facitis quæ dico? rom.2.b.13. iaco.1.d.22.

Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit.

47 Quisquis venit ad me, & audit sermones meos,
& facit eos: ostendam vobis cui similis sit.

Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petrã. inundatione autẽ facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram.

48 Similis est homini ædificanti domum, qui fo-
dit in altũ, & posuit fundamẽtum super petram.
inundatione autẽ facta, illisum est flumen domui
illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat
super petram.

Qui autem audit, & non facit, similis est homini ædificãti domum suam supra terram sine fundamento, in quam illisus est fluuius: & cõtinuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

49 Qui autem audiuit, & non fecit, similis est ho-
mini qui ædificauit domum suam super terram
absque fundamento, in quam illisus est fluuius:
& cõtinuò cecidit, & facta est ruina domus illius
magna.

CAP. VII.

QVum autẽ impleuisset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum.

Centurionis autẽ cuiusdã seruus malè habẽs, erat moriturus: q illi erat pretiosus.

Et quum audisset de Iesu, misit ad eum Seniores Iudæorũ, rogans eum vt veniret & saluaret seruum eius.

CAP. VII.

1 QVum autem cõsummasset omnia verba sua Har.2.6.
'audiente populo, intrauit Capernaum. Matth.8.a.5.
2 Centurionis autem cuiusdam seruus ma
le habens, 'agebat animam: qui illi erat 'charus.
3 Quum audisset autem de Iesu, 'misit ad eum
Seniores Iudæorũ, rogans eum vt veniret & ser-
uaret seruum suum.

At illi quũ venissent ad Iesum, rogabãt eum solicitè, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes:

4 At illi quum venissent ad Iesum, rogabãt eum
'studiosè, dicentes, Dignus est vt hoc illi præstes:

ANNOT.

46 Quid autem vocatis me,] Similia habes Matth.7.c.21.

IN CAPVT VII.

1 Audiẽte populo,] Græce, In aures plebis. Est autem Hebraismus, pro Quũ hæc dixisset audiente populo.

2 Agebat animam:] Vel, erat in periculo mortis: aut, incipiebat mori. Charus.] Aut, in pretio habitus. Præclarũ profectò in hoc Ethnico pietatis atque animi Dei Spiritu formati exemplum nobis propositum est. Dilectio & eximia humanitas eius in eo notantur, quòd seruulum adeò charum habuit, malóque eius fuit tantopere motus: maxime ea tempestate in qua conditio seruorũ tam abiecta erat, vt non pro hominibus, sed pro iumentis reputarentur. Omnino enim qui Dei sunt, Dominum se habere in cælis agnoscunt: ita summa æquitate & humanitate seruos suos tractant: de quo Paulus monet ad Ephes.6.b.9, & Coloss.4.a.1.

3 Misit ad eum Seniores Iudæorum.] Mira submissio, quòd neque adire ipse Dominum, neque eum in suas ædes admittere fuit ausus, se Ethnicum ducens impuriorem, quàm qui deberet cum tam eximio Iudæorum Propheta verba cõmunicare. Quòd Matthæus scribit Centurionem ipsum adiisse Christũ, hoc Lucas in isto loco exponit, videlicet Cẽturionem adiisse, & rogasse Christum, non per se, sed per alios. Vnde & Centurio nuntiat Christo per amicos, dicens, Nec meipsum dignũ sum arbitratus vt venirem ad te. Adhæc mittit ad Christum legatos, non quosvis, aut è turba seruorum suorum, aut ex media fæce plebis, sed eos qui in populo Iudæorum tum ætate, tum authoritate maxime venerabiles erant, Seniores scilicet: sic enim ea gens senatores & magistratus vrbis vocabat.

4 Studiosè,] Vel, diligenter & sedulò.

multa crediderit? Humiliet igitur ſeſe diuinæ maieſtati omnis caro: quàm niſi ipſe ſola ſua bonitate ad vitã reuocet, perire neceſſe eſt: cuius gratuitum donũ eſt quicquid vſpiã boni fuerit.

Quo audito Ieſus miratus eſt: & conuerſus, ſequẽtibus ſe turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni.

9 Auditis autẽ his Ieſus 'miratus eſt eum: & conuerſus, ſequenti ſe turbæ dixit, Dico vobis, ne in Iſrael quidem tantam fidem inueni.

Et reuerſi qui miſſi fuerãt, domum, inuenerũt ſeruum qui languerat, ſanum.

10 Et reuerſi qui miſſi fuerant, in domum: repererunt ſeruum qui languerat, ſanum.

Et factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim. & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa.

11 Et factum eſt deinceps, ibat in ciuitatem 'quæ vocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius multi, turbáque copioſa.

Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, fili⁹ vnicus matris ſuæ: & hæc, vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.

12 'Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ: & hæc, vidua erat, '& turba ciuitatis multa cum illa.

Quam quum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſup eã, dixit illi, Noli flere.

13 Quam quum vidiſſet Dominus, 'miſericordia motus ſuper eam, dixit illi, Noli flere.

ANNOT.

9 Miratus eſt eum:] De hoc iam dictum Matth.8.b.10. Admiratio hæc, hominis Chriſti fuit, ſtupentis ad tam præclarum diuinæ bonitatis miraculum, quo homini Ethnico & militi tantum fidei donatum fuerat, vt in omni populo Iſraelis tantũdem haudquaquam reperiſſet. Antea in ſola ferè Iudæa Deus notus, nunc ab homine per omnia profano Deus amplius cognoſcitur, quàm ſemel à Iudæis vniuerſis. Res ſane noua & inſolẽs, dignáque ſumma admiratione. Quã vt ſimul mirarentur turbæ ſequentes, ac imitari cuperent, teſtatus eſt illis, Amen dico vobis, ne in Iſrael quidem tantum fidei reperi. Ita facit Dominus ex nouiſſimis primos, & ex primis nouiſſimos.

11 Quæ vocatur Naim:] De hac ciuitate dictum eſt in libello Interpretationum nominum Hebraicorum.

12 Quum autem approp. portæ ciuit.] Obſeruandus eſt mos non Iudæorum tantum, ſed & Gentiũ, apud quos publica ſepultura non intra, ſed extra vrbes habebatur, in loco amœno & decoro. Vnde & Chriſtus extra ciuitatẽ Ieruſalem in horto ſepultus eſt. Et turba ciuit. multa] Vide humanitatem ciuium vrbis erga viduam.

13 Miſericordia motus ſuper eam,] Hoc in loco aperit ſeſe Chriſtus, quanto ſit tum affectu erga miſeros, tum potẽtia ſuper mortem & infernum. Vidẽs enim calamitatem viduæ, mox cõmouetur miſericordia, & cõſolatur eam tum verbis, dicens, Noli flere. tum factis, quũ accedens ad loculum, reuocat adoleſcentem mortuum ad vitam, & reſtituit eum matri. Quid poteſt hac clementia benignius dici? Hoc autẽ tanto magis in Chriſto obſeruari debet, quanto occultiora myſteria nobis reuelat. Conſidera enim Chriſtum hoc loco diligentius, videlicet quàm prõpte ſubueniat viduæ. non enim expectatis precibus, nondum rogatus, & vidua aliquid tale ne cogitante quidẽ, afficitur miſericordia erga afflictam viduam, & offert ei ſua ipſius ſponte auxilium & beneficiũ. In Chriſto autem exprimitur imago eorum affectuum, quos Deus Pater erga homines gerit. Deum enim (inquit Iohannes) nemo vidit vnquam, vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit, Iohan.1.c.18. Et Paulus, Chriſtus, inquit, eſt imago Dei inconſpicui, Coloſſ.1.b.15. Quare manifeſtum ſit in Chriſto, quòd Pater tanta clementia præditus ſit, vt humilibus, afflictis, & oppreſſis, non expectatis precibus eorum, auxilium conferre velit. Antequam clamet (inquit apud Eſaiam cap.65.d.21) ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam. Et iterum, cap.66.a.8, Ad quem reſpiciã, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Potuiſſet quidem Chriſtus adoleſcentem, etiam ante mortem, incolumem ſeruare, ſed quod ipſe diſcipulis de cæco à natiuitate apud Iohannem, cap.9.a.3. interrogantibus reſpondit, hoc idem tibi reſpõſum exiſtimato. Nam hic adoleſcens ideo mortuus eſt, vt manifeſtentur opera Dei in illo: & quo reſuſcitatio mortui humanis viribus magis impoſſibilis videtur, eo maior gloria Chriſti ex reſuſci-

tato mortuo elucescat. Nam hoc miraculum testatur, tanquam cæleste sigillum, quòd Christus diuina maiestate & potentia præditus sit, ac etiã verè natura Deus. Nam quũ dicit, Adolescens TIBI DICO SVRGE: quid agit aliud, quàm quòd imperet morti, ostendens se habere potestatem vitæ & mortis? q.d. ita mihi placet. Resonant hæc maiestatem non vulgarem. Suscitauerunt etiam mortuos Elias, & Elisæus: verùm hi, non sua, sed aliena virtute mortuos suscitarunt: Christus autem suscitauit mortuos sua ipsius virtute, Tibi, inquit, dico, adolescens, surge. Deinde hoc miraculum testatur etiam hanc Christi gloriam, quòd Euangelium suum verissimũ sit. Prædicauit enim quòd ipse sit resurrectio & vita, & quòd qui credat in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et iterum, Siquis sermonem meum, inquit, seruauerit, mortem nõ videbit in æternũ: & qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. Quũ igitur Christus addiderit huic prædicationi miraculũ resuscitati mortui, non tam declarauit se morti potenter dominari, quàm comprobauit se vera de vincenda per fidem in ipsum morte docuisse. Ipse resurrectio est & vita: officium ergo eius est suscitare mortuos. Resurgimus autem quum restituimur in vitam, & à morte æterna eripimur per Euangelium. Implebitur autem hæc resurrectio post hanc vitam in resurrectione mortuorum.

Et accessit, tetigítque loculum: (porrò qui por- 14
tabant, substiterunt:) & ait, Adolescens, tibi di-
co, surge.

Et accessit, & tetigit loculum: (hi autem qui portabant, steterunt:) & ait, Adolescens, tibi dico, surge.

C 'Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & 15
dedit illum matri suæ.

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ.

'Accepit autem omnes timor: & glorificabant 16
Deum, dicẽtes, 'Propheta magnus surrexit inter
nos, & Deus visitauit plebem suam.

Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deũ, dicẽtes, Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia De⁹ visitauit plebẽ suã.

'Et exiit hic rumor' in vniuersam Iudæam de 17
eo, & omnem finitimam regionem.

Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

Har. 2. 7. Matth. 11. a. 2. ‖Et nuntiauerunt Ioanni discipuli ipsius de his 18
omnibus. 'Et conuocauit duos de discipulis suis
Ioannes:

Et nuntiauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes:

Misitque ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus 19

Et misit ad Iesum, dicẽs,

ANNOT.

15 Et resedit qui erat mortuus] Residere & loqui, effectus sunt verbi potentis, & Christi per verbum potenter operantis.

16 Accepit autem omnes timor:] Exoritur ob eximium hoc Christi beneficium timor & reuerentia in populo erga benefactorem & Dominũ potentissimũ, vt iam de ipso præclare sentire inciperent. is enim est vsus miraculorũ, vt bonitatem Dei homines agnoscant, & illum glorificent: vt hìc factum videmus, vbi Deum omnis boni fontem glorificant, eíque omnem gloriam tribuunt. Propheta magnus] Agnoscunt Deum visitasse populum suum, id est misso Propheta egregio (nondũ enim agnoscebãt in Christo diuinitatẽ) res & vtilitatem, atque salutẽ populi curare & prouehere. Neque enim potest Deus re alia luculentius suũ erga homines fauorẽ declarare, quàm mittẽdo illis Prophetas suos, qui in sui cognitione illos erudiãt. Siue igitur vulgus sentiat de Propheta illo magno, hoc est Messia: siue in genere, de excellenti quodã Propheta loquatur: certe quũ addit, Deus visitauit plebem suam, manifeste indicat miracula testari quòd is qui tot & tanta edit, missus sit à Domino in salutem populi sui. Quòd verò nondum plene agnoscunt Christum esse filium Dei, sed tantum Prophetam, hoc ex fidei defectu prouenit, quem Deus illis cõdonat. Incipiunt gustum aliquem habere, donec plenius in fide proficiant.

17 Et exiit hic rumor] Non volebat Dominus occultum esse miraculum: propterea coram multis edidit. vnde factum est vt rumor per vniuersam Iudæam spargeretur, etiam vsque ad discipulos Iohannis.

18 Et cõuocauit duos, &c.] Hæc omnia vsque ad 29 versum vide in Matthæo, cap. 11. a. 2,

Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

es,an alium expectamus?

Quum autē venissent ad eum viri, dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

20 Quum autem venissent ad eum viri, dixerunt,
Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es il-
le qui venturus erat, an alium expectamus?

In ipsa autem hora multos curauit à langoribus & plagis & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum.

21 In eadem autem hora multos sanauit à mor-
bis ac plagis & spiritubus malis : & cæcis multis
donauit visum.

Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis & vidistis: quia cæci vidēt, claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euangelizantur.

22 Et respondēs dixit illis, Euntes renuntiate Io-
anni quæ vidistis & audistis: quòd cæci vidēt, clau
di ambulāt, leprosi mundātur, surdi audiūt, mor- D
tui resurgūt, pauperibus annuntiatur Euangeliū.

Et beatus est quicūque nō fuerit scandalizatus in me.

23 Et beat' est quicūque nō fuerit offensus per me.

Et quum discessissent nūtii Iohānis, cœpit de Iohāne dicere ad turbas, Quid existis in desertū videre? arundinem vento moueri?

24 Et quum discessissent nuntii Ioannis, cœpit de
Ioāne dicere ad turbas, Quid existis in desertum
vt videretis? arundinem vento agitari?

Sed quid existis videre? hominē mollibus vestimentis indutum? ecce, qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

25 Sed quid existis visuri? hominem mollibus ve-
stimētis indutum? ecce, qui vestitu splendido ve-
stiuntur, & in deliciis agunt, in aulis regum sunt.

Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis & plusquā Prophetam,

26 Sed quid existis ad videndum? Prophetā? Vti-
que dico vobis, & plus quàm Prophetam.

Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto angelū meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

27 Hic est de quo scriptum est, ‖Ecce mitto ange- Malach. 3.a.1
lum meum ante faciem tuā, qui præparabit viam
tuam ante te.

Dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Iohāne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.

28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierum
Propheta Ioanne Baptista nemo est: attamen qui
minor est in regno Dei, maior est illo. E

Et omnis populus audiēs, & publicani, iustificauerūt Deum, baptizati baptismo Iohannis.

29 ‖'Et omnis populus audiens, & publicani iusti- Har.2.8.
ficauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis.

ANNOT.

29 Et omnis populus, &c.] Duos hominū ordines inter Iudæos facit Lucas: in alterum ordinem reponit populum & publicanos, hoc est rudem, simplicem, & indoctum vulgus, ac peccatores, qui palàm turpem vitam ducebant. In alterum reponit Pharisæos & Legis peritos, hoc est sanctissimos, & sapientissimos, ac doctissimos inter Iudæos. Si pro humana coniectura diuinandum esset, nullos iudicaremus potius Christum agnouisse & recepisse, quàm Pharisæos & Legis peritos, genus hominū in diuinis Scripturis, in quibus Christus promissus erat, eruditissimum. Sed ecce quàm vanæ sunt hominum coniecturæ: nam indoctum vulgus & infames publicani, audientes Euangelium Christi, & percipientes testimonia miraculorum ac Iohannis Baptistæ, iustificauerunt Deum, id est tribuerunt Deo gloriam iustitiæ & veritatis, receperunt Euangeliū Dei, agnouerunt peccata sua, crediderunt in Christū, vt ex ipso iustificarentur: & baptizati sunt baptismo Iohannis, vt haberent cæleste signaculum quo & in communionem bonorum reciperētur, & in fide sua confirmarentur. Pharisæi autem & Legis periti tantum abest vt agnouerint Christum, & consilium Dei, hoc est Euangelium per quod (saluti hominum consulturus) decreuit saluare credentes, receperint, vt etiam maximis odiis persequuti sint. Consilium enim Dei erat, quòd vellet homines saluare per Christum: & hoc consilium per Euangelii prædicationem innotescebat.

dem mutauit animum, sed omnes admittit. Nulla igitur cōscientia peccati terreri debemus, quominus accedamus ad ipsum, modò eodem animo quo ista mulier: simúlque certi nos non passuros repulsam. Præterea, in hac muliere vim veræ pœnitentiæ videre licet, quæ Iesum, neminem verita, in cōuiuium vsque sequuta est, largitérque adeò fleuit vt rigaret lachrymis pedes Domini. Senserat peccati aculeum, senserat Dei gratiam in Christo: hinc eam nihil pudebat, nihil verebatur, modò animi sui dolorē ei patefaceret à quo sperabat cōsolationem. Etiāsi pudor in ea erat, quòd staret ad pedes, nec auderet accedere: is tamē talis erat qui nō impediret eā quominus veniret ad Christū. est nanque aliqua verecundia coniuncta fidei. Qua in re videmus nos nō tenere mediū: nam aut sumus inuerecundi: aut adeò timidi, vt nullū putemus nobis ad illū patere accessum. Sit igitur nobis exemplo hæc mulier: Propheta itē Psal. 5.8, dicēs, Ego fretus multitudine misericordiæ tuæ introibo in domū tuam. alioqui clausum est nobis templum. Sequitur deinde, Adorabo in timore tuo. Ingrediamur templum Domini cum Dauide, sed misericordia, siue bonitate illius freti: adoremus verò eum timore, nō audaces. Fiducia enim non debet nos reddere audaces, aut inuerecundos. Modesta est hæc mulier: accedit tamen, fidei coniungens modestiam.

eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

'flens, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes eius, '& vnguento vngebat.

Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.

39 Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, 'Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit ipsum, quia peccatrix est.

Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo tibi

40 Et respondens Iesus dixit ad illum, 'Simon, ha-

ANNOT.

Flens, lachr. &c.] Hoc signū est veræ pœnitentiæ. Fletus enim ex tristitia manat. Quòd flēs steterit ad siue iuxta pedes Iesu, conijcere licet trichiniū more veterum in edito situ fuisse, vt stās attigerit pedes, à tergo lectis patētibus in quibus discūbebatur. Tristitia verò ex cognitione peccati, est salutaris & perpetua pœnitentiæ comes, siue præcedat, siue sequatur. Et vnguēto vng.] Videtur sumptus superuacuus, quòd cōfectio vnguēti pretiosa esset: argumento, quòd clausum erat alabastro. Nemo verò dicat sumptum superfluum: nam rectè fecit, quia Christus aderat, qui non tantū vno cultus genere debuit coli. tametsi nō debemus sequi hanc mulierē vt colamus Deum vnguento. Quòd reuerentia Christi incitata, vnguētum attulit, signū fuit veræ dilectionis, quòd voluerit quæ pretiosa habuit, in honorē Domini fundere. Certa igitur fiducia ad Christū accessit, ad quem sola gratia aditū ei patefecerat: non venit impudenter: veram attulit pœnitentiam, cum vera dilectione, quam professa est effusione vnguēti.

39 Hic si esset Propheta,] Cogitat Pharisæus Christum nō esse Prophetam: nec Prophetæ officium esse, indifferenter quoslibet admittere, Christúmque mulieris accessu pollui, & eius honori derogari. Fallitur profectò Simon quòd ex proprio sensu Christum æstimet: quod superborū est facile respuentiū quicquid persona sua indignum putant. Fallitur etiā quòd iudicet mulierem ex anteacta vita, nec agnoscit gratiam Dei in ipsa. Quo morbo laborant hypocritæ, qui lapsum aliquē videntes, pro deplorato habent. Verùm nō ex anteacta vita, sed ex præsenti potius statu iudicandi sunt homines. potest enim Deus singulis momentis homines conuertere. Hic error alium peperit, vt fieri solet: iudicauit enim Christum non esse Prophetam, quòd non cognosceret scilicet qualis esset mulier. Tametsi autem videamus aliquando latuisse aliquid Prophetas, quòd illis Dominus quantum opus esset, tantum reuelaret: non tamen latuit Christum verum Prophetam qualis esset: nec modò non latuit, sed eam etiam voluit adesse, exemplóque eius supercilium Pharisæi deiicere. Videmus igitur quātopere cauendæ sint præsumptæ opiniones, quòd nos deducāt in alios errores. cui malo facile obuiam ibimus, si nunquam, nisi de rebus certis, iudicabimus.

40 Simon, habeo quiddam] Non expectat Christus vt Pharisæus detegat quod habet in animo, sed præuenit: dans diuinitatis suæ signum, detegēdo arcana cordis eius. Quoniam aduersarii Euangelii gratuitā peccatorū remissionem negātes, locū hunc adducunt, quò probent remissionem peccatorum, meritis & satisfactionibus acquiri: summa attentione illum consi-

derare oportet, ne posthac in eius interpretatione quis decipiatur ab huiusmodi iustitiariis. Sensus igitur huius loci talis est, Pharisæus (vt dictũ est) apud se cogitabat, nõ cognosci à Domino mulierem quam tanta facilitate ad se admisisset. Sentiebat enim non fuisse admissurum, si peccatricem, qualis erat, cognouisset. Atque ex eo colligebat non esse Prophetam, qui eum in modũ falli posset. Dominus, vt peccatricem non esse ostenderet, cui iam remissa essent peccata, parabolam proposuit, Duo debitores erãt vni creditori: alter quinquaginta debebat, alter quingenta. vtrique remissum est debitum. Vter maiorem habet gratiam? Respondet Pharisæus, Is vtique cui plus donatum est. Subiicit Dominus, Hinc agnosce, remissa esse huic mulieri peccata, quia dilexit multum. Quibus verbis vt vides, eius dilectionem non facit causam remissionis peccatorum, sed probationem. sunt enim sumpta à simili eius debitoris cui remissa erãt quingenta: cui non dixit ideo remissa quia multum dilexisset: sed ideo multum diligere quia remissa sint. Atque ad eam similitudinem applicari conuenit, in hanc formam, Putas mulierem hanc esse peccatricem. Atqui talem non esse, agnoscere debueras, quando ei remissa sint peccata. Remissionis autem peccatorũ fidem tibi facere debuerat eius dilectio, qua ob beneficium gratiam refert. Est autem argumentum à posteriori quo aliquid demonstratur à signis sequentibus. Qua autem ratione peccatorum remissionem illa obtinuerit, palàm Dominus testatur, Fides (inquit) tua te saluam fecit. Fide igitur remissionem peccatorum assequimur, charitate gratias agimus, & Domini beneficentiam testamur.

beo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister, dic.
Duo debitores erant cuidã 'creditori: vnus de- 41
bebat denarios quingẽtos, & alter quinquaginta.
Quũ autem illi non essent soluendo, condona- 42
uit vtrisque. Horũ igitur dic vter eũ plus diliget?
G Respondens Simon dixit, Existimo quòd is cui 43
plus condonauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti.
Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides 44
hanc mulierem? "intraui in domum tuam, aquam
pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis
rigauit pedes meos, & capillis capitis sui "extersit.
'Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo 45

aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic.

Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.

Nõ habentibus illis vnde redderẽt, donauit vtrisque. Quis ergo eum pl⁹ diliget?

Respondens Simon dixit, Aestimo quia is cui pl⁹ donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti.

Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni, Vides hãc mulierẽ? intraui in domũ tuã, aquã pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit.

Osculũ mihi non dedisti

ANNOT.

41. Creditori:] Dictio Græca non solùm fœneratorem sonat, verumetiam creditorem. Hoc sane loco magis quadrat Creditori: quandoquidem de officio loquitur. Alioqui quis vnquam audiuit fœneratorem condonasse cuiquam æs alienum?

44 Intraui in domũ tuam,] Quæ sequũtur, ad rem amplificandã adiuncta sunt, vt ostendat quanta dilectione prosequuta sit Dominum, ob remissa sibi peccata per illum. nam quisque quanto magis sentit sibi remissa esse peccata, tanto vehementius Deum diligit: quóque maiorẽ sensum dilectionis Dei habuerimus, eo sciemus nos magis profecisse in remissione peccatorum, & fide. Hinc obseruabimus, nullum coram Deo iustum esse posse, nisi qui Deum diligat. tametsi dilectio (vt iam dictum est) nõ sit causa iustitiæ. Iustitiã probat Paulus ex Psalmo 32.a.1, in epistola sua ad Romanos, cap.4.a.7, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Et 1. Corin.5.d.19, Deus erat in Christo, mundum recõcilians sibi. Nemo autem est iustus nisi qui verum sensum peccatorum habet: nec aliter potest amplecti iustitiam, nisi vero affectu ea sentiat. Quicunque autem hanc notitiã habet, remissa sibi esse peccata per Christũ, necesse est vt Deum diligat. Non hæc loquitur Christus vt Simoni hospiti negligentiam exprobret, quasi non satis honoris exhibuerit, aut quòd non satis humaniter exceperit: sed vt Pharisaicum tumorem reprimeret, vtque ostenderet, se non synceero & cãdido corde vocatum esse ab eo, quum non exhiberet illi ea quæ à Iudæis exhiberi passim hospitibus solerent, vt videre licet ex Gene.18.a.4. & 19.a.2. Iudicum 19.c.21.

45 Osculum mihi nõ dedisti:] Hoc ritu vtebantur Iudæi, vt nos amplexu, aut porrectione manus: quod satis apparet legentibus Scripturas sacras.

hæc autẽ ex quo intrauit, nõ cessauit osculari pedes meos
intraui,non cessauit deosculari pedes meos.

Oleo caput meũ non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.
46 'Oleo caput meum nõ vnxisti:hæc autem vn-
guento vnxit pedes meos.

Propter quod dico tibi, Remittitur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. cui autẽ minus dimittitur, minus diligit.
47 Propter quod dico tibi, 'Remittuntur peccata
eius multa, 'quoniam dilexit multum. cui autem
minus remittitur,is minus diligit.

Dixit autẽ ad illam, Remittuntur tibi peccata.
48 'Dixit autem ad illã, Remittũtur tibi peccata.

Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit?
49 Et cœperunt qui simul accumbebãt dicere 'in-
tra se,'Quis est hic 'qui etiam peccata remittit?

Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluã fecit: vade in pace.
50 Dixit autem ad mulierem, 'Fides tua te saluam
fecit: 'vade cum pace.

ANNOT.

46 Oleo caput meũ,&c.] Vnguẽta enim in cõuiuiis apud Iudæos in vsu erant, vt dictũ est Matth.26.a.7.

47 Remittũtur peccata,&c.] Rectius,& loco cõuenientius verteris,Remissa sunt.Iam dictum est versu 40, quosdam hæc sic interpretari quasi ex dilectione sit remissio peccatorũ,& Dominus peccata cõdonarit propter opera illa quæ hic cõmemorantur impensa Domino: quum tamen is sensus contextui totius loci huius repugnet. nam contradicunt præcedentia & consequentia.Inducit enim parabolam Dominus,qua ostendit debitoribus duobus creditam pecuniam esse condonatam, quum reddere non possent.Deinde rogauit vter ex duobus plus diligat: & respondente Simone, Cui plus dimissum est: quid quæso aliud potuit inferri aut debuit,quàm,Plus dimissum est peccatrici:ergo plus diligit:vt dilectionẽ consequi oporteat ex cõdonatione,& non condonationẽ ex dilectione. Alioqui enim vanũ esset quod dixit Dominus,Quum non essent soluendo,condonauit vtrisque.Nam si propter dilectionem remisisset peccata,non gratis remisisset,nec cõdonasset.Præterea protinus sequitur,Cui parum remittitur,parum diligit.q.d.Tibi ô Simon,parum aut nihil peccatorum remissum est,quum putes te non obnoxium esse peccatis,sed iustissimum:ergo parum diligis.Nam vt paulo antè dictum est,is solus diligit,qui vere sentit peccata dimissa. Quoniam] Hoc loco ὅτι inferentis nota est,Ideo,aut propterea,vel propter quod dilexit multũ. Hinc colligitur, Ideóque nolo illam crimineris quasi profanam & abominabilem, quæ iustificata à peccatis, iam non amplius peccatrix est qualis fuerat,sed sancta & iusta.

48 Dixit autem ad illam,Remittũtur.] Nunc Christus mulierẽ consolatur.quantuis enim mulier non accesserat illuc absque fide,tamen consolatione aliqua opus habebat.Sensu enim peccatorum excrucisbatur:nam lachrymæ nonnisi ex tristitia erant.quòd si afflicta non fuisset,superuacua erat hæc consolatio.Fidem tamen habebat. Quòd nonnulli quærũt cur Christus mulierem deintegro doceat,quum ea ideo dilexerit quòd certo sciret remissa sibi esse peccata:illis responderi potest,Non ideo doceri quòd nesciret,sed ad confirmationem: id enim nobis vtile est sæpius repeti,imò singulis horis.facile nãque excutitur quod semel tantũ audimus. Quotidie igitur testimonium reddit mihi Dominus de remissione,vt me cõfirmet,sæpius inculcat & mane & vesperi. Quidã scribunt,hoc non tam pertinere ad confirmationem, quòd peccata verè sint remissa peccatrici, quàm ad declarationem diuinæ potestatis & maiestatis. ita enim approbare voluisse cõuiuis omnibus se illum esse qui remittat peccata propter se:vt magis id propter assidentes dictum appareat, quàm propter ipsam peccatricem,quæ in animo iam sentiebat tranquillitatem. Ideóque sequi,protinus admirationem exortã inter conuiuas,ex eo quòd dixerat se remittere peccata.

49 Intra se,] Græcus sermo anceps est,Intra se,vt cogitarint duntaxat:aut Inter se,vt colloquuti sint.Siue autem loquuti sint,siue animo conceperint,non agnouerunt quale esset officiũ Christi: quod meritò eis imputari potest, quũ ex miraculis Christi id potuissent nosse.

Quis est hic] Interrogatio est ex cõtemptu personæ. Quis est hic,scilicet tam vilis & contempta persona? Qui etiã pec.remit.] Videlicet quod tantũ solius Dei est, vt Marc.2.a.7.

50 Fides tua te sal.fe.] Vide annotationem Matth.9.c.22. Vade in pace.] Acsi dicat,

Tu quæ credidisti, & prædicanti resipiscentiam & peccatorum remissionem fidem habuisti, conuersa à viis tuis prauis: indéque me vt saluatorem tuū te modò impensissime obseruare & colere declarasti, amorē mei testata ingentē: vade in pace, & sis animo tranquillo: peccatorum tuorum Pater nunquam recordabitur: fides tua in me, saluam te reddidit: credidisti me posse gratiam Patris restituere, & peccatorum tuorum impetrare veniam, en habes restitutam & impetratam, & sicut credidisti ita accepisti: abi iam secura omnium ad tua, filia Dei euasisti. His Christus saluatorem se, per quem solum peccatorum condonatio quærenda sit, sese prædicauit: atque Pharisæos præsentes, & quòd sibiipsis plus æquo fiderent, & quòd præ se alios contemnerent, castigauit. Neque dubium quin id plerisque eorum, si non in præsenti, tamen in posterum mire profuerit. Idem dictum fuit Chananææ mulieri, Fides tua te seruauit, vade in pace: vide annotationem in Marco, cap. 5. d. 34.

CAP. VIII.

Har. 2.10 ET factum est deinceps, & ipse 'iter faciebat 1
per singulas ciuitates & castella, prædicans &
'annuntians regnum Dei: & duodecim cum illo.
Simúlque 'mulieres aliquæ, quæ erant sanatæ à 2
spiritib' malis & infirmitatib': 'Maria quæ voca-
Marc.16.b.9. tur Magdalene, de qua septē dæmonia exierāt,
Et Ioāna vxor Chuzæ 'procuratoris Herodis, 3
& Susanna, & aliæ multæ 'quæ ministrabant ei
de facultatibus suis,
Har. 2.12 Math. 13.a.3 marc.4.a.1. 'Quum autem turba plurima conueniret, & è 4
singulis ciuitatibus properarēt ad eum, dixit per
similitudinem,
Exiit qui sementem faciebat, ad seminandum 5
semen suum: & inter seminandum, aliud cecidit
circa viam, & cōculcatum est, & volucres cæli co
mederunt illud.
Et aliud cecidit super petram, & enatum aruit, 6
quia non habebat humorem.
Et aliud cecidit inter spinas: & simul enatæ spi 7

CAP. VIII.

1 ET factū est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnū Dei & duodecim cum illo.

2 Et mulieres aliquæ quæ erāt curatæ à spiritib' malignis & infirmitatib': Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septē dæmonia exierāt.

3 Et Iohanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

4 Quum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarēt ad eum, dixit per similitudinem,

5 Exiit qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederūt illud.

6 Et aliud cecidit supra petram, & natū aruit, quia non habebat humorem.

7 Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ

ANNOT.

1 Iter faciebat per sing. ciuit.] Eadem leguntur & Matth. 4. d. 23, & 9. d. 35. His indicat Lucas, Christum nunquam fuisse ociosum, nec à legatione cessasse. Annuntians regnū Dei:] Euangeliū regni, siue regni Dei annuntiare, siue Regnum Dei annuntiare, aut Regnum cælorum, idem significant. Vide Matth. 3. a. 2, & 4. d. 23, & 9. d. 35. & Marc. 1. b. 14.

2 Mulieres aliquæ,] Quòd mulieres sequebantur, erat officium gratitudinis: quòd ab eo accepissent beneficia ingentia, spiritualia & corporalia, nēpe quòd de Euangelio regni essent edoctæ, & à spiritibus malignis liberatæ. Maria quæ voc. Magdal.] Quòd hæc Maria non fuerit soror Lazari & Marthæ, nimis manifestum est, quum sit ex Galilæa. Quòd fuerit eadē quæ præcedenti capite peccatrix dicitur, ineptius est quàm sit diutius de hoc disputandum. Ineptissime verò omnium, & indoctissime scribunt quidam per septem dæmonia significari septem peccata capitalia: quum aperte hic Lucas testetur, à spiritibus immūdis liberatas has fuisse mulieres.

3 Procuratoris] Vel, Præfecti domus: quē etiā vocant commissariū. Hæc mulier ex aulica, facta est discipula Christi. Fieri quidē potest vt nō displicuerit marito Euāgelica prædicatio. Quæ mini. ei de fac.] Quòd ab istis mulierculis vitæ necessaria accipit Christus, seminās spiritualia, in seipso confirmauit quod suos docuit, Operariū cibo suo dignū, Matth. 10. a. 10.

4 Quum autē turba plur.] Vide eandem parabolam & Matth. 13. a. 2. & Marc. 4. a. 1.

næ ſuffocauerunt illud.
8 Et aliud cecidit in terram bonam,& enatum fe
cit fructum centuplũ. Hæc dicens clamabat, Qui
habet aures ad audiendum,audiat. B
9 Interrogabant autem eum diſcipuli eius,'dicen
tes quæ eſſet iſta parabola.
10 At ille dixit,'Vobis datum eſt noſſe myſteria Eſa.6.c.9. matt.13.b.14. marc. 4.b.12.
regni Dei,cæteris autẽ per'parabolas:‖'vt viden- iohã.12.f.40.
tes non videant,& audientes non intelligant. act.28.f.26. rom.11.a.8.
11 'Eſt autem hæc parabola: Semẽ,eſt ſermo Dei. Har.2.3.
12 Qui autem iuxta viam, hi ſunt qui audiũt: de- Matt.13.b.18 marc. 4.b.15.
inde venit diabolus,& tollit ſermonem de corde
eorum,ne credentes ſeruentur.
13 Nam qui ſuper petram,*ij ſunt* qui quum audie-
rint,cum gaudio ſuſcipiunt ſermonem:& hi radi
ces non habent:'qui ad tempus credũt,&in tem-
pore tentationis recedunt.
14 Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui au-
dierunt, & à ſolicitudinibus & diuitiis ac volu-
ptatib' vitæ'euntes ſuffocãtur,nec referũt fructũ.
15 Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui in
corde honeſto ac bono audientes ſermonem re-
tinent,& fructum afferunt per patientiam.
16 ‖'Nemo verò quum lucernam accenderit,ope- Infrà 11.e.33. matt.5.b.15.
rit eam vaſe,aut ſubter lectũ ponit:ſed ſuper can- marc. 4.c.21.
delabrum ponit,vt intrantes videant lumen. C
17 ‖'Non eſt enim occultũ quod non manifeſtum Infrà 12.a.2. matt.10.c.26
ſit futurum: nec abſconditum, quod non ſit co- marc.4.c.22.
gnoſcendum,& in propatulum venturum.
18 Videte ergo quomodo audiatis:‖quiſquis enim Matt.13.b.12, & 25.c.29.
habet,dabitur illi:& quicunque nõ habet, etiam marc.4.c.25.
quod putat ſe habere,auferetur ab illo. infrà 19.d.16

ſuffocauerunt illud.

8 Et aliud cecidit in terrã bonam, & ortum fecit fructum centuplũ. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi,audiat.

9 Interrogabãt autem eum diſcipuli eius quæ eſſet hæc parabola.

10 Quibus ipſe dixit, Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei,cæteris autẽ in parabolis:vt vidẽtes nõ videãt, & audiẽtes non intelligant.

11 Eſt autem hæc parabola: Semen,eſt verbum Dei.

12 Qui autem ſecus viam,hi ſunt qui audiũt: deinde venit diabolus, & tollit verbũ de corde eorum, ne credentes ſalui fiant.

13 Nam qui ſupra petrã, qui quũ audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habẽt: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

14 Quod autẽ in ſpinas cecidit,hi ſunt qui audierũt,& à ſolicitudinibus & diuitiis & voluptatib' vitæ euntes ſuffocãtur,& nõ referũt fructũ

15 Quod autẽ in bonã terrã, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

16 Nemo autẽ lucernã accẽdens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit:ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.

17 Non eſt enim occultum quod non manifeſtetur:nec abſconditum quod non cognoſcatur, & in palàm veniat.

18 Videte ergo quomodo audiatis:qui enim habet,dabitur illi:& qui non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.

ANNOT.

9 Dicentes quæ eſſet iſta parabola.] Matthæus habet, Dixerunt illi diſcipuli, Quare in parabolis loqueris eis?

10 Vobis datum eſt] Hæc exponuntur in Matthæo,eodem capite 13.b.11.

11 Eſt autẽ hæc parabola:] Eſt,pro Significat,frequentiſſimè ponitur in Scripturis.Hæc parabolæ expoſitio,vſque ad 16 verſum,legitur eodem cap.13 Matthæi,verſu 18.

13 Qui ad tẽp.] Etiã ſcripta exẽplaria veteris interpretis legũt Qui pronomẽ,nõ Quia.

14 Euntes] Siue abeuntes,audito verbo ſcilicet. Aut,obruti diuitiis,&c. progreſſu videlicet temporis accreſcente diuitiarum copia.

16 Nemo verò quum lucernam,&c.] Exponitur hoc apud Marcum,cap.4.b.21.

17 Non eſt enim occultum,] Vide annotationes in hũc locum, apud Matthæum, cap.10.c.6,apud Marcum item cap.4.b.24.25.

Har.2.15 Matt.12.d.46 marc.3.d.32. ‖'Venerunt autem ad illũ mater & fratres eius, 19
& non poterant adire eum præ turba.
Et nuntiatum eſt illi, dictúmque, Mater tua & 20
fratres tui ſtant foris, volentes te videre.
Qui reſpondens dixit ad eos, Mater mea & fra 21
tres mei hi ſunt qui ſermonem Dei audiunt, ac
faciunt illum.
Har.2.16 Matt.8.c.23. marc.4.d.36. ‖'Factum eſt autem quodam die, & ipſe aſcen- 22
dit in nauim, ac diſcipuli ei⁹: & ait ad illos, Traii-
ciamus in vlteriorem ripam ſtagni. Ac ſoluerũt.
Cæterùm nauigãtibus illis, obdormiuit: & in- 23
gruit procella venti in ſtagnum: & complebãtur, ac periclitabantur.
Accedentes autem ſuſcitauerunt eum dicẽtes, 24
Præceptor, præceptor, perimus. At ille experre-
ctus increpauit ventum ac tempeſtatem aquæ: &
ceſſauerunt, factáque eſt tranquillitas.
D Dixit autẽ illis, Vbi eſt fides veſtra? Timẽtes au 25
tẽ mirati ſunt, inter ſe dicẽtes, Quis putas hic eſt,
quia vẽtis quoq; & aquæ imperat, & obediũt ei?
Matth.8.d.28 marc.5.a.1. ‖'Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, 26
quæ eſt contra Galilæam.
Har.2.17 ‖Et quum de naui egreſſus eſſet ad terram, oc- 27
currit illi vir quidã è ciuitate, qui habebat dæmo
niũ iam tẽporibus multis, & veſtimẽto nõ indue
batur, neq; in domo manebat, ſed in monumẽtis.
Is vt vidit Ieſum, & exclamaſſet, prócidit ante 28
illũ, ac voce magna dixit, Quid mihi rei tecũ eſt
Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te, ne me torqueas.
Præcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret 29
ab homine. frequenter enim corripuerat illũ, &
vinciebatur catenis, & cõpedibus cuſtodiebatur:
& ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta.
Interrogauit autem illum Ieſus, dicens, Quod 30
tibi nomen eſt? At ille dixit, Legio: quia intraue-
runt dæmonia multa in eum.
Et rogauerunt illum ne imperaret ipſis vt in a- 31

19 Venerũt autem ad illum
mater & fratres eius, & nõ
poterãt adire eũ præ turba.
20 Et nuntiatũ eſt illi, Mater
tua & fratres tui ſtant foris,
volentes te videre.
21 Qui reſpondens dixit ad
eos, Mater mea & fratres
mei hi ſunt qui verbũ Dei
audiunt & faciunt.
22 Factũ eſt autẽ in vna die-
rum, & ipſe aſcendit in na
uiculam, & diſcipuli eius: &
ait ad illos, Transfretemus
trans ſtagnũ. Et aſcenderũt.
23 Et nauigantibus illis ob-
dormiuit: & deſcendit pro-
cella vẽti in ſtagnũ, & cõple
bantur, & periclitabantur.
24 Accedentes autem ſuſci-
tauerũt eum, dicẽtes, Præce
ptor, perimus. At ille ſurgẽs
increpauit ventum & tem-
peſtatem aquæ: & ceſſauit,
& facta eſt tranquillitas.
25 Dixit autem illis, Vbi eſt
fides veſtra? Qui timentes
mirati ſunt, adinuicẽ dicen-
tes, Quis putas hic eſt, quia
& ventis & mari imperat,
26 & obediunt ei?
Et nauigauerũt ad regio-
nem Geraſenorum, quæ eſt
contra Galilæam.
27 Et quum egreſſus eſſet ad
terrã, occurrit illi vir qui-
dam qui habebat dæmoniũ
iam temporibus multis, &
veſtimẽto non induebatur,
neque in domo manebat,
28 ſed in monumentis.
Is vt vidit Ieſum, prócidit
ante illũ, & exclamãs voce
magna dixit, Quid mihi &
tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi?
29 obſecro te, ne me torqueas.
Præcipiebat enim ſpiri-
tui immundo vt exiret ab
homine. multis enim tem-
poribus arripiebat illum, &
vinciebatur catenis & com-
pedibus cuſtoditus: & ru-
30 ptis vinculis agebatur à dæ
monio in deſerta.
Interrogauit autem illũ Ie
ſus, dicẽs, Quod tibi nomẽ
eſt? At ille dixit, Legio: quia
31 intrauerant dæmonia mul
ta in eum.
Et rogauerunt illũ ne im

ANNOT.

19 Venerunt autem ad illum] Similia lege Matth.12.d.46.

22 Factum eſt autem quodam die] Annotantur hæc Matth.8.c.23, & Marc.4.d.36.

26 Et nauigauerunt, &c.] Explicatio horum vſque ad 40 verſum, eſt apud Matthæũ, cap. 8.d.28, & maxime apud Marcum, cap.5.a.1.

peraret illis vt in abyssum irent.

32 Erat autem ibi grex porcorum multorũ pascentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.

33 Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnũ, & suffocatus est.

34 Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.

35 Exierunt autem videre quod factum est: & venerũt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedẽtem, à quo dæmonia exierant, vestitũ, ac sana mente, ad pedes e u & timuerunt.

36 Nuntiauerũt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione.

37 Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascẽdẽs nauim, reuersus est.

38 Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset: dimisit autem eum Iesus, dicens,

39 Redi in domum tuam, & narra quãta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

40 Factum est autem quũ redisset Iesus, excepit illũ turba: erant autem omnes expectantes eum.

41 Et ecce venit vir cui nomẽ Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius:

42 Quia vnica filia erat ei ferè annorũ duodecim, & hæc moriebatur. (Et contigit dũ iret, à turbis cõprimebatur.

43 Et mulier quædã erat in fluxu sanguinis ab annis

byssum irent.
32 Erat autem ibi grex porcorum multorum pa-
scentium in monte: & rogabant eum vt permit-
teret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis.
33 Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intra-
uerunt in porcos: & impetu abiit grex per præ-
ceps in stagnum, & suffocatus est.
34 Porrò vt viderũt quod acciderat ii qui pascebãt,
fugerunt: rumorémque nuntiauerunt in ciuita-
tem ac villas.
35 Exierunt autem vt viderent quod factum erat:
& venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem
sedentem, à quo dæmonia exierãt, vestitum, ac sa
na mente, ad pedes Iesu: & timuerunt.
36 Nuntiauerũt autẽ illis etiã qui viderãt, quomo
do sanus factus esset is q̃ agitabatur à dæmonio.
37 Et rogauerunt illum omnis multitudo regio-
nis Gadarenorum vt discederet ab ipsis: quia ma
gno timore tenebantur. Ipse autem conscensa na
ui reuersus est.
38 Rogauerat enim illum vir à quo dæmonia e-
xierãt, vt cũ eo esset: sed ablegauit eũ Iesus, dicẽs,
39 Redi in domum tuam, & narra quæcũque tibi F
fecerit Deus. Et abiit per totam ciuitatem, prædi-
cans quæcunque sibi fecisset Iesus.
40 'Factum est autem quum rediret Iesus, excepit
illum turba: nam omnes expectabant eum.
41 ‖'Et ecce, venit vir cui nomẽ Iairus, & ipse prin- Har.2.18
ceps synagogæ erat: accidítque ad pedes Iesu, ro Matth.9.c.18 marc.5.c.22.
gans eum vt intraret in domum suam:
42 Quoniam vnica filia erat ei ferè annorũ duode
cim, '& hæc moriebatur. (Verùm inter eundum,
turbæ 'coartabant eum.
43 Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sangui-

ANNOT.

40 Factum est autem quum rediret] Nempe à Gadarenis. Reuectus est Iesus vnde venerat, videlicet in Galilæam, vbi iam celebris erat, & admirandus omnibus. Redeuntem igitur excepit ingens hominum multitudo, quæ magnis desideriis expectarat Iesu reditum à Gadarenis siue Gerasenis.

41 Et ecce, venit vir] Eandem historiam vide Matth.9.c.18. & Marc.5.c.22.

42 Et hæc moriebatur.] ἀπέθνησκεν potuit verti, Et mortua erat. vt intelligamus iã tum puellam expirasse, licet id nondum sciret pater qui reliquerat agentem animam. imò haud scio an hoc verbo secus liceat vti. Coartabant] Græce, suffocabant, constringebant & artabant.

nis ab annis duodecim,(quæ in medicos impen-
derat omnem ſubſtantiam, nec ab vllo potuerat
curari:)
Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti 44
eius:& cõfeſtim ſiſtebatur fluxus ſanguinis eius.
Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Negātibus 45
autē omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erāt,
Præceptor, turbæ te 'conſtringunt & affli&ant:
& dicis, Quis me tetigit?
Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis:nam ego no- 46
ui virtutem à me exiſſe.
G Videns autem mulier quòd non latuiſſet, tre- 47
mens venit,ac procidit ante pedes eius:& ob quā
cauſam tetigiſſet eum,indicauit ei coram toto po
pulo,& quemadmodū confeſtim ſanata fuiſſet.
At ipſe dixit ei, Confide filia,fides tua te ſerua- 48
uit:vade cum pace.)
Adhuc illo loquente, venit quidam à domo 49
principis ſynagogæ, dicēs ei, Mortua eſt filia tua:
noli vexare magiſtrum.
Ieſus autem audito hoc verbo, reſpondit patri 50
puellæ, Noli timere:crede tantùm,& ſalua erit.
Et quum veniſſet in domum,non permiſit in- 51
trare *ſecum* quenquam, niſi Petrum & Iacobum
& Ioannem,& patrem ac matrem puellæ.
Flebāt autē omnes & plangebant illā.at ille di 52
xit,Nolite flere:nō eſt mortua *puella*,ſed dormit.
Et deridebāt eum,ſcientes quòd mortua eſſet. 53
Ipſe autem eie&is foras omnibus, apprehenſa 54
manu eius clamauit,dicens, Puella,ſurge.
Et reuerſus eſt ſpiritus eius: & ſurrexit conti- 55
nuó. Ac iuſſit illi dari cibum.
Et ſtupuerūt parentes eius: at ille præcepit eis 56
ne cui dicerent quod factum erat. CAP. IX.
Har.2.19 Math.10.a.1. marc.3.b.13, & 6.a.7.
COnuocatis autem *Ieſus* duodecim, 'dedit il- 1
lis poteſtatem & authoritatem ſuper omnia

duodecim, (quæ in medicos erogauerat omnē ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari:)

Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & cõfeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.

Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te comprimūt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit?

Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis:nā ego noui virtutem de me exiſſe.

Vidēs autem mulier quia non latuit, tremēs venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam cauſam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.

At ipſe dixit ei, Filia, fides tua ſaluam te fecit: vade in pace.)

Adhuc illo loquente, venit quidā ad principem ſynagogæ, dicens ei, Quia mortua eſt filia tua, noli vexare illum.

Ieſus autem audito hoc verbo, reſpondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & ſalua erit.

Et quū veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quenquā, niſi Petrū & Iacobum & Iohannē, & patrem & matrem puellæ.

Flebant autē omnes & plāgebāt illā. at ille dixit, Nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit.

Et deridebant eum, ſcientes quòd mortua eſſet.

Ipſe autē tenens manum eius clamauit, dicens, Puella, ſurge.

Et reuerſus eſt ſpiritus eius: & ſurrexit continuó. Et iuſſit illi dare manducare.

Et ſtupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat. CAP. IX.

COnuocatis autē duodecim Apoſtolis dedit

ANNOT.

45 Conſtringunt] Vel,coartant,ſiue diſtringunt.

IN CAPVT IX.

1 Conuocatis autem duodecim] Quo tempore hæc facta ſint,vide Marc.3.b.13. Dedit illis poteſtatem] Vide Matth.10.a.1.& Marc.6.a.7.

illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt langoores curarent.

dæmonia,& vt morbos sanarent.

Et misit illos prædicare regnũ Dei, & sanare infirmos.

2 ‖Et misit illos vt prædicarent ʼregnum Dei, & Matth.10.a.7.
sanarent infirmos.

Et ait ad illos, Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque perã, neque panem, neque pecuniã, neque duas tunicas habeatis.

3 ‖Et ait ad illos, ʼNequid tuleritis in viã, neque Matt.10.a.9. marc.6.b.8.
virgam, neque peram, neque panem, neque pe-
cuniam, neque ʼbinas tunicas habeatis.

Et in quancũque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis.

4 ʼEt in quancunque domũ intraueritis, illic ma-
nete, ʼatque illinc exeatis.

Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.

5 ‖ʼEt quicũque non receperint vos, exeuntes de Matt.10.b.14. marc.6.b.11.
ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus vestris ex- infrà 10.b.11.
cutite, in testimonium aduersus illos. act.13.g.51.

Egressi autem circuibant per castella, euangelizãtes & curantes vbique.

6 Egressi autem circumibãt per castella, euange-
lizantes & curantes vbique.

Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo: & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdã, Quia Iohãnes surrexit à mortuis:

7 ‖ʼAudiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ Har.2.20
fiebant ab eo: & ʼhæsitabat, eo quòd diceretur à Matth.14.a.1. marc.6.b.14.
quibusdam quòd Ioannes surrexisset à mortuis.

A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis surrexit.

8 A quibusdam verò quòd Elias apparuisset: ab
aliis autem, quòd Propheta quispiam ex antiquis
surrexisset.

Et ait Herodes, Iohãnem ego decollaui: quis est autẽ iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

9 Et ait Herodes, Ioãnem ego decollaui: quis est
autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat
videre eum.

Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerũt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ.

10 ‖ʼEt reuersi Apostoli narrauerũt illi quæcũque Har.2.21
fecerant.‖ʼEt assumptis illis secessit seorsum in lo- Marc.6.d.30. Matt.14.b.13
cum desertum ciuitatis quæ vocatur Bethsaida. marc.6.e.32.

Quod quũ cognouissent turbæ, sequutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos q cura indigebãt, sanabat.

11 Quod quum cognouissent turbæ, sequutæ sunt B
illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno
Dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat.

ANNOT.

2 Regnũ Dei,] Matthæus habet cap.10.a.7, Prædicate, dicentes, Appropinquauit regnum cælorum.

3 Nequid tuleritis in viã,] Hæc mandata habet Matthæus eodem capite, versu 9. Et Marcus cap.6.b.8. Binas tunicas] Id est singuli duas. Tunicam dixit non pro quauis veste, sed pro specie vestis, vt intelligas alteram indui, alteram deportari in sarcina pro mutatoria.

4 Et in quancunque] Vide Matth.10.b.11. Atque illinc exeatis.] Latina scripta exemplaria veteris interpretis etiam sine negatione legunt vt Græca. Sentit enim vt vnis dũtaxat ædibus vterentur: ne aliunde exirent relicturi ciuitatẽ, quàm quo ingressi fuissent aduenientes, ne cui parum stabiles viderentur.

5 Et quicunque non receperit vos] Similia sunt in Matthæo, 10. b. 14, & Marco, 6.b.11.

7 Audiuit aut. Herodes] Vide annotationem in hũc locũ apud Matthæũ, 14.a.1, & Marcũ, 6.b.14. Hæsitabat] Vox Græca, διηπόρει, vt significat hæsitare, ita significat perplexũ esse, atque ancipitis cõsilii, & animi dubiũ. metuebat enim ne is resurrexisset quẽ occiderat.

10 Et reuersi Apost.] Confer cum his Marcum cap.6.d.30. Et assumptis illis] Vide Matthæum, cap.14.b.13, & Marcum, 6.e.32.

Matt.14.b 15. |'Dies autem cœperat declinare: & accedentes 12
marc.6.e.35. iohan.6.a.5. duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes
in castella villásque vicinas, diuertát, & inueniát
escas: quia hîc in loco deserto sumus.
Ait autem ad illos, Vos date illis quod edant. 13
At illi dixerũt, Nõ sunt nobis plures quàm quin-
que panes & duo pisces, nisi nos eamus & ema-
mus in omnem hunc populum escas.
Har.2.22 Erant autem ferè viri quinquies mille.|Ait au- 14
tem ad discipulos suos, Facite illos discumbere in
singulo quoque discubitu quinquagenos.
Atque ita fecerunt: & fecerũt omnes discũbere. 15
Acceptis autẽ quinque panibus & duobus pisci 16
bus, sublatis in cælũ oculis, benedixit illis: & fre-
git, distribuítque discipulis, vt apponerẽt turbæ.
C Et comederunt omnes, & saturati sunt: & sub- 17
latum est quod superfuit illis, fragmẽtorum co-
phini duodecim.
Har.2.32 |'Et factum est quum solus esset orans, erant 18
Matt.16.b.13 marc.8.c.27. cum illo & discipuli: interrogauítque illos, dicés,
Quem me dicunt esse turbæ?
At illi responderunt, & dixerunt, Ioannem Ba 19
ptistam: alii autem Eliam: alii verò, quòd Prophe
ta quispiam de antiquis surrexit.
Dixit autem illis, Vos autem quẽ me esse dici- 20
tis? Respõdens Simon Petrus dixit, Christũ Dei.
At ille comminatus illis, præcepit necui dice- 21
rent hoc,
Matt.17.d.22 marc.8.c.31. Dicens, |'Oportet Filium hominis multa pati, 22
& reprobari à Senioribus, & principibus Sacer-
dotũ, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.
Har.2.33 |Dicebat autem ad omnes, 'Siquis vult post me 23
Matt.10.d.38 & 16.d.24. venire, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam
marc.8.d.34. infrà 14.f.27 quotidie, & sequatur me.

Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella villásque quæ circa sunt, diuertant, & inueniãt escas: quia hîc ĩ loco deserto sum⁹

Ait autẽ ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi fortè nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbam escas.

Erant autẽ ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos.

Et ita fecerunt: & fecerunt discumbere omnes.

Acceptis autem quinque panib⁹ & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas.

Et manducauerũt omnes, & saturati sunt: & sublatum est qđ superfuit illis fragmẽtorum cophini duodecim.

Et factũ est quũ solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos, dicens, Quem me dicũt esse turbæ?

At illi responderũt, & dixerũt, Iohannẽ Baptistam: alii autem Eliam: alii verò, quia vnus Propheta de prioribus surrexit.

Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Christum Dei.

At ille increpãs illos, præcepit necui dicerent hoc,

Dicens, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.

Dicebat autem ad omnes, Siquis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

ANNOT.

12 Dies autem cœperat decl.] Hanc historiã describit & Matthæus, cap.14.b.15, & Marcus, cap.6.e.35, & Iohannes, 6.a.5.

18 Et factum est quum solus, &c.] Similia leges in Matthæo, cap.16.b.13. maxime autem in Marco, 8.c.27, vbi hæc declarantur.

22 Oportet Filiũ hom.] Huius meminerũt Matthæus, cap.17.d.22, & Marcus cap.8.c.31.

23 Siquis vult post me venire, &c.] Hanc lectionem sæpius inculcat Christus, vt videmus ex Matthæo cap.10.d.38, & 16.d.24. Marc.8.d.34. etiam in hoc nostro, cap.14.f.27.

Quienim voluerit animã suam saluam facere, perdet illã: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.

24 ¶Qui enim voluerit animam suam saluam fa- Mat.10.d.39, & 16.d.25.
cere, perdet illam: qui verò perdiderit animam marc.8.d.35.
suam propter me, is saluam faciet illam. iohã.12.d.25. infrà 17.g.33.

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundũ, se autẽ ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?

25 ¶Quid enim proficit homo, si lucretur vniuer- Matt.16.d.26
sum mundum, se autem ipsum perdat, aut iactu- marc.8.d.36.
ram suiipsius faciat?

D

Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet quũ venerit in maiestate sua & Patris & sanctorum angelorum.

26 ¶Nam quem mei, meorúmque sermonum pu- Infrà 12.b.8.
duerit, huius & Filium hominis pudebit, quum matt.10.d.13. marc.8.d.38.
venerit in maiestate sua & Patris, sanctorúmque 2.tim.2.b.12.
angelorum.

Dico autem vobis verè, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.

27 ¶Dico autem vobis verè, sunt quidam hîc stan Mat.16.d.28
tes, qui non gustabunt mortem, donec videant marc.9.a.1.
regnum Dei.

Factũ est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Iohannem, & ascendit in montem vt oraret.

28 ¶Factum est autẽ post hæc verba ferè diebus Har.2.34
octo, & assumpsit Petrum & Ioannem & Iaco- Matth.17.a.1 marc.9.a.2.
bum, & ascendit in montem vt oraret.

Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & refulgens.

29 Et facta est dum oraret, species vultus eius alia,
& vestitus eius candidus *ac* refulgens.

Et ecce duo viri loquebãtur cum illo: erant autem Moyses & Elias,

30 Et ecce duo viri loquebantur cum illo, qui e-
rant Moses & Elias,

Visi in maiestate: & dicebant excessum eius quẽ completurus erat in Ierusalem.

31 Qui visi in maiestate, dicebant 'excessum eius
quem completurus erat Hierosolymis.

Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant somno: & euigilantes, viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo.

32 Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant
somno: expergefacti autem viderunt maiestatem e-
ius, & duos viros qui stabant cum illo.

Et factũ est quũ discederẽt ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret.

33 Et factum est quum discederent ab illo, ait Pe-
trus ad Iesum, Præceptor, bonũ est nos hîc esse:
& faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum
Mosi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret.

Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem.

34 Hæc autem illo loquẽte, facta est nubes, & ob-
umbrauit eos: timuerunt autem intrantibus illis E
in nubem.

ANNOT.

24 Qui enim voluerit anim.] Eadem vide Matthæi cap.10.d.39, & 16.d.25. Mare.8.d.35. Iohan.12.d.25. Et in hoc nostro Luca, cap.17.g.33.

25 Quid enim profieit homo] Similia lege Matthæi cap.16.d.26. Mare.8.d.36.

26 Nam quem mei, meorúmque, &c.] Vide infrà 12.b.8, & Matth.10.d.33. Marc.8.d.38. & 2. Timoth.2.b.12, Si sufferimus, & conregnabimus: si negamus, & ille negabit nos.

27 Dieo autem vobis verè, sunt quidam, &c.] Et hæc à Matthæo scribuntur, cap.16.d.28. & Mareo, cap.9.a.1.

28 Factũ est autẽ post hæc verba,] Confer hæc cum iis quæ à Matthæo, cap.17.a.1, & Marco, cap.9.a.2 describuntur.

31 Excessum eius] Mortem intelligit, vt annotatum est Matth.17.a.3.

Et vox facta est de nube, dicens, Hic est filius 35
meus dilectus: ipsum audite.

Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus: & 36
ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus
Har. 2. 35 quicquam ex his quæ viderant.

Matt. 17. b. 14 marc. 9. c. 14. ‖ Factum est autem in sequenti die, descenden- 37
tibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

Et ecce, vir de turba exclamauit, dicens, Magi- 38
ster, obsecro te, respice ad filium meum, quia v-
nicus est mihi:

Et ecce, spiritus apprehendit eum, & subito cla 39
mat, & discerpit eum cum spuma, & vix discedit
ab eo, dilanians eum.

Et rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum: & 40
non potuerunt.

Respōdens autem Iesus dixit, O natio infidelis 41
& peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos?
Adduc huc filium tuum.

Quum adhuc autem accederet, laniauit illum 42
dæmonium, & dissipauit. Increpauit autem Iesus
spiritum immundum, & sanauit puerum: & red-
didit illum patri suo.

Stupebant autem omnes super magnificentia 43
Har. 2. 36 Dei. ‖ Sed omnibus mirantibus super omnibus
F quæ faciebat, dixit ad discipulos suos,

Matt. 17. d. 22 marc. 9. c. 31. ‖ Ponite vos in auribus vestris sermones istos: 44
Filius enim hominis futurum est vt tradatur in
manus hominum.

At illi ignorabant verbū istud, & erat abscon- 45
ditum ab illis, vt non intelligerent illud: & time-
bant eum interrogare de hoc verbo.

Har. 2. 37 Matth. 18. a. 1 marc. 9. c. 33. ‖ Intrauit autem cogitatio inter eos, quis eorum 46
maior esset.

At Iesus videns cogitationem cordis illorum, 47
apprehendit puerum, & statuit illum iuxta se.

Et vox facta est de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite.

Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquā ex his quæ viderant.

Factū est autem in sequēti die, descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

Et ecce, vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te respice in filium meū, quia vnicus est mihi:

Et ecce, spiritus apprehēdit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum.

Et rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum: & nō potuerunt.

Respondens autem Iesus dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum.

Et quum accederet, elisit illū dæmoniū, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritū immundum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius.

Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Omnibúsque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos,

Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum.

At illi ignorabāt verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.

Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.

At Iesus vidēs cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se.

ANNOT.

37 Factum est autem, &c.] Super hæc annotata sunt quæ oportuit, in Matth. 17. b. 14. præcipue verò in Marco, 9. c. 14.

44 Ponite vos in auri. vest.] Hebraismus est, pro diligenter auscultate quæ dicturus sum: refertur enim ad sequentia. Porrò In auribus, dixit potius, quàm In cordibus: propterea quòd non essent intellecturi. sequitur enim mox, At illi ignorabant verbum istud. Vide annotationem in hunc locum Matth. 17. d. 22, & 20. b. 17: item Marc. 9. c. 31, vbi ordo historiæ narratur.

46 Intrauit autem cogitatio, &c.] Similia leguntur Matth. 18. a. 1, & Marc. 9. c. 33.

Et ait illis, Quicunque suſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit: & quicũque me receperit, recipit eum qui me miſit. nã qui minor eſt inter vos omnes, hic maior eſt.

48 Et ait illis, Quicunque receperit puerum hunc
nomine meo, me recipit: & quicunque me rece-
perit, recipit eũ qui me miſit. nam qui minor eſt
inter omnes vos, hic erit magnus.

Reſpõdens autem Iohãnes, dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia nõ ſequitur nobiſcum.

49 ‖Reſpondens autem Ioannes dixit, Præceptor, Marc.9.f.38.
vidimus quendã ſub nomine tuo eiicientem dæ-
monia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur
nobiſcum.

Et ait ad illũ Ieſus, Nolite prohibere: qui enim nõ eſt aduerſũ nos, pro nobis eſt.

50 Et ait ad illũ Ieſus, Nolite prohibere: qui enim
non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.

Factũ eſt autem dum cõplerẽtur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuã firmauit vt iret in Ieruſalem.

51 ‖Factum eſt autem 'dum cõplerentur dies aſſum Har.3.1.
ptionis eius, & ipſe 'faciem ſuam obfirmauerat vt
iret Hieroſolymam.

Et miſit nuntios ante cõſpectum ſuum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorũ vt pararent illi.

52 Et miſit nuntios ante conſpectum ſuũ: & eun- G
tes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt
pararent illi.

Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ieruſalem.

53 Et nõ receperũt eum, quia 'facies eius erat eun-
tis Hieroſolymam.

Quum vidiſſent autẽ diſcipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis dicimus vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos?

54 'Quum vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus
& Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicamus vt i-
gnis deſcendat de cælo, & cõſumat illos, ‖quem- 4.Reg.1.b.10,12.
admodum & Elias fecit?

ANNOT.

49 Reſpondens autem Iohannes] Hanc hiſtoriam refert Marcus, cap.9.f.38.

51 Dum complerentur dies aſſ. eius] Id eſt, dum inſtaret iam id tẽpus quo terris relictis, in cælos eſſet aſſumendus. Hora appropinquãte ſupplicii, locum quoque ſupplicii voluit adire. quúmque (vt veriſimile eſt) multam turbam ſecũ duceret (quod vel ex initio octaui capitis ſuprà cõlligitur) præmittere ſolebat qui ſibi & iis quos ſecũ habebat, vitæ neceſſaria pararent. Ii ergo quum in quandam Samaritanorum ciuitatem fuiſſent ingreſſi, vt pararent ea Domino & iis qui cum illo erant, ciues repulerunt illos, nolentes Dominum intra ſua mœnia admittere, eo quòd viderẽt eum petere Ieroſolyma: neque dubitarẽt quin propter feſtiuitatem, & cauſa adorationis in tẽplo Ieroſolymitano, hoc iter ſuſcepiſſet. Id enim Samaritani indigniſſime ferebant, habentes templum proprium in monte Garizim, extructum à Sanabalath præfecto Darii, in gratiam Manaſſe generi ſui ſacerdotio Ieroſolymis pulſi, in quo ita contendebant adorandũ, vt hinc plerunque ſeditiones ortæ & cædes perpetratæ fuerint inter Samaritanos & Iudæos: de quibus legis apud Ioſephũ lib.11.cap.7. & 8, & ſequentis libri capite primo. Huius montis meminit muliercula illa diſputans cum Domino apud fontem, Iohã.4.c.20. Hi ergo Samaritæ nullo peculiari odio Domini, ſed ob illam de præſtãtia templorum contentionem ipſum & ſuos recipere noluerunt, vt quos putarent ſuum templum contemnere, & petere Ieroſolymitanum. Faciem ſuam obfirm.] Id eſt, firmo propoſito fixerat faciem ſuam vt iret verſus Ieruſalem: omninóque ſtatuerat illuc proficiſci, animo interim aduerſus omnia mala ingruentia indurato & obfirmato.

53 Facies eius erat euntis] Græcè ad verbum, Facies eius erat vadens. quanquam nihil refert ad ſententiam. Sicut enim oculi loqui dicuntur qui innuunt quod dictum velis: ita facies ire dicitur quæ præ ſe ferat iter aliquò deſtinatum eſſe.

54 Quum vidiſſent autem diſcipuli, &c.] Hæc verba teſtantur, diſcipulos non ſolũ maxima ira in Samaritanos accenſos fuiſſe, ſed etiã exiſtimaſſe ſe præſtare obſequium Deo, ſi illam

vrbem vnà cum ciuibus suis incendio perderent. Primum enim ponunt sibi ob oculos inhumanitatem Samaritanorum, quòd excludant homines innocẽtes. Deinde etiam impietatem, quòd excludãt Iesum verum Messiã saluatorem mundi promissum. Adhæc reuocẽt in memoriã, quòd Samaritani sint hæretici & peiores pene Gentibus. Postremo allegant exemplũ Eliæ, qui (vt scribitur 2. Reg. 1. b. 10. 12) iusserit ignẽ è cælo descendere, & deuorare duos quinquagenarios, qui à rege Ochosia missi erãt vt illum ad suppliciũ raperẽt. Ex his cogitabãt discipuli, se non solum quod iustum est, verumetiam quòd singularem cultum Deo tribuerẽt si Samaritanos perderent.

Conuersus autem Iesus 'increpauit illos, dicens, 55
'Nescitis cuius spiritus estis vos.

Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis.

'Filius enim hominis non venit ad perdendum 56
animas hominum, sed ad seruandum. Et abierũt
in aliud castellum.

Filius hominis nõ venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

Math. 8. c. 19 ‖Factum est autem, ambulantibus illis in via, di 57
xit quidam ad illum, 'Sequar te quocũque ieris.
Dixit illi Iesus, Vulpes cauernas habent, & vo- 53
lucres cæli, nidos: Filius autẽ hominis non habet
vbi caput reclinet.

Factum est autem, ambulãtibus illis in via, dixit quidam ad illũ, Sequar te quocunque ieris, Domine.
Et dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli, nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Matth. 8. c. 21 ‖'Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem 59
dixit, Domine, permitte mihi vt prius abeam, ac

Ait autẽ ad alterũ, Sequere me. Ille autẽ dixit, Domine permitte mihi primùm ire,

ANNOT.

55 Increpauit il.] Etsi enim in ruinam multorũ Dominus positus esset, vt Simeõ ait suprà 2. c. 34, atque ipsos Apostolos oporteret multis odorem mortis offundere per Euangeliũ, quod in se odor vitæ est, 2. Corin. 2. d. 16: nolebat tamẽ vt tam procliues essent ad petendã vltionem eorũ qui peccassent, (præsertim si illud in se præcipue peccatũ esset) verùm in omnibus præ se ferre suum spiritum, id est animum qui saluare multos quæreret, perdere neminẽ. Hac sua igitur increpatione priuatã vindictam prohibet Christus, vt vitiũ corruptæ naturæ: & vltra naturã aliquid monet, nempe inimicos diligendos esse, aduersarios veritatis esse tolerandos, iniuriss dissimulandas: pro odio nos habentibus, pro ingratis, pro inhumanis erga nos, orandum, &c. vnde virtutes regni Christi, & hominum in hoc regno agentium, patientia, mansuetudo, pax, humanitas, &c. Habes hic etiam regni Christi definitionem, quòd sit regnum crucis, patiẽtiæ, mansuetudinis, pacis, humanitatis, &c. Separat quoque hìc Christus suũ regnum à regno mundi, homines Christianos ab hominibus mũdi. Docet item, regnum Dei non esse regnum in quo gladiis & fustibus res agatur. Nescitis cuius spir. estis vos.] Spiritũ hic vocat internam agitationem seu motum quo agebantur illi. Qui Spiritum Dei habent, à Spiritu sancto: qui verò spiritum carnis habent, à carne aguntur. Distinguit igitur Christus inter spiritum carnis, corruptæque naturæ, & inter Spiritum Dei sapientem ea quæ Dei sunt. q. d. Non intelligitis vestrũ spiritum, vestrum animũ, vestrũ desiderium, & cupiditatẽ tam malam esse, vt si ex æquo peccatoribus omnibus statim fieret quod expetitis, non Samaritanis tãtum, sed etiam vobisipsis, ac toti generi humano exitium afferret. Quidam per interrogationem legunt, An nescitis cuius spiritus sitis? q. d. an ignoratis, quũ ita loquimini, vos spiritu carnis duci? nam Spiritus Patris mei, à quo regi vos oportet, nõ quærit vindictã. Vel, An nescitis cuius doctrinæ discipuli, & cuius religionis professores sitis? Primum enim estis discipuli Legis. doceni autem vos ex Lege, quòd non tantum amicis, verumetiam inimicis, benefaciendum sit. Deinde estis discipuli mei, qui sum ille Filius hominis, qui Messias seu Christus vocatur. Filius autem hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad saluandum.

56 Filius enim hominis, &c.] Causam reddit quare non debeãt vltionem expetere, sed potius curare vt omnes resipiscant, & saluẽtur: quia ipse qui Dominus est, ad quem & ipsi pertinent, & quem ipsos oportet imitari, venit vt saluet omnes.

57 Sequar te quocunque ieris.] Vide eadem Matth. 8. c. 19.

59 Ait autem ad alterum, Sequere me.] Etiam huius meminit Matthæus eodẽ cap. 8. c. 21.

& sepelire patrem meum.
Dixitque ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos:tu autem vade, annuntia regnum Dei.
Et ait alter, Sequar te Domine:sed permitte mihi primùm renuntiare his qui domi sunt.
Ait ad illũ Iesus, Nemo mittẽs manũ suã ad aratrũ, & respiciẽs retro, aptus est regno Dei.

CAP. X.

POst hæc autẽ designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciẽ suam in omnem ciuitatem & locũ quò erat ipse venturus.
Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem.
Ite:ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos.
Nolite portare sacculum neque perã, neque calceamenta: & neminẽ per viam salutaueritis.

sepeliam patrem meum.
60 Dixit autem ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant
mortuos suos:tu verò vade,& annũtia regnũ Dei.
61 Et ait ali*,'Sequar te Domine,sed permitte mihi prius vt dicam vale iis qui sunt domi meæ.
62 Ait ad illũ Iesus, Nemo qui manu sua admota
aratro respexerit à rergo,aptus est regno Dei.

CAP. X.

1 POst hæc autem 'designauit Dominus & alios septuaginta, misitque illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Har. 3.2.
2 Dicebat ergo illis,‖'Messis quidem multa, sed Matt.9.d.37.
operarii pauci: rogate ergo Dominum messis, vt
extrudat operarios in messem suam.
3 ‖Ite:ecce,'ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Matt.10.b.16
4 'Nolite portare sacculum,neque peram, neque
calceamẽta:‖& neminem per viam salutaueritis. 2.Re.4.e.29.

ANNOT.

61 Sequar te Domine:sed] Optabat quidem hic Dominum sequi, sed retinebat eum tamen simul aliquod adhuc suorum desiderium. Iam verò necesse est abnegatis omnibus totum sese Christo dedere,eum qui ipso velit Saluatore frui,& sub ipso rege cælorum merere. Ait igitur huic, Nemo qui manu sua,&c. quasi diceret, non oportet ita ad ea quæ à tergo esse debẽt,respicere. Ego via,veritas,& vita sum:si igitur mihi dedisti nomẽ,opus aggressus es quod te totum poscit:à quo si respicias ad negotia carnis, perinde facis atque si manum ad aratrum admouisses,& interim respectares ad dominũ,aut res alias.sic respiciendo,quid quæso possis arare?Tantundẽ igitur tu in regno Dei promouebis,animo deuinctus tuis domesticis,& cura ad illos identidẽ respectãs. Curã nanque habere illorũ,est animo ad illos quos oportebat iam tibi à tergo esse,respicere. Igitur regno Dei ineptus es, quippe quod totum hominem postulet,neque ferat quamlibet aliam curã. Nam regno Dei,vt in eo sint, vel etiã prædicent, (propriè enim hic de veris ministris agitur:quanquã ad omnes extendi possit) apti haudquaquam sunt qui fœlicitatem huius regni ignorãt . ignorant autem quotquot non possunt semel omnibus præ illo vale dicere.Regnum enim est iustitiæ & gratiæ,regnum Spiritus viuificantis, & sanctificantis nos,regnum vitæ æternæ,& beatitudinis consummatæ.

IN CAPVT X.

1 Designauit Dom.& alios septuag.] Præter ablegationẽ duodecim Apostolorũ,annuntiasse Christum & septuaginta alios memorat noster,quibus eadẽ mandata dedit, vt nihil videatur iis quæ annotata sunt in Matthæo adiiciendum. Notandum autem quid operis potissimũ Christus, cum per se, tum per suos in terra curauit: nimirũ nihil præter inuulgationem Euangelii,& prædicationem gratiæ Dei.Nam si ea recipiatur,vita æterna recepta est,& sine ea nihil non noxium esse poterit. Quidam scribunt, Christum vt in eligendo Apostolorũ numero,ita & in eligẽdo numero LXX legatorum,obseruasse solennem gentis suæ morem. Inter Iudæos enim vt duodenarius numerus,ita & septuagenarius publicæ authoritati cõsecratus est: idque hinc adeò euenit, vel quòd Iacob cum septuaginta animabus (vt Scriptura loquitur, Gene.46.c.27)in AEgyptum profectus est:vel quòd septuaginta ex omnibus tribubus seniores electi sunt,qui vnà cum Mose Israeliticam remp.administrarent,Nume.11.c.16.
2 Messis quidem multa,] Vide hæc Matth.9.d.37.
3 Ego mitto vos,&c.] Eadem scribit Matthæus,cap.10.b.16.
4 Nolite portate sacculum,] Similia eodem capite Matthæi,10.a.9,& Marc.6.a.7.

Matt.10.b.12. marc.6.b.10. 'In quancunque domum intraueritis, primùm 5
dicite, Pax huic domui.
Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum 6
pax vestra: sin minus, ad vos reuertetur.
B In eadẽ autem domo manete, edentes & biben- 7
Deut.24.c.14 matt.10.b.10. 1.tim.5.c.18. tes quæ dantur ab illo: dignus enim est operarius
'mercede sua. 'Nolite transire de domo in domũ.
Matt.10.b.11. 'Et in quancunque ciuitatem intraueritis, & 8
susceperint vos, edite quæ apponuntur vobis:
'Et sanate infirmos qui in illa sunt: & dicite il- 9
lis, Appropinquauit in vos regnum Dei.
'In quancunque autem ciuitatẽ intraueritis, & 10
nõ susceperint vos, exeũtes in plateas eius, dicite,
Suprà 9.a.5. act.13.g.51. & 18.b.6. 'Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate 11
vestra, extergimus in vos. tamẽ hoc scitote, quòd
appropinquauit in vos regnum Dei.
Dico vobis quòd Sodomis in die illo remissius 12

In quancunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui.
Et si ibi fuerit fili' pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.
In eadẽ autẽ domo manete, edẽtes & bibẽtes quæ apud illos sũt: dign' est enim operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo ĩ domũ.
Et in quancunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, mãducate quæ apponuntur vobis:
Et curate infirmos qui in illa sũt: & dicite illis, Appropinquauit in vos regnũ Dei
In quãcunque autẽ ciuitatẽ intraueritis, & nõ susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite,
Etiam puluerẽ qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. tamen hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei.
Dico vobis quia So-

ANNOT.

5 In quancunque domũ, &c.] Eadẽ præcipiuntur & duodecim Apostolis, Matth.10.b.12.

7 Mercede sua.] Matthæus habet, cibo suo. Hinc videmus quàm large MARCEDIS nomine Scriptura vtatur, vide suprà cap.6.d.23. Nolite transire de domo in do.] His verbis haudquaquam prohibuit Dominus hospitium mutare: sed potius per id voluit plenã illis potestatem facere vtendi rebus eorum ad quos diuertissent: vt nõ necesse haberent subinde hospitiũ mutare, quasi plus æquo grauarent apud quos continuo manerẽt. spiritualia enim quæ illis serebant, nullis eorum temporalibus, quæ ab ipsis metebant, poterant compensari. Posteriora hæc verba, sunt interpretatio præcedentiũ in eodẽ versu, In eadem autẽ domo manete.

8 Et in quancunque ciuitat. intr.] Occurrit ei quod discipuli potuissent obiicere, dicendo, Nudos omnium rerum, ad ignotos nos extrudis, addẽs, Operarium cibo suo dignum. Vtcunque autem digni cibo fuerimus, operaturi in messe Patris, quis illum nobis ministrabit? Huic cogitationi ergo respõdet, Volo vt nulla re instructiores, quàm hic modo agitis, abeatis prædicatũ regnũ Dei: id tantũ curate, certi quòd nemo lædet vos, neque quicquã vobis deerit. Est enim (vt prouerbio iactatur) operarius dignus cibo suo. Patri operabimini, Pater vobis cibũ suppeditabit sine vestra opera: quia indignũ est minutis istis rebus occupari prædicatores regni cælorũ. Sed in quãcũque ciuitatem, aut vicum fueritis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, (vt est in Matthæo, 10.b.11) is verbum vestrum auidissime recipiet, & obuiis vlnis excipiet, nihílque grauabitur, omnia quibus vobis opus fuerit, subministrare. Quis enim vitam æternã sibi annuntiantibus, & regni cælorum participem se reddentibus, non cupidissime offerat omnia? Edite igitur, ac bibite quæ ab illis vobis dabuntur, ídque libere, & absque pudore. non enim aliena, sed vestram mercedem, ac cibum vobis debitum sumetis. Sanabitis enim illorũ infirmos: & quod multo præstabilius, annuntiabitis eis appropinquasse regnum cælorum, & doctrinæ cælestis reddetis participes. Obseruandum autem, ex his Christi verbis, delectum esse habendum eorum ad quos cum Christiani quilibet, tum potissimum Euangelistæ diuertant, vt cum illis viuant. Positi enim sunt vt fructum afferant. Dispiciendum igitur illis vbi possint: non minus quàm agricolis quam terram aratro proscindant, bonóque semine serant. Apud reprobos, canes, & porcos, verbum ne promendum quidem est: quare Christiani talium hospitium & humanitatem ferre nequeunt, nisi quantum necessitas cõpulerit. Ipsis tamẽ quãlibet malis, necessaria bona (quia & hostes amãt) haud grauatim ministrant.

9 Et sanate infirmos, &c.] Vide Marc.6.b.12.

10 In quancunque a. ciuit.] Hæc annotantur Matth.10.b.14.

domis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati.

erit quàm illi ciuitati.

Væ tibi Chorazain, væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent.

13 'Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida: quia si Matt.11.c.21.
in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ fa C
ctæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere seden-
tes, *scelerum suorum* egissent pœnitentiam.

Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis.

14 Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in
iudicio, quàm vobis.

Et tu Capharnaum vsque ad cælū exaltata, vsque ad infernum demergeris.

15 Et tu Capernaum quæ vsque ad cælum elata
es, vsque ad infernum deprimeris.

Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.

16 'Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me Mat.10.d.40 Iohan.13.c.20
spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui
misit me.

Reuersi sunt autē Septuaginta cum gaudio, dicētes, Domine, etiā dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.

17 'Reuersi sunt autem Septuaginta cum gaudio, Har. 3.3.
dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur
nobis per nomen tuum.

Et ait illis, Videbam satanam, sicut fulgur, de cælo cadentem.

18 Ait autem illis, 'Videbam satanā, sicut fulgur,
de cælo cadentem.

Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnē virtutē inimici: & nihil vobis nocebit.

19 'Ecce, do vobis potestatem calcandi super ser-
pentes & scorpiones, & super omnem virtutem D
inimici: & nihil vobis nocebit.

ANNOT.

13 Væ tibi Chorazin,] Similia leguntur in Matthæo, cap.11.c.21.

16 Qui vos audit, me audit:] Eadem fere verbis pauló aliis leguntur Matth.10.d.40.

17 Reuersi sunt autem Septuag.] Si gaudiū horū Septuaginta legatorū ex his tantū verbis ipsorum æstimaueris, videtur esse honestissimum gaudium. At si exegeris illud ad ea verba Christi quæ mox sequuntur, perspicue apparet magis fuisse gaudium carnis, quàm Spiritus: nam in hoc dono ædendorum miraculorum, verā & summam suam fœlicitatem sitam esse existimant, ac sentiunt nihil amplius ad summam fœlicitatem sibi deesse. Præterea quia putant regnum Christi fore in hoc seculo corporale, putant etiam hoc dono satis sibi nunc virium collatum esse quibus totum orbem terrarum Christo obsequentem reddant.

18 Videbā sata.&c.] Euangelii sui efficaciā commandat Christus, quū dicit eo prosterni satanam momento vno. q.d. Quód ad legationem vestram attinet, bene habet, scio rem fœliciter successisse. Nam interim dum vos legatione fungeremini, vidi satanam statim & in momēto de cælo perturbari, quemadmodum fulgur emicat. Euangelium enim potētius est quàm vt satan possit coram ipso consistere. Et nunc est iudiciū principis huius mūdi, & iam iudicatus est: ac venit fortior eo, qui & vicit ipsum. Necesse igitur habuit se subito è cælo proripere. Quum dicit E cælo, intelligas spirituale & inuisibile seculum in quo & Deus cum angelis suis, & satan cum angelis suis vitā agunt. Nā sic de cælo ac cælestibus rebus etiā Paulus loquitur, Ephes.6.b.12. Lucta, inquiens, nobis est aduersus spirituales astutias in cælestibus. Quid illud, In cælestibus, aliud est, quàm in altero inuisibili & spirituali mundo? Satanam igitur hoc loco cadere, est de potentia & tyrannide sua quā habet inuisibilem & spiritualē, deiici ac perturbari. Hinc apparet quid sperandum sit vbi videmus Euangelium prædicari: nempe satanam deturbatum iri sua potestate. Econuerso vbi Euangeliū non prædicatur, tunc satan regnat, nec quicquam est quod eius regnum impediat: túneque infirma est nostra cōditio. Nulla igitur magis expetenda gratia, quàm vt habeamus Euangelii prædicationem, vt inter nos Christus dominetur.

19 Ecce, do vobis potestatem, &c.] Hoc est secundum membrum responsionis: cōfirmat enim in posterum discipulos, vt maiorem fiduciam concipiant, q.d. Quemadmodum virtu-

tem meam experti estis, quũ dæmones eiiceretis, ita posthac eandẽ magis sentietis. Quidam quærunt an solis L X X discipulis hoc dictum sit, an etiam ministris omnibus. Alia certe illorum fuit ratio, quàm hodie ministrorũ Euangelii. Tunc enim doctrinam Euãgelii nobilitare voluit: nobis autẽ seruire debent, tametsi iis donis careamus. Non enim dubiũ est quin hodie quoque Dominus coerceat potentiã satanæ, & ministros quibus tanquã instrumẽtis vtitur ad nocẽdũ, tametsi non semper: nã etiam aduersus Apostolos, satanæ fræna laxabat. Obseruãdum autem, quòd serpentibus, & scorpionibus, Christus adiungit etiam omnem potentiam aduersarii, quòd diabolus vtatur instrumẽtis noxiis quibuslibet. Ita serpẽtes & scorpiones, & quicquid inimicum nobis est, aut nocere potest, virtus inimici, hoc est satanæ, principatúsque tenebrarum dicũtur. Venenum autem in serpente & scorpione, crudelitas item & ferocia, sunt arma iræ Dei. Quum verò diabolus sit iræ Dei minister, comprehenduntur etiam cum eo omnes noxæ: quas quidem Dominus comprimit, sed quatenus expedit.

'Veruntamẽ in hoc nolite gaudere quòd spi- 20
ritus vobis subiiciuntur: sed gaudete quòd nomi-
na vestra scripta sunt in cælis.

Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spirit⁹ vobis subiiciũtur: gaudete antẽ quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

Matt.11.d.25. ‖'In eadem hora exultauit spiritu Iesus, & dixit, 21
Cõfiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd
abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &
reuelasti ea paruulis: etiam Pater, quoniã sic com-
placitum est coram te.

In ipsa hora exultauit spiritu, & dixit, Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo 22
scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi
Filius, & cui voluerit Filius aperire.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Fili⁹, & cui voluerit Filius reuelare.

Matt.13.b.16. 'Et conuersus ad discipulos, seorsim dixit, ‖Bea- 23
ti oculi qui vident quæ vos videtis:

Et conuersus ad discipulos suos, dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis:

ANNOT.

20 Veruntamen in hoc nol. gaud.] Ostendit discipulis qua potissimum re sit gloriãdum, periculũ enim erat ne insolescerent, quum viderent sibi diabolũ & serpentes subiici, atque ita excæcarentur. Videmus enim, sæpe Dei donis nos abuti, vt pro gratiarum actione efferamur superbia, despiciamus alios, velimúsque adorari. Hanc pestem Dominus in suis corrigere voluit: acsi dicat illis, Sit hoc præcipuum gaudium, quòd vos elegi, quemadmodum Paulus dicit Ephes.1.a.5.6, hanc verã esse Christianorum gloriam, quòd adoptati sint à Deo. Per Librum vitæ, intelligitur adoptio & electio. Testimoniũ verò electionis quæ occulta est, redditur per vocationem. Porrò quod Christus dixit discipulis, hodie nobis multo magis dicit. Licet quidem in omnibus Dei donis gloriari, si in illis agnoscamus clementiam eius, & agamus ei gratias, atque his vtamur ad gloriam nominis eius, & vtilitatem proximi: verùm sola est hæc solida gloria, quòd Deum habeamus Patrem.

21 In eadem hora exultauit] Hæc explicantur in Matthæo, cap.11.d.25.

23 Et conuersus ad discipul. seorsim dixit,] Hæc Matthæus cap. 13.b.16, alio loco memorat Dominum dixisse, nempe postquam respondisset discipulis interrogantibus quare per parabolas loqueretur turbis confluentibus ad ipsum. Vnde coniectura est, ea discipulis nõ semel dixisse, vt eos cõmonefaceret tam incõparabilis gratiæ illis factæ. Certe multi Reges & Prophetæ diem illum diuinæ benignitatis videre, atque Euangeliũ regni Dei audire optauerant, quibus id datum non fuit. Beati igitur hactenus oculi discipulorũ Christi, & beatæ aures fuere, quibus contigit præsentem mundi Saluatorem videre, vocémque eius audire. quandoquidem cognouisse Deũ, solida demũ beatitudo est. Etenim nequaquam de sola corporali visione & auditione Dominum fuisse loquutũ argumento esse potest, hic quidem illud quòd iam gratias egerat illis reuelata fuisse quæ celantur sapientes & prudentes: & apud Matthæum, illud, Vobis datum est nosse mysterium regni. Notandum autem, Deum ordinem & gradus obseruare in reuelanda sui cognitione. Nam etsi Prophetæ illi ac iusti, tum & electi à Domino, atque sancti Reges dono Domini fuerint, quos vt filios habuit, nõ tamen reuelauit eis quæ

his piscatoribus,nulla vel dignitate eximia,vel rara sapiētia,aut iustitia insignibus. Porrò desiderium hoc iustorum, in Simeone illo iusto apud hunc nostrum,cap.2.d.25,pulchre descriptum est. Quia enim gloriæ Dei studebant,quæ maxime Christi tempore erat illustranda: & quia amplior Dei cognitio erat passim reuelanda,ideò perpetuis,iisdémque ardētissimis votis aduentum Christi optabant,& orabant. vt sparsim in Prophetis atque Psalmis legitur.

Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & reges voluerūt videre quæ vos videtis,& non viderūt:& audire quæ auditis,& nō audierūt.

24 Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & re-
ges voluerunt videre quæ vos videtis, & non vi- E
derunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Et ecce,quidam Legisperitus surrexit, tentās illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitā æternam possidebo?

25 Et ecce, quidam Legisperitus surrexit,tentans Har.3.4.
illum,& dicens, Magister, quid faciendo vitam Matt.22.d.35. marc.12.c.28.
æternam possidebo?

At ille dixit ad eum,In Lege quid scriptum est? quomodo legis?

26 At ille dixit ad eum,In Lege quid scriptum est?
quomodo legis?

Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deū tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex omnibus virib⁹ tuis,& ex omni mēte tua: & proximum tuum sicut teipsum.

27 Ille respondens dixit, Diliges Dominū Deum Deut.6.a.5.
tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex totis viribus tuis,& ex tota mente tua: & pro- Leuit.19.d.18
ximum tuum sicut teipsum.

Dixítque illi, Rectè respondisti:hoc fac, & viues.

28 Dixítq; illi,Rectè respondisti:hoc fac,& viues.

Ille autē volēs iustificare seipsum,dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus?

29 Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad
Iesum, Et quis est meus proximus?

Suscipiens autē Iesus dixit, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eū:& plagis impositis,abie-

30 Respōdens autem Iesus dixit, Homo quidam F
descēdebat ab Hierosolymis in Hiericho, & in-
cidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum
vestibus: ac vulneribus inflictis, abierunt, semi-

ANNOT.

25 Et ecce,quidam Legisperitus,&c.] Vide apud Matthæum, cap.22.d.35, & Marcū,cap. 12.c.28, eadē ferè,nisi quòd illic interrogat, quodnā sit mandarū magnum in Lege: hic verò, Quid faciendo, vitā æternā possidebo? simul parabola proposita declarat quis sit proximus.

29 Ille autē volens iustif.seip.] Hypocritam fuisse Legisperitum hūc istud arguit maxime quod noster dicit, Volēs iustificare seipsum:quod significat sese expurgare ab omni culpa,vitióque absoluere,& se pro iusto venditare,quasi omnia Legis præstiterit,& nihil implendum aut non completū reliquerit. Et quis est m.prox.] Per contemptum & ex fastu quodā hæc loquitur Legisperitus.q.d. Ego gentem meam diligo,quos diligerem præterea? Non intellexit vocabulum Proximus,esse reciprocū, vt Hospes. nam proximus est is qui benefacit, & is cui benefit. Hospes excipit,& hospes excipitur. Non intellexit item,eodem Proximi vocabulo alienissimum quenque cōtineri: neque dilectionis præceptum ad nostras necessitudines limitandū. Non negauerim tamen,vt quisque est nobis cōiunctissimus, ita officiis nostris esse familiarius adiuuandū. Ita enim fert humanitatis ratio,vt eo plura homines inter se officia communicent,quo arctioribus inter se aut cognationis,aut familiaritatis,aut viciniæ vinculis connectuntur. atque id nulla Dei offensione: cuius prouidentia huc quodámodo adigimur. Sed dico,vniuersum hominum genus,nulla exceptione,vno charitatis affectu esse amplexandum. Vide plura in prædicto Matthæi capite,22.d.39,

30 Respondens] ὑπολαβὼν Suscipiens. ita etiam legitur in antiquissimis Latinorum codicibus. Positum est autem Suscipiēs pro excipiens,& succedens in vicem respōdendi. Quòd quædam exemplaria legunt Suspiciens, scioli cuiuspiam vitio corruptum est pro Suscipiens, cui visum est Suscipiens hoc loco nihil significare,& vertit in Suspiciens,quasi Iesus responsurus homini, suspexerit in cælum. Propterea nouus interpres vertit Respondens: ne rursus ad eundem lapidem lector impingeret. Homo quidam,&c.] Hac parabola declarat Dominus(vt dictum est) vnumquēque proximum nobis esse cui possimus & debeamus opē ferre.

mortuo relicto.
'Accidit autem vt Sacerdos quidam deſcende- 31
ret eadem via:viſóque illo præteriit.
Similiter & Leuita,quum iret iuxta locũ,quum 32
acceſſiſſet ac vidiſſet eum, præteriit.
'Samaritanus autem quidam iter faciens, venit 33
ad eum,& viſo eo,miſericordia motus eſt.
Et accedens obligauit vulnera eius, infundens 34
oleum ac vinum: & imponens illum in ſuum iu-
mentum, duxit in diuerſorium, & curã eius egit.
Et poſtero die egrediẽs, depromptos duos de- 35
narios dedit hoſpiti, & ait ei, Curam illius habe:
& quodcunque præterea inſumpſeris, ego quum
rediero,reddam tibi.
G 'Quis ergo horum triũ videtur tibi proximus 36

ruut, ſemiuiuo relicto.
31 Accidit autẽ vt Sacerdos quidam deſcenderet eadem via:& viſo illo præteriuit.
32 Similiter & Leuita,quũ eſſet ſecus locum, & videret eum,pertranſiit.
33 Samaritanus autem quidam iter faciẽs, venit ſecus eum,& videns eum,miſericordia motus eſt.
34 Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponẽs illum in iumentũ ſuũ, duxit in ſtabulũ,& curã eius egit.
35 Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario,& ait,Curam illius habe:& quodcunque ſupererogaueris,ego quum rediero,reddam tibi.
36 Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi

ANNOT.

31 Accidit autem vt ſacerdos quidam,&c.] Notat impietatem eorum qui primas in populo obtinebant,Leuitarum & Sacerdotum,quibus nemo à proximi dilectione erat alienior: vt multo maior charitas apud Samaritanos & Ethnicos inueniretur.Nã memorat vulneratum, à Sacerdote & Leuita præteritum,ſed à Samaritano curatum.

33 Samaritanus autem,&c.] Hic plene docemur non tantum quis ſit proximus,ſed etiam quomodo benefaciendum,& proximus diligẽdus, quis item ſit dilectionis modus. Principio Samaritanus viſo ſaucio miſericordia commotus eſt.Requiritur igitur à nobis affectus miſericordiæ,quo exiſtimemus,aliorũ calamitates etiam ad nos pertinere.Requiritur condolentia animi,iuxta illud Apoſtoli Heb.13.a.3,Memores eſtote vinctorũ tãquam vnà cũ illis vincti:eorũ qui affliguntur,velut ipſi quoque verſantes in corpore. Nam Rom.1.d.31, dicit eſſe homines quoſdã impios qui careãt affectu. Deinde accedit Samaritanus:nõ præterit,nõ verbis lugubribus imprecatur ſaucio ſanitatem,ſuas interea ad res conficiendas properans.Nam Iacobus(cap.2.c.15)ait,Quòd ſi frater aut ſoror nudi fuerint,& egẽtes quotidiano victu: dicat autem aliquis veſtrũ illis, Abite in pace ,calefcite, & ſaturamini:non tamen dederitis illis quæ ſunt neceſſaria corpori:quæ erit vtilitas?Samaritanus ergo accedit,denique & manũ admouet,& artẽ qualemcũque(quando meliorẽ non didicerat)profert medicaturus ſancio.Nec abhorret à vulnerũ liuore,ſanie,& fœtore:ipſemet obligat,nõ reiicit in alium.Nõ cauſatur ſe non eſſe medicum:quod poſcit neceſſitas, & quod poteſt facit, præſentibus vtens medicaminibus, donec melioribus vti liceret.Vinum & oleum ſumpſerat ſecum in viã,iis vtitur in neceſſitate,& non admodũ incommodis quidem illis,quum vinũ purget vulnera,oleum leniat. Hic inquã omnia quæ habet,miſeri vſibus concedit,ſuum fraudans genium. Deſcendit enim ex iumento cui inequitarat,& eius vſum afflicto concedit. Quin ſublatum è terra, ſuis manibus deficientem iumento imponit.Ipſe denique viæ dux eſt,non aliis eius curam committit. Ducit enim,quum in proprias ædes non poſſet,ſaltem in diuerſoriũ.Vbi rurſus nullis neque impẽſis neque laboribus parcit.Ipſe enim miſeri curam agit:quòd in diuerſoriis,languẽtium res ferè ſegnius curẽtur.Cæterum,dum itineris vrgeret neceſſitas,pecuniam depromit,quantum ad reditum vſque eius ſufficere poſſe putauit,& hunc annumerat hoſpiti meritorio.Nec eo contentus,commendat inſuper diligenter miſerum hoſpiti: præterea fideiubet,dicens,Siquid in huius curam & neceſſitatem impenderis vltra ſummam appenſam,nihil tibi peribit: nam vbi rediero, bona fide reddam omnia. Ergo & reditũ pollicetur, ac declarat ſe nõ quieturum donec videat ſaucium incolumem. Habes in his modum dilectionis pulcherrimum & pleniſſimum.

36 Quis ergo horum trium,&c.]·Id eſt, Quis videtur tibi eum proximum ſuum rectè agnouiſſe,& proximi officio erga eum functus?

qui incidit in latrones?

fuisse illi qui incidit in latrones?

At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.

37 At ille dixit,Qui exercuit misericordiam in il-
lum. Ait igitur illi Iesus,'Vade,& tu fac similiter.

Factũ est autem dum irẽt, & ipse intrauit in quoddam castellũ: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam.

38 ¶Factum est autem dum irent, vt ipse intraret Har.3.7.
in quoddam'oppidulum:ac mulier quædã Mar-
tha nomine,'excepit illum in domum suam.

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.

39 Et huic erat soror nomine Maria, 'quæ etiam
assidens ad pedes Iesu,audiebat sermonem illius.

Martha autẽ satagebat circa frequẽs ministeriũ: quæ stetit, & ait, Domine, nõ est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solã ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet.

40 Martha autem 'distrahebatur 'circa frequens
ministerium:quæ assistẽs ait,'Domine, non est ti
bi curæ quòd soror mea reliquit me vt sola mini-
strem? dic ergo illi vt me adiuuet.

Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima:

41 Et respondens dixit illi Iesus,'Martha,Martha,
solicita es,& tumultuaris circa multa:

Porrò vnũ est necessariũ.

42 'Atqui vnum est necessarium,Maria

ANNOT.

37 Vade,& tu fac similiter.] Nempe sicut hic Samaritanus, & proximum tuũ esse agnoscito in quencunque incideris ope tua indigentem,cúmque pro viribus iuuato. In hoc enim Samaritani huius exemplum proposuit Christus, eóque ad illam quæstionẽ, Quis est meus proximus,respondere voluit.

38 Oppidulum.] Siue vicum. nequis imaginetur arcem potentem similem iis quæ nunc vulgo castella dicuntur. Vetus interpres castellum verterat: quo factũ est vt multi multa sint philosophati in nomine illo castelli. Quo tempore Dominus secesserit ad domum Marthæ, non satis constat,nec in ea re momenti multum est. Excepit illum in do.&c.] Hîc in Martha exemplum hospitalitatis habemus, & officiosæ charitatis, quæ circa plurima distrahi & tumultuari cogebatur. Cupiebat enim, Domino,& iis quos secum adduxerat, diligenter omnia & affatim administrare. Nunc non habemus Christum præsentem, sed pauperes qui sunt eius membra, in quos vult officia humanitatis impendi.

39 Quæ etiam assidens ad pedes Iesu,] In hac Maria exemplum propositũ est nobis sitibundæ fidei & amoris Dei ad cælestia iugiter anhelantis.

40 Distrahebatur] Aut,distendebatur. Rectè etiam Vetus interpres, satagebat. nam satagere propriè est anxie torqueri difficultate rei cõficiendæ. Circa frequens ministerium:] Vel,circa multam ministrationem. Domine,non est tibi curæ, &c.] Hîc videmus Martham peccare:ita aspersi sunt semper aliqui næui virtutibus,vt nihil sit in nobis syncerum. Digna quidem est laude Martha,quòd Christum excipit:quia verò tanti facit suum ministerium,hoc non meretur laudem. Duo igitur sunt vitia in ea,& quòd Christum non excipit vt volebat ipse recipi:& quòd solũ suum affectũ laudat,spernens aliorum studia. Imitemur quidem eam erga pauperes:sed caueamus interim nequid ambitionis admisceamus:quia hoc modo corrumperemus nostro vitio,quod alioqui Deo placuisset:néve etiam alios despiciamus.

41 Martha,Martha,&c.] Hîc egregiam consolationem habemus quòd Dominus parcit Marthæ.accipitur interea eius officium acsi omni ex parte purum & perfectum esset.

42 Atqui vnum est necess.] Christus Martham nõ vituperauit, sed Mariam ei prætulit, vt quæ meliorem partem elegisset, nimirum vacãs audiendo suo sermoni: quod vnum verè necessariũ est. nam sine auditu verbi Christi nihil boni adesse potest. vbi autem ille adest, nihil potest boni desiderari. Quærentibus enim regnum Dei & iustitiam eius,omnia alia adiiciũtur. Huius igitur responsionis Christi sensus est,Martha,Martha, admodum solicita es,& ad nimis multa distraheris. Non oportebat circa tam multa tumultuari, vni rei intentam esse præstiterat:neque enim tã multa simul rectè curabis. Verùm ne sis inscia,soror hæc tua quam accusas,meliorem certe quàm tu partem elegit,fruitur cælesti cibo quieta,quum tu circa externa ista plus nimio perturberis. Vtcunque ergo multa agamus, debemus istud vnum per se

ſpectate,& in eum vnum finem intendere. Ita rationem officii tui habeas, vt finem illum non negligas: ſiue edas, ſiue bibas eò intende. Præclara ſanè ſententia, qua monemur omnia officia, omnes partes vitæ noſtræ deſtinare in eum finem vt Deo ſeruiamus. Nequaquam autem hæc putemus Dominum dixiſſe, quòd probare voluerit ignauam illam monachorum & monacharum vitam, qui ventris cauſa, ab officiis vitæ præſentis erga ſuos ſeſe ſubducunt, & ſaginandos in cœnobia recludunt: iactantes ſe cum Maria meliorem partem elegiſſe. Etenim non plus hic locus iſtis patrocinatur, quàm ille Matth.26.a.7, & Marc.14.a.3, (vbi hanc eandem Mariam Dominus excuſabat, quòd pretioſum adeò vnguentum ſuper ſe effudiſſet, affirmans eam in ſe feciſſe bonum opus) illis patrocinatur qui præteritis pauperibus, omnia in lapides, & ligna, ſtatuas ſcilicet, ornamenta templorum & ſacerdotum inſumunt. Etenim Dominus plus ſatis ſatagentem Martham circa miniſterium, & amice queſtam de ſororis otio, voluit mouere vt ſolicitudinis aliquid remitteret: tum excuſare ſororē quæ non ad nugas, vt monachi & monachæ: ſed ad audiēdum cæleſtem ſermonem, ad pedes ipſius deſidebat: ſimul denique indicare quàm præſtarent ſpiritualia corporalibus. Quũ autem & hæc neceſſaria ſint, fidem abnegauit, & infideli deterior eſt qui ea miniſtrare neglexerit iis quos in hoc à Domino accepit ſibi oblatos. 1. Timoth.5.a.8.

'bonam partem delegit, quæ nō auferetur ab ea.

Maria optimam partem elegit quæ nō auferetur ab ea.

CAP. XI.

Har.3.8. ET factũ eſt 'quum oraret quodam in loco, vt 1
ceſſauit, dixit quidā ex diſcipulis eius ad eum,
Domine, 'doce nos orare, ſicut & Ioannes do-
cuit diſcipulos ſuos.
Matth.6.b.9. Et ait illis, Quũ oratis, dicite, 'Pater noſter qui 2
es in cælis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Fiat volũtas tua, quemadmodum
in cælo, ſic etiam in terra.

CAP. XI.

1 ET factum eſt quũ eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Iohannes diſcipulos ſuos.
2 Et ait illis, Quum oratis, dicite, Pater, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cælo, ſic in terra.

ANNOT.

Bonā partem dele.] Chriſtus voluit hic cōparationē facere: dicit enim bonam eſſe partem quā elegit Maria, neque debere auocari à recto ſuo ſtudio, nec impediri. Vide præcedētia.

IN CAPVT XI.

1 Quum oraret in quodam loco,] De oratione Chriſti, vide Matth.14.c.23. Doce nos orare,] An id rogarint Dominum Apoſtoli antequam eadem docuiſſet ipſos cum turbis, vt à Matthæo ſcribitur cap.6.b.9: ſiue poſtea, incertum. Si poſtea, videtur hanc eandem orandi formam repetiſſe, vt haberi debeat tanquam confirmatio eius orandi formæ quam diſcipulis vnà cum turbis tradiderat. Si verò prius diſcipulos ſeorſim hanc precādi formam docuit, voluit eam apud turbas (vt dicitur in Matthæo) repetere, vt eam & aliis commēdaret. Vtrum verò fuerit, certe bis hunc orandi modum ſuis tradidit, & forte ſæpius, quòd multum ſane in eo ſitum ſit, vt ſciamus quomodo, & quæ precari nos conueniat. Vt ergo hic modus abſolutiſſimus exiſtit, ita ſatis inculcari Chriſti diſcipulis non potuit.

2 Pater noſter qui, &c.] Latina Veteris interpretis exēplaria ſcripta quædam prætermittũt in hoc Lucæ loco, quæ in Matthæo habentur, nempe, Noſter qui es in cælis, Fiat voluntas tua in terra, ſicut in cælo, & Libera nos à malo, Quia tuum eſt regnum, &c. Græca exemplaria ſiue ex Matthæo hæc poſtea adiecta ſint, ſiue Lucas ita ſcripſerit, omnia habent vt Matthæus. Neque enim Deus, niſi cæleſtis pater, à verè orantibus, & omnium credētium pater agnoſcitur, quum patrem eum ſimpliciter vocant: quúmque orauerint ſanctificari nomen eius, & aduenire regnum eius, iam etiam orarunt vt illius apud eos in terra voluntas fiat. Denique qui orat, Ne nos inducas in tentationem: idem orat, Sed libera nos à malo: à quo tum demum verè liberamur, quando ab illius tentatione ita cuſtodimur ne nos pertrahat ad peccatum. Coronis iſta, Quia tuum eſt regnum, &c. in appellatione Patris incluſa eſt. Vera vtique pietas, de ſententia, non de verbis ſolicita eſt: & hic qua ratione, quibus affectibus, non quibus verbis orandum ſit, Dominus docere ſuſcepit.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 3

Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidē & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. 4

Et ait ad illos, Quis veſtrū habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes: 5

Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponā ante illū. 6

Et ille de intus reſpōdens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere, & dare tibi. 7

Dico vobis, etſi non dabit illi ſurgēs, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatē tamē eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios 8

Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. 9

Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. 10

Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidē dabit illi? aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentē dabit illi? 11

Aut ſi petierit ouum, nūquid porriget illi ſcorpionē? 12

Si ergo vos quum ſitis ma 13

3 Panem noſtrū quotidianū da nobis 'quotidie.
4 Et remitte nobis peccata noſtra: ſiquidem &
ipſi remittimus omni debēti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.
5 Et ait ad illos, 'Quis veſtrum habebit amicum,
& ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice,
da mihi mutuo tres panes:
6 Quoniam amicus meus venit de via ad me, &
non habeo quod apponam illi.
7 Et ille intus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei
mecum ſunt in cubili: nō poſſum ſurgere, & dare tibi.
8 Dico vobis, etiam ſi non daturus ſit illi ſurgēs, B
eo quòd amicus eius ſit, propter 'improbitatē tamen eius ſurget, ac dabit illi quotquot habet opus.
9 Et ego dico vobis, 'Petite & dabitur vobis: Matth.7.a.7, & 21.c.22.
quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. marc.11.c.24.
10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, iohā.14.b.13, & 16.c.24.
inuenit: & pulſanti aperietur. iaco.1.a.10.
11 Quis autem ex vobis pater, à quo ſi filius pe- Matth.7.b.6.
tierit panem, num lapidem dabit illi? Aut ſi piſcem, num pro piſce ſerpentem dabit illi?
12 Aut ſi petierit ouū, num porriget illi ſcorpium?
13 Si ergo vos quum ſitis mali, noſtis

ANNOT.

3 Quotidie.] Ita legūt ferè omnia ſcripta Latina exemplaria quæ vidi, nō Hodie. De quo dictum eſt in Matthæo.

5 Quis veſtrum habebit amicum, &c.] Hac ſimilitudine ad fiduciam precandi cohortatur Dominus: monétque ea nos vt cogitemus, Si inſtantia precādi etiam malū hominem tandem exorat, multo magis impetrabit ea omnia à Patre optimo. Non diſſimilis ſimilitudo & infrà cap.18.a.2, de vidua quæ licet iniquū iudicem, & neque Deum, neque homines metuentem, improbitate precandi tandem tamen ad iudicium ſibi faciēdum expugnauit. vbi ita ſubiicit, Audite quid iudex iniquus dicat: Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorū clamantium ad ſe die ac nocte, etiam quum longanimis fuerit ſuper illis, id eſt lento gradu ad ſumendam vindictam de ipſis affligētibus accedat? Dico vobis quòd faciet vindictam illorum cito. His omnibus (vt abunde patet) docemur orare ſedulo, ardenter, & perſeueranter, nec defatigari, vt infrà eodem capite 18.a.1, dicitur. quo pacto orantes, non poterimus non exorare Deum patrem noſtrum optimum omnia.

8 Improbitatem] Græce, impudentiam. Eleganter quidem vertit interpres, ſi modo recte intelligatur: nam vt probus dicitur bonus, ita improbus malus: ſed tamē qui vrget, nec ceſſat, interdum improbus vocatur.

9 Petite, & dabitur vobis,] Vide hæc apud Matthæum, cap.7.a.7.

11 Quis autem ex vob. pat. à quo ſi fil. pet. pa.] Græce ad verbum, Quem autem ex vobis patrem poſcet filius panem, &c. Duriuſculus ſermo ex proprietate linguæ Hebrææ, vt opinor, quem iuxta Latini ſermonis proprietatem docte reddidit interpres.

'bona dona dare filiis vestris: quanto magis Pater
vester cælestis dabit Spiritũ sanctũ poscẽtibus se?
Har.3.9. ‖ 'Et erat eiiciens dæmoniũ, & illud erat mutum: 14
Matth.9.d.32 & 12.b.22. marc.3.c.20. quúmque eiecisset dæmonium, loquutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ.
Matth.9.d.34 & 12.b.24 marc.3.e.22. Quidam autem ex eis dixerunt, ‖'Per Beelzebul 15
principem dæmoniorum eiicit dæmonia.
C 'Et alii tentãtes, signũ de cælo quærebãt ab eo. 16
Ipse autem quum sciret cogitationes eorum, di 17
Matt.12.b.25. marc.3.c.24. xit eis, ‖'Omne regnũ aduersus seipsum diuisum desolatur: & domus super domum cadit.
Quòd si satanas quoque aduersus seipsum di- 18
uisus est, quomodo stabit regnũ eius? quia dicitis per Beelzebul eiicere me dæmonia.
Quòd si ego Beelzebul præsidio eiicio dæmo- 19
nia: filii vestri cuius præsidio eiiciũt? ideo ipsi, iudices vestri erunt.
Porrò si digito Dei eiicio dæmonia: profectò 20
peruenit ad vos regnum Dei.
'Quum fortis armatus custodit atrium suum, 21
in pace sunt ea quæ possidet.
Vbi verò fortior eo superueniens vicerit eum, 22

li, nostis bona data dare filiis vestris: quãto magis Pater vester cælestis dabit Spiritum bonum petẽtibus se?
14 Et erat eiiciens dæmoniũ, & illud erat mutũ: & quum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ.
15 Quidã autẽ ex eis dixerũt, In Beel-zebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.
16 Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo.
17 Ipse autem vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum, desolatur: & domus supra domum cadit.
18 Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis, in Beel-zebub me eiicere dæmonia.
19 Si autem ego in Beel-zebub eiicio dæmonia: filii vestri in quo eiiciũt? ideo ipsi, iudices vestri erunt.
20 Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei.
21 Quum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quæ possidet.
22 Si autem fortior eo super-

ANNOT.

13 Bona dona] Græce, bonas donationes, si sic liceat loqui.
14 Et erat eiiciens dæmonium,] Vide eadem apud Matthæum, cap.9.d.32, & 12.b.22.
15 Per Beelzebub, &c.] Similia vide Matthæi cap.9.d.34, & 12.b.24
16 Et alii tentantes,] De his annotatio est Matthæi cap.12.c.38.
17 Omne regnũ aduersus seip. &c.] Vide similia Matthæi cap.12.b.25, & Marc.cap.3.c.22.
21 Quum fortis armatus, &c.] Tertium argumẽtum defensionis Christi ab impossibili sumptum, propter æqualem inter diabolos potẽtiam, quo probat Christus satanã à satana eiici non posse, quòd dæmones æque potẽtes sint inter se. Vocabulo FORTIS, exprimitur potẽtia satanæ. ATRIVM, firmum regnũ satanæ significat. FORTIOR, est Christus. ARMA, sunt stabilimenta quibus potẽtiam ac regnum suum defendit diabolus. CVSTODIRE verbum, notat diligẽtiam & curam satanæ quã habet pro regno suo. IN PACE sunt, id est tranquilla & secura omnia: qualia tẽpora fuerunt sub Papatu. POSSIDERE, proprietatis, dominii, & potestatis verbum est. Hoc igitur argumentum sic est intelligendum, Vos calumniatores dicitis me eiicere dæmonia præsidio Beelzebub: ego autẽ probabo Beelzebub potius esse captiuum, & à me vinctum, quàm adiutorẽ meũ. nam quũ expello angelos Beelzebub ab hominibus, quid aliud ago quàm quòd incurro in fines regni ipsius Beelzebub, & diripio arma eius, ac diuido spolia eius? Homines enim propter peccatum sunt regnum satanæ: & satan dominatur potẽter ob peccatũ in homines: quos & angelis suis obsessos tenet. Ego autẽ libero homines ab angelis satanæ, & restituo eos, fugatis dæmonibus, pristinæ incolumitati, quod est spolia diuidere. Iam nemo potest fortis & armati viri arma auferre, & spolia eius diuidere, nisi prius vicerit & vinxerit eum: alioqui enim fortis & armatus ita strenue sua defendit, vt omnia quæ possidet, tuta sint ab hostibus. Quũ igitur ego diripiã arma Beelzebub, qui est princeps dæmoniorũ, & coniiciam in fugã angelos eius (id quod miracula testantur) perspicuum est me & vicisse, & vinxisse ipsum Beelzebub: tantum abest vt mihi sit auxilio.

vniuerſa arma eius 'aufert, in quibus confidebat,
& ſpolia eius diſtribuit.
23 'Qui non eſt mecum,contra me eſt:& qui non
colligit mecum,diſpergit.
24 ‖'Quum immundus ſpiritus exierit ab homine, Matt.12.d.43.
ambulat per loca arentia, quærens requiem: &
non inueniens, dicit, Reuertar in domũ meam
vnde exiui.
25 Et quum venerit,'inuenit eam ſcopis munda- D
tam atque ornatam.
26 Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſe-
cum,nocentiores ipſo: & ingreſſi habitãt ibi. ‖Et 2.Pet.2.d.20. hebr.6.a.4.
fiunt extrema hominis illius peiora primis.
27 Factum eſt autem quum hæc diceret,extollens
vocem quædã mulier de turba, dixit illi, Beatus
venter qui te portauit,& hubera quæ ſuxiſti.
28 At ille dixit, 'Quinimo 'beati qui audiunt ſer-
monem Dei,& cuſtodiunt illum.
29 ‖'Turbis autem condenſantibus ſe, cœpit dice- Har.3.10
re,'Natio hæc mala eſt: ſignũ quærit, & ſignum Matt.12.c.38

ueniẽs vicerit eum: vniuerſa arma eius aufert in quibus confidebat, & ſpolia eiꝰ diſtribuit.

Qui non eſt mecũ, contra me eſt: & qui non colligit mecum,diſpergit.

Quum immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa,quærens requiem:& non inueniẽs dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui.

Et quum venerit, inuenit ſcopis mundatam & ornatam.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe:& ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Factum eſt autem quũ hæc diceret, extollẽs vocẽ quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus vẽter qui te portauit,& hubera quæ ſuxiſti.

At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbum Dei,& cuſtodiunt illud.

Turbis autẽ cõcurrentibus,cœpit dicere, Generatio hæc generatio nequam eſt: ſignũ quærit, & ſignum

ANNOT.

22 Aufert,] Sic & vetera ſcripta Latina exẽplaria legũt, præſenti tẽpore,vt Diſtribuit:nõ futuro.nec enim vaticinatur quod futurũ,ſed quod fieri ſolet proponit,ſimilitudinẽ cõferẽs.

23 Qui non eſt mecum,] Idem habet Matthæus cap.12.c.30.

24 Quum immundus ſpiritus] Eadem leguntur & eodem Matthæi capite 12.d.43.

25 Inuenit eam] Præſentis temporis eſt,prima ſyllaba acuta.

28 Quinimò,] μενοῦνγε,Iſta coniunctio neque negat quod dictum eſt,neque reiicit,ſed infert quod certius eſt. Corrigit enim Christus ſermonem mulieris: Non quòd non beata eſſet diua Chriſti mater,ſed quòd non inde beata vnde illa putabat, nempe quòd carnaliter Chriſtum geſtaſſet,& lactaſſet: ſed magis ex viua fide,vt electi omnes.Non vult Chriſtus agnoſci carnaliter,ſed ſpiritualiter:non externus ſplendor in eo ſpectandus eſt, ſed redemptionis gratia qua ſumus regenerati.Hæc mulier ſummam hãc eſſe beatitudinẽ putabat,quòd Maria eum geſtaſſet in vtero,verùm quod ſummum exiſtimabat, erat minimũ. Debemus quidem id magnifacere:ſed alia maiora præferenda. Omnia quidẽ Dei beneficia quãtumuis parua, extollenda ſunt.verbi gratia,Quum Deus nos alit,hoc debemus agnoſcere:quòd ſi huic beneficio ita inhæremus,vt prætermittamus quòd nos illuminarit,redemerit,vitã æternã donarit:hoc ſtultum fuerit. Hæc itaque gratia,geſtaſſe Chriſtum,minimũ eſt præ adoptione qua recepit eam Dominus in filiã.Hoc quod maius eſt Chriſtus prætermitti noluit: nec interim illã minorem gratiam reſpuit.Hoc valet particula Quinimò,vt dictum eſt.q.d.tu relinquis quod erat præcipuum,non cogitas de maioribus gratiis. Beati qui audiunt,&c.] Hæc ſumma beatitudo eſt,hic ingreſſus eſt in regnum Dei,hoc modo conſequimur adoptionem,hac ratione efficimur hæredes regni cælorum.Auditus verbi Dei non ſufficit.Siquis audiat ſermonem(ait Iacobus,cap.1.d.23) nec eum factis exprimat, hic ſimilis eſt viro conſideranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpeculo.conſiderauit enim ſeipſum,& abiit,& continuo oblitus eſt qualis eſſet.Percipiendum igitur animis verbum, vt vim illius ſentiamus:& cuſtodiẽdum,id eſt fixum habendum in animo,vt radices in nobis agat,& fructum deinde producat,nec ſtatim euaneſcat.

29 Turbis autem condenſantibus ſe,&c.] Vide eadem Matthæi cap.12.c.38.

Ionæ 2.a.1. non dabitur ei,|nisi signum Ionæ Prophetæ.
Nam sicut fuit Ionas signũ Niniuitis: ita erit 30
& Filius hominis nationi isti.
3.Reg.10.a.1 2.paral.9.a.1. |Regina Austri surget in iudicio cum viris na 31
tionis huius,& condemnabit illos: quia venit à fi
nibus terræ vt audiret sapientiam Solomonis: &
ecce plus quàm Solomon hoc in loco.
E Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione 32
Ionæ 3.b.5. hac,& condemnabunt illam: |quia ad pœniten-
tiã adducti sunt prædicatione Ionæ: & ecce plus
quàm Ionas hoc in loco.
Matth.5.b 15. marc.4.c.21. suprà 8.b.16. |'Nemo lucernam accendit ,& in abscõdito po 33
nit,neque subter modiũ:sed super candelabrum,
vt qui ingrediuntur,lumen videant.
Matth.6.c.22. |'Lucerna corporis est oculus:quum igitur ocu- 34
lus tuus fuerit simplex,totũ quoque corpus tuum
lucidum erit: quòd si malus fuerit, etiam corpus
tuum tenebrosum erit.
Vide ergo ne lumẽ quod in te est,tenebræ sint. 35
'Si ergo corpus tuum totũ lucidum *fuerit*, non 36
habens aliquam partem tenebrosam:*sic* erit luci-
dum totum, vt quũ lucerna fulgore illuminat te.
Har.3.35. |Et quum loqueretur, rogauit illum quidã Pha 37
risæus vt pranderet apud se. Iesus autem ingres-
sus accubuit.

non dabitur ei,nisi signum Ionæ Prophetæ.
30 Nã sicut fuit Ionas signũ Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti.
31 Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius,& condemnabit illos: quia venit à finib⁹ terræ audire sapiẽtiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hîc.
32 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac,& condemnabũt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hîc.
33 Nemo lucernam accẽdit, & in abscondito ponit, neque sub modio:sed supra cãdelabrum,vt qui ingrediuntur,lumen videant.
34 Lucerna corporis tui,est oculus tuus. si oculus tuus fuerit simplex,totũ corpus tuum lucidum erit:si autem nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.
35 Vide ergo ne lumẽ quod in te est,tenebræ sint.
36 Si ergo corpus tuũ totũ lucidũ fuerit,nõ habẽs aliquã partem tenebrarũ:erit lucidũ totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.
37 Et quum loqueretur , rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Iesus autẽ ingress⁹ recubuit.

ANNOT.

33 Nemo lucernam accendit,&c.] Hæc exponũtur in Matthæi capite 5.b.15,præcipue verò in Marci capite 4.c.21.

34 Lucerna corporis,&c.] Vide annotationem in Matthæo,cap.6.c.22.

36 Si ergo corpus tuum, &c.] Acsi dicat, Si oculus,id est mens tua,& cor tuum simplex & syncerum,nullis deprauatum cupiditatibus,maxime habendi,membris omnibus suum lumen impertiat, vt nulla in parte corporis sit aliquid tenebrarũ,videlicet omnibus prospiciente oculo: quicquid fecerit manus,quicquid pes,quicquid cætera membra,non erit obnoxium tenebris,sed totum corpus erit lucidum: veluti tota domus lucida est,omnibus prælucẽte fulgore lucernæ: hoc est,actiones vniuersæ erunt pietate illustres atque secũdæ, & nihil omnino tenebrarum, cupiditatis aut infœlicitatis illis dominabitur. nam infœliciter cadit, suámque pœnam semper coniunctam habet quicquid ex cupiditate agitur: vt contrà, fœlix & faustum est quicquid geritur ex sentẽtia Dei,ídque demum verè lucidum vocatur. Lucis enim nomine non tam pietas & iustitia,quàm successus ac fœlicitas in Scripturis significatur. Nõ est autem intelligendũ quòd ex pietate agentibus nihil omnino peccati aut erroris sit adhæsurum: sed quòd nihil horum sit eis dominaturum, & quòd mali respectu nihil sint acturi. Gloriam autem Domini in omnibus spectantes, reipsa etiam lucidi tandem per omnia,ac liberi omni parte tenebrarum euadent. Fide & spe iam nihil nisi lux sunt, iuxta illud, Eratis quõdam tenebræ,nunc autem lux in Domino,Ephes.5.b.8. Hactenus lucidi toti,& nullã habentes partem tenebrarum prædicantur. Hæc confirmant quòd oculum, id est mentem simplicem requirit,hoc est gloriæ Dei simpliciter studiosam,ac nihil aliud spectantem. Hinc iam nihil pecca-

ti,aut erroris imputabitur.Deo autem peccata non imputante, quis peccata esse audebit affirmare?siquidem peccata,Dei offensa sunt.Ad idem facit,quòd nonnisi oculum πονηρὸν prauum, versutum,ac malum damnat,nimirum mentem sua quærentem, etiamsi Dei honorem prætexat,vti hypocritæ solent: qui quum maxime omniũ diuinæ gloriæ studiosi videri velint, nihil nisi serui sunt ventris sui,vel nominis,aut certe (quod est creberrimum)vtriusque.Hi vtcunque lucem externe simulent,sicut mentem prauam habent,ita & per omnia tenebræ sunt, impii,& miseri.

Pharisæus autẽ cœpit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium.

38 Pharisæus autem quum vidisset,'admiratus est
‖quòd non prius lauisset ante prandium. Marc.7.a.5.

Et ait Dñs ad illũ,Nũc vos Pharisæi quod deforis est calicis & catini mũdatis:quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate.

39 Et ait Dominus ad illum , ‖ Nunc vos Pharisæi Matt.23.c.25
'exteriora poculi catiníque mundatis:& quod in F
tus est vestri,plenum est rapina & malitia.

Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est,fecit?

40 Stulti,nónne qui fecit quod foris est, 'etiam id
quod intus est fecit?

Verũtamẽ quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

41 'Veruntamẽ'quæ adsunt,date *in* eleemosynam:
& ecce,omnia munda sunt vobis.

Sed væ vobis Pharisæis quia decimatis mẽtham & rutã,& omne olus, & præteritis iudicium & charitatẽ Dei.hæc autem oportuit facere,& illa non omittere

42 Sed væ vobis Pharisæis,'quia decimatis menthã
& rutam,& quodvis olus,& præteritis iudiciũ &
charitatẽ Dei:*imò* hæc oportuit facere,& illa non
omittere.

Væ vobis Pharisæi,quia diligitis primas cathedras in

43. ‖Væ vobis Pharisæis, 'quia diligitis primas ca- Infrà 20.g.46. matth.23.a.6 marc.12.d.38

ANNOT.

38 Admiratus est quòd non prius lauisset] Nam vt ait Marcus cap.7.a.3, Pharisæi & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus,non capiunt cibum,tenentes instituta maiorum:& à foro,nisi loti fuerint,non comedunt.

39 Exteriora poculi catiníque,&c.] Vide hæc Matthæi capite 23.c.25.

40 Etiam id quod intus est fecit?] Subaudi,Cur ergo vtraque munda vt sint non curatis?

41 Veruntamen quæ adsunt] Quia dixerat eos plenos rapina & malitia: ad pœnitentiam eos inuitans,iubet vt eleemosynã dent(qua simul omnia charitatis officia exigit)vt tam interna quàm externa sint illis munda,vbi pro rapina,charitas Dei:& pro malitia, in quoslibet beneficentia in corde illorum successerint. Matthæus in hanc sententiam dicit,Pharisæe cæce, purga prius quod est intra poculum & patinam, vt & exteriores horũ partes puræ reddantur.Per interna poculi,animũ hominis significans.neque enim externa possunt esse munda,nisi interna prius fuerint munda.ex animo nanque puro per fidem,cogitationes, dicta, & facta munda exoriũtur.Quum igitur iubet eleemosynam fieri,ad pœnitentiam exhortatur,vt dictum est, quando interiora purgari iubet à rapina & malitia,vt fructus boni sequantur.Simile quiddam videtur cum eo quod legimus Esa.1.d.16,Lauamini,mundi estote,auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis:quiescite agere peruerse.Discite benefacere:quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me,dicit Dominus. si peccata vestra fuerint vt coccinum,quasi nix dealbabuntur. Falluntur autem qui ex hoc loco sentiunt,imò etiã populũ docent,quòd opus eleemosynæ sit expiatio peccatorum nostrorum,quũ Christus vnica sit pro peccatis hostia. Quæ adsunt] Id est, quæ suppetũt vobis. Appositiue iungũtur, Quæ adsunt,& Date eleemosynam,q.d.Date res vestras in eleemosynam.Potest etiam sic accipi,vt subaudiatur κατὰ Iuxta ea quæ suppetunt vobis date eleemosynam.Nõnulli τὰ ἐνόντα poni absolute existimant, pro τὸ ἐνόν,vt intelligas quæ facta sunt,nõ posse fieri infecta:illud restare quod est in potestate nostra, vt rapinas pẽsemus eleemosynis.Prior opinio magis ad Christi sensum accedit.

42 Quia decimatis] Hæc apud Matthæum capite 23.c.23 declarantur.

43 Quia diligitis pr.cath.] Etiam hæc cum sequenti versu de monumentis non apparentibus,exponuntur eodem Matthæi capite 23.a.6,& c.27.

thedras in synagogis,& salutationes in foro.
Mat.23.c.27 ‖Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,quia 44
estis vt monumenta quæ non apparent, & homi
nes ambulantes super ea,nesciunt.
'Respondens autẽ quidã ex Legisperitis, ait il- 45
li,Magister, hæc dicẽs etiã nos afficis cõtumelia.
Matth.23.a.4 act.15.b.10. At ille ait, Et vobis Legisperitis væ, ‖quia one- 46
ratis homines oneribus quæ portare nõ possunt,
G & ipsi vno digito vestro non attingitis sarcinas.
Matt.23.c.29 ‖'Væ vobis, quia ædificatis monumẽta Prophe 47
tarum,patres autem vestri occiderunt illos.
Profectò testamini quòd comprobatis facta pa 48
trum vestrorum:quoniam illi quidem eos occide
runt,vos autem ædificatis eorum sepulchra.
Propterea & Sapientia Dei dixit,Mittam ad il 49
los Prophetas & Apostolos, & ex illis occident
& persequentur:
Vt requiratur sanguis omniũ Prophetarũ qui 50
effunditur à constitutione mundi,à natione ista,
Gene.4.b.8. ‖A sanguine Abel vsque ad sanguinem Zacha 51
2.Par.24.f.22 riæ, ‖qui periit inter altare & ædem:profectò di-
co vobis,requiretur ab hac natione.
Væ vobis Legisperitis,quia 'tulistis clauẽ scien- 52
tiæ:ipsi nõ ĩtroistis, & eos qui introibãt vetuistis.
Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt 53
Legisperiti & Pharisæi grauiter insistere, & 'ca-
ptiosè interrogare eum de multis,
Insidiãtes ei, & quærẽtes aliquid venari ex ore 54

synagogis, & salutationes in foro.
44 Væ vobis,quia estis vt mo numenta quæ non apparẽt, & homines ambulantes supra, nesciunt.
45 Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi,Magister,hæc dicẽs, etiã contumeliam nobis facis.
46 At ille ait, Et vobis Legisperitis væ,quia oneratis homines oneribꝰ quæ portare nõ possunt,& ipsi vno digito vestro nõ tãgitis sarcinas
47 Væ vobis, quia ædificatis monumẽta Prophetarũ,patres autem vestri occiderũt illos.
48 Profectò testificamini quód cõsentitis operibꝰ patrũ vestrorũ:quoniã ipsi quidẽ eos occiderũt, vos autẽ ædificatis eorũ sepulchra.
49 Propterea & Sapiẽtia Dei dixit, Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occidẽt & persequẽtur:
50 Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum qui effusus est à cõstitutione mundi à generatione ista,
51 A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.
52 Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem sciẽtiæ: ipsi nõ introistis, & eos qui introibant prohibuistis.
53 Quũ autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere,& os eius opprimere de multis,
54 Insidiãtes ei, & quærentes

ANNOT.

45 Respondens aut.quid.ex Legisp.] De his oneribus dictum est in Matthæo cap.23.a.4.

47 Væ vobis,quia ædificatis monu.Prophe.] Vide in hunc locum annotationes in Matthæo,eodem capite 23.c.29.

52 Tulistis clauẽ scientiæ] A tollo est,non à fero:hoc est recepistis in vos,& docendi munus vobis vẽdicastis. Clauis,est eruditio & institutio.nam id quod metaphoram explicet,adiicitur,Scientiæ:vt clauis scientiæ sit enarratio Scripturarum,& in religione institutio.Hæc clauis non est externa quædã dominatio in hoc seculo,& politicus magistratus,sed est publicum ministeriũ prædicandi verbi Dei:quo certe ministerio aperitur cælũ & clauditur.Quorumcunque (inquit Christus) remiseritis peccata,&c. Vide Iohan.20.e.23. Hæc eadem habet Matthæus,capite 23.b.13.

53 Captiosè interrogare] Verbum Græcum significat pendere ab ore, & obseruare quid dicatur. Hic videmus ingenium Pharisæorum & Scribarum in impietate plane induratum: quo magis reprehendũtur,& ad salutẽ vocãtur,hoc lõgius à salute recedũt. Accidit his quod de maioribus ipsorũ queritur Ieremias,cap.5.a.3,Percussisti & non doluerunt:attriuisti eos,& renuerunt accipere disciplinam.Indurauerunt facies suas supra petram,& noluerunt reuerti,

aliquid capere de ore ei', vt accusarẽt eũ. CAP. XII.

1 MVltis autẽ turbis circunstantibus, ita vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

2 Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque abscõditũ, quod nõ sciatur.

3 Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicẽtur: & quod in aurẽ loquuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

4 Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.

5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.

6 Nõnne quinque passeres væneunt dipondio: & vnus ex illis nõ est in obliuione coram Deo?

7 Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis.

8 Dico autẽ vobis, Omnis quicunque confessus fuerit me corã hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei:

9 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei.

10 Et omnis qui dicit verbũ in Filiũ hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spi-

eius, 'quò accusarent eum. CAP. XII.

1 QVum autem conuenisset innumera turbæ Har.3.12
multitudo, adeò vt se inuicem conculca- Matt.16.a.5. marc.8.b.14.
rent, cœpit dicere ad discipulos suos,
Primùm 'cauete vobisipsis à ferméto Pharisæo-
rum, quod est hypocrisis.
2 'Nihil enim opertum est, quod non reuelabi- Matt.10.c.26 mar.4.c.22.
tur: neque absconditum, quod non scietur.
3 Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine
audiẽtur: & quod in aurem loquuti estis in con-
clauibus, prædicabitur in tectis.
4 'Dico autem vobis amicis meis, Ne terreami- Matt.10.c.28
ni ab his qui occidunt corpus, & post hæc nõ ha
bent quod amplius faciant.
5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete
eum qui postquam occiderit, habet potestatem
coniiciendi in gehennam: certe dico vobis, hunc
timete.
6 Nõnne quinque passerculi væneunt minutis Matt.10.c.29
assibus duobus: & vnus ex illis nõ est in obliuio-
ne coram Deo?
7 Quin & pili capitis vestri omnes numerati sũt.
Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. B
8 'Dico autem vobis, 'Omnis quicunque confes- Supra 9 d 26 matt.10.d.32 marc.8.d.38. 2.tim.2.b.12.
sus fuerit me coram hominibus, & Filius homi-
nis confitebitur illum coram angelis Dei:
9 Qui autem negauerit me coram hominibus,
negabitur coram angelis Dei.
10 'Et quisquis loquitur dictum in Filium homi- Matt.12.c.31. marc.3.d.28.
nis, remittetur illi: ei verò qui in Spiritũ sanctum

ANNOT.

54 Quò accusarent eum.] Sciebant enim se perdere illum non posse, nisi aliquid haberent cuius ipsum apud præsidem accusarent.

IN CAPVT XII.

1 Cauete vobisipsis à fermento Pharis.] De hoc ferméto dictũ est in Matthæo cap.16.a.5.

2 Nihil enim opertum est,] Hæc exponuntur & Matth.10.c.26, & Marc.4.c.22.

4 Dico autem vobis amicis meis,] Et hæc explicantur in Matthæo, eodẽ cap.10.c.28. Hic tantũ addit Lucas quòd Christus vocauit Apostolos amicos suos. Quare sic eos vocet, declarat ipse apud Iohannem, cap.15.b.14. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis quæcunque ego præcipio vobis. Non posthac vos dicam seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.

8 Omnis quicunque confessus, &c.] Vide eadem suprà cap.9.d.26. Matth.10.d.32. Marc.8.d.38. Græce est, confessus fuerit in me, idiomate Hebraico, & confitebitur in eo.

10 Et quisquis loquitur] Similia in Matthæo, 12.c.31, & Marco, 3.d.28.

conuitium dixerit,non remittetur.
Matt.10.b.19 marc.13.b.11. |'Quũ autem adduxerint vos ad ſynagogas, & 11
ad magiſtratus ac poteſtates, nolite ſoliciti eſſe
qualiter aut quid reſpondeatis,aut quid dicatis:
Spiritus enim ſanctus docebit vos in eadẽ ho- 12
ra quid oporteat vos dicere.
Har.3.13. |Ait autem ei quidam de turba,|'Magiſter,dic 13
fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.
At ille dixit ei,'Homo, quis me cõſtituit iudi- 14
cem aut diuiſorem ſuper vos?
Dixítque ad illos, 'Videte & cauete ab auari- 15
tia:'quia non in abundantia cuiuſquam vita eius
eſt ex his quæ poſſidet.

ritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.
11 Quũ autẽ inducent vos in ſynagogas, & ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter aut quid reſpõdeatis, aut qd dicatis.
12 Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere.
13 Ait autem ei quidã de turba, Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatẽ.
14 At ille dixit ei, Homo, quis me cõſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos?
15 Dixítque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his quæ poſſidet.

ANNOT.

11 Quum autem adduxerint] Vide eadem in Matthæo cap.10.b.19,& Marco cap.13.b.11.

13 Magiſter,dic fr.meo,&c.] Hic inſignem ſuam inſcitiam prodit,quòd regni Meſſiæ ſeu officii Chriſti veram rationem neſciat. (Pſal.72.a.2.) Nam quum audiſſet ex Prophetis,Meſſiam cõfirmaturum regnum Dauidis in iudicio & iuſtitia,& iudicaturum pauperes in æquitate:ac audiret hunc Ieſum eſſe Meſſiam,qui & docebat non eſſe malefaciendũ proximo: exiſtimauit Ieſum nõ debere tantũ verbis rectè docere,ſed etiam factis ipſis præſtare (pro more regũ huius ſeculi) nequis alteri malefaceret.q.d. Quũ tu videaris eſſe Meſſias, & toties inculces fraternã charitatẽ,fac vt & frater meus reipſa erga me præſtet quod tu verbis doces,& officiũ Meſſiæ exigit.Prodit & hic ſuã auaritiam.Quum enim Chriſtus diſcipulos ad cõfeſſionem nominis ſui vocaret,iuberétque ipſos ad futuram perſecutionẽ præparare:hic homo perinde ac ſi nihil periculorum immineret,hæreditati ſuæ adeò infixus erat,vt præter opes & voluptates huius ſeculi,nihil aliud ſpiraret:ac non hoc ageret vt Chriſtum ſectaretur,ſed vt diuitias cõgregaret, vt è ſequenti Chriſti concione facile notari poteſt.Propterea Chriſtus in hoc nomine vtrunque,inſcitiam videlicet & auaritiam, reprehendit.

14 Homo,quis me cõſtituit,&c.] Quũ nihil melius videamus quàm noſtras partes interponere quũ duos litigãtes videmus:durius videri poſſit quòd id Chriſtus recuſet,niſi conſideremus,Chriſtum diligẽter cauiſſe nequid ageret quod in malum exemplum trahi poſſet: præcipue ne officiũ à Patre ei impoſitum obſcuraret: quòd Iudæi (vt proximè dictũ eſt) terrenum regnum ſomniarent.Propterea ſi ſe agris diuidendis interpoſuiſſet,tum auſpicari regnum ſuum putaſſent,vnde ſuam de terrena redemptione falſam perſuaſionem cõfirmaſſent. Reuocandi autem erant ad ſpiritualis regni cogitationem.Obſeruandum etiam, Chriſtũ voluiſſe diſcernere inter Eccleſiæ & politicum regimen. Quod etſi digito oſtenderit, Satan tamen confudit:nã qui verbo regere debebant,gladium vſurpant,& terrenam,profanámque iuriſdictionem.Chriſtus verò noluit hæc permiſceri.Eccleſiæ enim regimen,ſpirituale eſt:politicum verò,ad communem hominum vitam pertinet.Semper igitur reſpicienda eſt vocatio, quid illi ſit aptum. Quæ enim præclariſſima erunt,interdum coram Deo erunt viliſſima, ſiquis temere irrumpat.Poſtremo detrectat diuidere hæreditatẽ,quòd videret iſtos, relicta doctrina,velle abuti ipſius authoritate.quæ ratio,ex auditorum circunſtantia pendet. Ex quibus ſanè iudicãdum eſt quid ſit opportunum: vt ſi miniſter videat populum abuti ipſius miniſterio in ſuum commodum,debet in hoc prudenter agere ne nimium indulgeat hominum cupiditati.Eò pertinet quod ſequitur,Videte,& cauete ab auaritia.Hinc colligitur quantopere inſaniant qui ex hoc loco magiſtratũ inter Chriſtianos damnant,nam Chriſtus non argumentatur à reipſa,tãquam profana ſit:ſed à vocatione ſua,quòd miſſus ſit in alium finem: tametſi res erat per ſe ſancta & pia.

15 Videte & cauete ab auaritia:] Vox Græca πλεονεξία à plus habẽdo dicitur,vbi quis fraudatis aliis plus vſurpat ſibi quàm par eſt. ſignificat igitur inexplebilem habẽdi cupiditatem: à qua vt caueamus,diligenter admonet,imò iubet Chriſtus. Quia nõ in abundantia cuiuſquam,vita,&c.] Vita hoc loco ſumitur non tam pro naturali vita,quàm pro fœlicitate, deli-

ciia & voluptatibus huius corporalis vitæ. Hominea enim ideo ſtudent augēdis opibus vt parent ſibi non victum rantum, ſedetiam delicias & voluptates huius ſeculi. Hinc videmus qui ſint auari, nempe qui cōſtituunt fœlicitatem aliquam in abundantia bonorum, vnde naſcitur cupiditas,& in pecuniis fiduciam habent,vt dicit apud Marcum,cap.10.d.24. Diuitiæ appetuntur vt illis fruamur. qui non viuunt, ſuis diuitiis non potiuntur. Vbi igitur homines non ſunt vitæ compotes,quid proſunt diuitiæ? Hæc Chriſti admonitio, vulgaria quidem eſt: ſed ita ſunt omnes, vt obliuiſcantur quum ad rem ventum eſt. nulla in nobia ſeria de hac re cogitatio,etiam ſi iactemus. Notandum autem quòd Dominus non tātum ea tradit quæ ignorantur,ſed etiam quæ iam tradita,euaneſcere videt. Sic etiam ad concionem accedemus,non tantum ad diſcēda ea quæ ignoramus,ſed etiā ad ea infigenda animis quæ iam didicimus. Quod de diuitiis hic dicitur,ad honores extendi poteſt,& ad omnia vitæ præſentis ſubſidia.

Dixit autē ſimilitudinem ad illos, dicēs, Hominis cuiuſdā diuitis vberes fructus ager attulit:

16 'Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicēs, Ho- C
minis cuiuſdā diuitis vberes fructus ager attulit:

Et cogitabat īrra ſe, dicēs Quid faciā, quia nō habeo quò cōgregē fructus meos?

17 Et cogitabat intra ſe, dicens, 'Quid faciā, quòd
non habeam quò congregem fructus meos?.

Et dixit, Hoc faciam, deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea:

18 Et dixit, Hoc faciam, deſtruam horrea mea, &
maiora extruam: & illuc congregabo omnia quæ
nata ſunt mihi, & bona mea:

Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona poſita ī annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare.

19 ‖Et 'dicam animæ meæ, Anima, habes multa bo Eccli.11.c.19.
na repoſita in annos multos: 'requieſce, comede,
bibe, gaude.

Dixit autē illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autē paraſti, cuius erunt?

20 Dixit autē illi Deus, Stulte, hac nocte animam
tuā 'repetunt abs te: quæ verò paraſti, cui cedent?

ANNOT.

16 Dixit autem ſimilitudinem,&c.] Confirmat & exornat præcedentem admonitionem & præceptū hac ſimilitudine. Hic enim velut imago depicta eſt eius quod dixerat, quòd homines vitam nō producant ſua abundantia. quorſum enim opes, quum vita momento tollitur?

17 Quid faciam, quòd non,&c.] Nihil hic eſt quod nō cernamus quotidie in diuitibus qui ſua inebriantur abundātia, qui hic ſomniant ſibi immortalitatem, moriuntur in medio flore vitæ. Præſertim autem illis vita eripitur, quum licet illis ſua abundantia frui: ſuiipſius carnifices,& ſibi quàm aliis maligniores. Aliquos abripit ex medio curſu, quum cupiditate feruent eorum quæ neceſſaria ſibi eſſe putāt. Multos eò peruenire ſinit, donec ingentem rerū cumulū habeant: túncque eos remouet, vt ſiquis parata cœna aliquē menſa amoueat. Hæc ſciunt omnes: verùm euanida eſt cogitatio (nam & de mortalitate edocti ſunt omnes) quum ſe non timere quod adeò tritum eſt, oſtendant. vbi namque obuerſum eſt tergum, mox obliuiſcimur. Hoc vitio laboramus omnes, vt & nos & conditionem noſtram ignorare velimus.

19 Dicam animæ meæ,] Hic anima pro deſiderio accipitur, more Hebræorum, qui hac locutione, Anima mea, tunc vtūtur, quum affectus ſuos exprimere volunt. Periphraſis eſt igitur Hebraica ſuiipſius, acſi diceret, Dicam ad meipſum, ſiue mihiipſi, conſolabor meipſum, quòd tandem ſatiſfactum ſit aliqua ex parte deſiderio meo, & affectibus meis. Periphraſes Hebraicæ magnam vim habent: vt ſi dicam, Quid agit cor tuum? plus aliquid habet quàm ſi dicam, Quid agis? & tāmen ſenſus idem eſt. Sic Pſal.35.a.3, Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum. q.d. imple deſiderium meum, oſtendendo te eſſe ſalutē meam. Requieſce, comede,&c.] Non cogitat amplius ſe eſſe hominem, acſi nō vltrà eſſet ſub manu Dei. Debemus autem cogitare vitā noſtram pendere de filo. Fideles quidem tuto quieſcunt, & comedunt, ſcientes ſe à Deo gubernari: impii contrà, ſua freti abundantia ſuperbiunt, dicentes quod eſt in Eccleſiaſtico, cap.11.c.19, Nactus ſum requiem, boniſque meis nunc fruar aſſidue.

20 Repetūt abs te:] Id eſt hac nocte vita ipſa à te auferetur. tu polliceris tibi multos annos quos voluptuoſe viuas, & in quos collegiſti immēſos theſauros: ſed non viues in craſtinū vſque, hac nocte morieris. Obſerua autem verbum Repetunt. angeli enim ſicut crudeles tributorum exactores, & terribiles quidem, tuam repetēt animam, te etiam inuito, vt pote propter

vitæ præſentis immodicũ amorem reluctante. Nam à iuſto non repetitur anima, ſed gaudens & exultans commendat eam Deo patri, neque mortem ægre fert. Corpore enim eſt circumamictus tanquam onere, quod leuiter deponit.

'Sic qui recondit ſibi, nec eſt erga Deũ diues. 21

Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deũ diues.

Matth. 6.c.25 1.petr.5.b.7. pſal.55.d.23.

Dixitque ad diſcipulos ſuos, ‖Ideo dico vobis, 22
'nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid edatis: ne-
que corpori, quid induamini.

Dixitq; ad diſcipulos ſuos, Ideo dico vobis, nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid mãducetis: neque corpori, quid induamini.

Anima plus eſt quàm eſca: & corp⁹ plus quàm 23
indumentum.

Anima plus eſt quàm eſca: & corpus plus quàm veſtimentum.

Conſiderate coruos, quia non ſeminãt, neque 24
metũt: quibus non eſt penuariũ neque horreum,
& Deus paſcit illos: quanto magis vos præſtatis
volucribus?

Conſiderate coruos, quia non ſeminãt, neque metũt: quibus non eſt cellariũ neque horreũ, & Deus paſcit illos: quanto magis vos pluris eſtis illis?

D Quis autem veſtrũ ſolicitudine ſua poteſt ad- 25
iicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?

Quis autem veſtrũ cogitando poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnũ?

Si ergo ne id quidem quod minimum eſt po- 26
teſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis?

Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis?

Conſiderate lilia quomodo creſcunt: non labo 27
rãt, neque nent: dico autem vobis, nec Solomon
in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnũ ex iſtis.

Conſiderate lilia quomodo creſcũt: nõ laborãt, neq; nent: dico autem vobis, nec Salomõ in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnũ ex iſtis

Si autẽ gramen quod hodie eſt in agro, & cras 28
in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto ma-
gis vos *veſtiet*, ô parum fidentes?

Si autẽ fœnũ quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos, puſillæ fidei?

Et vos nolite quærere quid eſuri ſitis, aut quid 29
bibituri: '& nolite in ſublime tolli:

Et vos nolite quærere quid mãducetis, aut quid bibatis: & nolite in ſublime tolli:

ANNOT.

21 Sic qui recõdit ſibi, nec, &c.] Accõmodatio ſimilitudinis, qua declarat Chriſtus diuitias mũdi ſaluare non poſſe. q. d. Habes exemplũ ac ſtatum hominis qui ſibi recondit opes huius mũdi, ac ſibi tãtum diues eſt, nec eſt diues erga Deũ, qui cupit in ſuis membris refocillari per eos quibus data ſunt temporalia. Recondere ſibi, & Eſſe diuitem erga Deum: contraria ſunt. Diues autem erga Deũ eſt qui certa fide illum ſibi Patrẽ eſſe credit, qui nouerit quibus opus ſit, & velit quoque omnia largiſſime ſuppeditare. Diues inquã erga Deũ eſt qui his quæ Dominus dedit, contẽtus eſt, neque inflatur. ſi multa habet, ſed pauper eſt ſpiritu: ſi verò minus habeat, gratias nihilominus agit Deo: ſcit eſurire & abũdare, cum Paulo, Philip. 4.c.12. Quæ illi Dominus dedit nõ reputat ſibi propria eſſe, ſed elargitur libenter non habẽtibus. Diuitea erga Deum deſcribit Paulus, 1. Timoth. 6.d.17, qui non ſunt elato animo, nec ſpem ponunt in diuitiis incertis, ſed in Deo viuente (qui præbet nobis omnia affatim ad fruendũ) qui benefaciũt, & diuites ſunt operibus bonis, & faciles ſunt ad impertiendũ, libenter cõmunicantes, &c.

22 Nolite ſoliciti eſſe, &c.] Hæc omnia, vſque ad 32 verſum, vide Matth. 6.c.25.

29 Et nolite in ſublime tolli.] Inter alia ponit iſtud Lucas, quod Matthæus non habet, μὴ μετεωρίζεσθαι, quod nõ refertur ad animi tumorem, ſed magis ad aſtra. μετέωρα enim vocantur quæ ſunt in nubibus, & in ſublimi aeris regione. Ita verò confutaret Aſtrologos, & ex aſtris ſibi prognoſticãtes vel fertilem, vel ſterilem fore annũ. Inuenias enim qui & res œconomicas & politicas ſecundum aſtrorum curſum diſponant, ab aſtris magis, quàm Dei prouidẽtia dependẽtes. Quod quidem maximum ſemper peccatũ, imò ſcelus fuiſſe declarant ſcripta Prophetarum. Prohibet igitur Dominus & hic, & apud Ieremiã, cap. 10.a.2, ne aſtra metuamus. Quorundam etiam diuitum & principum mores notat, qui ex aſtrorum curſu pro-

cui in futurũ consulũt, prouidẽtiæ Dei ignari. Alii exponũt, Ne attollamini in altũ: hoc est, ne huc & illuc fluctuetis, sed firma fide, & incõcussa fiducia mihi adhærete. Theophylactus, aliíque Græci dicunt, In sublime tolli, nihil aliud significare quàm distractionem, & mentis instabilem versationem, nunc hoc, nunc illud cogitantis, & ab hoc in illud salĩetis, & semper sublimius quiddam imaginantis secum: quod facerẽ solent (vt est cupiditatum humanarũ natura) qui præsentibus non contenti, ad maiora semper inhiant. Sunt qui dicunt his verbis, Nolite in sublime tolli: allusum esse ad gestum eorum qui præ magna solicitudine anxii, vultum ad cælum attollunt. Vnde vertunt, Ne anxii sitis, id est, ne de prouidentia diuina dubitetis.

Hæc autem omnia gentes mundi quærũt: Pater autem vester scit quoniam his indigetis.

30 Hæc enim omnia gentes mundi quærunt: Pater autem vester scit quòd istis indigeatis.

Veruntamen quærite regnũ Dei: & hæc omnia adiicientur vobis.

31 Quin potius quærite ʹregnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

Nolite timere pusill⁹ grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.

32 ʹNoli timere ʹpusille grex: quia ʹcomplacitum est ʹPatri ʹvestro dare ʹvobis ʹregnum.

ANNOT.

31 Regnum Dei,] Quædam exemplaria Latina, post hæc legunt, & iustitiam eius: quod certe non additur apud hunc Euãgelistam, nec in Græcis, nec in vetustis scriptis Latinorum exemplaribus: verùm ex alio loco huc trãslata sunt. atque adeò nec PRIMVM aduerbiũ additur. Consentiunt cum Græca lectione Latina scripta exemplaria.

32 Noli timere pusille grex:] A maiori ad minus argumentum est, quo reuocat suos à quacunque solicitudine de victu, affirmans nihil illis defuturum. acsi dicat, Qui daturus est vobis regnum cæleste, an is non daret etiam ea quæ sunt ad hanc corporalem vitam necessaria? quum cæleste regnum promiserit, sentiendũ etiam omnia ad salutem necessaria esse promissa. Quum misi vos, inquit, sine sacculo & pera, num aliquid defuit vobis? Infrà 22.d.35.

Pusille grex] Nempe duodecim Apostolorũ & septuaginta discipulorum, ac paucorum quorundam qui è tota Galilæa & Iudæa collecti, sequebantur Iesum. Referri etiã debet ad eos qui per verbum Apostolorum crediderunt in Christũ: quorum minor semper fuit numerus. Multi vocati, pauci electi, ait Dominus, Matth. 20.b.16. Gregem vocat: igitur est pastor qui pascit. Ego sum, inquit, pastor bonus: bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis, Iohan. 10.b.11. Hoc si in cordibus nostris diligẽter versaremus, certòque nobis persuasum esset, illum nostrũ esse pastorem, omnem certe timorem non famis tãtum, verumetiam omnium aliorum periculorum ex animis nostris excuteret. Complacitum est Patri vestro] Singula verba singulas habent emphases. Si placet Deo, quid nocere potest, etiamsi displiceat non omnibus tantum hominibus, sed etiam omnibus satanis? Quis poterit voluntatẽ Dei mutare? quis beneplacitum Dei queat inuertere? Patri] Si Deus pater est, quid de voluntate eius diffiditis? qui pater est, nõ potest natura affectũ suum continere, quin filiis, præsertim periclitantibus, & bene velit, & bene (quoquomodo possit) faciat. Inter homines sunt fortasse patres qui affectũ suum paternũ in filios exuunt, & eos pro alienis ducunt. Deus autem vt est natura immutabilis, ita quos pro filiis agnoscit, eos quantum in ipso est, nunquam sic negligit vt in aduersis pereant. Nunquid obliuisci potest (inquit Dominus apud Esaiam, cap. 49.d.15) mulier infantem suũ, vt nõ misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen nõ obliuiscar tui. Ac iterũ 54.d.10, Montes cõmouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autẽ mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dicit miserator tuus Dominus. Vestro] Non Patriarcharum tantum, ac Prophetarum, & reliquorum, Dauidis, Salomonis, & aliorum: sed confidite, etiã vester est pater, licet abiecti sitis, & inferioris notæ homines: & tanto magis vester est, quanto plus in simili vestra sorte Filium eius per fidem complectimini.

Vobis] Tametsi pauperibus, insipientibus, iniustis, & peccatoribus. Pauperes estis: sed Deus ditat. Stulti estis: sed Deus eligit stulta secundum mundũ, vt pudefaciat sapientes. Peccatores estis: sed Deus est qui iustificat: qui quum proprio Filio non pareat, sed pro vobis omnibus tradat eum, quomodo fieri posset, vt non & cum eodem omnia vobis donet? Regnum.] Non terrenum, aut caducum, sed cæleste & perpetuum. Quid ergo deerit vobis? Regibus huius seculi nec victus, nec amictus deest: quid ergo vobis in reges cælestes electis deesset?

Har.3.14 ‖'Vendite quæ possidetis, & date eleemosynã. 33
Matt.6.c.19. ‖'Parate vobis sacculos qui nõ veterascũt, thesau-
rum non deficientem in cælis, quò fur non acce-
dit, neque tinea corrumpit.
'Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor ve- 34
strum erit.
1.Pet.1.c.13. ‖'Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ accẽsæ: 35
Et vos similes hominibus expectãtibus domi- 36
num suum, quãdo reuertatur à nuptiis: vt quum
venerit, ac pulsauerit, confestim aperiant ei.
Beati serui illi, quos cũ venerit domin⁹, ĩuenerit 37
vigilãtes. 'amẽ dico vobis ꝙ præcĩget se, & faciet

Vẽdite quæ possidetis, & date eleemosynam, Facite vobis sacculos qui nõ veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.

Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrũ erit.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes:

Et vos similes hominibus expectantibus dominũ suũ quãdo reuertatur à nuptiis: vt quum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Beati serui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. amen dico vobis quòd præcinget se, & faciet

ANNOT.

33 Vendite quæ possidetis, & date eleemosynã.] Hic omnibus præcipit Dominus, quod apud Matthæũ cap.19.b.16, & Marcũ cap.10.b.17, præceperat cuidam interroganti, quid boni faciẽdo, vitam æternam possideret. Vade (inquit,) vende quæ habes, & da pauperibus. Quare illinc petenda est huius loci expositio. His verbis Dominus omnibus Christianis animũ vendacem esse vult, hoc est animum ita affectum vt non confidat facultatibus, sed parati sint eas ad voluntatem & vocationẽ Dei derelinquere. Vnde Dauid dicit, Psal.62.c.11, Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Idẽ Paulus, 1.Timoth.6.d.17. Deinde exigit vt vnusquisque opibus suis egentes magna animi promptitudine vt & Paulus, Rom.12.b.8, & 2.Corinth.9.b.7, ait, adiuuet. Generale enim est quod dicitur, Misericordiam volo, & non sacrificium, Matth.6.b.13. Ac iterũ, Qui habet duas tunicas, impertiat non habẽti: & qui habet escas, similiter faciat, Suprà 3.b.11. Nã qui fecerint sibi amicos ex mãmona iniquitatis, ii recipiẽt ipsum quum defecerint, in æterna tabernacula, Infrà 16.c.9. Parate vobis sacculos, &c.] His verbis idem significat quod illis apud Matthæum, cap.6.c.19, Ne reponatis vobis thesauros in terra, vbi ærugo, &c. sed recondite vobis thesauros in cælo, &c. De sacculis in quibus pecuniæ asseruabãtur & circũferebãtur, meminit Salomon, de meretrice loquens, Prouerb.7.c.19, Sacculum pecuniæ accepit in manu sua, rediturus in domum suam, &c.

35 Sint lũbi vest. præcincti, &c.] Monet Apostolos suos Christus similitudinibus à seruorũ officio & mercede ductis, vt officium suũ diligenter administrent. Etenim hic est habitus fidelium seruorum qui expectant dominum suum noctu à conuiuio aut nuptiis rediturum: præcingunt sese tunica sua, & gestant ardentes tedas in manibus suis, nec præscribunt domino tempus redeundi: sed ipsi vigiles & soliciti, expectãt domi aduentum eius, vt quum pulsauerit fores, confestim aperiant ei, & teda sua ei præluceant. Ac si quidem aduenerit dominus in prima vigilia, & inuenerit seruum vigilantem, agnoscet officiũ serui, & vicissim alio officio compensabit. Si verò aduenerit in secunda & tertia vigilia, &c. De noctis vigiliis vide Matth.14.e.25. Præcinctio lumborum, significat celeritatem ad rem quãlibet perficiendam, vbi quid celeriter & magna alacritate, reiectis omnibus impedimentis faciendum est, hac loquutione vtitur Scriptura, orationem accõmodans ad illos seruos qui in illis regionibus lõgis vestibus induti erant, quas præcingebant quum aliquid proficiscendum erat. 1.Reg.18.g.46, Accinctisque lumbis currebant ante Achab. Et 2.Reg.4.e.19, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum in manu tua, & vade, &c. Sic cap.9.a.1. Et Iere.1.d.17, Tu ergo accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad eos, &c. Per præcinctos igitur lumbos & accẽsas lucernas significat Dominus nos oportere esse paratissimos, vt cum Domino abeamus. Similitudo enim accepta est à vulgari more noctu ad iter se parantium seruorum, aut etiam domi expectãtium dominum, vt dictum est: qua monere Dominus voluit ne nos cura rerũ præsentium grauemus, sed expediti potius expectemus quando hinc nos euocabit ad longe beatiores opes & delicias. Simili ferè parabola ad idem hortatur Dominus & Matth.25.a.1, quo loco vide annotationem.

37 Amen dico vo.&c.] Asseueratio, siue confirmatio, & explicatio promissionis est. quod

non ita intelligere debes,quaſi ſeruiliter in gloria fœlicibus& beatis miniſtret Dominus:ſed quòd plenam illis concedet requiem,& ſua ipſius gloria donabit. Vita enim & gaudiũ omne beatorũ,à Chriſto & in Chriſto eſt.nõ enim venit vt ſibi miniſtraretur,ſed vt ipſe miniſtraret,& daret animam ſuam redemptionem pro multis,Matth.20.d.28.Et infrà cap.22.e.27,dicit,Ego in medio veſtrûm ſum ſicut qui miniſtrat.

illos diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

illos diſcumbere,& tranſiens miniſtrabit illis.

Et ſi venerit in ſecunda vigilia,& ſi in tertia vigilia venerit,& ita inuenerit:beati ſunt ſerui illi.

38 Et ſi venerit in ſecũda vigilia,& ſi in tertia vigi-
lia venerit,atque ita inuenerit:beati ſunt ſerui illi.

Hoc autẽ ſcitote quoniã ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique,& non ſineret perfodi domum ſuam.

39 |'Hoc autẽ ſcitote quòd ſi 'ſciſſet paterfamiliâs Mat.24.d.44 apoc.16.c.15
qua hora fur vẽturus fuiſſet,vigilaſſet vtique, nec
paſſus fuiſſet perfodi domum ſuam.

Et vos eſtote parati: quia qua hora nõ putatis, Filius hominis venit.

40 Et vos igitur eſtote parati: quia qua hora non
putatis,Filius hominis 'venit.

Ait autem ei Petrus,Domine, ad nos dicis hanc parabolam,an & ad omnes?

41 'Ait autẽ ei Petrus,Domine,ad nos dicis iſtam
parabolam,an etiam ad omnes?

Dixit autem Dominus, Quis putas,eſt fidelis diſpẽſator & prudens, quem conſtituet dominus ſupra familiam ſuam,vt det illis in tempore,tritici menſuram?

42 Dixit autem Dominus,|'Quiſnã eſt fidelis di- F
ſpenſator ac prudens, quem 'conſtituet dominus
ſuper 'famulitiũ ſuum, vt det illis in tempore 'de-
menſum cibum?

Beatus ille ſeruus, quem quum venerit dominus, inuenerit ita facientem.

43 Beatus ille ſeruus, quem quũ venerit dominus,
inuenerit ita facientem.

Verè dico vobis quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum.

44 Verè dico vobis quòd omnibus quæ poſſidet,
præficiet illum.

Quòd ſi dixerit ſeru9 ille in corde ſuo, Morã facit dominus meus venire: & cœperit percutere ſeruos & ancillas,& edere & bibere & inebriari:

45 Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Dif-
fert dominus meus reditũ:cœperitque percutere
ſeruos & ancillas, & edere biberéq; & inebriari:

Veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat,

46 Veniet dominus ſerui illius in die quo nõ ſpe-

ANNOT.

39 Hoc autem ſcitote,&c.] Vide eadem apud Matthæũ,cap.24.d.44. Sciſſet] Præteritis verbis vſus eſt Lucas,veluti parabolam ſumens eius cuius iam domus perfoſſa ſit.

40 Venit.] Præſenti tempore etiam vetuſtiſſima ſcripta exẽplaria legũt: quod pro futuro poſitum eſt,more Hebræorum.

41 Ait au.ei Petrus,] Apparet Petrũ hoc vitio præ omnibus aliis Apoſtolis laboraſſe,quòd ſolicitus fuerit ne ex vocatione & mandato Chriſti neceſſe haberet plus, quàm alii, oneris & moleſtiarũ ferre.Sic etiam quum Chriſtus vocaret eum ad ferẽdam crucem,reſpondit,Hic autem quid?Iohã.21.d.21.Sic & hoc loco,quũ audiret Chriſtum ab ipſis requirere ſummam vigilantiam in vocatione ipſorum,exiſtimabat iniuſte comparatum eſſe vt ab ipſis tam ſeuere exigeretur vigilãtia, aliis autem hominibus liceret interim torpeſcere,& genio indulgere.Interpellat igitur Chriſtum,Domine,ad nos,&c.Cui nihil reſpõdet Chriſtus hoc loco,ſed pergit in concione ſua,duro fortaſſis & auſtero vultu importunitatem eius coarguens.

42 Quiſnam eſt fidelis diſpenſator,&c.] Eadem vſque ad 47 verſum explicãtur in Matthæo,cap.24.d.46. Conſtituet] Futuro tempore etiam legitur in ſcriptis Latinis codicibus:tametſi in Matthæo legatur conſtituit,in præterito. Famulitium ſuum] Ita vertit interpres vocẽ Græcam θεραπείας,vt intelligas tantum præfectum famulis, nõ etiam liberis. Quod genus ſeruorum,columen familiæ vocant. Demenſum cibum?] σιτομέτριον, referri poteſt ad omnem cibum,id quod Latini vocant demenſum,ſiue quòd ad certũ modum tribuatur,ſiue quòd in ſingulos menſes redderetur.Græcis cõpoſita dictio eſt ex frumento & menſura,non ex tritico.Quanquam σῖτος Græcis aliquando frumentum,aliquãdo mutato genere quemlibet cibum ſignificat.neque enim ſerui ſolo tritico alebantur.

rat,& hora qua nescit:& 'dissecabit eum,partém-
que eius 'cum infidis ponet.
'Ille autem seruus qui cognouit voluntatẽ do- 47
mini sui, & non se præparauit, nec fecit secũdum
voluntatem eius,plagis vapulabit multis:
Qui autem non cognouit,& fecit digna plagis, 48
vapulabit paucis.'Porrò cuicunque multum da-
tum est,multum quæretur ab eo: & cui commen
dauerunt multum,plus petent ab eo.
Har.3.15. ‖'Ignẽ veni missurus in terrã,& 'quid volo,si 49

& hora qua nescit: & diuidet eum ,partémque eius cũ infidelibus ponet.

Ille autẽ seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & nõ fecit secũdum voluntatẽ eius, vapulabit multis:

Qui autẽ nõ cognouit,& fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum,plus petent ab eo.

Ignẽ veni mittere in terr.

ANNOT.

46 Dissecabit] Vel,in duas partes diuidet,id est,separabit,& cõsortem faciet infidorum. q.d.eximet eum numero seruorum suorum fidelium,& condemnabit. Cum infidis.] Matthæus habet,Cum hypocritis. Nam qui fidus est,non simulat,neque dissimulat.

47 Ille autem seruus] Christus discrimen facit inter eos qui periti & imperiti peccant. Matt.11.c.21. Væ tibi (inquiens) Corozain,væ tibi Bethsaida:quoniã si in vrbe Tyri & Sidonis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis:olim in sacco & cinere scelerũ suorum pœnitentiã egissent. Attamen dico vobis,Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicii, quàm vobis. Quare tolerabilius? Quia & rerũ imperiti, & externa Euãgelii prædicatione nõ admoniti peccauerũt. Quia verò quæ antea in hac cõcione dicta sunt,maxime ad Apostolos pertinent:ideo etiã hæc præ omnibus aliis ad ipsos referẽda sunt. Nam quum Apostoli electi essent in lucẽ mundi,in sale[illegible]rræ,& in fundamentum Ecclesiæ,exigebat etiam Christus ab ipsis maxime omnium vigi[illegible]tiam: nequo modo fieret vt quum aliis prædicassent, ipsi efficerentur reprobi. 1.Cor.9.d.27 His inter[illegible]rbis omnes admonet Christus:quum omnes serui Dei simus, & cuncti pietatis studiis [illegible]bere debeamus:maiore tamẽ piaculo hæc præteriri ab iis qui plus cognitionis Euãg[illegible]que donorum aliorum acceperint. Non est æqua omnibus facultas facta: aliis nanque p[illegible]atum est,proximos iuuare,aliis minus: iure igitur maiora ab iis expectãtur,quibus maiora diuinitus obtigerunt. Qui ergo plus veritatis cognouerit, ad eam viuat diligentius:qui plus poterit ad iuuandũ fratres,in id incumbat studiosius:alioqui malo & infido seruo officium suum negligenti, & scienter domini volũtatem prætereunti, sese similem reddet, tanto etiam grauiores redeunti domino pœnas daturus.

48 Porrò cuicunque multum datum est,] Iterum Christus accõmodat dominorum huius seculi consuetudinem ad diuinum iudicium: quibus solẽne est vt maiorem & grauiorem rationẽ administratæ villicationis ab iis seruis repetãt, quibus maiora & ampliora officia commendarunt, quàm ab iis quibus abiectiora commendata sunt. Sic & Dominus noster multo seueriorem rationẽ ab iis exiget, in quos plura & maiora dona contulit, quàm ab iis qui pauciora & minora consequuti sunt. In Ecclesia autem nõ sunt vllis hominibus maiora dona & officia cõmendata quàm Apostolis, qui præceptorem Christum filium Dei habuerunt, qui explicuit ipsis,quanta opus fuit perspicuitate, mysteria regni cælorum. Qui dein non tãtùm præsentes miracula à Christo edita viderunt, verumetiã dono miraculorum edendorum ab ipso ornati sunt. Postremò non solum viderunt Christum resurrexisse, sed etiam donati sunt Spiritu sancto maximis miraculis comitato, & emissi sunt in totum orbem terrarum, vt tanquam principes regni cælorum orbem Christo subiicerẽt. Quo officio,qua villicatione,quid potest excellentius excogitari? Quanto igitur Apostoli maiora dona acceperũt, tanto Christus grauiorem ab ipsis rationem se exacturum affirmat:vt eos ab ignauia deterreat, & ad vigilantiam & diligentiam excitet.

49 Ignem veni missurus in terram,] Sunt qui ignem hunc,Euangelii prædicationem intelligunt,post quam sequutura erant odia, dissidia,cædes,& huiusmodi ab ipso suis prædicta apud Matthæum,cap.10. Illum ignem optabat accẽsum,id est regnum suum iam orbem inuasisse. verùm baptismo mortis (de quo Matth.20.c.22.) antea baptizari ipsum oportuit. Id non potuit planè præcognitũ, hominem Christũ non affligere: inde ergo fuit vt coartari se diceret. Alii per ignẽ,acerbissima odia,dissensiones,& inimicitias intelligũt. Explicat (inquiunt)

quis sit secũdum externam speciẽ futurus status temporis quod erat duraturũ à primo aduentu ipsius in carnẽ, vsque ad secundum & nouissimũ aduentum in maiestate. Et medetur offendiculo quod posset imbecilles propter turbas & calamitates quæ tẽpore Euãgelii reuelati excitatæ sunt, à vera fide Euangelii absterrere. Nam Prophetæ iucundissima quæque & fœlicissima de tempore aduentus Christi vaticinati sunt. Multiplicabitur (inquiunt) eius imperium, pacis nõ erit finis, Esa.9.b.7. Et cap.2.b.4, Non leuabit gens contra gentem gladiũ, nec exercebuntur vltrà ad prælium. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, Esa.11.b.6. Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio, Esa.60.d.18. Breuiter nulla est fœlicitas quam Prophetæ non ascribant tempori quo Christus Patriarchis promissus venturus erat. Docet igitur Christus regnum suum non esse de hoc mũdo: & quæ de fœlicitate sui temporis à Prophetis dicta sunt, nõ esse intelligenda secundũ externam fœlicitatem in hoc seculo. Sententia ergo Christi est, Existimatis fortasse quòd meo aduentu in hunc mundum omnis ignis dissidiorum & seditionum extinguendus sit: ego verò ingenuè fatebor vobis, quòd istiusmodi ignis ad meum aduentũ accendatur potius quàm extinguatur: & si vnquam in orbe terrarum dissidia fuerunt, tunc potissimum hoc tempore erunt. Hanc sententiam confirmant ea quæ mox sequuntur, Putatis quòd pacem venerim mittere in terram? Sed hæc dissidia non prius exorientur, quàm mortuus fuero pro vobis, & resurrexero, emiseróque vos ad annuntiandã salutem omnibus morte mea partam: quam valde cupio iam perfectã esse. Quid volo, &c.] Hoc positũ est pro eo quod erat, Nil aliud volo. Et, Si iam accẽsus est? celeritatis habet emphasim: & in si, subest tacita significatio voti.

ram, & quid volo nisi vt accendatur?

iam accensus est?

Baptisma autẽ habeo baptizari, & quomodo coartor, vsque dum perficiatur?

50 Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo G
coartor donec perficiatur?

Putatis quia pacem veni dare in terram? non, dico vobis: sed separationem.

51 'Putatis quòd pacem venerim missurus in ter- Matt.10.d.34
ram? non, dico vobis: imò separationem.

Erunt enim ex hoc, quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres.

52 Erunt enim ex hoc quinque in domo vna di-
uisi, três aduersus duos, & duo contra tres.

Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suũ: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suã, & nurus in socrum suam.

53 Diuidetur pater aduersus filiũ, & filius aduer-
sus patrem: mater aduersus filiam, & filia aduer-
sus matrem: socrus aduersus nurum suam, & nu-
rus aduersus socrum suam.

Dicebat autem & ad turbas, Quũ videritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit.

54 Dicebat autem & ad turbas, 'Quũ videritis nu Matth.16.a.2
bem orietem ab Occasu, statim dicitis, Imber ve-
nit: & ita fit.

Et quum Austrũ flãtem, dicitis quia æstus erit: & fit.

55 Et quum Austrum flantem, dicitis quòd æstus
erit: & fit.

Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tẽpus quomodo non probatis?

56 Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis proba-
re: hoc autem tempus quî fit vt non probetis?

Quid autẽ & à vobisipsis

57 'Cur autem & ex vobisipsis nõ iudicatis quod

ANNOT.

51 Putatis quòd pacẽ, &c.] Eadẽ habet Matthæus, sine interrogatione tamẽ, cap.10.d.34.

54 Quum videritis nubem orientem] Similia leguntur apud Matthæum, cap.16.a.2, nisi quòd illic alia tempestatis signa, alia verò hic leguntur. Nam hic dicit, Quũ videritis nubem orientẽ ab Occasu. Iudæis enim mare est ad Occasum. Itaque consentaneum est, nubem à mari orientem, aquas secum pluuiales aduehere. Vnde & Elias, quum post trium annorum siccitatem, audiret à seruo suo paruam nubeculam de mari, quod Iudæis est ad Occidentem, ascendere, prædixit grandem pluuiam futuram, 1.Reg.18.g.43.

57 Cur autẽ & ex vobisipsis] Hoc exẽplo vsus est Dominus in Matthæo, cap.5.d.25, vbi

hortatur statim componendas esse cum fratre controuersias. Nunc eodem admonet Iudæos ne suum tempus negligãt: significátque quamuis in re plus illos sapere, quàm in re salutis ipsorum: & prudentiores esse in diiudicandis rebus huius seculi, quàm quæ ad salutem suam pertinent. Nam si ab aduersario in ius traherētur, statim profectò eum ipso composituros dicit, ne in maius periculum apud iudicem inciderent: negligunt verò cum Deo in gratiam redire, quum iam ille gratiam suam vltrò eis offerat: nihil expendentes quòd iudicium eius non sine æterna sui pernicie essent experturi. Atque hinc certe apparet, hoc simile, vulgo, vel saltē Domino, nō infrequens, ac instar prouerbii fuisse. Hoc sensu si acceperis hos duos versus, iungendi erunt præcedentibus. Alii eodem sensu exponunt quem in Matthæo annotauimus, scribentes hunc in modum. Vox Græca κρίνειν duo includit: primo, cognoscere causam: secundo, pronuntiare, sine sententiã ferre. Hic autē pro dispicere & cognoscere accipitur. q. d. Cur non quisque apud se dispicit quid iustum, & æquũ sit? Siquis apud se expēderet quid iuris in quaque re haberet, vix millesima pars ad forum perueniret: sed vnusquisque in causa sua cæcus est. quæ cæcitas bifariam accidit: prima ex simplicitate & ignorantia: altera ex destinata malitia, quum quis de industria oculos claudit: & quod videt, videre non vult, blãdiens sibipsi: alius confidit in mendaciis, alius in eloquentia sua, alius in potentia, alius in amicis. His rebus freta, bona pars hominum litigat, non causæ bonitate. Propterea exhortatur hic Dominus vt siquis in iudicio contendat cum fratre, rem potius componat, quàm vt sinat se pertrahi ad iudicem. nam ab ipso creditore remissionem aliquã sperare licet: non autem à iudice qui id quod iuris est pronuntiat, nihil vt creditor remittens. Qui igitur sapit, simul atque vocatus fuerit ad iudicem, omnia posthabeat, vt cum aduersario ipse conueniat.

iustum est?

Matth. 5. d. 25 |Quum enim vadis cum aduersario tuo ad ma- 58
gistratum, in via da operã vt libereris ab illo: ne
forte pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te
exactori, & exactor coniiciat te in carcerem.
Dico tibi, non exibis inde, 'donec vltimum e- 59
tiam minutum reddas.

CAP. XIII.

ADerant autem quidam eodem in tempore 1
'nuntiantes illi de Galilæis, quorum sangui-
nem Pilatus miscuerat cum sacrificiis ipsorum.

nō iudicatis quod iustũ est?

Quũ autē vadis cũ aduersario tuo ad principē, in via da operã liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimũ minutũ reddas. CAP. XIII.

ADerãt autem quidam ipso in tempore, nuntiãtes illi de Galilæis, quorũ sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

ANNOT.

59 Donec vltimum etiam minutum reddas.] Minutum idem quod quadrans, nimirũ minimus numulus, quarta scilicet pars assis, vt dictum est Matth. 5. d. 26. Quàm inepte & indocte hunc locum, & illum Matthæi, Donec reddas nouissimum quadrantem: exposuerint inimici gratiæ Christi, & purgatorii somniatores, vide apud eundem Matthæum cap. 18. d. 34.

IN CAPVT XIII.

1 Nuntiantes illi de Galilæis] De hisce rebus vide Iosephum lib. 18. Antiquit. cap. 7. nam videtur de hisce scripsisse: & verisimile est factiosos sacrificia illic in mōte Garizim habuisse. Hæc autē fuisse facta tēpore Christi nōnulli putant. Quũ enim Christus moneret, quoties signa ostēderet Deus, circũspectos esse oportere & resipiscere, ni pœnã vellemus experiri: eodē momēto venerũt qui talia nũtiarēt. Taxat autē Dominus vitiũ quod nobis omnibus valde peculiare est. Quũ enim audimus accidisse alicui aliquid mali aut incommodi, mox temere iudicamus de eius vita, pronuntiantes eum id commeruisse, meritóque pati. Ita nanque humana ratio solet, peccatum à pœna æstimare: quum nequaquam Deus pro ratione peccatorum externas illas & spectabiles pœnas sumat. nam ita sæpe Deus res vitæ præsentis dispensat, vt impiissimi cum pace, (vt videtur) atque omnimoda rerum affluentia hinc migrent: & contrà, sanctissimi nunquam non affligantur, vti in diuite epulone, & Lazaro mendico exemplũ propositum est. Quin idem & in ipso Domino nostro Iesu apparuit. Contra hunc verò humani ingenii errorē totus liber Iob disputat. Huiuscemodi fuisse videntur, qui hic Domino nuntiarunt de iis, quorum sanguinem Pilatus cum sacrificiis miscuerat, hoc est (vt equidem videtur) inter sacrificandum interfecerat: vel vt alii, quòd quum insigniter scelerati fuissent, vice

pecudum mactauerat, misto ipsorũ sanguine cum sanguine hostiarũ, qui aliàs offerri solebat ritu Iudæis ex Lege instituto. Vtcũque verò cum his res habuerit, hi qui Domino hæc renũtiauerũt, in ea sentẽtia fuisse videtur quasi illi præ aliis peccatores fuissent, qui tam crudelem pœnã dedissent. Quare velut corrigens illorũ opinionem, respõdit eis, Putatis quòd hi Galilæi præ cũctis Galilæis peccatores fuerint, qui talia passi sunt? Non, dico vobis: imò nisi resipueritis, omnes simul peribitis. Et adiecit aliud de decẽ & octo Ierosolymitanis, super quos turris in Siloe ceciderat: illos negãs peccatores fuisse præ reliquis Ierosolymitanis. Significauit autem horũ vltionem portẽdere quid & reliquos, nisi resipiscerẽt, maneret. Vnde subiecit, omnes simul perituros, nisi resipiscerent: non eodem quidem genere mortis, sed non minus crudeliter & inopinato. Docuit & his, ex vltione, quæ de aliis sumitur, nõ colligendum illos fuisse peccatores, sed potius iram Dei etiam nobis imminere, cuius vindictam haudquaquam simus euasuri, nisi resipuerimus, quando & ipsi peccatores sumus. Et sanè si diligenter singula hîc verba excutias, nequaquam dissimile vero apparet, istos qui de crudelitate Pilati nuntiarũt, non tã cæsos ab illo, quàm ipsum Cæsarẽ voluisse apud Dominũ accusare: eóque quasi calamitatem gentis ei conqueri: Dominum autem, vt illos ad pœnitentiam prouocaret, interpretatum fuisse, eam sæuitiam à Pilato designatam, Dei vltionem ob eorum peccata de cæsis illis diuinitus sumptam: ac ita monuisse præsentes, similia eis expectanda, nisi resipiscerent. Prior enarratio pluribus quidem probatur, hæc tamen non omnino absurda videbitur ei qui perpẽderit singula: vtrauis autem verior sit, id certe perparũ refert. Duo hæc discere hîc debemus, vt omnem scilicet calamitatem, pœnam peccatorum agnoscamus: & ideo ad quamlibet iræ Dei denuntiationem, contra nos, nisi resipuerimus, desæuituræ, timere admoneamur. Vbi enim audimus, aut videmus aliquod diuini iudicii specimẽ, sciamus Dominũ clamare, vt quisque de se cogitet. Deinde ne ex vltionis mensura, peccatorum modũ statuamus: eos scilicet iudicãtes sceleratiores qui hîc sint calamitosiores. Nam vt Dei iudicium à domo Dei incipit, ita plerunque sanctiores aduersis exercentur grauius, quàm quilibet impii. Et Christus omniũ visus est calamitosissimus, qui tamen omnis peccati expers erat. Nos tamen nunquam nõ meritas pœnas persoluimus. Iudicia Dei igitur sedulò nobis consideranda sunt, sed ita vt non æstimemus nostro iudicio opera Domini, vt dictum est. Putabant enim Iudæi id accidisse illorum flagitiis. Sic vitia aliorum exaggeramus, nostra obliuiscimur: ita Galilæos accusabant, vt de se iudicium non haberetur.

Et respondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?

2 Et respondens Iesus dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?

Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiã habueritis, omnes similiter peribitis.

3 Non, dico vobis: imò nisi resipueritis, omnes similiter peribitis.

Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem?

4 Aut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos: putatis quòd debitores fuerint vltra cunctos homines habitantes Hierosolymis?

Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.

5 Non, dico vobis: imò nisi resipueritis, omnes similiter peribitis.

Dicebat autem hanc similitudinem, Arborẽ fici habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quæ-

6 Dicebat & hanc similitudinem, Arborem fici B
habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit

ANNOT.

4 Supra quos cecidit turris in Siloa,] Hebraice Siloah, fontis seu piscinæ nomen in Ierusalem, cuius meminit Esaias, cap. 8. b. 6, & Iohannes, cap. 9. a. 7. iuxta quem fontẽ turris ædificata, repentino casu decem & octo ciues Ierosolymitanos oppressit. Qui putant Siloah fuisse nomen oppidi, in quo tabernaculum fuit quondam constitutum, quod Silo dicitur, falluntur, quum hîc ciues dicantur oppressi Ierosolymis, intra, non extra muros.

6 Arborem fici] Hæc parabola cum superioribus cõiuncta est. Cõfirmat enim Christus quod dictũ est. Imminebat nãque gẽti Iudaicæ grauissima Dei vltio: cuius eos Dominus sæ-

pe monuerat vt ad resipiscentiam permoueret. Assimilat verò hanc gentem, vt & aliàs, arbori propter sterilitatem excidendæ. Solent hypocritæ patientia Dei abuti: semper rident donec feriantur. Propterea voluit hanc socordiam excutere: acsi dicat, Putatísne Deum vobis parciturũ, manúmque eius vos posse effugere, postquã duos aut tres annos expectauerit? Ad extremum rumpetur eius patientia. Pulchra sanè, & vtilis similitudo: quæ ferè per omnes partes quadrat. Impii occupant locum in vinea Domini. totus enim mundus Dei est. Si infrugiferi fuerimus, dignos nos reddimus qui euellamur. tamen ad tempus sustinet: licet non debeamus nobis ob id blandiri. cumulamus enim nobis thesaurum iræ, Rom. 2.a.5. Si hoc verum est in vniuersum, quanto magis in iis quos in Ecclesia plantauit? vocati nanque sumus in sanctorum societatem vt fructũ afferamus. si inutiles fuerimus, fieri poterit vt non statim nos puniat, tandem tamen iudicium sentiemus.

quærens fructum in illa, & non inuenit.
Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce, anni tres 7
sunt ex quo venio quærẽs fructum in ficu hac, &
non inuenio: succide illam: ʼad quid vel terram
occupat?
At ille respondens dixit illi, ʼDomine, sine il- 8
lam & hoc anno, donec fodero circum illam, &
misero ʼstercus:
ʼEt si quidem fecerit fructum: sin minus, in po 9
sterum succides eam.
Har.3.16. Docebat autem in vna synagogarum sabbatis. 10
C ʼEt ecce mulier quæ ʼhabebat spiritum infir- 11

rens fructum in illa, & non inuenit.
Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce, anni tres sunt ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illã: vt quid etiã terrã occupat?
At ille respondẽs dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsquedũ fodiam circa illam, & mittam stercora.
Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.
Erat autem docẽs in synagoga eorum sabbathis.
Et ecce mulier quæ habebat spiritũ infirmitatis an-

ANNOT.

7 Ad quid vel terram occupat?] Aut, cur & terram occupat? siue potius onerat, sed inutili onere. id enim καταργεῖν est propriè. Intelligamus autem eam infrugiferam, non solum indignam stercoratione & cultu, verumetiam loco quem occupabat.

8 Domine, sine il. & hoc an.] Quòd cultorẽ vineæ hîc facit dominũ vineæ orare pro ficu: seipsum adũbrat, qui vtique cultor vineæ paternæ est, & tum aderat genti Iudaicæ vt eam ceu vineã excoleret, fructiferámque doctrina & miraculis suis redderet. Significat autẽ quale sit eorum officiũ quos Deus constituit ad vineam excolendã: hi sunt pastores, qui Dominũ interpellare debent ne statim euellat eos qui sunt infructuosi. Debet enim esse paternus amor pastoris erga Ecclesiam. Videmus exemplũ in Mose, qui se opponebat medium vt irã Dei retardaret. Exod.32.g.31. Ita pastores, etiam si videant doctrinã suam nõ ita recipi vt debet, confugere debent ad Dominum, ne interea desæuiat in populum. Stercus.] Aut potius fimum. nam vox Græca stercorationem sonat magis, quàm stercus. Et stercoratio non solum fit ex animantium excrementis, verumetiam è stipulis, culmis, aut terræ medulla.

9 Et si quidem fecerit fructum:] Sermo est imperfectus: vt subaudias, sinemus illam, aut non succides illam, aut aliud commodius. Hinc videmus Dominum hac parabola minari Iudæis (quod & nobis dici, accipere debemus) si steriles esse perseuerarent, fossi iam & stercorati à se, hoc est, cælesti doctrina exculti, nihil reliqui fore quo minus velut infrugifera ficus, exciderentur. Hæc indubiè multi Iudæorũ rectè intelligentes, ipsi saluatori suo crediderunt, atque per eum fructiferi redditi, mala quæ obstinatos manebant, effugerunt.

11 Et ecce mulier quæ, &c.] Eadem in hac historia docentur quæ in Marco, capite 3.a.1, & suprà cap.6.a.6. Habebat spiritum infirmitatis,] Ab effectu vocat, diabolum infirmitatis qui infirmam fecerat mulierem: id est quæ tota in infirmitatem ita coniecta fuerat, vt non tam corpore quàm animo ab aduersario spiritu affligeretur. Colligimus his verbis, tum mulieris morbũ fuisse in corpore, tum fuisse flagellũ satanæ. Quanuis enim morbi ex causis naturalibus prodeãt, tamẽ non est dubiũ quin pœnæ sint quas Dominus propter peccata infligit. Vtitur autẽ satana, quoties ei videtur. Quid Iob acciderit, videmus: Scriptura huiusmodi testimoniis referta est. Quod dicimus, propter nasutos quosdã qui ridẽt Euangelistarum

ſimplicitatem,quī diabolo tribuant cauſam morborum, quum cauſæ naturales appareāt. Verùm ſe ridiculos præbent,vſqueadeò exeæcātur à Domino: quaſi verò iſta ſimul eſſe nō poſſint,cauſa naturalis & ſatan.

nis decē & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere.

mitatis annis decem & octo: erátque 'contracta,
nec omnino poterat erigere caput.

Quam quū videret Ieſus, vocauit eam ad ſe:& ait illi, Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua.

12 'Quam quum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe:
& ait illi,Mulier,'liberata es ab infirmitate tua.

Et impoſuit illi manus:& confeſtim erecta eſt,& glorificabat Deum.

13 Et impoſuit illi manus:& confeſtim erecta eſt,
'& glorificabat Deum.

Reſpōdens autem archiſynagogus, indignans quia ſabbatho curaſſet Ieſus, dicebat turbæ, Sex dies ſunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & nō in die ſabbathi.

14 Reſpondens autem princeps ſynagogæ 'indignās quòd ſabbato ſanaſſet Ieſus, dicebat turbæ,
'Sex dies ſunt in quibus oportet operari:in his ergo venite,& ſanemini,& non in die ſabbati.

Reſpondens autē ad illū Dominus, dixit, Hypocrita, vnuſquiſque veſtrū ſabbatho nō ſoluit bouē ſuum aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare?

15 Reſpōdens autē ad illum Dominus,dixit,'Hypocrita,vnuſquiſque veſtrum ſabbato nónne ſoluit bouem ſuum aut aſinam à præſepi, & ducit D
aquatum?

Hanc autē filiā Abrahæ,

16 Hanc autem quum ſit filia Abrahæ,

ANNOT.

Contracta,] συγκύπτουσα, id eſt toto corpore deflexa in terram,& contracta. Ea infirmitas ita dorſum mulieris incuruauerat,vt non poſſet erectos (iuxta aliorum hominū naturam) ad ſidera tollere vultus,ſed neceſſe habuerit demiſſo ſemper vultu ad terram incedere.

12 Liberata es ab infir.] Chriſtus altius reſpicit quàm ad morbum:quandiu enim ſuſtinemus pœnā peccati, abſque miſericordia ſatan tenet nos vinctos. E conuerſo Chriſtus dicitur ſoluiſſe hanc mulierē. Quomodo? an quia reſtituerit membra? Non hoc duntaxat: ſed iſta ſolutio externa,fuit ſymbolum alterius ſolutionis. poterat enim à morbo liberari, & non ſolui à vinculis ſatanæ. Cauſa igitur cum effectu cōiungenda eſt. Sic ſancti coniungunt ſæpe iram Dei & ſua peccata,vt & hic,liberatio à morbo & cauſa,cōiunguntur. Præterito autem tēpore vtitur, Liberata,ſiue ſoluta es:quū tamen nōdum ſoluta eſſet,donec Chriſtus impoſuit ei manus.Iam quidē ſoluta erat,quia Dominus miſertus erat ipſius,& decreuerat eam ſanare. Quid igitur ſupererat,niſi vt reciperet,ſiue apprehenderet fide,quod dabat Chriſtus? Sic in Deum ſpe reſpiciendum:alioqui morbos ſanè videbimus,ſed cauſas ignorabimus.

13 Et glorificabat Deum.] Exemplum gratiarum actionis in muliere. Glorificare Deum, eſt illi gratias agere pro accepto beneficio per Chriſtum filium collato. Eſt verò glorificare Deum,effectus fidei qui teſtatur mulierem fidem habuiſſe:quæ vbi præſens adeſt, non poteſt eſſe otioſa ac ingrata erga beneficia Chriſti. Quòd glorificare Deum, ſiue Gloriam Deo dare, ſit gratias agere, manifeſtum eſt ex Luca noſtro,cap.17.d.16, vbi dicit de leproſo,Procidit in faciē ad pedes eius,gratias agens ei. Verſu verò 18,Chriſtus dicit, Non ſunt reperti qui redierint vt darent gloriam Deo niſi hic alienigena.

14 Indignans quòd ſabbatho ſanaſſet,] Quòd ſabbatho Chriſtus curauit, hoc ideo fecit vt haberet ille hypocrita occaſionem calumniādi miraculum . Non fuit res ex cōpoſito acta: ſed tamen totū hoc ex prouidentia Dei compoſitū fuit. Ita Dominus ſæpe detegit malitiam & hypocriſim malignorū,vt detegat quales ſint. Sex dies ſunt] Vide vt hypocrita nō audet arguere Chriſtum:ſed indignationem ſuam euomit in populum. nō audet cum ipſo Chriſto congredi:Chriſtus autem cauſam ſuſcipit.

15 Hypocrita] Quòd vocat hypocritam, hoc non facit conuitiandi cauſa, ſed rem ipſam oſtendit,cum ſimulatis rebus externis ſanctimoniam præferre,qui intus eſſet impius.

16 Quum ſit filia Abrahæ,] Hoc ideo dicit Chriſtus, quòd magno faſtu ſuam libertatem iactarent Iudæi,nempe ſe eſſe Abrahæ ſemen. q.d.ſi libertas data per Abrahám tāti eſt, quàm indignum eſt,hāc mulierem quæ ad libertatem nata eſt,teneri captiuam? cur indignaris quòd

huic captiuæ mulieri libertatē restituerim? Hoc respōsum facile poterat os ipsi hypocritæ obstruere, etiam impudentissimo. quæ enim proportio est inter bestiam & filiā Abrahæ? inter vinculum canabeum & vinculum diaboli? Cæterum hic non agitur de abrogatione sabbathi, vt nonnulli existimant: imperite enim faciunt qui hoc & similibus locis putant agi de sabbatho: alii sunt loci qui ad hanc abrogationem pertinent.

'quā alligauit satanas ecce decem & octo annis,
non oportuit solui à vinculo isto, die sabbati?
Et quum hæc diceret, 'erubescebāt omnes ad- 17
uersarii eius: '& omnis populus gaudebat super
vniuersis quæ cum gloria fiebant ab eo.
Matt.13.d.31. marc.4.d.31. |Dicebat ergo, 'Cui simile est regnū Dei? & cui 18
simile faciam illud?
Simile est grano sinapis, quod acceptum homo 19
misit in hortū suum: & creuit, & euasit in arborē
magnā, & volucres cæli nidulabātur in ramis ei⁹.
Et iterum dixit, 'Cui simile faciam regnū Dei? 20
Matt.13.e.33. |Simile est fermento, quod acceptū mulier ab- 21
E scōdit ī farinæ sata tria, donec fermētaretur totū.
Har.3.17. Matth.9.d.35 marc.6.a.6. |'Et ibat per ciuitates & castella, docens, '& iter 22
faciens Hierosolymam.
Ait autem illi quidam, 'Domine, an pauci sunt 23
qui salutem cōsequuntur? Ille verò dixit ad illos,

quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, nōoportuit solui à vinculo isto, die sabbathi?
Et quum hæc diceret, erubescebāt omnes aduersarii eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.
Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei? & cui simile æstimabo illud?
Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factū est in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.
Et iterum dixit, Cui simile æstimabo regnū Dei?
Simile est fermento, quod acceptū mulier abscōdit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.
Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem.
Ait autem illi quidā, Domine, si pauci sūt qui saluātur? Ipse autē dixit ad illos,

ANNOT.

Quam alligauit satanas] Et hic est duplex comparatio: bouis cum muliere, non quauis, sed Abrahæ filia. Secunda, vinculi præsepis cum vinculo satanæ: hoc est, funis quo ligantur bestiæ, non in exitium, cum vinculo exitiali. A minori ad maius argumentum.

17 Erubescebant] Non intelligit ita fuisse confusos vt ad saniorem mentem redirent: sed significat fuisse conuictos prorsus, ita vt omnes cognoscerent ipsorum malitiam, & improbe facere quòd Domino resisterent. quod sic esse facile colligi potest ex secundo membro, Et omnis populus gaudebat, &c. Et omnis populus gaudebat, &c.] Gaudet populus quòd omnia Christo succedant gloriosè, siue cum gloria & omnium admiratione, quòd aduersarii nihil habeāt quod respondeant. impudentes erant in reprehendendo, & tamen facile cohibebātur. Videmus nullum esse tam gloriosum opus quod non habeat obtrectatores.

18 Cui simile est regnum Dei?] Eadem parabola exponitur apud Matthæum, cap.13.d.31, & Marcum, cap.4.d.31.

20 Cui simile faciam] Hanc de fermento parabolam explicatam legere potes in Matthæo capite 13.c.33.

22 Et ibat per ciuitates & cast.] Similia habet Matthæus cap.9.d.35, & Marcus cap.6.a.6. Præterquam quòd noster addit, Iter faciens Ierosolymam. Non in parua oppida & pagos venit, vt magnas ciuitates negligeret: quod faciunt ii qui simpliciores volunt decipere. Neque ita venit in ciuitates vt ostētator & gloriosus, paruos & tenues negligēs: sed ita vt communis Dominus, imò vt Pater, qui omnium curā agens, vbique circuit. Nō præterit autem vrbes in quibus erant Legisperiti, reformidans reprehendi ab illis, vel metuens ne ab eis occidatur: sed iter facit Ierosolymam versus. vbi enim plures ægrotant, eò magis festinat medicus.

23 Domine, an pauci sunt, &c.] Quum Dominus docendo vrgeret pœnitentiam, minaretur exitiū impœnitentibus, & requireret à saluandis iusta & verè bona opera: quidā quum hæc ab ōnibus posse præstari dubitaret, aggreditur Dominū, interrogans, Domine, an pauci, &c. q.d. Si salutis & vitæ æternæ res ita habet vt doces, necessario sequitur paucolos admodū homines saluari. Dominus verò respōsionem parat, non vni, sed omnibus nobis, vtilem qui-

dem,ſed quæ curioſitatem noſtram non exaticet.Non enim dicit vel multos,vel paucoa ſaluari,ſed ἀγωνίζεσθε Contendite, certate, acritérque annitimini intrare per anguſtã portam. Non diſputat curioſe qui & quot ſint ſaluandi:ſed,Conamini vt & vos ſitis in ſaluãdorum numero:nolite quærere abſtruſa & occulta: vires potius omnes exerite vt quod iuſtum & ſanctum eſſe ſcitis,efficiatis. Durum eſt ſanè carni coerceri diſciplina iuſta: amarum eſt carni,deſerto mundo ſectari cæleſtia:acerbum eſt carni veram agere vitæ prioris pœnitentiam,& aſſueſcere nouo & ſancto viuendi generi:conandũ tamen,innitẽdum,laborandũ exertis omnibus viribus vt hanc ſuperemus difficultatẽ,arcta via ingrediẽda eſt,de qua in Matthæo,cap.7.b.13.

Contendite intrare per anguſtam portam:quia multi,dico vobis,quærẽt intrare,& non poterunt.
Quũ autem intrauerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtium,& incipietis foris ſtare,& pulſare oſtium,dicentes, Domine, aperi nobis: & reſpondens dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis.
Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te, & bibimus,& in plateis noſtris docuiſti.
Et dicet vobis,Neſcio vos vnde ſitis: diſcedite à me omnes operarii iniquitatis.
Ibi erit flet⁹ & ſtridor dẽ-

24 ‖Cõtendite intrare per anguſtam portam: quia Matth.7.b.13
multi,dico vobis, quærunt intrare,& nõ poterũt.
25 ʼQuum autem ſurrexerit paterfamiliâs,& clau-
ſerit oſtium,& cœperitis foris ſtare, & pulſare o-
ſtium,dicentes, ʼDomine, Domine, aperi nobis:
& reſpondens dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis:
26 Tunc incipietis dicere,ʼEdimus coram te,& bi F
bimus,& in plateis noſtris docuiſti.
27 ‖Et dicet, Dico vobis,ʼNeſcio vos vnde ſitis:‖di Matt.7.c.22, & 15.d.41. Pſal.6.c.19.
ſcedite à me omnes qui patratis iniquitatem.
28 ʼIbi erit fletus & ſtridor dentium:quum videri-

ANNOT.

25 Quum autem ſurrexerit paterfam.] Pulchra ſimilitudo qua Chriſtus monet vt in tempore reſipiſcamus,& bonũ operemur:fore enim vt præcidatur occaſio benefaciendi. Reſpexit autem in hac parabola vel ad eam parabolã quæ apud Matthæum,cap.25,pluribus de ſpõſo & decem virginibus recenſetur:vel ad ſolẽnes honeſtorum patrumfamiliâs mores,qui ſolent certa noctis hora ianuas domus ſuæ claudere: & ſiqui ſerui lõge poſt legitimum tempus adueniunt,eos non ſolum non intromittunt,ſed etiam tanquam inobedientes & inutiles,è familia domus ſuæ excludunt.acſi dicat,Sicut paterfamiliâs receptis noctu in ædes,qui è familia ſua ſunt,demum ſurgit,oſtium obfirmat,ac neminem poſtea pulſantem intromittit,vt qui neminem alium ad familiam ſuam pertinere agnoſcat: ſic & conditio regni mei ſe habebit, vbi finis præſentis vitæ aduenerit,In morem patrisfamiliâs,me[illegible]mnes qui in hac vita ſyncerè ſe mihi fide dediderunt, mecum habebo.Quicúmque & alii quibus contemptui fui,quíque ſe meos ſimulare,quàm eſſe maluerunt, admitti petierint: tum ſentientes iam demum ſe non bonis,ſed vmbris bonorum huius ſeculi planè deluſos,vt alienis à mea familia,aditus ad nos haudquaquam patebit, oſtio vitæ illis in æternum obſerato.quibus pulſantibus, id eſt nimis ſerò à me vera bona petentibus, reſpondebo , Neſcio vos vnde ſitis, nihil vobis mecum vnquam fuit,ad meã familiam nequaquã pertinetis. Et hac quidem ſimilitudine aliâs Dominus ex parte aliqua vſus eſt,exhortans pariter ad vigilandum,vtque ſolida & officioſa fide,pietati ſtudeamus:vt ſe veniẽtem parati ſimus ſequi ad nuptias & quietem vitæ æternæ, vt qui aduentum ſuum vigilantes expectauerimus. Significans alioqui vſu venturũ nobis quod iis qui veniente patrefamiliâs aut ſpõſo,imparati foris relinquũtur, & occluſo oſtio nequicquã poſtea pulſantes,penitus ignorantur. Domine,Domine,aperi nobis.] Hic eſt tumultus hypocritarum quo externa iuſtitiæ ſuæ ſpecie in hoc mundo ita perſtrepunt vt videãtur ſoli eſſe populus Dei,& hæredes regni cælorum:ſed audiũt, Neſcio vos vnde ſitis.Fieri enim ſolet vt qui maxime videantur à Deo electi,hi maxime ſint abiecti: & vt poſtea ſequitur, nouiſſimi ſint,qui videbantur primi.

26 Edimus coram te,& bibimus,&c.] Hæc proprie ad Iudæos pertinent, qui carnalibus neſcio quibus rebus ſemper gloriantur.hîc iactant ſe Chriſti diſcipulos fuiſſe, docentem audiiſſe: verùm carnalis illa præſentia nihil profuerit ſine fide. In Matthæo cap.7.c.22, dicunt, Nónne in nomine tuo prophetauimus,&c.

27 Neſcio vos.] Vide hæc apud Matthæum,eodem capite,7.d.23.

28 Ibi erit fletus,&c.] Mala quæ hypocritas,maxime Iudæos maneant,explicat,vt magis ab hypocriſi deterreat,& ad veritatis ſtudium compellat.Fletu ſummum dolorẽ: ſtridore dẽ-

tium, summum horrorē significat: quæ mala illis exaugebūtur, quòd videbunt sanctos qui solidæ pietati studuerūt, Dei bonitate frui, se verò ab ea repelli: neque solos quidem Israelitas, secundū carnem quidem, sed venientes etiam ab Oriente atque Occidente Ethnicos. Ita primi erunt nouissimi, & nouissimi primi. quod sane hypocritas, qui hîc primas in omnibus sibi vendicarunt, excruciabit. De fletu & stridore dentium vide Matth. 8. b. 12.

tis Abrahā & Isaac & Iacob, & omnes Prophe-
tas in regno Dei, vos autem expelli foras.
Et venient ab Oriente & Occidente, & Aqui- 29
lone & Austro: & accumbent in regno Dei.
Matt. 19. d. 30 & 20. b. 16. marc. 10. e. 31. ‖ 'Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt 30
primi qui erunt postremi.
'Eodem die accesserunt quidam Pharisæorum, 31
dicentes illi, Exi, & vade hinc: quia Herodes vult
te occidere.
Et ait illis, Ite, 'dicite vulpi illi, 'Ecce eiicio dæ- 32

tium: quum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autē expelli foras.
Et veniēt ab Oriēte & Occidente & Aquilone & Austro: & accūbēt ĩ regno Dei.
Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi.
In ipsa die accesserūt quidam Pharisæorum, dicētes illi, Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere.
Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce, eiicio dæ-

ANNOT.

29 Et venient ab Oriente, &c.] Similia lege apud Matthæum cap. 8. b. 11.

30 Et ecce sunt postremi, &c.] Eadem vide apud eundem Matthæum cap. 19. d. 30, & 20. b. 16, & Marcum, 10. e. 31.

31 Eodem die accesserunt quidam, &c.] Incertū est an Pharisæi amore Christū admonuerint de periculo, an tentādi causa, an vt metu percellerent, vt sæpe impii faciūt. Vtcunque res habeat, præcipuum quod est in hac historia obseruandum, est respōsum Christi. Verisimile tamen est non malo animo dixisse.

32 Dicite vulpi illi,] Vetat quidem Dominus principi maledicere, Exod. 22. d. 28: quod præceptum non transgressus est Christus: qui non ex contemptu magistratus sic vocauit Herodem, sed authoritate Spiritus, & ad demonstrandam Patris potētiam, qua fretus, illum nō timet. nā Spiritus Dei superior est omni potestate. Non loquitur Christus vt priuatus: cuius libertatem qui volet imitari, is videat ne Spiritu eius vacet. Herodes licet tyrānus esset, astutus tamē, dolis se in animos hominū insinuabat, vsqueadeò vt aduersarios suos tolleret, & tamen impunitus perstaret. Multi fuerunt tyranni qui suam sæuitiā non dissimularūt, palàm grassantes. Nero & Caligula passim ostentabāt suam crudelitatem. Tiberius vtroque deterior, simul suā sæuitiā occultabat. Talis erat Herodes, qui dū exerceret suam tyrannidem in Iudæos, quorum quibusdā suis artibus gratificabatur: interea Romanorum gratiā retinebat: interim alios cum aliis committebat, atque ita conseruabat regnum suū. Propterea vulpē fuisse pronuntiat.

Ecce eiicio dæmonia,] Præsentia pro futuris, eiiciā, &c. q. d. Ego paucos dies sum victurus, & miracula perpetraturus, & postea occidar. Hebraismus est, Hodie & cras, pro breui tēpore. His verbis Christus crudelē Iudæorū ingratitudinem notat, qui tametsi tāta in ipsos conferret beneficia, nihilominus ipsum odissent, & persequerētur: postremo neci tradere conarētur. At verò illud sequentis versus, Hodie & cras & perendie: certum tempus est pro incerto. significare enim voluit, vtcūque Herodes vellet ipsum occidere, id tamen nequaquam effecturum: sed hodie, & cras, hoc est in præsenti & adhuc sequenti tempore se dæmonia eiecturum, atque sanitates perfecturum: hoc est hostibus suis benefacturū: & tum demum, tertia die, hoc est tempore hæc omnia insequenti, quod nimirum Pater statuisset, se consummandū. Sed id nequaquam per Herodem, ideo se ambulaturum hodie, cras, & perendie, id est non pauco adhuc tempore: quia ita constitutum esset, vt Prophetæ insigniores, potissimum in Ierusalem perimerentur, vbi & ipse caput Prophetarum esset consummandus. Hinc ergo tum recordatus crudelis impietatis & impiæ crudelitatis, qua Ierusalem vrbs Regis magni diuinis beneficiis præ cunctis orbis ciuitatibus donata, contra Deum & Saluatorem suum vsque sæuisset, & adhuc sæuitura esset: exclamare cœpit, Ierusalem, Ierusalem. Similiter etiā occasionē quum habuisset Matthæ. 23. d. 37, postquam memorasset occisuros illos Prophetas, Scribas & Apostolos suos, rursus idem exclamauit. Porrò tria in hoc Lucæ loco, perpendenda sunt. primum, quòd exemplo Christi, benefaciendo tantum, cum hostibus agendum sit: quorum tamen ma-

lum, si reprobi sint, bono nostro haudquaquam expugnauerimus. Deinde cõstitutum vnicuique, quando & vbi pereat: quare secure oportet à nobis & diligenter Domini negotium geri. Perire non possumus, etsi mori possumus: quod tamen tum & ibi continget, quũ & vbi optimum nobis fuerit. Postremo in præcipua sanctitate spectabilibus locis, & à religionis nomine celeberrimis Christũ & suos oportere occidi: atque ita è primis locis fieri nouissimos. Nemo igitur à loci vel personarum splendore pendeat, aut veritatem metiatur. in toto orbe nihil sanctius erat vrbe Ierosolymorum: ibi templum erat, ibi Dominus peculiarem sui præsentiã promiserat, in hac præcipue coli voluerat: huic Prophetas, Sapiẽtes & Scribas suos dederat: adeò tamen ex prima euasit nouissima, vt à constitutione mundi nulla par illi impietate & crudelitate extiterit, adeò vt digna fuerit, in qua vltio statueretur de omni sanguine iusto, qui ab initio orbis effusus fuit: eo quòd præter præcipuos Prophetas Domini, quorum nusquam plures interempti fuere, etiam Christũ ipsum, & sanctissimos Apostolos eius crudelissime interfecerit. Quam certe qui voluisset sequi, Christicidam se & summum Dei hostem constituisset. Eant ergo nunc qui perire volunt, & Romanã sequantur sanctimoniam, aut cuiuscũque alterius loci apud homines celebris. Supernam Ierusalem sequamur: in mundo enim nihil sani inueniemus: vbi continuo euadunt primi nouissimi, & contrà.

monia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.

monia, & sanitates perficio hodie & cras, '& tertia die consummor. G

Veruntamen oportet me hodie & cras & sequẽti ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.

33 Veruntamen 'oportet me hodie & cras & perendie ambulare: quia 'fieri non potest vt 'Propheta pereat alibi quàm Hierosolymis.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti?

34 'Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittũtur ad te: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ auis nidum suum sub pennas, & noluistis? Matt.23.d.37

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis quia nõ videbitis me donec veniat quũ dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

35 Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis quòd non videbitis me donec venerit tempus quum dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini. Matt.23.d.38

CAP. XIIII.

ET factum est quum intraret Iesus in domũ cuiusdã principis Pharisæorũ sabbatho manducare panẽ:

1 ET accidit vt introiret in domum cuiusdam principis Pharisæorũ sabbato ad capiendum Har.3.18.

ANNOT.

Et tertia die consum.] Tertiũ diem posuit pro tempore indefinito. q. d. Breui postea tollar è vita, quum venerit hora. Præsens pro futuro, vt dictum est. Verbum Græcum τελειοῦμαι, est medium verbum: propterea quidam dicũt satius esse vertere actiue, vt intelligamus tertia die illum absoluturum opus suum. quanquam ea consummatio, mors erat & resurrectio. Hanc consummationem noster suprà cap. 9. d. 31, vocat excessum: & versu 51, assumptionem.

33 Oportet me hodie & cras & perendie ambulare:] Hebraismus est, pro exequi suam functionem, & suo officio fungi paucis adhuc diebus, siue pauco tempore. Propheta] Prophetam dixit per excellentiã, seipsum intelligens: aut pro quouis Propheta accipi debet, quod doctioribus magis probatur. q. d. non est quod metuã ne hic occidar: nam Ierosolymis est locus in quo occidi me oportet, quãdo illa est omnium Prophetarum carnificina. Fieri non potest] οὐκ ἐνδέχεται non contingit, non est contingens. est velut impersonale. quasi dicas, ipsa natura rerum non fert. Miro elogio insignit Ierusalem, vocans eam Prophetarũ carnificinam, qui aliàs locus erat à Deo electus: verùm eam sanctitatem polluerat hominum impietas.

34 Ierusalem, Ierusalem, &c.] Eadem habet Matthæus, cap. 23. d. 37. 38.

IN CAPVT XIIII.

1 Et accidit vt introiret in domum] Huius historiæ idem finis, docenturque eadem quæ in Marco cap. 3. a. 1, & suprà cap. 6. a. 6, & 13. c. 11. Præter hoc autem, hic exemplũ habemus miri erga homines amoris Christi & humanitatis, qui in domũ Pharisæi introit vt cum illo cibum

cit etiam tandem vt hypocritæ iustitiarii ambiant accubitus primos. Et re vera illo hominum genere in mundo nihil est elatius neque ambitiosius. Nemo verò existimet Christum hîc voluisse docere ciuilitatẽ: sed notandum quod noster dicit, Dominum impulsum ad hunc sermonem, quòd videret eos ambire primum locum. Ambitionem ergo notat, vt dictũ est. nam ambitiosi miram fingunt modestiam & humilitatem, & recusant honorẽ sibi oblatũ. De ciuili igitur honestate nõ fuit hîc solicitus Christus, sed ad spirituale doctrinã hoc referri debet.

Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco: ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo:

8 'Quum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias,
ne accumbas in primo loco: nequando honora-
tior te sit inuitatus ab illo:

Et veniens is qui te & illũ vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tũc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

9 Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi,
Da huic locum: & tunc incipias cum rubore ex-
tremum locum tenere.

Sed quum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascẽde superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

10 |Quin potius quũ vocatus fueris, vade, accumbe Prouer.25.a.7
in nouissimo loco: vt quum venerit qui te inuita-
uit, dicat tibi, Amice, ascende superius: tunc erit ti
bi gloria coram simul discumbentibus.

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

11 |'Quia omnis qui se extollit, deiicietur: & qui se Infrà 18.c.14 matt.23.a.12.
deiicit, extolletur.

C

Dicebat autem & ei qui se inuitauerat, Quũ facis prandiũ aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neq; vicinos diuites: ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio.

12 Dicebat autẽ & ei qui se inuitauerat, |'Quum fa Tob.4.b.7. prouer.3.b.9.
cis prãdium aut cœnam, noli vocare amicos tuos,
neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque
vicinos diuites: nequando & ipsi te vicissim inui-
tent, ac rependatur tibi beneficium.

Sed quũ facis conuiuiũ, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:

13 Imò quum facis conuiuiũ, voca pauperes, debi-
les, claudos, cæcos:

Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

14 Et beatus eris, quia non possunt rependere ti-
bi: rependetur enim tibi 'in resurrectione iustorũ.

Hæc quũ audisset quidam de simul discumbẽtibus, di-

15 'Hæc quum audisset quidam de simul accum-

ANNOT.

8 Quum inuitatus fueris] Parabola sumpta à cõmuni ritu nuptiarum, vt ferè solent omnes parabolæ à rebus communibus & notis sumi.

11 Quia omnis qui se extollit, &c.] Huius sententiæ interpretationem lege in Matthæo, capite 23.a.12.

12 Quum facis prandium, &c.] Nunc conuiuatorem monet misericordiæ in pauperes: iubétque ad conuiuiũ vocare non diuites, qui vicissim ipsum inuitẽt, & leuicula adeò mercede officiũ rependant: sed pauperes qualescũque, cuiusmodi sunt peregrini, viduæ, pupilli, quos Deus nobis commendat: quibus quum benefacimus, beneficia in manu Domini deponere videmur: quorum causa (quum ipsi rependere nequeant) Deus rependat in resurrectione iustorum. Summa autem eorũ quæ hîc docere voluit, est, vt in benefaciendo, nõ nosipsos, sed proximorum necessitatem spectemus: nequaquam nos humanos & benignos arbitrantes, si humanitatem erga eos demonstrauerimus qui paria nobiscum faciunt. Nobisipsis enim, & non proximis benefecerimus, si in eos duntaxat fuerimus liberales qui possint nobis vicem rependere. Nequaquam tamen per hæc prohibet, etiam amicos, fratres, & cognatos in tempore, alendæ dilectionis causa, cõuiuiis adhibere: sed tantum ne id, misericordiam & benignitatem nobis dignam interpretemur. Imperiti sanè illi, qui Euangelium nihil humanitatis nobis reliquisse putant: quasi diuites inter se non audeant se mutuo inuitare.

14 In resurrectione iustorum.] Periphrasis est vitæ æternæ.

15 Hæc quum audisset quidam, &c.] Quum dixisset Iesus de conuiuio nuptiali, déque re-

surrectione iustorum: quidam è conuiuis, velut per somnium tactus desiderio cælestis illius conuiuii, dixit, Beatus cui continget, &c. veluti subindicans paucos fore quibus cessura sit ea fœlicitas, quasique non quilibet ad illud conuiuium sint admittẽdi, sed duntaxat Iudæi, aut Iudæorũ primores. At comedere panem in regno Dei, idiotismo linguæ Sanctæ, est participem esse gaudiorum vitæ futuræ, & frui omnibus deliciis cælestibus. Panis enim pro victu vniuerso ponitur: & Edere panem significat vel prandere, vel cœnare, imò participem esse mensæ.

D bentibus, dixit illi, Beatus qui comedet panem in
regno Dei.

Har. 3.19 Matth.22.a.2 apoc.19.b.9.

At ipse dixit ei, ['Homo quidam 'apparauerat 16
'cœnam magnam, & vocauit multos:
'Misitque seruum suum 'hora cœnæ, vt diceret 17
'inuitatis, 'Venite, quia iam 'parata sunt omnia.
'Et cœperũt simul omnes excusare. Primus di- 18

xit illi, Beatus qui manducat panem in regno Dei.

At ipse dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos:

Et misit seruum suũ hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.

Et cœperunt simul omnes excusare. Prim⁹ dixit ei,

ANNOT.

16 Homo quidam apparauerat] Ab ea exclamatione conuiuæ, occasionem accipit Dominus exhortandi inuitatos, siue conuiuas, adeóque Iudæos, & nos omnes, vt modis omnibus conemur recipere vera fide prædicationem Euãgelicam. Vbi mira claritate aperit consiliũ Dei de saluando mundo: quid denique illud sit quod abstrahit homines quominus secũdum Dei consilium salui fiant. Ostenditur etiam pœna reiicientium incredulitate, oblatam hæreditatem vitæ æternæ per prædicationẽ Euangelii. Consilium Dei illud est, quòd vult credentes in Filio saluos facere, & omnibus bonis ditare, sibique æternùm coniungere. Coniunctio hæc Dei cum hominibus aliàs figuratur per nuptias, hic per cœnam, non per prandium. Nam in fine seculi & sub vesperã, resurgentibus corporibus nostris, exhibebitur nobis cœna siue epulũ æternæ immortalitatis. Nuptiæ enim celebrabũtur in fine seculi; nã spõsalia peracta fuerũt iam olim. Cœna nuptialis, est perfruitio Dei, summi inquã boni, bonorúmque omniũ cælestium. Ad hanc cœnam vocati sunt non pauci, sed multi. Deus enim vult omnes homines saluos facere, & ad agnitionẽ veritatis venire. Declarationẽ huius consilii sui fecit, & promulgauit per seruum suum, præcipue per Vnigenitũ, deinde autem per Prophetas & Apostolos, per quorum ora loquitur nobis Spiritus Christi, quem seruum suum appellat Pater apud Esaiam cap.42. a.1. Hora cœnæ non est vltimũ tempus, sed illud in quo iubemur præparari ad cœnã, quæ plenissime exhibebitur in fine mundi. Porrò promulgatio fit verbis huiusmodi, Venite, quia iam parata sunt omnia. Christus enim est perfectio fidelium, & in ipso data sunt nobis omnia quæ ad verã perfectionem pertinẽt. Vocamur modo, vt per fidem iustificemur, & bonis illis fruamur. In summa, vocat Euangelii prædicatio omnes nos ad participationẽ cælestiũ bonorum, & ostendit omnia vitæ necessaria abunde parata esse in Christo, & conferri in Christo per fidem. Apparauerat] Gratiæ verbum, excludens in facta cœna meritum. Causas huius cœnæ factæ Apostolus vbique gratiam & misericordiam Dei facit. Cœnam magnã,] Vocabulo cœnæ, exprimitur Euangelium gratuitũ: & effectus Euangelii, vt res illi cognatæ, gaudium, pax, tranquillitas.

17 Misitque seruum suum] Non dicit seruos suos, quorum multos Deus misit sub Lege, admonens & inuitans Iudæos ad paratam cœnam: sed dicit seruum suum, Christum, de quo præcedenti versu: vt scias Deum Patrem nouissime loquutum Iudæis, & eos inuitasse per Filium, vt Heb.1.a.2. legimus. Hora cœnæ,] Hoc est, nouissimo tẽpore, vt scribitur ad Heb. 1.a.2. Est autem nouissimum tempus quod Pater sibi proposuerat in Filio, secundum præfinitionem seculorum, Ephes.1.b.9. Horam cœnæ Apostolus aliàs Plenitudinem temporis, aliàs Præfinitionem seculorũ, aliàs Nouissima tempora vocat. Inuitatis] Per Prophetas enim inuitati fuerunt Iudæi. Venite, quia, &c.] Adhortatio ad gratuitũ Euangelium suscipiendum. Parata sunt omnia.] Stultissimus igitur qui ad paratissimam Euangelii cœnam parat aliquid de suo afferre: quum illa nobis afferat, non nos illi. Excluditur itaque circa hanc cœnam omnis conditio aut dignitatis, aut operum, aut meritorum nostrorum.

18 Et cœperunt omnes simul excusare.] Græce legitur, recusare. Quanquam elegãter versus est interpres excusandi verbo: si modo lector animaduertat eũ excusare, qui adducta causa recusat quod rogatur. Docet quid retrahat homines quominus Euãgelii prædicationẽ exci

piant, ne salui fiant. Ac ponuntur in præsenti tria hominum genera, sub quibus comprehenduntur omnes qui à salute vera aberrãt: omnes in vniuersum cælestibus præferunt terrena, & rebus huius seculi addicti sunt. Verùm hæc impedimẽta talia sunt quæ corã sapientibus mundi facile subsistere possunt, & ab illis iustificari, quia honestatis prætextum habent. Annõ honestum, augere dignitatem suam, tendere ad honores, parare opes, curare pro liberis, coniuge & familia, agere curã rei familiaris? &c. Huiusmodi sanè merẽtur excusationem corã mundo: at coram Deo alia res est, qui præcipit vt regnum Dei primùm quæramus, & priorem tabulã posteriori præponamus. Villam emere, per se non est peccatum, nec iuga boum emere, sicut nec vxorem ducere: verùm talia facere, & præ illorum studio negligere Dei verbũ, hoc graue peccatum est.

Villã emi, & necesse habeo exire & videre illam: rogo te habe me excusatum.

xit ei, 'Villá emi, & necesse mihi est 'exire & vi-
dere illam: 'rogo te habe me excusatum.

Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.

19 Et alter dixit, 'Iuga boum emi quinque, & eo
ad probandum illa: 'rogo te habe me excusatum.

Et alius dixit, Vxorẽ duxi, & ideo non possum venire.

20 Et alius dixit, 'Vxorem duxi, & ideo non pos-
sum venire.

Et reuersus seruus nũtiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.

21 Ac reuersus seruus renũtiauit hæc domino suo.
'Tũc iratus paterfamiliâs dixit seruo suo, 'Exi ci- E
tò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac de-
biles, claudósque & cæcos introduc huc.

ANNOT.

Villam emi,] Villam emere, est cura augendi honores, dignitatem, potentiam, possessiones, bona, &c. impediri ab Euangelio recipiendo. Exire, & videre illam:] Exire & videre, studii & affectuum verba sunt, quæ testantur cor ad villam appositum. nam suprà, 12. c. 34, dixit, Vbi thesaurus vester est, ibi & cor vestrum. Rogo te habe me exc.] Hypocrisis seria quæ rogat. Obserua autem quàm profundè nobis inhæreat studium honorum, dignitatum, & possessionum.

19 Iuga boum emi,] Hoc significat curam & studium pro victu. Rogo te habe, &c.] En quàm profundè etiam inhæreat nobis studium victus: qui tam potẽs est vt impediat à recipiendo verbo, homines etiam non inimicos verbi: qui si inimici fuissent, non rogassent vt excusarentur, sed temere respondissent. Spectabis & in hoc hypocrisim seriam, qui non damnat cœnam, tamen venire recusat.

20 Vxorem duxi,] Hic cura rei familiaris impeditur. Proponit Christus varia vitæ genera: nõ quòd in his sit perpetuò durandum: sed vt sint exercitia, quibus subinde conuiuii in regno cælorum appetentiores reddamur. Neque hoc loco damnat legitima & ordinaria vitæ genera: qualia sunt villarum & possessionum emptio, agricultura, mercatura, coniugium, & alia: sed damnat solũmodo hominum impietatem, qui his vitæ generibus ita sese captiuos tradunt, vt præ ipsis, fœlicitatem cælestis conuiuii negligant. Agricolæ dicunt, Laborandum nobis est, non licet nobis frequenter audire prædicationem Euangelii. Mercatores verò, Vagandũ nobis per mare, per terras, vt vocationi nostræ seruiamus. Noui coniuges dicunt, Dãda nobis est opera vt domũ constituamus, & opes paremus, quò & futuris liberis, & senectuti nostræ consulatur. non est nobis tantũ otii vt Euangelii prædicationẽ sectemur. Hoc antẽ quid aliud est quàm siquis dicat, Libet mihi magis in terra perire, quàm in regnum cælorũ ingredi. Hic est impiissimus verbi Dei, ac regni cælorũ contẽptus, & dignissimus qui æterno igni puniatur.

21 Tunc iratus paterf.] Iustum nũc Dei iudicium specta in Iudæos hypocritas neglectores oblati Euangelii. Exi cito in plateas, &c.] Per hæc certè nõ alii intelligi debent quàm peccatores, publicani, & meretrices, ac contemptissimi quique inter Iudæos. Quũ enim Pontifices, Pharisæi, & Primates Iudæorum, qui iudicabantur esse honestissimi, & ante alios pertinere ad regnum Dei, non agnouerint Euangelium Christi, nec paruerint vocationi eius: ad lautitias conuiuii in regno Dei, vocati sunt per Euangeliũ peccatores, inhonesti, & abiectissimi quique. Amen (ait Christus) dico vobis quòd publicani & meretrices præcedũt vos in regnum Dei, Matth. 21. c. 31. Et sunt postremi qui erant primi: & sunt primi qui erant postremi,

Matth.19.d.30.Sunt qui Gentiũ vocationẽ intelligũt per pauperes iſtos,debiles,claudos,& cæcos.verũ melius eſt vt de quibuſcunque miſeris & abominabilibus peccatoribus intelligatur.

Et ait ſeruus,Domine,factum eſt vt imperaſti, 22
& adhuc locus eſt.

Et ait dominus ſeruo,'Exi in vias & ſepes,'& 23
compelle intrare:vt impleatur domus mea.

Dico enim vobis'quòd nemo virorum illorum 24
qui vocati ſunt,guſtabit cœnam meam.

Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuer- 25
ſus dixit ad illos,

Matt.10.d.37 |'Siquis venit ad me,nec odit patrem ſuũ ac ma 26
trem,& vxorẽ,& filios,& fratres,& ſorores,præ-
F terea autem & animam ſuam: non poteſt meus
eſſe diſcipulus.

Matt.10.d.38 & 16.d.24. marc.8.d.34. ſuprà 9.c.23. |'Et quiſquis nõ baiulat crucem ſuam,& venit 27
poſt me,non poteſt meus eſſe diſcipulus.

'Quis enim eſt ex vobis,qui velit turrim ædifi- 28

22 Et ait ſeruus,Domine, factum eſt vt imperaſti,& adhuc locus eſt.

23 Et ait dominus ſeruo, Exi in vias & ſepes, & compelle intrare: vt impleatur domus mea.

24 Dico autem vobis quòd nemo virorũ illorũ qui vocati ſũt,guſtabit cœnã meã.

25 Ibãt autem turbæ multæ cum eo: & conuerſus dixit ad illos,

26 Siquis venit ad me, & nõ odit patrem ſuũ & matrem, & vxorẽ,& filios,& fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

27 Et qui nõ baiulat crucem ſuam,& venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

28 Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non

ANNOT.

23 Exi in vias & ſepes,] A Iudæis digreditur ſeruus ad vocandas Gẽtes.Nam qui in compitis viarum, ac poſt ſepes inueniuntur, & vocantur ad conuiuium, Gentes ſunt quas Deus abiectis Iudæis, in populum ſuum elegit. Et quod hic ſignificatur,impletum eſt eo tempore quo Chriſtus miſit poſt Pentecoſten Apoſtolos ſuos in totum orbem terrarũ,vt Euangelium incircuncisis Gentibus prædicarent.Propterea etiam dicit Paulus,Act.13.g.46, Vobis oportebat primùm loqui ſermonem Dei:ſed quoniam repellitis illũ, & indignos vos iudicatis æterna vita:ecce cõuertimur ad Gentes.Sic enim præcepit nobis Dominus,Poſui te in lucem Gentiũ,vt ſis ſalus vſque ad extremum terræ,(ex Eſa.49.b.6.)Audientes autẽ Gentes,gauiſæ ſunt,& glorificabant nomen Domini:& crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.Dicuntur autẽ Gentes in viis & poſt ſepes iacere,quòd fuerint(vt Paulus ait Epheſ.2.c.12.) extranei à promiſſionibus Dei,& carentes Deo. Quid autem de dignitate, de iuſtitia,& meritis noſtris?Gratis igitur in gratiã à Deo per Chriſtũ ſuſcepti, declaremus etiam gratitudinem noſtrã diligenti obſequio per fidem,ne quod gratis cõſequuti ſumus,ingratitudine amittamus. Et compelle intrare:] Coactio hæc ſpiritualis,& violentia qua ſerui Chriſti compellunt auditores ſuos ad conuiuium Euangelii,eſt prædicatio Legis,& oſtẽſio peccatorum,qua fit vt conſcientia metu damnationis territa, ad quærendam veram ſalutem in Chriſto compellatur. Sic compulit Iohannes Baptiſta auditores ſuos ad pœnitentiam, hoc eſt ad quærendum Chriſtum,quum diceret,Securis ad radicem arborum poſita eſt.Omnis igitur arbor quæ non facit fructum bonum,exciditur, &c. Matth.3.c.10. Prædica ſermonem,(inquit Paulus,2.Timoth.4.a.2)inſta opportune,importune,argue, increpa:exhortare cum omni lenitate & doctrina.

24 Quòd nemo virorum illorum,&c.] Meritò excluduntur ex regno Dei qui cæleſtibus præferũt terrena.Eadem fere prorſus in hac parabola Chriſtus monuit atque in ea quam Matthæus ſcribit.

26 Siquis venit ad me,&c.] Vide hæc apud Matthæum cap.10.d.37.

27 Et quiſquis nõ baiulat crucem,&c.] Lege eadem apud eundem Matthæum eodem capite 10.d.38,& 16.d.24,& Marcum,8.d.34,& ſuprà 9.c.23.

28 Quis enim eſt ex vobis,&c.] His duabus parabolis,de ædificãte turrim,& rege occurrẽte inimico,vſus eſt Dominus quum hortaretur ſuos ad tolerãtiam crucis. Multi enim quum audiunt Euangelium,quæ auditu ſuauia ſunt arripiunt:interim non meditantur Chriſtũ non poſſe apprehendi niſi cum cruce ſua:atque ita fit vt facile animis deficiant: & probro ſint omnibus,quòd reſiliãt ab incœpto inſtituto.Propterea voluit vtraque parabola ſuos præpara-

re vt in præmeditanda cruce & tribulationibus quæ eos cōcomitantur qui Euágelii salutem amplexantur, tam soliciti sint, quàm sunt qui turrim ædificaturi, sumptus computant: & rex cum hoste congressurus, cogitat cum quot millibus possit illi resistere: ne imparati obruantur ab aduersitatibus, & Euangelium deserant cum ignominia, quòd vsque in finem perseuerare non potuerint. Vt autem his verbis ignauiam excutere, ita & animos addere voluit, vt meditati ad ipsum accedamus. Cogitandum enim quale sit ædificium, sequi Christum: magnæ nempe molis. ædificare nãque non possumus sine bello: impedit enim satan. cuius impetus vt sustineamus, valido exercitu & magnis copiis opus est. Quas quũ apud nos reperire nõ possimus, superest vt nostræ inopiæ conscii, confugiamus ad Deum, vt suppeditet quæ sufficiant tam ad perficiendũ ædificium, quàm ad repellẽdum hostem. Qui putat se aliquid posse, succũbet: qui cõtrà, suas vires esse impares nouerit, vincet si petat à Domino: nunquã enim destituetur, nec relinquet opus imperfectum. Fallũtur certe quidam qui existimant Dominũ monere voluisse nequis plus audeat quàm facultates suæ valeãt. plus satis ad piũ facinus audendũ tardi sumus, nec est augenda nostra ignauia. Siquis (inquiunt) timidus est, naturæ suæ debet indulgere: in neque corrigenda naturæ vitia. Quod illorum dictum, alienissimum est à Christi sensu.

prius sedẽs computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum?

care, quin prius sedens 'computet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum?

Ne posteaquam posuerit fundamentum, & nõ potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei,

29 Ne postquam posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui viderint incipiant illudere ei,

Dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.

30 Dicẽtes, Hic homo cœpit ædificare, nec potuit consummare.

Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regẽ, non sedẽs prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cũ viginti millibus venit ad se?

31 Aut quis rex proficiscens vt cõmittat prælium aduersus alterum regem, nónne sedens prius cogitat an possit cum decẽ millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit contra se?

Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittẽs, rogat ea quæ pacis sunt.

32 Alioquin adhuc illo lõge agẽte, legatione missa, petit ea quæ pacis sunt.

Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus.

33 'Sic ergo omnis ex vobis qui nõ renũtiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipul⁹.

Bonũ est sal: si autẽ sal euanuerit, in quo cõdietur?

34 'Bonus est sal: ‖si verò sal infatuatus fuerit, per quod condietur? Math.5.b.13. marc.9.g.50.

ANNOT.

Computet] ψηφίζει, id est calculis subducit rationem: vt intelligas diligentem atque exactam supputationem.

33 Sic ergo o. ex vo. qui nõ renuntiat, &c.] Sic, subaudi illudetur ei qui me postea deseruerit, quòd nõ reputarit apud se, subducta tanquã ratione, prius quàm Euangeliũ amplecteretur, futuras cruces, quibus ferendis perstandũ esset vsque ad finem, non solùm cum omniũ bonorum suorũ iactura, sed & vitæ. Renuntiare omnibus quæ possidemus, est eo animo & affectu esse vt si propter Euangeliũ cruces & tribulationes ferendæ sint, quãlibet graues fuerint, cuiusmodi sunt bonorũ temporaliũ direptio, & mors, feramus æquo animo potius, quàm Christum deseramus. Hoc præmeditari oportet qui ad Christũ accedunt, vt dictum est: ne imparati, & nihil tale præuidentes, opprimantur, & tribulationi succũbãt, deserentes Christũ magno cum probro & ignominia, etiam apud homines. Facile autem omnibus renuntiat, qui seipsum abnegauerit, qui parẽtes & etiam animam oderit, hoc est qui neque parentes neque vitam prætulerit Christo: qui maluerit animam suam saluari per Christum, quàm totum mũdum lucrari: vt docemur apud Matthæum cap.16.d.25.26.

34 Bonus est sal:] Eadẽ ferè leguntur & Matth.5.b.13, & Marc.9.g.50. Hunc locũ sic quidam exponũt, ad Christianos omnes referẽtes, Sal bonus est: ita præclara res est esse Christianum, & credidisse Euãgelio. Sed sicut sal, qui sapidus, omnibus cibis saporem addit: insipidus

autem adeò nullius est vsus vt nec in terram, neque in sterquilinium vtile sit, vt prorsus illum abiici oporteat: ita qui citra plenam abnegationem sui & omnium, Christi gregi sese inseruerint, veluti sal insipidus, nullius penitus vsus erũt, vt abiici eos oporteat in gehennam. Adiecit post hæc Dominus quod solet vbi de rebus maximi momẽti admonuit, dignísq; summa animaduersione, Qui habet aures, &c. Sciant igitur quicunque Euangeliũ audiunt, hoc sermonem esse regni cælorum, non terreni: neque posse quenquam ad illud regnum peruenire, nisi huic terreno penitus renuntiauerit, paratus vitæ & omnium iacturam facere. Quod vtique facile factu fuerit quibuscunque illud vel mediocriter cognitum fuerit: qui id facere nequibunt, iis neque regnum cælorum verè vnquã innotuit. Alii de Apostolis explicant, dicentes, Decet (ait Christus) omnes homines Christianos esse constantes & fortes, in periculísque & persequutionibus intrepidos: vos autem in primis, qui aliorum estis magistri. Si enim vos fueritis molles & flexiles in calamitatibus, qui aliis persuadere debetis constantiam, & vestro exemplo omnes animare ad fortitudinem, quid sperandum erit de turba promiscua, quæ semper meticulosa est? Estote ergo sal & robur populi vestræ fidei crediti. Et quo grauius percelleret omnium mentes, epiphonemate graui ferit omnium aures, & acclamat, Qui habet aures ad audiendum audiat.

Neque in terram neque in sterquilinium vtilis 35
est: foras proiiciunt illum. Qui habet aures ad au
diendum, audiat.

CAP. XV.

Har.3.20 ACcedebant autem ad eum omnes ¹publica- 1
ni & peccatores vt audirent illum.
Et murmurabãt Pharisæi ac Scribæ, dicentes, 2
²Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis.
Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicẽs; 3
Matt.18.b.12 ⁴Quis ex vobis est homo qui habet centum o- 4
ues, & si perdiderit vnã ex illis, nónne relinquit
nonagintanouem in deserto, & vadit ad illã quæ
perierat, donec inueniat eam?

Neque in terram neque in sterquiliniũ vtile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

ERãt autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illũ.

Et murmurabãt Pharisæi & Scribæ, dicẽtes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Et ait ad illos parabolam istam, dicens,

Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouẽ in deserto, & vadit ad illã quæ perierat, donec inueniat eã?

ANNOT.

1 Publicani & peccatores] De publicanis vide suprà cap.3.c.12, & Matth.5.g.46. De peccatoribus verò, Matth.9.b.10. Duo sunt hominum genera: quidam peccatores & iniusti, qui tamen peccatũ suũ agnoscũt: quidam rursus qui se iustos putant, & iustitiæ ac operibus suis fidũt, quales erãt Scribæ & Pharisæi. Quũ iã Christus remissionẽ peccatorũ gratis prædicaret & daret, ferre hoc non poterãt Pharisæi. ipsi enim iustitiã suã magno vendebant. Hi verò quos peccatorũ suorum puduit, & qui vitam emendare voluerunt, ad Christum veniũt. De vtrisque Christus dicebat, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã, Matth.9.b.13.

2 Hic peccatores recipit,] Mirus contemptus propter fastum & animi elationem ex propria operũ iustitia: sanos enim & validos se putabant, siue iustos: reliquos à gratia excludebãt. Suprà cap.7.f.39, dicebat Pharisæus, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est hæc mulier, quia peccatrix est.

4 Quis ex vo. est homo] His omnibus parabolis, quòd perdita ouis quæritur relictis nonagintanouẽ: quòd plus de ea inuẽta gaudetur, quàm de nonagintanouẽ seruatis: vti & de inuẽta drachma: quòd præterea ita in cælis, nẽpe verè spiritali Dei regno, ipsis nimirũ angelis, (vt decimo versu huius capitis dicitur) super vno peccatore resipiscẽte gaudiũ maius fit quàm super plurimis iustis: nihil aliud voluit Dominus significare, quàm ex volũtate Patris, & consentientibus angelis Dei, atque omnibus secundum Deum affectis, summam sibi curam esse eorum qui electi ad numerum Sanctorum, adhuc aberrãt, vt in viam eos reducat: & propterea cum publicanis & peccatoribus congredi & consuetudinem habere: quò vtique ad resipiscentiam eos prouocet: quod quum Pharisæi atque Scribæ ferrent inique, declarare ipsos se diuersam à Deo, atque sanctis eius angelis mentem, eóque prauam & satanicam habere. Hanc incomparabilem Dei erga peccatores dignationẽ nemo vnquam satis expẽderit, sicut neque vtilius quicquam expendi potest. Quare friuolæ hîc hominum commentationes relinquen-

dæ sunt,& tanta potius cogitanda Dei erga nos miseros,támque ineffabilis bonitas:(quæ nisi cognoscatur,non potest concipi fides quæ iustificet,nec potest haberi spes, quæ in aduersis consistit) vt fide erga ipsum, & dilectione erga proximos crescamus: solicite quoque daturi operam vt aberrantes Christi ouiculæ ad suum Pastorem & Saluatorem ducātur: cuius causa nulla cum peccatoribus consuetudo non laudabilis fuerit.

Et quū inuenerit eam,imponit in humeros suos gaudens:

5 Et quum inuenerit eam, imponit in humeros
suos gaudens:

Et veniens domū,conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouē meā quæ perierat.

6 Veniénsque domum, cōuocat amicos & vici- B
nos,dicēs illis, Gaudete mecū, quia inueni ouem
meam quæ perierat.

Dico vobis quòd ita gaudiū erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agēte, quàm super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia.

7 Dico vobis quòd ita gaudium erit 'in cælo su-
per vno peccatore resipiscente, magis quàm su-
per nonagintanouē 'iustis,qui non indigent pœ-
nitentia.

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnā, nónne accendit lucernam,& euerrit domum,& quærit diligenter donec inueniat?

8 Aut quæ mulier habens drachmas decē,si per-
diderit drachmam vnam,nō accendit lucernā,&
'verrit domū,quærítque diligēter donec īueniat?

Et quū inuenerit,cōuocat amicas, & vicinas, dicens, Congratulamini mihi,quia inueni drachmam quā perdideram.

9 Et quum inuenerit,cōuocat amicas, ac vicinas,
dicens,Gaudete mecum,quia inueni drachmam C
quam perdideram.

Ita, dico vobis, gaudiū erit corā āgelis Dei sup vno peccatore pœnitētiā agēte.

10 Ita, dico vobis, gaudium erit corā angelis Dei
super vno peccatore resipiscente.

Ait autem, Homo quidam habuit duos filios:

11 |Ait autem,'Homo quidam habuit duos filios: Har.3.22

Et dixit adolescētior ex illis patri, Pater, da mihi portionē substātiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substātiam.

12 Et dixit 'adolescentior illorum patri,Pater, da
mihi portionem substantiæ quæ ad me redit. Et
diuisit illis substantiam.

ANNOT.

7 In cælo] Paulo pòst versu 10,dicit, Coram angelis Dei. Iustis,qui non indigent pœnitent.] Hìc Dominus vulgariter loquitur de diuinis ac spiritualibus rebus tanquā de humanis, vt sermonem suum vulgi capacitati accommodet. Iustos intelligit eos qui veritatem Euangelii amplexi sunt:& obliti eorum quæ sunt à tergo, perpetuo extendunt se ad præfixam metam,quibus nihilominus semper orandū est, Dimitte nobis debita nostra.Super huiusmodi iustis qui iam de grege Domini sunt,non habetur peculiare gaudium, quemadmodum super vno peccatore,qui quum alienus à regno Dei,& ouis quidem fuisset,nempe electus ad vitam,sed perdita,ignorans scilicet Dei, nunc resipuit, Deum agnouit, aliisque iam Domini ouibus iungitur. Gaudiū enim,est affectus qui de recenti bono oritur:& qui dum illo aliquandiu quis fruitus est,remittitur.

8 Verrit] Hoc est scopis purgat. In vno tantum codice Complutensi legitur euerrit.

11 Homo quidam habuit,&c.] Ad eundem scopū pertinet hæc quoque parabola,ad quem referūtur & superiores duæ. nā docet hìc Christus quàm parata sit nobis gratia Dei quoties ad eius misericordiam confugimus. Depingit autem velut in tabula,Patris bonitatem quæ aliàs satis exprimi non potest. Homo] Non dubium quin voluerit Deum in persona hominis repræsentare. Sed meminerimus quod Matth.7.b.11,dicit, Si vos quum sitis mali,nostis bona dona dare filiis vestris:quanto magis Pater vester qui in cælis est,dabit bona si postuletis ab eo? Non est igitur comparatio qualis solet esse inter æquales:sed considerandum quàm intersit inter Deum qui non tantum bonus est, sed ipsa etiam bonitas:& hominem mortalem qui malus est natura.

12 Adolescentior illorum patri,] Non debemus (vt aliis locis dictum est) in parabolis sin-

gula verba excutere,quasi aliquid subsit mysterii:tamen non abs re positũ est in hac parabola quòd vnus ex filiis voluit partiri hæreditatẽ,quam deinde consumpsit. Quibus voluit Dominus indicare,nos semper fore satis diuites,si habeamus coniunctã cum ipso substantiã. Quòd si partiri velimus,necesse erit vt omnia misere pereant. Hæc enim initio fuit causa exitii hominibus:parenti nostro Adæ primũ. Nam creatus fuerat ad imaginẽ Dei: si in domo Patris mansisset,& nihil separatim habere voluisset, satis erat diues, poterátque bene ac fœliciter agere. Quum verò aliquid hæreditarium habere voluit, accidit ei quod huic misero,qui totam substantiam consumpsit. Quid enim profuit Adæ liberum arbitrium,& altitudo quam cõceperat,se fore parẽ Deo? Ita hodie, si nihil nobis arrogemus, sed contenti simus Dei gratia,nihil deerit nobis ad salutẽ. Desipimus verò in eo,quòd aliquid propriũ habere volumus:inde nos perire necesse est. Si tamen simus ex numero electorũ,ne sic quidẽ nos sinet Dominus perire. non quidẽ ex nobis:nisi enim insignis Dei misericordia nos excitaret,cõcideremus prorsus.

Ac post dies non multos, quum omnia cõtra- 13
xisset adolescẽtior filius, peregre profectus est in
regionem longinquam: & ibi dissipauit substan-
tiam suam, viuendo luxuriosé.

Et nõ post multos dies,cõgregatis omnibus adolescẽtior filius, peregre profect⁹ est in regionẽ lõginquam: & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosé.

D 'Et postquam omnia consumpsisset, facta est fa 14
mes valida in regione illa: & ipse cœpit egere.

Et postquã omnia cõsumpsisset, facta est fames valida in regione illa: & ipse cœpit egere.

Et abiit, & adhæsit vni ciuiũ regionis illius: at- 15
que is misit illũ in villam suam vt pasceret porcos.

Et abiit, & adhæsit vni ciuiũ regionis illius: & misit illum in villam suam vt pasceret porcos.

Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, 16
quibus porci vescebantur:'& nemo illi dabat.

Et cupiebat ĩplere ventrẽ suũ de siliqs quas porci mãducabãt: & nemo illi dabat.

'In se autẽ reuersus dixit, Quàm multi 'merce- 17
narii patris mei abundãt panibus, ego verò fame
pereo!

In se autẽ reuersus dixit, Quanti mercenarii patris mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo!

'Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, 18
Pater, peccaui 'in cælum & coram te:

Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicã ei, Pater, peccaui in cælum & coram te:

ANNOT.

14 Et postquã omnia consumpsiss.] Etiam Latina scripta exemplaria legunt consumpsisset,non consummasset. In vno legi dissipasset. In hac secunda parte notandum est quomodo nos Dominus reuocet ad pœnitentiam. Non agitur de reprobo,sed de electo,qui vtcũque dignus sit abdicatione,tamen tãtus est amor patris,vt nolit eum reiicere. Ne ergo miremur nos variis affligi tribulationibus: neq; putemus propterea nos derelictos.oportet enim vt necessitate nos cogat. Primùm ostendit nobis nostrã inopiã.dein accedit fames,& inedia,qua nos ad pœnitentiã vocat, vt habetur secundo cap. Oseæ. Coacti miseriis,reducimur in memoriã Dei, & quàm sit beatũ cum ipso agere,agnoscimus. Alioqui malum esse non reputamus procul ab ipso agere,quandiu non sentimus nostram miseriã. Vera igitur est pœnitẽtia,quum agnoscũt quàm miseri sint,qui procul à Deo absunt,& arbitrio suo viuunt extra eius domum.

17 In se autem reuersus] Sophistæ hîc etiam cauillantur,Deũ præueniri pœnitentia. Verum hoc esset, si pœnitentia,à nobis,& non Dei donum esset. Quũ enim tota Scriptura clamet,pœnitentiam esse noui cordis fructus:cor autem nouum,à Deo:quid sibi volunt quũ sic ad hominem transferunt quod est solius Dei? Interea fateor, nos non apprehendere Dei misericordiã,nisi pœnitentia præcesserit. Verùm eo ordine procedit Deus erga nos: nã quantum ad eum,præcedit remissio:dein sequitur in nobis pœnitentia.quantum verò ad nos,pœnitentiã præcedere oportet:aliàs Dei misericordiam apprehendere non possumus. Mercenarii patris mei] Sic etiam scripta Latina exemplaria legunt,non autem,in domo.

18 Surgam,& ibo ad patrem:] Hinc videmus aliud etiam quàm dictum est,requiri ad pœnitentiam: nempe vt confusi magnitudine peccatorum nostrorum,reuertamur ad Patrem nostrum. Nam meditatus est secum hanc orationem, non qua patrem falleret, sed qua eum inflecteret. Vide vt patris subiectio est à Deo. nam qui in patrem peccant,etiam in cælum peccãt.

Nam hic CAELVM pro Deo accipitur. Qui igitur verè peccata agnoſcunt, confiteantur etiam Deo: atque id eſt ingenuũ, & veræ humilitatis indiciũ. Confeſſio reſpõdere debet ſcandalo. vbi homines peccatorũ noſtrorũ ſunt cõſcii, fateamur etiam corã ipſis peccatũ: alioqui ſoli Deo cõfiteamur, ſi eum ſolũ offendimus. Confeſſio nãque æſtimãda eſt ex natura delicti.

Iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.

19 Iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me E
ſicut vnum de mercenariis tuis.

Et ſurgens venit ad patrẽ ſuũ. Quũ autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt: & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.

20 Et ſurgẽs venit ad patrem ſuum. Quum autem
adhuc longe abeſſet, vidit illũ pater ipſius, & mi-
ſericordia motus eſt: & accurrens ruit in collũ e-
ius, & oſculatus eſt eum.

Dixitq; ei fili⁹, Pater, peccaui in cælũ & corã te, iã nõ ſum dign⁹ vocari filius tu⁹.

21 Dixítque ei filius, Pater peccaui in cælũ & co-
rã te, neque poſthac ſum dignus vocari filius tu⁹.

Dixit autem pater ad ſeruos ſuos, Cito proferte ſtolam primã, & induite illũ, & date annulũ in manũ ei⁹, & calceamẽta in pedes eius.

22 Dixit autem pater ad ſeruos ſuos, Proferte ſto-
lam primam; & induite illum, & date annulũ in
manum eius, & calceamenta in pedes:

Et adducite vitulũ ſaginatum, & occidite, & manducemus & epulemur:

23 Et adducite vitulum illum ſaginatũ, atque ma- F
ctate, ſumptíſque epulis lætemur:

Quia hic filius me⁹ mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuẽtus eſt. Et cœperunt epulari.

24 Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: pe-
rierat, & inuentus eſt. Et cœperunt lætari.

Erat autẽ filius ei⁹ ſenior in agro: & quum veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniã & chorũ.

25 Erat autem filius eius ſenior in agro: & quum
veniret, & appropinquaſſet domui, audiuit con-
centum & choros.

ANNOT.

20 Et ſurgẽs venit, &c.] Hæc eſt tertia parabolæ pars: de miſericordia patris erga filiũ. Hic videmus Deũ non expectare vt ad ſe veniamus: nã occurrit. Repetamus igitur memoria quod prius dictum eſt verſu 11, non comparari Deum homini ſimpliciter: ſed vt intelligamus, centuplo maiorem eſſe bonitatem Dei erga nos, & miſericordiam. Non igitur dubium eſt, ſimulatque pœnitentia tacti ſumus, quin Deus nos in gratiam ſuã recipiat. Et accurrens, ruit in collum eius.] Obſerua quàm promptus ſit Deus ad ignoſcendum: non expoſtulat hic pater, non obiurgat, ſed ſtatim amplectitur. Excipiet quiſpiã, nos lõge aliud experiri. Verùm is ſciat Deum ita nobis remittere peccata ſumma facilitate, vt tamen nos ſuis ferulis erudiat. Recipit quidem nos in gratiam: ſed interea reſpicit quid nobis expediat, & quid ferre poſſimus.

22 Proferte ſtolam primam,] Nonnulli exiſtimant hic exprimendã fuiſſe vim articuli τὴν στολὴν τὴν πρώτην, id eſt ſtolam illam primã. Eſt autem veſtis genus in talos demiſſæ: vt intelligamus nõ de qualibet veſte dictũ, ſed de certa quapiã & eximia. Nã ANNVLO & VESTIMENTIS non præponitur Græcus articulus. At rurſum VITVLO geminũ addidit articulum vt ſtolæ, τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, vitulũ illum ſaginatum: vt certũ & inſignem vitulum accipiamus deſignari. Iam & in ſequentibus, quum ſæpe repetatur hic vitulus, ſemper addũtur articuli, quum HOEDO non addatur vllus articulus, quòd non vnuſquiſpiam inſignis deſignetur, ſed quilibet è grege. His autẽ ſignificare voluit Dominus, Deũ ita remittere peccata vt prorſus memoriam ipſorum ſepeliat, quum ita in ſtatũ priorem reſtituimur acſi nũquam peccaſſemus. Quũ ingrati ſumus, aufert ſua dona: rurſum quũ reſipiſcimus, ea ipſa dona, quibus ſpoliati fueramus, reſtituit. His ergo ſymbolis exprimitur vera peccatorum remiſſio.

25 Filius e. ſenior, &c.] Eſt hæc poſtrema parabolæ pars. Solent vulgo exponere, in perſona primogeniti figuratos fuiſſe Iudæos. Quæ figura non male congrueret: quoniã Iudæi ſunt quaſi primogeniti in Eccleſia: dein ſcimus quàm iniquo animo tulerint vocationẽ Gentium præ ſuperbia: verùm generaliter potius accipiendum eſt, vt Chriſtus demonſtret tam profuſam eſſe Dei miſericordiã erga nos, vt videatur nimia, præſertim hypocritis. Latius igitur patet ſimilitudo: vt notetur magnitudo miſericordiæ Dei. Hypocritæ nõ poſſunt ferre vt popu

lo Dei tam ampla proponatur eius misericordia. Quasi verò Deus non sic loquatur, ita accusant. Hanc autem personã Christus primogenito attribuit, vt melius Dei bonitas exprimeretur. nã si primogenitus peccasset, statim (vt sumus maligni) potuisset quis considerare, Deum non ita aliis vt primogenitis ignoscere. Hic ergo maior est bonitatis Dei expressio. Alioqui videmus primogenitos sæpe præteritos, & electos minores natu. Ita voluit etiã carnis cogitationẽ abiicere. Quanquã hoc ferè accidit, vt quemadmodũ primogeniti eminẽt, sic hypocritæ primũ locũ in Ecclesia obtineant. Quoad externa officia, sunt patri obsequentes, vt Esau: interea non possunt ferre Dei misericordiã erga peccatores: nã exprobrant Deo sua officia, Nos tecum sumus, tibi inseruimus, nihilo plus tamen nobis tribuis, quàm peccatoribus. Libenter reuocarent Deum ad calculum. Posset obiici alia difficultas, Cur primogenito comparet hypocritas, qui non sunt futuri hæredes? Respõdetur, hypocritas, tametsi sunt filii ancillæ Agar, tamen ita ad tempus occupare locum, vt videantur futuri hæredes: quemadmodum Ismael superbiebat sua primogenitura, & illudebat fratri. Nõ dicitur ergo hæres quòd semper manserit apud patrem, sed quòd præcedat: imò indignatur quòd non sit solus.

Et vocauit vnum de seruis suis, & interrogauit 26
quid essent illa.

Et vocauit vnũ de seruis, & interrogauit quid hæc essent.

At is dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pa- 27
ter tuus vitulum illum saginatum, quòd incolumem illum receperit.

Isque dixit illi, Frater tu⁹ venit: & occidit pater tuus vitulum saginatũ, quia saluum illum recepit.

G Indignatus est autem, nec volebat introire: pa- 28
ter ergo illius egressus rogabat illum.

Indignatus est autem, & nolebat introire: pater ergo illius egressus cœpit rogare illum.

At ille respondens dixit patri, Ecce, tot annis 29
seruio tibi, nec vnquam præceptum tuum transgressus sum, nec vnquã dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis lætarer.

At ille respondens dixit patri suo, Ecce tot annis seruio tibi, & nuquã mandatum tuum præteriui, & nũquam dedisti mihi hœdum, vt cũ amicis meis epularer.

Sed postquã filius tuus hic qui deuorauit sub- 30
stantiam tuam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum illum saginatum.

Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

At ille dixit ei, Fili, tu semper mecum es, & o- 31
mnia mea tua sunt:

At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt:

Lætari autem & gaudere oportebat, ʳquia fra- 32
ter tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierátque, & inuentus est.

Epulari autem & gaudere oportebat, qa frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuẽtus est.

CAP. XVI.

Ha.3.22. Dicebat autem & ad discipulos suos, ʳHomo 1
quidam erat diues, qui habebat dispensatorem: & hic delatus est apud illum, vt qui dissiparet bona ipsius.

CAP. XVI.

1 Dicebat autem & ad discipulos suos, Homo quidã erat diues qui habebat villicũ: & hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsius.

ANNOT.

32 Quia frater tuus hic mortuus erat,] Talis est omnium conditio qui à Deo discedunt: perierunt enim: quũ autem redeunt ad Deum, reuiuiscunt. quod fit pœnitentia quæ nos præparat ad Dei misericordiam. Fide quidem eam apprehendimus, sed nõ antè sumus eius capaces, quàm displiceamus nobis.

IN CAPVT XVI.

1 Homo q. erat diues,] Hæc parabola docet verũ vsum externorum bonorum, quò vtilitatem ex eis percipiamus: quod tum maxime erit, quum ea largiter egentibus distribuerimus. Et hæc etiam parabola docere poterat quomodo per Christũ propositæ parabolæ sint intelligendæ, & enarrandæ: nequaquã sanè vt singula persequamur, & in quibuslibet partibus simi-

litudinem propriã quæramus: alioqui doceremur hac parabola mẽtiri & fraudare: quod dispensator hic, quem Dominus imitandũ nobis proposuit, fecit. Vt ergo ex his quæ parabolæ Dominus subiecit, videmus summã hic duntaxat spectandã: ita & in aliis ne simus plus æquo curiosi. Satis autem constat, hunc dispensatorem, in eo tantum æmulãdum nobis propositum, vt sicut ipse bonis domini sui in suum commodũ vsus fuit: vt ita & nos, iis quas Deus & Dominus noster dederit facultates, in nostrã vtilitatem vtamur. nempe vt sicut ille parauerat sibi ex bonis domini sui amicos, qui se munere suo destitutum alerent: ita & nos pauperibus prolixe ex acceptis diuinitus facultatibus, in quas nullum nobis, nisi dispensandi ius factum est, benefaciamus, quorum gratia Dominus postea nos in æterna habitacula recipiat. Atque hoc est quod Dominus parabolæ subiunxit, Et ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mammona iniusto, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

2 Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de
te? ʻredde rationem dispensationis tuæ: non enim
poteris posthac dispensare.

Et vocauit illũ, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.

3 Ait autem dispensator intra se, Quid faciã, quia
dominus meus aufert à me dispensationem? Fo
dere non valeo, mendicare erubesco.

Ait autẽ villicus intra se, Quid faciam, quia domin⁹ meus aufert à me villicationẽ? Fodere non valeo, mendicare erubesco.

4 Scio quid faciam, vt quum amotus fuero à dis-
pensatione, recipiant me in domos suas.

Scio quid faciã: vt quum amot⁹ fuero à villicatione, recipiãt me in domos suas.

5 Cõuocatis itaque singulis debitoribus domini B
sui, dicebat primo, Quãtum debes domino meo?

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantũ debes domino meo?

6 At ille dixit, Centum ʻbatos olei. Dixítque illi,
ʻAccipe ʻcautionẽ tuã, & sedens cito, scribe quin-
quaginta.

At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuã, & sede, cito scribe quinquaginta.

7 Deinde alteri dixit, Tu verò quantum debes?
Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe cau
tionem tuam, & scribe octoginta.

Deinde alii dixit, Tu verò quãtum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta.

8 Et laudauit dominus ʻdispensatorem iniquum,
quòd prudenter fecisset: quia ʻfilii huius seculi pru

Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudẽtiores filiis

ANNOT.

2 Redde rationem, &c.] Hic obseruandum est, nos bonorum vitæ huius tãtum dispensatores esse: & exactam eorum rationem à nobis poscẽdam: vt nihil æque solicitè nobis curandum sit, quàm vt illa ad voluntatem Domini eorum & nostrum dispensemus.

6 Batus olei.] Batus, Hebraica vox est, illis mensuram liquidorum significãs: vt videre est apud Iosephum lib. 8. Antiq. cap. 2. ea capiebat sextarios septuaginta duos. Idem lib. 15. cap. 11, Corus habet modia Attica decem. est autem Corus mensura aridorum. Accipe] Sub. à me. i. quam tibi trado, & qua hero meo obligatus es. Cautionem] Vel, syngrapham.

8 Dispensatorem iniquũ,] Græce, iniquitatis. Ex proprietate idiomatis Hebraici dictum, pro dispensatore iniquo & iniusto. Hoc epitheto voluit Dominus indicare, diuitias vel iniuste acquiri sæpe, vel iniuste possideri. Nã difficile est vt magnas opes cogat quis, nisi cũ aliorum iniuria & dispendio. Si ita acquirantur, multo iniustius possidentur: statim enim vel sequitur luxuria, vel superbia, aut tale aliquod vitium. Quamuis ergo diuites non rapiãt, tamen si fratri opem denegent, statim iniqui sunt apud Deum. Filii huius seculi] A filiis huius seculi, qui suæ temporali vitæ prudentius & maiore cura prospiciunt, quàm filii lucis, suæ æternæ, discamus rebus à Deo collatis, nobis parare amicos, qui nos vitæ præsentis dispẽsatione defunctos, in æterna tabernacula recipiant. Hic carnalem prudentiã videtur Christus præferre, quum tamen piorũ prudentia nonnisi à Spiritu Dei fit. Verùm hic Christus non loquitur de prudentia quam simpliciter nobis cõfert Spiritus, sed dicit filios huius seculi magis sibi prospicere in rebus huius seculi, vt iam dictum est. Reprehendit ergo nostram ignauiam &

socordiã. Grauissima sanè exprobratio. quorsum enim ista lux, nisi vt magis simus considerati ad caute ambulandũ, & cogitandã vitam æternam, & regnum Dei, vt regnet ipse in nobis, & nos regat? Hoc sanè sensus nostros omnes occupare deberet. Nónne meritò pudere nos oporteat, in rebus seriis tam socordes esse, quum filii seculi huius in nugis sint tam seduli?

dentiores sunt filiis lucis in natione sua.

Et ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mã- 9
mona iniusto: vt quum defeceritis, recipiãt vos in
æterna tabernacula.
Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: 10
& qui in minimo iniquus est, is & in multo ini-
quus est.

lucis in generatione sua sũt.

Et ego vobis dico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & q in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.

ANNOT.

In natione sua.] Vel, generatione sua. Generatio pro conditione. Non cernunt filii seculi acutius in doctrina spirituali, quàm filii lucis: sed in suo statu, in terra, in mundo.

9 Facite vo. amic. ex mãmona iniusto:] Mãmona voce Chaldæa tũc indubie trita & vulgari, diuitias vocauit: additque epitheton Iniquitatis vel iniusti. Materies enim sunt omnis iniquitatis & iniustitiæ: neque vnquã ita magno cumulo (sicut præcedenti versu dictũ est) vt diuitiæ dici mereantur, cõgeri absque iniquitate possunt, vel ea saltẽ qua fratres necessitatem patientes prætereuntur. Vnde Dominus apud Matthæum, 13. c. 22, spinas vocat: & Paulus laqueum diaboli, 1. Timoth. 6. b. 9. Non vocantur igitur diuitiæ iniustæ, quòd iniustum sit eas possidere: Lazarus quidem fuit pauper, sed receptus est tamen in sinum Abrahæ qui fuit diues. Diuitiæ per se non sunt malæ, sed vitio hominum fit vt vocentur diuitiæ iniquitatis. Nihilominus admonemur quàm sedulo cauendum sit ne diuitiæ nos corrumpãt. Nam etsi nihil habeant corruptionis: tamen, vt vitiosi sumus, cauendum est ne cõtrahamus aliquam ex iis labem. Amicos autem quos facere iubet ex iniquo mammona, hoc est ex dispensatis benigne facultatibus, dicit nos suscepturos in æterna tabernacula, illa loquẽdi ratione qua dixit apud Matthæum cap. 19. d. 28, sanctos fore secum orbis iudices. Quod enim Dominus ipsorum causa faciet, hoc ipsi facturi dicuntur. Cæterum illud, Facite vobis amicos: intelligendum est vt illud apud eundem Matthæum, cap. 6. c. 20, Thesaurizate vobis in cælis, &c. Obseruandum autem, Christum his verbis nolle diuites quærere rationem aliquam qua tegant suas fraudes, rapinas, & furta: vt siquis iniuste quæsierit suas diuitias, satisfactionibus eas cõpenset, vt faciunt Papistæ, & fecerũt cæteri qui fuerunt ante Papatum. Hoc enim commune est cum Iudæis & Turcis, quòd satisfactionibus volunt se Deo reconciliare. Verùm Deus odit tales compensationes. quæ enim maior iniuria, quàm eum facere latronũ & prædonum sociũ? Neque etiam intelligamus Christũ hoc sensu vocare diuitias iniquas: tanquã satis sit partẽ prædæ erogare Deo, quasi ob id remissurus sit iniuriã fratri à nobis illatã: sed potius hoe vult, Quum alii soleãt iniuste acquirere, & possidere: vos sitis potius instrumẽta benefaciẽdi: & scitote, eum qui benefacit inopi, thesaurum sibi recondere in cælo. Obseruandũ præterea, quũ iubet vt nobis faciamus amicos, non velle nos habere rationem ingratitudinis hominũ: propter quorum ingratitudinem non perditur beneficiũ. Refertur nanque hoc ad opus, non ad personas. Nam prout quisque gesserit, ita reperiet apud Deum. quòd si etiam homines nos apud Deum accusarent, opus tamen nostrũ extabit. Quidã ex his Christi verbis, Facite vobis amicos, &c. vt recipiant vos, &c. acquiri regnũ Dei benefactis colligũt: verùm hìc nihil dicitur quod non passim in Scripturis legatur multis locis. Diuitiæ nos recipiũt in æterna tabernacula, hoc est nobis coaceruamus thesaurũ in cælis, quum benefacimus. Nõ propterea acquirimus regnum cælorũ. Deus enim gratuito promisit nobis vitam æternã: quam fide habemus. Quũ igitur sciamus repositã nobis esse spem salutis apud Deũ, simus prõpti & parati ad exhibenda Deo obsequia. Non negamus Deum remunerare opera: sed dicimus niti nos Dei gratia oportere. Nam si opera respicimus, debile erit fundamentum, & gloriam Dei ad nos transferemus. De hac re vide Matth. 25. c. 34. 35, & suprà 6. d. 23.

10 Qui fidelis est in minimo,] Prouerbiali sententia, qua vulgo dicitur, ei nõ multum credi, qui in minimo deprehensus sit infidelis, vtitur Dominus, vt magis ad benigne dispensanda præsentia bona prouocaret: negans Euangelii thesaurum ei posse contingere qui non sit fa

cultatum iſtarum externarum fidelis diſpenſator. Minimum vocat diuitias: Multum verò, verè bonum cæleſte, Euangeliū: vt ſequens verſus ſatis explicat. Si enim in re tātula fidem Deo præſtare non poſſumus, quid in hæreditate regni cæleſtis? Hinc diſcamus, bona cōſcientia diſpenſare diuitias, vt tādem perueniamus ad maius bonū, ad hæreditatē ſcilicet regni cæleſtis.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis: quod verū eſt quis credet vobis?

11 'Si ergo in iniquo mammona fideles nō fuiſtis: quod verum eſt quis credet vobis?

Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrū eſt quis dabit vobis?

12 'Et ſi in alieno fideles nō fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vobis?

Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnū odiet, & alterū diliget: aut vni adhærebit, & alterū contēnet. nō poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

13 ¶'Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. nō poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Matth.6.c.24

Audiebāt autē omnia hæc Phariſæi, qui erant auari: & deridebant illum.

14 'Audiebant autem hæc omnia & Phariſæi, qui erant auari: & deridebant illum. D

Et ait illis, Vos eſtis qui iuſtificatis vos corā homi-

15 Et ait illis, 'Vos eſtis qui iuſtificatis voſipſos co

ANNOT.

11 Si ergo in iniquo mam.] Magis explicat quod verſu præcedenti dixerat. Nos enim monet, ſi opibus addicti fuerimus, & non fideles earum diſpenſatores: nec Euāgelium percepturos. Percipi enim hoc non poteſt niſi ab iis qui renuntiauerint omnibus quæ poſſident, vt ſuprà cap.14.g.33, Dominus docuit. Iam qui infidelis eſt in mammonæ diſpenſatione, is certe mammonæ nō renuntiauit: igitur VERVM hoc, & ſolum proprium hominis bonum, Euangelium, & ex hoc beatifica Dei cognitio, ei nunquam cōtinget. vita æterna indignus erit, qui puſillum hoc mundanum adminiſtrare non potuerit.

12 Et ſi in alieno, &c.] Eadem tertiò dicit, vt magis explicet, & inculcet. Alienum vocat diuitias & temporalia bona, quæ ad tempus diſpenſanda dedit Deus hominibus. Præcedenti verſu vocat māmon iniquitatis. VESTRVM vocat Euangelii cognitionē, verū & noſtrum bonum. Fallaces ſanæ ſunt diuitiæ iſtæ mundi: nam quod pollicentur, præſtare non poſſunt; nempe vt nos diuites & beatos reddant. Sed & alienæ nobis ſunt, quòd eas nequaquam pleno iure poſſideamus, quum minimo momento vel ipſæ nobis, vel nos illis eripimur. Sed Euangelium cognitum ſemel, in æternum nunquam nobis eripitur: & plane beatos reddit: quia vita æterna eſt, Deum rectè cognouiſſe. Si hæc dicta Christi animaduerſa & credita pridem fuiſſent, non ſecure adeò doctrinam ſalutis, & reſponſa in rebus Dei, ab anteceleſiaſticis vulgo omnes petiiſſent, quos tam infideles iniqui mammonæ diſpenſatores eſſe conſtet, qui non tantum ſibi credita nequaquam fideliter diſpenſarunt, ſed diſpenſanda aliis, imò ipſis pauperibus iam diſpenſata, etiam rapuerunt: idque vt omnia in flagitioſiſſimos vſus conuerterent. Quod quid aliud eſt, quàm Domini bona dilapidare nequiſſime? His ergo in iniquo māmona infideliſſimis, Christus, vera proculdubio & electorū bona, contra ſuum hoc verbū credidiſſet? Nihil igitur niſi pernicioſa referre mendacia ab eis potuerunt, quicunque ab ipſis vitæ doctrinam petierunt. Infideles ſane & in multo fuerunt, quod tamen nunquam habuerūt, nimirum quum meras impoſturas pro viuifico Christi Euangelio vendiderūt. Vtinam vel nūc tandem poſt irreparabilia damna, quæ iſti dederunt, agnoſceret mundus nihil poſſe bonorum cæleſtium apud eos inueniri, quibus ineſt cupiditas præſentium, atque ideo & diſpenſandi ea infidelitas. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: ita iſti mammonæ & Christo pariter eſſe addicti nequeunt.

13 Nemo ſeruus] Vide eadem in Matthæo, cap.6.c.24.

14 Audiebāt autem hæc] Christus accommodabat doctrinam ſuam vulgo, vt proficeret. Phariſæi autem ridebant eum, quòd plebeius doctor eſſet, qui verborum ampullas non haberet, nec ſe iactaret. Non eſt igitur nouum quod etiā hodie ambitioſi homines ſuperciliosè Euangelium deſpiciāt tanquā abiectū. Neque verò hoc nos à propoſito abducere debet: quāuis magnificas illas pompas, quibus turgent principes huius mundi, non habeat.

15 Vos eſtis qui iuſtificatis voſipſos c.ho.] Iuſtificare ſe, eſt ſeſe oſtētare, & captare hominum fauorem. Hoc eſt, vultis apparere ſancti. Iuſtitia enim hîc ſignificat laudem eximiæ ſan-

ctitatis,idque apud homines. Obseruandū in hoc Christi responso vrgendas esse impiorum conscientias dum contemnunt monitiones, & reuocandas ad Dei iudicium. Retundit enim illud supercilium quo elati erãt ita vt despicerent eius doctrinam. Hodie idem experimur: quî fit enim vt carnales respuant Euangelium, nisi quòd non agnoscũt in eo maiestatem Dei? Solum enim pompas verborum respiciunt. Vrgendi igitur.

ram hominibus: Deus autem 'nouit corda vestra. quia 'quod hominibus excelsum est, abominandum est coram Deo.

nibus: Deus autẽ nouit corda vestra. quia quod hominibus aliũ est, abominatio est ante Deum.

Matt.11.b.12. ‖'Lex & Prophetæ vsque ad Ioannẽ: ab eo tempore regnum Dei annuntiatur, & quiuis in illud vim facit. 16

Lex & Prophetæ vsque ad Iohãnem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.

Matth.5.e.18 ‖'Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm Legis vnum apicem cadere. 17

Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm de Lege vnũ apicẽ cadere.

Har.3.23. Matth.5.e.32, & 19.b.9. 1.cor.7.b.11. ‖'Quisquis dimittit vxorem suam, & alterá ducit, adulterium committit: & qui dimissam à viro ducit, adulterium committit. 18

Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.

Har.3.24 E ‖'Homo quidã erat diues, 'qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. 19

Homo quidã erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.

ANNOT.

Nouit corda vestra.] Dicit enim Petrus, Act.15.b.8, Qui nouit corda Deus. Paulus dicit eum corda nostra scrutari & probare, Rom.8.e.27, & 1.Thess.2.a.4. Quod hominibus excelsum est,] Pulcherrima sententia, qua vetamur placere nobis si nos laudent homines. nã id non tantũ est nihili, sed etiam abominatio. Homines enim externam speciem mirantur, & ab externis iudicant. Iam ea ferè splendidiora sunt apud falsos hypocritas quàm apud synceros filios Dei. Hinc fit vt nihil ferè apud homines in pretio sit, quàm quod Deo est abominandum. Deinde in vniuersum tota hominum sapientia damnatur. Id enim vnice spectãdum est, vt probemus Deo nostram vitam. Quid igitur dicendum de ficta hominũ sapientia, quid de fictitiis cultibus? Vtcunque hominibus placeant, tamẽ Deo abominabiles esse pronuntiat. Sed annon vera iustitia placet hominibus? Verum est: sed hic distinguit inter id quod proprium est Dei, & quod est proprium hominum. Quicquid nanque propriũ est hominibus, & à Deo separatum, si habeat aliquod pretium in mundo, abominatio est coram Deo.

16 Lex & Prophetæ] Similia lege in Matthæo cap.11.b.12.

17 Facilius est autem cælum & terram, &c.] Vide apud eundem Matthæum cap.5.e.18.

18 Quisquis dimittit vxo.s.] Hæc annotata sunt etiam in Matthæo, cap.5.e.32, & 19.b.9.

19 Homo quidam erat diues,] Quod Christus superiori parabola de diuite & eius dispẽsatore iniquo, egit, idem & præsenti siue parabola, siue exemplo agit: nempe ad misericordiam in pauperes hortatur. Loco autem doctrinæ proponit nobis insigne exemplum. Nec enim dubitandum quin rem gestam narret, vtcunque aliqui aliter censeant. tametsi de hac re tragœdias excitare nemo debeat. Verisimile enim est nomina non fuisse expressurum, nisi vera historia fuisset. Hac autem historia res futuræ vitæ ad modum præsentis describit: à facultatum abusu deterrens, & ad benignitatẽ quodammodo compellens. Quem enim exemplum diuitis huius nõ perterrefaciat: simúlque velut necessitate quadam adigat Lazaros mendicos non negligere? Qui induebatur purpura, &c.] Videtur quibusdã hic à Christo vestitus splendidus damnari, & epulæ lautiores. quod si verum esset, nunquam quis auderet bona conscientia aut induere vestẽ, aut epulari: quòd nunquã teneant modũ homines. Verùm nõ simpliciter damnatur hic vestitus, sed quòd nimiũ deditus esset homo ille cultui splendido, & voraret instar gurgitis: nec agnosceret pauperibus erogandũ esse. Damnatur igitur luxuria: dein crudelitas. Quod certe diligenter notandũ est: eo quòd docti quidam viri nihil hic damnẽt præter infidelitatem. Fateor quidem infidelitatem esse omnium peccatorũ fontem: sed non est vnicũ peccatũ. Dãnatur ergo hic quoq; quòd pauperes cõtemneret. Notauit Ezechiel cap.16.f.49, hæc duo vitia in Sodomitis, quæ hic notãtur. Hæc fuit (inquit) iniquitas Sodomæ soro-

ris tuæ, Superbia, ſaturitas panis, & abundãtia, & otium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant.

Et erat quidã mẽdicus, nomine Lazar⁹, q iacebat ad ianuã eius vlceribus plen⁹,

20 'Erat autem quidam mendicus, nomine Laza-
rus, qui iacebat ad ianuam eius vlceroſus,

Cupiens ſaturari de micis quæ cadebãt de mẽſa diuitis: ſed & canes veniebãt & lingebant vlcera eius.

21 Cupiẽs ſaturari de micis quæ cadebãt de mẽſa
diuitis: 'ſed & canes veniebãt, ac lingebãt vlcera ei⁹.

Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinũ Abrahæ: mortuus eſt autẽ & diues, & ſepultus eſt

22 'Accidit autem vt moreretur mendicus, & de-
portaretur ab angelis 'in ſinũ Abrahæ: mortuus
eſt autem & diues, 'ac ſepultus eſt.

In inferno. Eleuãs autem oculos ſuos, quũ eſſet in tormẽtis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu eius:

23 'Atque in tartaro ſublatis oculis ſuis, quum eſ-
ſet in tormentis, videt Abraham eminus, & La-
zarum in ſinu eius:

ANNOT.

20 Erat autem quidam mendicus] Lazarus hic e regione proponitur, pauper & vlceroſus.

21 Sed & canes, &c.] Miſerabile ſpectaculum, nullos fuiſſe homines qui mendico opem ferrent: ſolos canes lambere eius vlcera, & humanitatis officiũ præſtare. Hic contemplari licet diuitum crudelitatem: qui nunquam ſatis habẽt, nec putant pauperes ad ſe pertinere. Ante hæc verba in quibuſdam excuſis codicibus Veteris interpretis legitur, Et nemo illi dabat. quæ verba ne in ſcriptis quidem vetuſtioribus ſcriptis leguntur, nedum Græcis.

22 Accidit a. vt moreretur mend.] Vtriuſque mors narratur, quæ amborũ mutauit conditionem. Neminẽ habebat pauper qui curã eius ageret: nunc autem miniſtros habet angelos. Quod non tam cauſa Lazari dictũ eſt, quàm noſtra, vt oſtendat Dominus, ſi nos mundus contẽptui habeat, nec vllus humanitatis affectu proſecutus nos fuerit, tamẽ nos curæ eſſe Deo, ita vt angeli ſint miniſtri noſtri. Obſerua autem, hic etiam paupertatem cõmendari, non tantum diuitias damnari. In ſinum Abrahæ:] Hic Lazarus pauper delatus eſt in ſinum Abrahæ diuitis: præfertur igitur Abrahã Lazaro: nequis diuitias damnet. Quæritur quid ſit ſinus Abrahæ. Indubie Eccleſia beatorũ in fide quieſcentiũ: de cuius ſtatu non eſt quod multis inquiramus, quem ſcimus oportere eſſe fœlicisſimum: magis inquirenda ea ſunt quibus ad illum pertingamus. Non debemus autem intelligere locum fuiſſe, quemadmodum Phyſici deſcribunt: ſed vt Abraham vocatur pater credentium: ita nos oportet cõgregari in ſinum eius. Dum verſamur in mundo, viuimus in eius familia: poſt mortem verò, dicimur ab ipſo recipi & colligi in eius ſinum. Eſt ergo metaphorica locutio. Nonnulli exiſtimarunt ſinum Abrahæ fuiſſe ante aduentũ Chriſti: verùm etiã hodie eſt, quũ ſit quies quæ piis redditur. Nunc peregrinamur à corpore: poſt mortem verò fruemur eo quod ſperamus. Ac ſepultus eſt.] Nulla fit mentio ſepulturæ Lazari: quod Chriſtus dedita opera omiſit, vt oſtendat nihil plus humanitatis ei fuiſſe exhibitum mortuo quàm viuo. Sepultum fuiſſe certũ eſt, ſed abiecte, vt pauperes. Quod verò ſepultum diuitem dicit, magnificam fuiſſe ſepulturam indicat, qualem diuitibus exhibere ſolent. Hic conſolationem habemus, ſi non honorifice ſepeliantur cadauera noſtra, vel etiã beſtiis abiiciantur. nam pauperi nihil hoc nocuit, nec diuiti quicquam profuit ſumptus & magnificentia ſepulturæ. Alioqui ſcimus ſepulturam eſſe humanitatis officium.

23 Atque in tartaro ſublatis oculis] Tametſi Chriſtus narrat hic hiſtoriã, tamen non dubium quin res ſpirituales deſcribat figuris: quæ aliter ſub ſenſum noſtrũ cadere non poſſent. Deſcribere igitur voluit quis ſit ſenſus impiorũ quum torquentur poſt mortem. Conſiderant quàm ſint miſeri: ſentiunt reipſa ſe ab omni ſpe auxilii eſſe excluſos, ita vt deſperati maneãt. Hæc ſumma eſt: qui ſcrupuloſius ſingula perſequi volũt, fruſtra laborant. Nam certũ eſt Chriſtũ pro captu noſtro velle deſcribere res ſpirituales, quæ intelligi non poſſunt niſi ſub alia figura deſcribãtur. Senſus naturales & corpus attribuit animis: neque ſenſum earũ intelligere poſſumus, niſi ſermonem attribuat. Sciamus ergo nulla colloquia intercedere inter electos & reprobos: ſed reprobos torqueri ſenſu fœlicitatis bonorũ, & ea cogitatio dolorem auget. Tales ſunt impiorũ cruciatus. hinc ſua tormenta ſpectãt, illinc quàm fœlix ſit beatorũ conditio. Igitur quæ corporalia hic ſcribuntur, vt viſus diſtantia, exuſtio linguæ, refrigeratio, digiti in aquam intinctio, hiatus, &c. omnia ſpiritualiter accipienda ſunt. Vidit enim eminus Abraham, & in ſinu eius Lazarum hic diues, dum agnouit Lazarum quem impie neglexerat, nunc beata

quietē cum patre credētium fruentem, quum ipse flammis tam dira excruciaretur, id est indicibilibus, & omnia superantibus tormentis, sicut igne nihil est efficacius. Petit extremo digiti Lazari, linguam suam refrigerari, dum frustra optat vel minimā portionem quietis qua Lazarus fruitur. Negatur hoc ei, dum agnoscit omnem spem refrigerii sibi ademptam.

F Et ipse clamans dixit, Pater Abraham misere- 24
re mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum
digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam:
quia crucior in flamma hac.

Et ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguā meam: quia crucior in hac flamma.

Dixit autē Abrahā, Fili recordare 'quòd rece- 25
peris bona tua in vita tua, & Lazarus similiter ma
la: 'nunc autē hic solatio fruitur, tu verò cruciaris.

Et dixit illi Abraham, Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nūc autē hic cōsolatur, tu verò cruciaris.

Et super hæc omnia, 'inter nos & vos hiatus in- 26
gens firmatus est: vt hi qui volūt hinc transire ad
vos, non possint, neque istinc huc transcendere.

Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatū est: vt hi q volūt hic transire ad vos, non possint, neque inde huc trāsmeare.

G Ait autem, 'Rogo ergo te pater vt mittas eum 27
in domum patris mei:

Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domū patris mei:

ANNOT.

25 Quòd receperis bona tua, &c.] His verbis non significatur, eos qui fœlices fuerint in hoc mundo, fore miseros post mortem: sed qui suam fœlicitatem in rebus terrenis constituerint, non posse post mortē esse nisi miseros. Vt ecōuerso, non sequitur fore fœlices qui miseri sunt in hac vita: sed qui æquo animo conditionē suā ferūt. Magna est emphasis in dictione TVA. nō possunt bis esse fœlices, qui sese deliciis huius seculi inebriarūt. Nunc autē hic solatio fruitur,] Hic Christus sortē piorū describit: quiescunt donec recipiātur in gloriam Dei: & quamuis nondum coronati sint gloria, tamen beati sunt propter hanc consolationē. Hic sanè locus, si solus esset, sufficeret ad fanaticos refellendos qui cēsent animas dormire. Vbi verò hæc consolatio, si dormirent? Habent certe Deū præsentē: impii verò torquentur horrore iudicii quod instare sibi sentiunt. Cæterum, non est magis inquirendum de mortuorū statu: nā vt hic viuere incipitur, perficitur à Domino in extremo iudicio. interea sequamur nostrā vocationē, vt manu Domini dirigamur. Tūc plenius videbimus quæ nobis nūc occulta sunt.

26 Inter nos & vos hiatus ingens.] Vox Græca χάσμα significat hiatum terræ, quum ipsa dehiscit. Abraham hiatū esse inter eos qui in sinu suo quiescūt, & qui in flammis excruciantur, vt neutri ad alteros queāt accedere, affirmat, dum agnoscit æternā fore à beatis reproborum separationē. Alioqui spiritus neque oculos, neque linguā, aut digitos habent. Quū FIRMATVM dicit, intelligit non posse limites illos perfringi. Significat ergo perpetuitatē quæ futura est in statu vitæ æternæ. Hic enim nihil ita fixū est, quin possit quotidie mutari. quum verò Deus omnia restituerit in suum ordinem, nulla erit mutatio.

27 Rogo ergo te p.] Tādem vbi videt de se actū esse, optat Lazarū à se olim tam infœliciter cōtemptum, saltē suis agnosci, & moueri eos ne similiter aberrantes, opibus posthabeant pauperes. Hoc torquet quosdam, quòd alienum putent à damnatis vt quicquā bene velint. Quod certe eos torquere non debet, quum videant Dominum hæc ad erudiendū & monendum viuos dixisse, non vt rationem gehennæ, aut singulos affectus in ea excruciatorū explicaret. Iam omnibus verbi Dei contēptoribus illa cogitatio animo obuersari solet, quam & moniti de gehennæ cruciatibus proferunt, Si quispiam rediret (inquiunt) ex inferis, id est mortuis, & attestaretur nobis quomodo illic res haberēt: at nemo adhuc illinc rediit qui vel de piorū fœlicitate, vel impiorum cruciatibus aliquid narrarit. Hanc iam cogitationem voluit Dominus hic castigare, & in hoc proposuit hunc diuitem orasse vt Abraham ad fratres suos Lazarum mitteret: responsúmq; accepisse, Mosem illos habere & Prophetas quos audire debeāt. Quúmq; ille plus monitos fore assereret siquis ex mortuis ad eos iuisset: dictū ei est, Si Mosem & Prophetas nō audiūt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credēt. His enim significauit, nos Scripturā habere de his satis testantem: ad quam mortuorū testimonium nihil possit adiicere: & ob id frustra eorū in hanc vitam reuersorum testimoniū expeti. Præterea non est summis illis gehēnæ cruciatibus indignum, impios etiam suorum perditione tangi; neque ob id boni sunt

si metu torqueantur, ne & sui eò vbi ipsi sunt, veniant. Papistæ abutuntur hoc loco, quum volunt probare intercessionem mortuorum. At figmentum est, quòd aiunt mortuos intercedere: in Scripturis nihil tale extat. Arripiunt hæc verba, Diues qui erat impius, solicitus erat de salute fratrum suorum: maior autem est affectus vbi maior charitas: verisimile igitur est ipsos magis curare salutem nostram. Respondetur, Christum noluisse hic docere qualis sit mortuorum affectus, aut quid petant à Deo: sed voluisse historiã ad vsum nostrũ accõmodare: & propterea colloquutores interposuisse, vt doctrinam ad nos transferret.

Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

28 Habeo enim quinque fratres: vt testificetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum cruciatus.

Et ait illi Abraham, Habent Moysen & Prophetas: audiant illos.

29 Ait illi Abraham, 'Habent Mosen ac Prophetas: audiant illos.

At ille dixit, Nõ, pater Abrahã, sed siquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiã agẽt.

30 At ille dixit, 'Non, pater Abraham: sed siquis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent.

Ait autem illi, Si Moysen & Prophetas nõ audiũt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credent.

31 Ait autem illi, 'Si Mosen & Prophetas non audiũt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credẽt.

ANNOT.

29 Habent Mosen & Proph.] Impii non solent de iudiciis Dei affici, quum illorũ fit mentio: sed perinde accipiunt acsi quis narraret fabulam. Inde videmus magis expeti reuelationes, siquis spectrũ referat, attenti sunt omnes: si verò per Prophetas suos loquatur Dominus, omnes sunt stupidi. Voluit igitur his occurrere Dominus: acsi dicat, Scio quid dicturi sint impii, ista scilicet esse ridicula. Audiant igitur Mosen loquentẽ & Prophetas, & fidẽ adhibeant Scripturæ. Perpendendum sane diligenter hoc Abrahæ responsum: est enim oraculum nõ minore reuerentia excipiendũ, quàm si Deus ipse loqueretur. Posset aliquis rogare, Cur Deus non monet nos per visiones & reuelationes, vt caueamus nobis? Respondet Abrahã non esse opus, quòd in Scripturis comprehensum habeamus quicquid nobis necessarium est scire. Quũ ait Mosen & Prophetas: emphaticè dicit, nõ enim valeret responsio nisi plenè in his cõtineretur quod nobis sufficiat. Alioqui diceretur, Deum supplere debere quod in Prophetis deest. Huc ergo tendit hæc sententia, Nihil amplius desiderãdum quàm quod Moses & Prophetæ dixerunt: & ingratos alioqui fore qui plura requirẽt: Scripturæ enim Mosis & Prophetarum stãdum est. Cur igitur (inquiet aliquis) Lucam, Petrum, aut Paulum audimus? Respondetur, nos nihil aliud audire à Luca, Petro & Paulo, quàm quod Prophetæ docuerant. Quid enim aliud est Euangelium, quàm plenior doctrina quæ à Prophetis tradita fuerat?

30 Non, pater Abrahã:] Iam dictum est, Christũ hic noluisse exprimere qualia colloquia, quales curæ & sensus sint mortuorũ: sed figuratũ esse sermonem, vbi Christus introducit loquentes mortuos, qui quod nobis in mentem venire solet, proponant. Sensus igitur viuorum magis proponit, quàm mortuorũ. homines enim ad mortuorum reuelationes intenti sunt: ad Dei verò oracula, surdi. Impii obiicere solent, Siquis rediret ex mortuis, aut è cælo descenderet, attenderemus. Interea veritas Dei non auditur. Propterea anticipatione vtitur Christus, Neque (inquiens) siquis ex mortuis, &c. Simulant quidem se credituros, mouentur enim ad momentum: sed mox ad ingenium suum redeunt. nam nec reuelationibus corrigi potest impietas. Satis suo verbo docuit Deus quicquid necessarium est: & verbum illud satis comprobauit, vt certam fidem haberet. Quot enim miraculis probauit Legem? quot item Prophetarum doctrinã, qui Legẽ subsequuti sunt? Ad postremũ venit Christus, qui prodigiis & miraculis suam doctrinam approbauit. Præterea vult Deus per verbũ suum efficaciter operari. fides enim non pendet ab humanis rationibus, sed à Spiritu sancto. Sequitur igitur, reuelationes nihil valituras. Non enim consideramus verbum nudum, sed Spiritui sancto cõiunctum. Nobis ergo sufficiãt Lex & Prophetæ: atq; hac ratione proficiamus, vt simus Deo obediẽtes.

31 Si Mosen & Proph. nõ aud.] Colligendũ ex hoc responso quàm parũ fidei apud nos habere debeãt reuelationes quæ à Deo non sunt: quarũ duo sunt genera. Vnũ quod homines ex professo appetunt, quũ à mortuis rogant veritatẽ: vnde nata est Necromãtia. Scimus autẽ esse curiositatẽ quæ à diabolo suggeritur, prohibitã à Domino, Deut. 18. c. 11, Nec inueniatur in te qui lustret, &c. nec qui quærat à mortuis veritatẽ. Esa. 8. d. 19, Nunquid nõ populus à Deo suo requiret visionẽ? pro viuis à mortuis? Ad Legem & Testimoniũ. Alia est reuelationũ species,

oo.ii.

quum non à mortuis requirunt homines veritatẽ,sed monẽtur spectris diaboli,& præstigiis: quemadmodum Papistæ volentes probare suum purgatorium, huiusmodi visiones & præstigias diaboli proponunt.Hic autem monemur audiendos Prophetas:mortuis autem non credendum.nam quicquid expedit ad salutem, nobis traditum est verbo. Omnibus igitur præstigiis & spectris opponendus est hic clypeus, Siquid attuleris mihi præter id quod Lege & Prophetiis traditur,suspectus es mihi, & te angelum satanæ iudico. Hinc obseruemus quanti Scriptura nobis esse debeat:in quibus(vt dictum est)bona & salubria omnia abundantissime proposita sunt: quibus sane qui fidem habere dubitat, is vt Spiritu Dei vacat, ita ne Christo quidem ipsi in carne redeunti,& omnibus Angelis,nedum mortuis,vnquam credet.

CAP.XVII.

			CAP.XVII.
Har.3.25. Matth.18.a.7 marc.9.f.42.	AIt autẽ ad discipulos,'Fieri non potest quin veniant offendicula: væ tamẽ illi per quem veniunt.	1	ET ait ad discipulos suos,Impossibile est vt non veniant scandala:væ autem illi per quem veniunt.
	Expedit illi si mola asinaria ponatur circa collũ eius,& proiect°fuerit in mare,potius quàm vt offendiculo sit vni de pusillis istis.'Cauete vobis.	2	Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius,& proiiciatur in mare, quàm vt scãdalizet vnũ de pusillis istis.Attẽdite vobis.
Matt.18.c.21.	‖'Si peccauerit in te frater tuus,increpa illum:& si pœnituerit,remitte illi.	3	Si peccauerit frater tuus, increpa illum:& si pœnitentiam egerit,dimitte illi.
	Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te,dicens,Pœnitet me:remitte illi.	4	Et si septies in die peccauerit in te,& septies in die cõuersus fuerit ad te,dicẽs, Pœnitet me:dimitte illi.
	Et dixerunt Apostoli Domino,'Adauge nobis fidem.	5	Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem.
Matt.17.c.20 B	Dixit autẽ Domin°,‖Si haberetis fidẽ sicut gra	6	Dixit autẽ Domin°,Si haberetis fidẽ sicut granũ sina

ANNOT.

1 Fieri non potest,&c.] Eadem scribuntur à Matthæo,cap.18.a.6,& 7, vbi pro Fieri non potest quin,siue Impossibile est vt non,&c.legitur,Necesse est vt veniant scandala.

2 Cauete vobis.] Nempe ab omni scandalo.

3 Si peccauerit in te fr.t.] Hæc declarantur in Matthæo,cap.18.c.22. Tametsi hæc à nostro subiiciãtur prædicationi Christi de scãdalis vitãdis,tamen alio loco dicta fuisse videtur, vt ex loco Matthæi prædicto colligere licet,vbi narrat Petrum interrogasse Dominũ,Quoties peccabit in me frater meus,& dimittam ei? Quãquam non desunt qui præcedentibus ita coniungere conẽtur,Monui quantopere necesse sit cauere neqoem(præcipue autem pusillos) offendatis.debetis enim solicite ad salutẽ quorumlibet mihi cooperari,qui veni vt quod periit quæram, & saluem. Nequem igitur offendatis: sed vt ad salutem,quotquot omnino licuerit,perducatis,diligentissimam curam impendite. Propterea quum quis coram aliquo peccauerit,is admonere illum peccati velit,& quidem seorsim,&c.vt in Matthæo.

5 Adauge nobis fidẽ.] Dubitari potest qua occasione Apostoli hoc petierint.Ac dici quidem potest quòd postquã Christus concionatus esset de sufferendis iniuriis, & remittendis proximo delictis:nemo autem possit hanc charitatis doctrinam candide ex animo sectari nisi per fidem: (Charitas enim fructus est fidei:) propterea rogarint Apostoli vt fides ipsorum augeretur,vt possent,si nõ perfecte,at saltem pro virili doctrinam eius sectari,& proximis delicta ex animo remittere.Apud Matthæum tamen,cap. 17.c.20,perspicue ostenditur Apostolos petiisse fidem suam augeri, propterea quòd non potuerint dæmonium à puero eiicere : & Christus dixerat,ipsos non potuisse dæmonium eiicere propter incredulitatem.Sed quacunque occasione Apostoli hoc precati sint,certe talis est precatio, quæ & à nobis semper necessario vsurpari debeat. Fides enim non nascitur in carne nostra, quia natura caremus Spiritu sancto:sed vt initium fidei,ita & incremẽtum eius in nobis,donum Dei est.Necessario igitur semper petendum est vt fides in nobis clementia Dei confirmetur & augeatur.

nũ ſinapis,dixiſſetis huic arbori ſycamino,Eradi
care,& tranſplantare in mare:& obediſſet vobis.
7 'Quis autem veſtrûm habens ſeruum arantem
aut paſcẽtem,'qui regreſſo ab agro dicat, Statim
tranſi,& accumbe:
8 Ac non potius dicit illi, Para quod cœnem, &
præcinge te,ac miniſtra mihi,donec edero ac bi
bero,& poſt hæc edito & bibito tu?
9 'Num gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei
imperata fuerant?'Non puto.
10 'Sic & vos'quum feceritis omnia quæ præcepta C
ſunt vobis,dicite,'Serui inutiles ſumus:quod de-
buimus facere,fecimus.
11 Et factum eſt dum iret Hieroſolymam,& ipſe
tranſibat per mediam Samariam & Galilæam.

pis, diceretis huic arbori moro, Eradicare, & trãſplantare i mare: & obediret vobis.
7 Quis autem veſtrûm habens ſeruũ arantem aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi, Statim tranſi, recumbe:
8 Et nõ dicit ei, Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec mãducem & bibã, & poſt hæc tu manducabis & bibes?
9 Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.
10 Sic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.
11 Et factum eſt dum iret In Ieruſalem, trãſibat per mediã Samariam & Galilæam.

ANNOT.

7 Quis autem veſtrûm,&c.] Hac parabola Dominus voluit humiliare arrogantiam eorum qui ſibi tantum tribuũt vt putent ſe coram Deo promereri, ita vt eum debitorẽ conſtituant. Qui regreſſo ab agro] Per laborem diurnum,ſignificatur curſus totius humanæ vitæ.Neque enim vult Deus nos eſſe inutiles,ſed vt laboremus,quum & ad hoc creati ſumus. Putamus nos noſtro officio defunctos,ſiquid egerimus:quaſi verò ſeruus ex agro reuerſus,nõ etiam paret cœnam domino ſuo.Sunt enim qui quieſcere vellent,poſtquam ſibi videntur ſtrenue ſe geſſiſſe:& quia non poſſunt cum Deo paciſci,ſecum ipſi paciſcuntur. Dominus autem non eximit hic ſeruum à labore,etiam die clauſo. Similiter nobis faciendũ:continuo operandum in vinea Domini.

9 Num gratiam habet ſeruo illi,] Hæc ſecunda pars parabolæ. De ſeruis loquitur vt tum erat illorum conditio, qui domino acquirebãt quicquid acquirebãt. Hic Gratiam habere, accipitur pro obligari & aſtringi ob beneficiũ ſuſceptum. Non puto.] Ex hac reſponſione conſequitur,Ne ergo putetis Deũ vobis obnoxium,neque inflati ſitis aliqua meriti opinione.

10 Sic & vos] Accommodat ſimilitudinem,cuius ſumma eſt,Gratiam non conferri nobis propter opera noſtra,etiamſi omnia fecerimus quæ Deus nobis præcepit. Quum feceritis omnia, &c.] Ita loquitur acſi omnia poſſimus facere: à quo nos longe abeſſe certum eſt. Dominus quidem oſtendit quid debeamus, certámque nobis regulam præſcribit. Quantum autem intereſt inter ipſam & vitam noſtram?nemo accedit ad centeſimam partem. Quòd ad nos attinet,neque inchoare,neq: perficere poſſumus. Si carnis noſtræ ſenſum ſequamur,Deo rebelles erimus. Si autem nos Deo obſequẽtes præbeamus, id fit ex eius gratia per Spiritum: verùm id tantum fit ex parte.Tamen hoc dato quòd poſſimus implere omnia,quod certeimpoſſibile eſt:ait nihilominus,Dicite,hoc eſt,ita ſentite,non corã hominibus,ſed corã Deo. Dicere corã Deo,nõ eſt ſimulare aut mẽtiri,ſed quod pro certo habeas,apud te cõſtituere. Iubet itaq; Dominus nos ſyncere ſentire,& nobiſcũ reputare,nulla nos Deo præſtare gratuita officia,ſed debitas operas reddere.Et merito:ſerui enim ſumus,tot obſequiis defœnerati,quot defungi non poſſumus,etiamſi omnes noſtræ cogitationes, omniáque membra in Legis officia verterentur. Serui inutiles ſumus:] Inutilis ſignificat eum qui nihil promeretur, cuíque dominus nõ eſt ſubiectus,ita vt mutuã vicem poſtulare poſſit. Si inutiles:quid vtilitatis Deo afferemus? quid dicemus,nos qui adeò nihil eorum quæ præcepta ſunt, recte perficimus? Faceſſant ergo hoſtes gratiæ Dei,qui meriti humani vel meminiſſe audẽt. Quàm incognita eſt illis Dei maieſtas,noſtráque indignitas! Diligere Deũ ex toto corde debemus:& quis eſt qui hoc præſtet? Iam ſi etiam præſtaremus,id profecto quod debemus,præſtaremus. Gratia itaque Dei, & merito Domini noſtri Ieſu Chriſti nitamur, mittentes infœlices iſtos meritorum architectos.

Et quum ingrederetur quendam vicum,'occur- 12
rerunt ei decem viri leprosi,qui steterunt procul.
Intentáque voce dixerũt,Iesu præceptor,mise- 13
rere nostri.
Leuit. 14.a.2. Quos vt vidit,dixit illis,Ite,|ostẽdite vos Sacer- 14
dotibus. Et factũ est vt inter eundũ mũdati sint.
D 'Vnus autem ex illis vt vidit quòd mũdatus es- 15
set,regressus est,cũ voce magna 'glorificans Deũ.
Et procidit in faciẽ ad pedes eius,gratias agens 16
ei.& hic erat Samaritanus.
Respondens autem Iesus dixit, Nónne decem 17
mundati sunt?'nouem autem illi vbi?
'Non sunt reperti qui redierint vt darent glo- 18
riam Deo, nisi hic alienigena.
Et ait illi,'Surge,vade:fides tua te seruauit. 19
Ha.3.26. |'Interrogatus autem à Pharisæis,quando ven- 20
turum esset regnũ Dei:respõdit eis,& dixit,Non
veniet regnum Dei cum obseruatione:
E Neque dicent,Ecce hîc,aut ecce illic:ecce enim 21
regnum Dei intra vos est.
Et ait ad discipulos,'Venient dies quando de- 22

Et quũ ĩgrederetur quoddam castellum, occurrerũt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe.

Et leuauerunt vocem dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri

Quos vt vidit,dixit, Ite, ostẽdite vos sacerdotibus. Et factũ est dũ irẽt, mũdati sũt.

Vnus autẽ ex illis vt vidit quia mũdatus est: regressus est,cũ magna voce magnificans Deum.

Et cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agens. & hic erat Samaritanus.

Respondens autem Iesus dixit, Nónne decem mundati sunt? & nouẽ vbi sunt?

Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluũ fecit.

Interrogatus autem à Pharisæis quãdo venit regnum Dei,respondit eis, & dixit, Non venit regnũ Dei cum obseruatione:

Neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic: ecce enim regnum Dei intra vos est.

Et ait ad discipulos suos, Veniẽt dies quando deside-

ANNOT.

12 Occurrunt ei decem viri lepr.] Hanc historiam solus Lucas narrat. Quicquid autem in ea obseruandum est,totum id ferè annotatum est in Matthæo,cap.8.a.2, vbi de vno leproso sanato narratur historia.

15 Vnus autem ex illis] Hinc videmusquàm pauci sint qui verè Dei gratiam agnoscant. quorum ingratitudinem hîc,velut in speculo,possumus contẽplari.idem sane accidit fere omnibus:quum tamen omnes sint velut obruti gratiis Dei. Glorificans Deum.] Glorificare Deum,Dare gloriam Deo,& Gratias illi agere,idem significant,vt ex hoc,& duobus sequentibus versibus videmus.

17 Nouem autem illi vbi?] Obserua nouẽ istos fuisse Israelitas, qui ingrati sunt Christo. alienigenã autem,is qui rediit vt gratias ageret.Hîc non potest damnari educatio:nam à pueris educati erant in Legis doctrina.Vnde timẽdum ne idem nobis accidat. Hinc colligamus, nõ satis esse si fuerimus in Lege Dei instituti: sed oportet vt exerceamus nos in agnitione bonorum eius,& mutuò excitemus ad gratitudinem. Specimen est gratitudinis Samaritanus iste:qui tametsi male educatus fuisset,redit tamen ad Christũ,quum alii illũ refugerent:qui vasa ignominiæ proculdubio erant,hic verò electionis & gratiæ,in quo Deus potenter egit suo Spiritu.In hoc etiam ostensum est paucos esse electos,& ex nouissimis primos fieri.Denique Euangelium à Iudæis ad Græcos fuisse transferendum.

18 Non sunt reperti] Notanda est exprobratio ista:quòd item per contẽptum vocat alienigenã:nõ autẽ vt eum vituperet,sed vt rẽ ipsam amplificet, quòd alii interim essent ingrati.

19 Surge,vade:fides tua,&c.] Si Christus mentionem tãtum faceret externæ sanitatis:ea communis erat omnibus. Loquitur ergo de alia salute,quàm corporali,quum ait,Fides tua te salunm fecit. Nouem illi non possunt censeri fideles:nam vbi fides,si adest ingratitudo? Valet igitur hæc sentẽtia ad probandã fidei salutem,quòd ea accepti sumus, & saluẽ consequimur.

20 Interrogatus autem à Pharisæis,&c.] De his vide apud Matthæum,cap.24.b.23.

22 Venient autem dies,&c.] His verbis Christus suos monere voluit vt in futurum à se solo,etsi carne absente,penderent,neque terrenum vllũ Messiam reciperent.nam huc Iudæi ni-

mium propensi erant: sicut natura expers fidei nonnisi sensibus præsenti Saluatore confidere
potest. Indubie enim, quum inter discipulos, & primores quidem, de præcipuis dogmatis ma
le conueniret, quum deficerēt multi, & pseudoprophetis plena essent omnia, & foris vndique
persecutio & tribulatio immineret, multi anaie præsentem carne Christum optarunt, vel ad
horā, à quo consolationē & animi robur acciperent. Quū itaque caro carnalem Christum, id
est Saluatorē vsque requirat, & discipuli essent omnia aduersa experturi, in quibus ratio sum
mam seruitutem & miseriam, nihil autem regni aut fœlicitatis potest agnoscere: ne & ipsi se-
querentur impostores futuros, qui sectatoribus suis terrenam libertatem & fœlicitatem polli-
cerentur, monet hic eos neminem præter se Christum agnoscere, qui in spiritu, non carne es-
set regnaturus ad id vsque tempus, quum sicut fulgur sub cælo, clarissima & conspicabili om
nibus maiestate rediturus esset, iudicaturus orbem. Qui hunc locum de temporibus extremi
iudicii intelligunt, falluntur. Reliqua vide in Matthæo, cap. 24. b. 25, vsque ad 27 versum.

retis videre vnum diem Filii hominis: & nō videbitis.

siderabitis videre vnum dierū Filii hominis: nec
videbitis.

Et dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic: nolite ire, neque sectemini.

23 Et dicēt vobis, Ecce hîc, ecce illic: nolite ire, ne- Matt.24.b.23 marc.13.c.21.
que sectemini.

Nam sicut fulgur coruscās desub cælo, in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua.

24 Nam sicut fulgur coruscans è regione quæ sub
cælo est, in alteram quæ sub cælo est, fulget: ita e-
rit Filius hominis in die suo.

Primùm autē oportet illū multa pati, & reprobari à generatione hac.

25 Sed prius oportet illū multa pati, & reprobari
à natione hac.

Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in dieb' Filii hominis.

26 Et sicut accidit in dieb' Noe, ita erit & in die- Gene.7.b.5. matt.24.d.37 1.pet.3.d.20.
bus Filii hominis.

Edebant & bibebāt, vxores ducebant, & dabātur ad nuptias vsque in diem qua intrauit Noe in arcā: & venit diluuiū, & perdidit oēs.

27 Edebant, bibebant, vxores ducebāt, & daban- F
tur nuptū ad eum vsque diem quo intrauit Noe
in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes.

Similiter sicut factum est in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant.

28 Cōsimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot:
edebant, bibebant, emebant, vendebant, planta-
bant, ædificabant.

Qua die autē exiit Lot à Sodomis, pluit ignē & sulphur de cælo, & oēs pdidit.

29 Cæterum, quo die exiit Lot è Sodomis, pluit i- Gene.19.c.24
gni & sulphure de cælo, & omnes perdidit.

Secundum hæc, erit qua die Filius hominis reuelabitur.

30 Secundum hæc, erit dies quo Filius hominis re-
uelatur.

In illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter nō redeat retrò.

31 In illo die qui fuerit in tecto, & vasa ei' in do- Mat.24.b.17.
mo, ne descendat ad tollendum illa: & qui in a- G
gro, similiter non redeat ad relicta.

Memores estote vxoris Lot.

32 'Memores autem estote vxoris Lot. Gen.19.c.26.

ANNOT.

26 Et sicut accidit in diebus Noe,] Vide hæc apud Matthæum, cap. 24. d. 37.
32 Memores au. estote vx. Lot.] Hoc exēplo monuit Christus vt ad ea quæ à fronte sunt, e-
nitamur, obliuioni traditis quæ à tergo sunt, vt perpetuò meditemur id quod futuros nos spe-
ramus: nempe vt omni huius mundi cupiditate liberi, cælestium rerum, hoc est solidæ pietatis
tantum auidi euadamus. Propterea subiicit & sententiā illam, Quicunque quæsierit animam
suā seruare, &c. quæ explicata sunt cap. 10. d. 39, & 16. d. 35. Sic sane est ratio vitæ futuræ, vt solo
Deo fruamur. Huc igitur par est pro virili eniti: quò profectò non poterimus peruenire, nisi
Christi Spiritū nacti fuerimus. Quamobrē necesse est vt omnibus mundi rebus vale dicamus,
& desiderio nequaquam à tergo respiciamus. Respexit vxor Lot, & conuersa in statuā salis, sa-

lutem amisit, vt legere licet Gene.19.e.26. Ita siquis præsentia dilexerit, volens ipse salutẽ animæ suæ gerere, Deo vale dicet, eonuertétque sese ad caduca ista mundi, non bona, sed bonorum simulachra. Igitur eiusmodi salutem amittere, animámque suam perdere necesse est.

Suprà 9.c.24 matt.10.d.39. & 16.d.25. marc.8.d 35. iohã.12.d.25.

|Quicũque quæsierit animã suam seruare, pdet 33
illã: & quicũque perdiderit illã, vitam illi parabit.
'Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto v- 34
no: vnus assumetur, & alter relinquetur.

Matt.24.d.40

|Duæ erũt molentes simul: vna assumetur, & al- 35
tera relinquetur.
Duo erunt in agro: vnus assumetur, & alter re- 36
linquetur.
'Et respondentes dicũt illi, Vbi Domine? Qui 37
dixit illis, |Vbicunque fuerit corpus, illuc cõgre-
gabuntur & aquilæ.

Matt.24.c.28

CAP. XVIII.

Ha. 3.27 Eccli.18.c.22 rom.12.b.12. 1.thess.5.c.17

DIcebat autem & parabolam ad illos, *huc spectantem*, quòd oporteret semper orare, nec 1
defatigari,
Dicens, 'Iudex quidam erat in quadam ciuita- 2
te, qui Deũ nõ timebat, nec hominẽ reuerebatur.
Vidua autẽ quædã erat in ciuitate illa: & venie 3
bat ad eũ, dicẽs, 'Vindica me de aduersario meo.

33 Quicunque quæsierit animam suam saluã facere, perdet illam: & quicũque perdiderit illã, viuificauit eam.
34 Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur.
35 Duæ erunt molẽtes in vnom: vna assumetur, & altera relinquetur.
36 Duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur.
37 Respondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis, Vbicũque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. CAP. XVIII.
1 DIcebat autem & parabolã ad illos, quoniã oportet semper orare, & nõ deficere,
2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deũ non timebat, & hominem non reuerebatur.
3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo.

ANNOT.

34 Dieu vobis, in illa nocte, &c.] Hæc annotantur in Matthæo, cap.24.d.42.
37 Et respondentes, dicunt illi, &c.] Et hæc eodem Matthæi capite explicantur, versu 28.

IN CAPVT XVIII.

1 Dicebat autem & parabolam] Hac parabola hortatur Dominus ad orandi perseuerantiam. Quum ait Semper: intelligit nos non debere fatigari, vt cõtinuò sequitur μὴ ἐκκακεῖν, siue segnescere, aut despondere animum, vt præ tædio desistamus ab oratione. Si certe hoc nostris animis insideret, prodesse nobis orationes, nõ deficeremus. Verùm sumus natura ad impatientiam valde procliues: ita vt si Dominus nõ statim obtemperet, ab oratione desistamus. Pugnandum igitur aduersus diffidentiam & impatientiã. Obserua verò, Semper orare, & non defatigari, non esse murmur verborum repetere, tanquam Deus verborum repetitione delectetur: sed assiduitas orandi per hæc significatur, quum semper recurrimus ad Deum.

2 Iudex quidam, &c.] Proponit exemplum iudicis iniquissimi, non pii & humani: in quo nulla verecundia: quũ alioqui hypocritæ sint etiam verecundi. nam vult ostendere, Si impius præstare cogitur quod est æquum: quanto magis Deus præstabit quod pollicetur, qui natura est bonus, imò etiam ipsa bonitas? Vt apud Matthæum, cap.7.b.11, Si igitur quum sitis mali, nostis bona dona dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui est in cælis dabit bona, siue Spiritũ sanctũ petentibus ab eo? Eadem & suprà, cap.11.b.13. Multũ ergo valet ista descriptio ad amplificandũ, vt certiores simus nos exauditum iri à Deo, si in orando perseuerauerimus.

3 Vindica me de aduersario] Videtur absurdũ quibusdam quòd Christus electis tribuat hic vindictæ appetitum, quem alibi prohibet. Siquis excipiat, corã hominibus nõ esse petendam, sed corã Deo peti posse: erit subterfugiũ. nam iubet pro hostibus orare. Quomodo igitur hæc conuenient, vt cõmendem Deo hostes, & simul rogẽ vt ipsos puniat? Quod ad verbi significationem pertinet, ἐκδικεῖν significat vindicare & vlcisci. significat quoque ius alicui reddere, & eripere ex iniuria: quo significatu & verbũ Vindicare à Latinis vsurpatur: idque fit vbi etiã nulla vltio. Cæterùm, siquis velit vrgere interpretationẽ illã, vt exponat per vlcisci: tamẽ ex hac parabola nihil aliud colligi potest, quàm quod præfatus est Lucas, versu primo, Dixit ad eos parabolam quòd oporteret semper orare, nec defatigari. Non debemus igitur in verbulo vno insistere, vt ex eo sensum eliciamus qui cum Christi doctrina pugnet.

Et nolebat per multũ tempus. Post hæc autẽ dixit intra se, Etsi Deum nõ timeo, nec hominem reuereor:

Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illã: ne in nouissimo veniẽs sugillet me.

Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit.

Deus autẽ non faciet vindictàm electorum suorũ clamãtium ad se die ac nocte, & patientiã habebit in illis?

Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamẽ Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

Dixit autem ad quosdam qui in se cõfidebant tanquã iusti, & aspernabãtur cæteros, parabolam istam,

4 Et nolebat aliquandiu. Post hæc autẽ dixit intra se, Quãquam Deum nõ timeo, nec hominem
reuereor:
5 Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam: ne tandem veniens sugillet me.
6 Ait autem Dominus, 'Audite quid iudex iniquus dicat.
7 'Deus autẽ non faciet vindictam electorũ suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patiens erit super illis? B
8 Dico vobis quòd faciet vindictam illorum cito.
'Veruntamẽ Filius hominis quum venerit, an reperturus est fidem in terra?
9 'Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant quòd essent iusti, & aspernabantur cæteros,
parabolam istam,

ANNOT.

6 Audite q. iudex i. dicat.] Nempe quòd victus improbitate precũ, succurrit viduæ. Hortatur autẽ ad attentionẽ, de re magna & solatiis magnis dicturus in parabolæ accõmodatione.

7 Deus autẽ non] Acsi dicat, Et Deus qui iustissimus est, & misericors erga electos suos, interpellatus illorũ diurnis, nocturnisque precibus & clamoribus, obsurdescet, nec liberabit illos à violentia opprimentium: sed lento, lenique animo patietur illos affligi impune? Hanc exceptionem addidit, quòd Deus differat vltionem impiorum: imò perinde agat acsi cõniueret. Hæc dilatio videtur nobis esse impunitas. Tentamur ergo impatiẽtia. Ideo Christus addit, Etsi tolerãtia vtatur, nec primo die in eos animaduertat, tamen faciet vindictam, ac breui. Sed quomodo hæc conueniunt, quòd differt, & simul accelerat? Quia scit quando tempus est opportunũ: mora autẽ est in sensu nostro. Si enim possemus in adyta cõsilii Dei penetrare, præceps esse nostrum desiderium videremus. Merito ergo dicit, statim facturum esse vindictam.

8 Veruntamen Filius hominis, &c.] Sicut præcedẽti capite, versu 26, monuit Christus sub suum aduentũ magnam fore in mundo securitatẽ: nunc hac sentẽtia tunc etiã raritatem fidei magnam futurã. Apud Matthæum cap. 24. a. 12, Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et paulo pòst, b. 22, Et nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos decurtabuntur dies illi. Suspendit aliquandiu auxilium suũ Deus, adeò vt ex paucis paucissimi sint perdituri in afflictione illa magna, qua pseudochristi & pseudoprophetæ signis magnis & prodigiis à se editis, inducent in errorẽ credentes & sanctos: neque effugiet quisquam nisi qui in magna patientia & longanimitate expectauerit, perseuerans & sustinens aduentum Domini. Vnde non mirum est queri Iesum de numero credentium in illo die, adeò quòd nõ sit inuenturus fidem in terra. neque enim salus continget iis qui non viduæ exemplo indesinẽter orauerint Dominum, perferentes interim fortiter hæc mala, dum aduentu suo ad clamorem eorum respiciens, finem illorum calamitati & afflictioni imponat.

9 Dixit au. & ad quosdã, &c.] Præclara valde, & admodum vtilis parabola: qua exitiali morbo voluit Christus mederi qui ferè omnium medullis infixus est, superbiæ scilicet qua nos corã ipso Deo, nedũ corã hominibus efferimus. Noluit hîc ostentationẽ notare, sed eos qui intus sunt inflati peruersa iustitiæ suæ fiducia. Vt autẽ hæc melius intelligãtur, sciendũ duo esse hypocritarum genera: quorum alii sanctitatem coram hominibus simulant, vt laudem venentur: alii sunt qui seipsos decipiunt, qui non tantùm superbi sunt in oculis hominum, sed & corã Deo: excæcati hac falsa opinione: quòd ante ipsum etiã iusti sint. De hoc secũdo genere hîc tractat Dominus. Certũ autẽ est hos semper esse ambitiosos in cõspectu Dei. neque enim potest ab ambitione separari hypocrisis. Hæc autem multo perniciosior est altera. Nam qui co-

ram hominibus se iactant, intus saltē agnoscunt sua vitia. Isti verò sibi ita imponunt, vt putent Deum sibi obligatum esse, & cum eo expostulent. Nullæ horribiliores sunt quàm istorū blasphemiæ. Quod & hodie videmus. nā ex iis qui repugnant Euangelio multi sunt qui corā hominibus existimationē retinere volūt, tametsi sciant se tales nō esse. Alii verò sunt qui iustitiæ suæ ita confidunt, vt illam coram Deo iactare audeant: magis profectò insani quàm priores, quum immani rabie aduersus pios ferantur.

Duo homines ascendebant in templū, vt pre- 10
carentur: 'vnus Pharisæus, & alter Publicanus.
Pharisæus 'stans, hæc apud se orabat, Deus, gra 11
tias ago tibi quòd non sim sicut cæteri homines,
raptores, iniusti, adulteri: velut etiā hic Publican⁹.
Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniū quæ 12
possideo.
Et Publicanus 'procul stans, nec oculos volebat 13
ad cælum attollere: sed percutiebat pectus suum,
dicens, 'Deus, propitius esto mihi peccatori.

Duo homines ascendebāt in templū vt orarēt: vn⁹ Pharisæus, & alter Publicanus.

Pharisæ⁹ stās, hæc apud se orabat, De⁹, gratias ago tibi quia nō sum sicut cæteri hominū, raptores, iniusti, adulteri: velut etiā hic Publicanus.

Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo.

Et Publicanus a longe stās nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suū, dicēs, Deus, propitius esto mihi peccatori.

ANNOT.

10 Vnus Pharisæus, & alter Publican.] Proponit Pharisæū & Publicanum. nam Pharisæi præ aliis sanctitatis habebant opinionem: omnes enim illius sectæ primum erant Legis studiosi, saltem illam profitebantur: deinde multi erāt ex Sacerdotibus, qui ita vitam suam ad simulationem sanctitatis composuerant, vt tales existimarentur quales habentur vulgo in Papatu monachi sanctissimi, qui reputantur velut angeli. De Pharisæis vide Matth.3.b 7, & 5.c. 20, & 23.a.5. Publicani cōtrà, hominum deterrimi habebantur, vt annotatū est Matth.5.g.46.

11 Stans, hæc apud se orabat,] Notandus hic versus: nam Christus pompam non reprehendit, sed interiorem hypocrisim, quòd esset falsa iustitiæ suæ persuasione inebriatus. Primū gratias agit Deo: quibus verbis agnoscit ex Dei gratia esse quòd aliis non sit similis: non hoc tribuit libero suo arbitrio, aut viribus: soli Deo tribuit quòd talis sit. Quid igitur in hac oratione displicet Deo? Præterea Christus non dicit fuisse rapacem, vel adulterum: sed potius pro confesso relinquit quòd nō fuerit talis. Addit eum ieiunasse bis in sabbatho, hoc est in hebdomada, vt aliàs sæpe in Scripturis sabbathū accipitur. Quid igitur inquā in hac oratione improbādum? Multa sanè. Primum, Pharisæi superbiam notat Christus, quum dicit illum stetisse quasi supinum. quanquam vtatur eodem participio quum de Publicano loquitur: verùm non apparet in isto talis humilitas qualis in illo Publicano. Securus ergo orabat. Verùm aliquis dicat, humilem fuisse eius confessionem, quòd fateatur se habere à Deo quicquid habet. Fateor: sed se è numero peccatorum eximit. Qui autem sanctitate excellit, debet tamen agnoscere se adhuc multis vitiis laborare. Facit hoc iustus: se peccatorem fatetur ex animo. Præterea, in oratione non debemus considerare quantū profecerimus, sed quid adhuc nobis desit: atque eò semper cogitatio referenda est. Postremo, peccatorum veniam semper postulare à Deo debemus. hic verò non postulat, tanquàm nihil opus habeat. Multum igitur vitiosa est eius oratio, quæ prima facie pia videbatur.

13 Procul stans, nec oculos, &c.] Hæc omnia signa contriti cordis quæ de hoc Publicano refert Dominus, possent etiam in hypocritis reperiri: imò nulli magis simulant. Verùm Christus loquitur hîc de signis quæ coniuncta sunt veritati: alioqui sunt ludibria. Hæc autem vera est humilitas, si nostri nos pudet: ita vt nobis diffisi, ad misericordiam Dei confugiamus.

Deus, propitius esto mihi pecc.] Breuissima quidē oratio: sed qua Christus voluit tātum ostēdere hunc hominē diffisum sibi, totam suā spem in sola Dei misericordia constituisse. Fieri enim solet vt qui animo constricti sunt, non possint quod cupiūt exprimere, & difficulter vocem expromāt, eam reprimente verecundia. Hoc igitur gestu, atque hac precādi forma expressit dolorem suum, suam tristitiam, suúmque pudorem: quæ duo semper coniuncta sunt vbi vera est agnitio. Quòd si agnoscere velimus an in pœnitentia profecerimus, videamus an præ oculis istos duos affectus habeamus. Quòd petit veniam, in hoc demōstrat, vbi habeat fiduciam suam. nihil enim affert præter confessionem sui delicti. Sic non ingreditur corā Deo

vt se excuset:nec vlla merita allegar, neque vllas satisfactiones. Hæc demũm vera est humilitas,quum homines se prorsus nihili faciunt,sed toti à Deo pendent:quum se perditos norũt, nisi mera sua gratia & misericordia succurrat Dominus. Siquis quærat ex hoc loco, an nihil sit à Deo petendum quàm remissio peccatorum:respõdetur, Christum hic noluisse formam precandi præscribere,sed tantum voluisse falsam illam iustitiam reprehendere.

Dico vobis,descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo.quia omnis qui se exaltat,humiliabitur:& qui se humiliat,exaltabitur.

14 Dico vobis,'descendit hic iustificatus in domũ
suã *potius* quàm ille : |'quia omnis qui se extollit, Suprà 14.c.11 matth.23.a.12
humiliabitur.& qui se humiliat,extolletur.

Afferebant autẽ ad illum & infantes,vt eos tangeret: quod quum viderent discipuli,increpabant illos.

15 |'Afferebant autem ad eum & infantes, vt eos Har.3.28
tangeret: quod quum viderẽt discipuli, increpa- Matt. 19.b.13 marc.10.b.13
bant illos.

Iesus autem conuocãs illos,dixit,Sinite pueros venire ad me,& nolite vetare eos:taliũ est enim regnum Dei.

16 Iesus autem quum illos ad se vocasset,dixit,Si-
nite pueros venire ad me,& nolite vetare eos:ta-
lium est enim regnum Dei.

Amen dico vobis,quicũque non acceperit regnum Dei sicut puer,non intrabit in illud.

17 Amen dico vobis, quicunque nõ acceperit re-
gnum Dei veluti puer,non intrabit in illud. D

Et interrogauit eum quidam princeps, dicens,Magister bone,quid faciẽs vitam æternam possidebo?

18 |'Et interrogauit eum quidam princeps,dicens, Matt.19.b.16 marc.10.b.17
Magister bone, quid faciendum mihi, vt conse-
quar vitam æternam?

Dixit autẽ ei Iesus,Quid me dicis bonum? nemo bonus,nisi solus Deus.

19 Dixit autem ei Iesus,Quid me dicis bonũ?ne-
mo bonus,nisi solus Deus.

Mandata nosti,Non occides.Nõ mœchaberis. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem.

20 Præcepta nosti,|Nõ committes adulteriũ.Non Exo.20.c.14.
occides.Non facies furtum.Non falsum testimo-
nium dices. Honora patrem tuũ & matrẽ tuam.

Qui ait,Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

21 At ille ait, Hæc omnia seruaui à iuuẽtute mea.

Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest:omnia quæcunque habes,vende,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cælo:&

22 Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnũ tibi deest:
omnia quæcũque habes,vende, & distribue pau
peribus, & habebis thesaurũ in cælo: & veni,se-

ANNOT.

14 Descendit hic iustif.] Hic parabolam suam accommodat,quòd non iustificemur proprio merito,sed Dei gratia.& quamuis non vtatur his verbis,hoc vult tamen.Nám Pharisæus proponitur vt is qui corã mundo iustus est. talem enim omnes iustum censebant,præsertim quum agnoscat id se habere ex dono Dei.Negat tamen Christus fuisse iustificatum: Publicanus verò iustificatur.Vnde?non ex operibus,alioqui mendax fuisset:sed sola gratia.Quidam calũniantur,Christum quidẽ fateri istũ esse peccatorem,sed non negare quin aliquid haberet bonorum operũ.Quibus respondetur,hic duo proponi,Iustitiam ex operibus,in vno:ex gratia in altero.alioqui arguant Christum imperitiæ.sic enim illa verba,Descẽdit hic iustificatus in domũ suam,quàm ille,(sic Græce vt subaudire liceat Potius) resoluuntur,Descendit iustificatus Publicanus,non Pharisæus.Locus sanè insignis, non tam quòd euertat iustitiam operum,quàm quòd ex eo intelligimus quid significet verbum iustificari: nempe non imputari nobis peccata ex mera Dei gratia & misericordia:Deo acceptum esse,non operum merito,sed per Christum,vt ait Augustinus. Prius iustificamur, postea per Spiritum sanctum sanctificamur. Quia omnis qui se extollit,&c.] Fuit hæc celebris sentẽtia,passim prouerbii vice iactata,quã & suprà cap.14.b.11,Dominus etiã vsurpauit.& Matth.23.a.12,vbi hæc exponitur.

15 Afferebant autem ad eum & infantes,] Hæc exponuntur apud Matthæum,cap.19.b.13.

18 Et interrogauit eum quidam prin.] Hanc historiam scribit & Matthæus,cap.19.b.16, vbi etiam exponitur:item Marcus cap.10.b.17.

quere me.

E His ille auditis mœrore affectus est, quia diues 23
erat valde.

Videns autem Iesus illum mœrore affectũ, di- 24
xit, Quàm difficile qui pecunias habẽt, in regnũ
Dei intrabunt!

Facilius est enim camelũ per foramẽ acus trãs- 25
ire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

Et dixerũt q audierãt, Et quis potest salu' fieri? 26

At ille ait, Quæ impossibilia sunt apud homi- 27
nes, possibilia sunt apud Deum.

Har.3.29 Matt.19.d.27 mar.10.d.28. |Ait autem Petrus, Ecce, nos reliquimus omnia, 28
& sequuti sumus te.

Qui dixit eis, Amẽ dico vobis, nemo est qui re- 29
liquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxo-
rem, aut liberos, propter regnum Dei,

F Qui nõ recepturus sit multo plura in hoc tem- 30
pore, & in seculo venturo vitam æternam.

Har.3.30 Matt.20.b.17 marc.10.e.32 |'Assumpsit autẽ Iesus duodecim, & ait illis, Ec- 31
ce ascendimus Hierosolymã, '& consummabun-
tur omnia quæ scripta sunt per Prophetas, Filio
hominis.

Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & con- 32
tumeliis afficietur, & conspuetur,

Et postquam flagellauerint, occident eum: ac 33
die tertia resurget.

veni, sequere me.

23 His ille auditis, contristatus est, quia diues erat valde.

24 Vidẽs autem Iesus illum tristem factũ, dixit, Quàm difficile qui pecunias habẽt, in regnũ Dei intrabũt!

25 Facilius est enim camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

26 Et dixerunt qui audiebãt, Et quis potest saluus fieri?

27 Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

28 Ait autem Petrus, Ecce, nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te.

29 Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parẽtes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter regnum Dei,

30 Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo venturo vitã æternam.

31 Assumpsit autẽ Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascẽdimus Ierosolymã, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur,

33 Et postquã flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.

ANNOT.

31 Assumpsit autem Iesus duodecim, &c.] Vide hæc eadẽ in Matthæo, cap.20.b.17, & Marco, cap.20.e.32 Voluit Christus suos monere, quia instabat tẽpus passionis: præuideretque futurum vt consternarentur animo. Vt ergo eos confirmaret, voluit ostendere quid breui futurum esset. Duplex autem confirmatio potuit colligi ex his verbis. Quum enim audirent sibi prædictum esse quod postea cernerent, debebant agnoscere Christum esse Dei filium. Altera confirmatio erat ex spe resurrectionis, Tertia die resurget. Et consummab. omnia] Christus his verbis proponit quodammodo commentarium in omnes Prophetas, adeóque totam Sacram scripturam. Quum enim dicat, Consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis: & addat, Tradetur Gentibus, & illudetur, ac occident eum, & resurget: perspicue significat quòd Prophetæ omnes, ac tota Veteris testamenti scriptura in hunc præcipue scopum respiciat, & hoc maxime omnium argumentum tractet, vt doceat, Christũm tradẽdum propter peccata nostra, & resurrecturum propter iustificationem nostri. Testatus est idem & ipse postquam iam surrexisset à mortuis, O stulti (inquiens) & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ! Nónne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam? Et iterum, Necesse fuit impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me. Ac mox, Sic scriptum est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertia die. Infrà cap.24.d.25.f.44.46. Quũ Scripturas consummandas dicit, aperte docet suos, omnia in se fieri iuxta bonam Patris sui voluntatem, qui sic decreuerat vt Scripturis testatum est.

Et ipsi nihil horum intel-
lexerunt:& erat verbũ istud
absconditum ab eis, & non
intelligebãt quæ dicebãtur.

Factum est autem quũ ap-
propinquaret Iericho, cæ-
cus quidã sedebat secus viã,
mendicans.

Et quum audiret turbam
prætereuntẽ, interrogabat
quid hoc esset.

Dixerunt autem ei quòd
Iesus Nazarenus transiret.

Et clamauit, dicens, Iesu
fili Dauid miserere mei.

Et qui præibant, increpa-
bant eum vt taceret:ipse ve
rò multo magis clamabat,
Fili Dauid miserere mei.

Stans autem Iesus iussit il
lum adduci ad se. Et quum
appropinquasset, interro-
gauit illum,

Dicens, Quid tibi vis fa-
ciam? At ille dixit, Domine,
vt videam.

Et Iesus dixit illi, Respice:
fides tua te saluum fecit.

Et cõfestim vidit, & seque
batur illũ magnificãs Deũ:
& omnis plebs vt vidit, de-
dit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus perambu
labat Iericho.

Et ecce vir nomine Za-
chæus: & hic princeps erat

34 'Et ipsi nihil horum intellexerunt:'& erat ver-
bum istud absconditum ab eis, nec intelligebant
quæ dicebantur.
35 ‖'Accidit autem quũ appropinquaret Hiericho, Ha.3.32.
cæcus quidam sedebat iuxta viam, mendicans. Matt.20.d.29 mar.10.g.46.
36 Et quum audiret turbam prætereuntem, inter- G
rogabat quid hoc esset.
37 Dixerunt autẽ ei quòd Iesus Nazaren' trãsiret.
38 Et clamauit dicẽs, Iesu fili Dauid miserere mei.
39 Et qui præibant, increpabant eum vt taceret:i-
pse verò multo magis clamabat, Fili Dauid mi-
serere mei.
40 Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et
quum appropinquasset, interrogauit illum,
41 Dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Do-
mine, vt visum recipiam.
42 Et Iesus dixit ei, Recipito visum:fides tua te sal
uum reddidit.
43 Et cõfestim visum recepit, ac sequebatur illum
glorificans Deum: & omnis plebs vt vidit, dedit
laudem Deo. CAP. XIX.
1 ET ingressus perambulabat Hiericho. Ha.3.32.
2 Et ecce 'vir nomine Zachæus:atque is prin

ANNOT.

34 Et ipsi oihil horum iotellex.] Hic stupor, & hæc ioscitia non aliunde proficiscebatur, quàm quòd excæcati opinione de carnali regoo Christi, non poterãt intelligere quicquid de contumeliis & afflictionibus super Christum vẽturis prædicebatur. Hic vides quid valeat ingenium humaoum peruersa opiniooe infectum. Quidã existimãt hac prædicatione afflictionum sic consternatos fuisse, vt nemo fuerit apud se: hinc parum eis profuisse in ipso articulo quæ dicerentur. Quo facto perspicimus quanta sit naturæ oostræ imbecillitas. Dominus nũquam deest quin manum porrigat nobis, sed non admittimus ipsum. Agnoscamus tamen hãc admooitionem profuisse discipulis: oã postea cœperuot reuocare in memoriã, vt non fuerint demum inutiles, quanuis primùm nihil proficerent. Ita quum non proficimus prima facie in verbo Dei, non est despondendus aoimus: suo tempore poterit verbum vim suam exerere.

Et erat verbum istud, &c.] Iterum ac tertiò idem dicit, aliis verbis, vt ostendat mirum stuporem fuisse in Apostolis quòd nescirent quorsum teoderent verba Christi. Hanc Apostolorum infirmitatẽ proponit, imò inculcat nobis Lucas, oõ vt sectemur eam, non vt blãdiamur nobis in oostra ruditate & igoorantia, ooo etiã vt propter eam contemnamus Euangelium per Apostolos prædicatum: sed vt soli Deo tribuatur gloria. Nã postea Apostoli confecerunt maxima negotia, edideruot stupenda miracula, quũ inuulgarunt Christi regnum io totum orbem terrarum. Sed quia fuerunt homioes valde rudes, vt hoc loco describuntur, manifestum est gloriam noo esse homioum, sed solius Christi. Reliquũtur autem & in oobis multæ infirmitates, vt agnoscamus solius Dei esse salutem.

35 Accidit autem quum approp. Hiericho] Vide hanc historiam explicatam apud Matthæum cap.20.d.29, & apud Marcum cap.10.g.46.

IN CAPVT XIX.

2 Vir nomine Zachæus:] Insigne exemplum resipiscentiæ in hoc Zachæo nobis pro-

ponitur,primario inter Publicanos,& diuite. Nominis mentionem facit Lucas propter hiſtoriæ certitudinem.

ceps erat 'Publicanorum, & idem erat diues:
3 'Et quærebat videre Ieſum quis eſſet,nec pote-
rat præ turba,quòd ſtatura puſillus eſſet.
4 Et præcurrens'aſcendit in arborẽ ſycomorum,
vt videret eum:nam illac erat tranſiturus.
5 Et quum veniſſet ad locum,ſuſpiciens Ieſus vi-
dit illũ, dixítque ad eum, 'Zachæe, feſtinans de-
ſcẽde:quia hodie domi tuæ oportet me manere.
6 'Et feſtinans deſcendit,& excepit illũ gaudens.
7 'Quúmque viderent omnes,murmurabant,di-
centes quòd ingreſſus eſſet apud hominem pec-
catorem diuerſaturus.

Publicanorũ,& ipſe diues,
Et quærebat videre Ieſum quis eſſet,& non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat.
Et præcurrẽs aſcendit in arborẽ ſycomorũ vt videret eũ:quia inde erat trãſiturus.
Et quũ veniſſet ad locum, ſuſpiciẽs Ieſus vidit illũ, & dixit ad eum, Zachæe,feſtinãs deſcẽde: qa hodie ĩ domo tua oportet me manere.
Et feſtinans deſcendit,& excepit illum gaudens.
Et quum viderẽt omnes, murmurabãt, dicẽtes quòd ad hominem peccatorẽ diuertiſſet.

ANNOT.

Princeps erat Publ.& idem erat diues:] Hic exaggerat Euangeliſta difficultatem cõuerſionis in Zachæo. Quid enim difficilius quàm hominem Publicanorum principem, & eundem diuitem, quærere Chriſtum, & videndi eum gratia in arborem conſcendere? Hinc igitur videmus etiam diuites,licet apud homines impoſſibile ſit,ſaluos fieri poſſe. nam impoſſibilia apud homines,apud Deum ſunt poſſibilia,Matth.19.d.26.

3 Et quærebat videre Ieſum] Obſeruãdus iuſtificationis ordo in hoc Zachæo, vſque reſipiſcentiæ. Primum cognoſcendi Ieſu deſiderio accenſus fuit,per famam vtique de ipſo,& Spiritũ Patris trahentis ad Filiũ. Sic primum omniũ eſt,audire Euangelium,& trahi à Patre,immiſſo deſiderio Chriſti per Spiritũ. Iſte ſanè ardor obſeruãdus eſt in Zachæo,qui nõ tantum cupit videre,ſed & re ipſa declarat quo zelo ductus ſit. Sic & nos afferamus animũ,& occurret nobis Chriſtus. Vnde autem hæc cupiditas? Sanè nõ à carne,ſed à ſolo Dei Spiritu qui ita agit in nobis,vt nos videamur agere. Diuites ſibi relicti pluris facient aſſem vnũ quàm Chriſti conſpectum. Hæc igitur Zachæi præparatio,à Deo eſt,non à ſeipſo.

4 Aſcendit in arborem ſycomo.] Signum magni deſiderii eſt iſtud:nam diuites vtplurimum ſunt faſtuoſi,& amant ſpeciem grauitatis,præſertim in multitudine hominum. Pro ſycomoro,Lucas ſycomoræan poſuit. quam eandem eſſe volunt cum ea quam ſycomorũ appellant.quanquam capite 17.b.6,vocauit ſycaminum. Celſus moroſycon appellat, id eſt fatuã ficum. Et in quinto,indicat ſycomorum & ſycaminum eandem eſſe arborem.

5 Zachæe,feſtinans deſcende,] Hic conſideranda eſt Chriſti humanitas omnibus expoſita,qui hunc Publicanũ non reſpuit, ſed vltrò & nõ rogatus venit in domum illius, qui eum aduocare non fuiſſet auſus. Sic ad nos omnes excipiẽdos paratus eſt,modo adſit voluntas. Notandum præterea,Zachæũ non tantum impetraſſe quod optauerat,ſed multo plus: Chriſtum enim domi hoſpitem habet. Ita Deus etiam vota noſtra & ſpem ſuperat. Tãtùm igitur nos illi offeramus,& multo plus dabit quàm ſperare poſſimus.

6 Et feſtinans deſc.] Obſeruãda hic Zachæi prõpta obedientia,quæ proculdubio non eſt ab homine,præſertim diuite, qui faſtuoſus eſt & difficilis ad obediendũ,ſed à Spiritu Dei.

7 Quúmque viderent omnes] Peccatorẽ hoc loco vocat hominem ſceleratũ & turpis vitæ. Publicanorum ordo infamis erat,præſertim apud Iudæos: qui nihil magis indignum putabãt,quàm ſe obnoxios eſſe penſitandis vectigalibus. Propterea non tantũ huiuſmodi homines oderant, ſed etiã abominabãtur. De his dictũ eſt Matth.5.g.46. Vectigalia colligere,nõ eſt per ſe malum: odiũ ergo in tales homines ex peruerſa opinione naſcebatur. Quod certe Chriſto non erat incognitum: voluit tamen ad Zachæum diuertere, quòd ſciret aduentum ſuũ fore vtilem. Dum autẽ ſe hoſpitem peccatori offert,murmurant reliqui omnes,propterea quòd tãtus iuſtitiæ aſſertor ad infamẽ adeò Publicanum diuerteret. oportebat tamẽ vt medicus adiret ægrotum, medicinæ tam auidum. Alii etſi laborabant, vt tamen morbum non agnoſcebant, ita medicum & medicinam auerſabantur. Hinc autem agnoſcamus omnia dicta & facta eorũ qui vere & in incorruptibilitate miniſtrãt Chriſto in ſuo Euãgelio, ſubdita eſſe calum-

niis hominum, nec vnius tantum, sed interdum totius populi. Quibus non est propterea desinendum, sed studendum vt prudenter se gerant, & maleuolis ansam præcidant. Interim rumores omnes sinistros negligant, & sequantur Christum qui eos præcedit in hac via. Ostendunt præterea isti murmuratores quàm iniqui sint calumniatores, quòd quum Christum calumniarentur, accusabant & Patrem qui eum misisset, cuius aduentus vtilis erat. quod colligitur ex respõso Zachæi, ex quo intelligis fructũ quẽ Christus aduẽtu suo attulit. nam multorum damno ille opes suas auxerat: modo autem non solum restituit quod diripuerat, sed dimidium bonorũ dat pauperibus. Est hoc opus Dei: quod siquis calũniabitur, iniurius erit erga Deum.

Stans autẽ Zachæus dixit ad Dominũ, Ecce dimidiũ meorum bonorum do pauperibus: & siquid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ.

8 Stãs autẽ Zachæus dixit ad Dominũ, 'Ecce di-
midiũ bonorũ meorũ, Domine, do pauperibus: B
& siquid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum.

Ait Iesus ad eũ, Quia hodie sal⁹ domui huic facta est eo q & ipse fili⁹ sit Abrahæ.

9 Ait Iesus ad eum, 'Hodie salus domui huic cõ-
tigit, eo quòd & ipsa filia sit Abrahæ.

Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.

10 ‖'Venit enim Filius hominis quærere, & seruare Matt.18.b.11.
quod perierat.

Hæc illis audiẽtibus, adiiciẽs dixit parabolam, eo q esset prope Ierusalẽ, & quia existimarent quòd cõfestim regnũ Dei manifestaretur.

11 ‖Hæc illis audiẽtibus, adiiciẽs dixit parabolam, Har.3.33
eo quòd esset prope Hierosolymã, 'quódq; existi
marẽt fore vt cõfestim regnũ Dei manifestaretur.

ANNOT.

8 Ecce dimidium bon. m.] Præsentia sunt pro futuris, more Hebræorũ. verba enim sunt hominis agnoscẽtis peccatum, & vere à Spiritu Dei tacti, vt nouam vitam velit viuere. Multa sane in hac conuersione obseruanda. Posset quispiam non tantum dare dimidium, sed omnes suas facultates: qui tamen nihili esset apud Deum. Non sufficit, iis quos fraudaueris satisfacere: verùm demonstranda est vera pœnitentia. Ex lupo nõ tantum ouis factus est hic, sed etiam pastor. Incipiendum quidem à corde: sed declaranda est pœnitentia operibus. Non quòd satisfactione ista redimamus pœnam quam meremur coram Deo. neque enim Deo satisfacere possumus: alioqui beneficium mortis Christi euerteremus. Hic Zachæus nõ redimit corã Deo reatum, sed delet offensas coram hominibus factas. Siquis damnum intulit, damnũ sarcire debet. hæc est Christiana pẽsatio, redire in gratiam cum eo quẽ læseris. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus quod bonum est, vt det necessitatem patientibus, Ephes. 4.f.28. Hoc facit Zachæus: renuntiat malis artibus: addit etiam se erogaturum in pauperes quod habet. Hæc est benignitas volũtaria. Sunt qui liberales sunt, sed ita vt habeant Deum veluti socium suarum rapinarũ. Vtrunque igitur requiritur, vt abstineamus ab omni noxa: dein vt consecremus nos & nostra Deo. Quod ad dimidium spectat, hoc nõ præcise requiritur à nobis: sed dedicandum Deo est quicquid habemus: ita fiet vt quisque subueniat egeno pro facultatibus suis.

9 Hodie salus domui huic, &c.] Reddit ore suo testimonium Zachæo, vt sciamus nihil in illo fuisse simulatũ. Salus domus illius contigit, quia factus est Abrahæ filius, vel domus facta est Abrahæ filia. vtrunque enim fert Græca lectio: sed potius intelligitur de Zachæo. nã qui est Abrahæ filius, non ipse tantum cooptatus est in filiũ, sed habet promissionem pro familia. Abrahæ autẽ filius est nõ tantum propter opera charitatis, sed fidem oportuit præcedere, sine qua nulli esse possunt Abrahæ filii. Hæc propria laus fidei, quòd inde nominatur & cẽsetur filius Abrahæ. Non tantum laudatur liberalitas in eo, sed potissimum fides per quam opera etiam accepta sunt. Ergo fides erit tam initium salutis, quàm omnium bonorum scaturigo.

10 Venit enim Filius hominis] Respondet Christus his verbis murmurationi eorum qui dicebant quòd ad hominem peccatorem diuertisset: & confutat illam murmurationem à debito suo officio, quod est quærere, & saluos facere peccatores. Vide hanc eandem sententiam Matth. 18.b.11. quam sic explicat Paulus, Certus sermo, & dignus quẽ modis omnibus amplectamur, quòd Christus Iesus venit in mũdum vt peccatores saluos faceret, 1. Timoth. 1.c.15.

11 Quódque existimarent fore, &c.] Putabant discipuli (quod sæpius iam dictum est) regnum Christi futurũ terrenum, & iamiam in vrbe Ierosolymorũ inchoãdum. Proinde Dominus demonstrat regnum suum fore cæleste: se enim ascensurum in cælum, dispositis prius

Apoſtolis,qui Spiritus ſancti acceptis donis, in mundum vniuerſum egreſſi, lucraturi homines,id eſt prædicatione verbi in regnum Chriſti adducturi eſſent. Hanc eandem parabolam lege & Matth.25 b.14.

Matt.25.b.14. Dixit ergo, 'Homo quidā genere clarus'pro- 12
fectus eſt in regionem longinquam, 'vt acciperet
ſibi regnum, 'ac reuerteretur.
Vocatis autē decem ſeruis ſuis, dedit eis decem 13
'minas,& ait ad illos,'Negotiemini donec veniā:
'Ciues autē eius oderant eum, miſeruntque le- 14
gationem poſt illum,dicentes, Nolumus hūc regnare ſuper nos.
C Et factū eſt vt rediret accepto regno, iuſſitque 15
vocari illos ſeruos ad ſe,quib' dederat pecuniam:
vt ſciret quantum quiſque negotiatus eſſet.
Venit autem primus,dicēs,Domine, mina tua 16
decem minas acquiſiuit.
Et ait illi, Euge bone ſerue: quia in minimo fui- 17
ſti fidelis,habeto poteſtatē ſuper decē ciuitates.
Et alter venit, dicens,Domine,mina tua confe 18
cit quinque minas.
Et huic ait,Et tu præfect'eſto quinq; ciuitatib' 19
Et alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua 20

12 Dixit ergo, Homo quidā nobilis abiit in regionē longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti.
13 Vocatis autē decem ſeruis ſuis,dedit eis decē mnas, & ait ad illos , Negotiamini dum venio.
14 Ciues autem eius oderāt eum, & miſerūt legationem poſt illum,dicentes, Nolum' hūc regnare ſuper nos,
15 Et factū eſt vt rediret accepto regno, & iuſſit vocari ſeruos,quibus dedit pecuniam:vt ſciret quātum quiſque negotiatus eſſet.
16 Venit autē primus,dicēs, Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit.
17 Et ait illi, Euge bone ſerue:quia in modico fuiſti fidelis,eris poteſtatem habēs ſuper decem ciuitates.
18 Et alter venit,dicens,Domine, mna tua fecit quinque mnas.
19 Et huic ait, Et tu eſto ſuper quinque ciuitates.
20 Et alter venit,dicēs,Domine, ecce mna tua quam

ANNOT.

12 Homo quidam genere clarus] Hic homo typū Chriſti gerit:qui relicto mundo aſcendit ad Patrem in cælos: vt acciperet ſibi regnum, id eſt vt regnum hic in terris cœptum,confirmaret,& conſolidaret. Profectus eſt in reg.longinq.] Mors Chriſti,profectio eius eſt. Longinqua regio,ſpirituale ſeculū eſt:quod quia longe alias & diſſimillimas habet cōditiones quàm corporale ſeculum,lōgiſſime ab ipſo diſtare dicitur.Hoc enim eſt viſibile,illud inuiſibile: hoc caducū eſt,illud perpetuum. Vt accip.ſibi reg.] Reſurrectio Chriſti à morte,& aſcenſus eius in cælū,eſt acceptio regni cæleſtis:quod regnum Chriſtus ita accepit,non quòd dereliquerit Eccleſiam ſuam: dixit enim,Ecce ego vobiſcū ſum vſque ad conſummationem ſeculi,Matth.28.d.20:ſed quòd non adminiſtret in hoc ſeculo regnum corporale. Ac reuerteretur.] In ſuo ſecundo ſcilicet aduentu ad iudicium.

13 Minas,] Matthæus habet talenta. Negotiemini donec veniā.] Iſtud exponitur in Matthæo,cap.25.b.15.Dona Dei omnia,ſiue illa ſint animæ,ſiue corporis,in hoc diuinitus collata ſunt,vt interea temporis dum redeat Chriſtus ad iudicandū viuos & mortuos, vnuſquiſque cū ipſis negotietur, ad augēdas opes Domini noſtri,& exerceat in ipſis fidē & charitatē.

14 Ciues autem eius oderant eum,] Ciues Chriſti,Iudæi ſunt.his enim Chriſtus promiſſus eſt, & tandem de eorum gente natus eſt. Debuiſſent igitur primi omnium Chriſtum regem ſuum agnouiſſe:ſed hi primi omnium fuerunt qui reiecerunt eum ne regnaret ſuper ipſos.Hoc enim eſt legationē mittere,& dicere,Nolumus hūc regnare ſuper nos. In ſua venit (inquit Iohannes, cap.1.b.11.) & ſui eum non receperunt. Sed & Paulus, Act.13.g.46.Iudæos ſic alloquitur, Vobis oportebat primùm loqui ſermonem Dei: ſed quoniam repellitis illum, & indignos vos iudicatis æterna vita,ecce conuertimur ad Gentes.His etiā verbis, Nolumus hūc regnare ſuper nos:adumbratū eſt id quod(proh dolor)pridē factum vidimus,nēpe quòd plurimæ gentes,Chriſto,quē ſaluatorem receperāt, recepto eius Euāgelio,rurſum nuntiū remiſerūt, imperióque eius ſe ſubtraxerunt. Huiuſmodi ſunt quotquot Mahometi ſpurcitias,& Romanenſiū fraudes Chriſto negato,amplexi ſunt.Horū autē omnia plena iā diu fuerūt:quare minis,ſiue talētis Chriſti negotiari,multis iam ſeculis fuit, & hodie eſt periculoſiſſimum.

habui repositam in sudario:
Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.
Dicit ei, De ore tuo te iudico, serue nequā: sciebas q ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui:
Et quare nō dedisti pecuniam meā ad mensam, & ego veniens, cum vsuris vtique exegissem illam?
Et astātibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet.
Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas.
Dico autem vobis quia omni habēti dabitur: ab eo autē qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.
Verūtamē inimicos meos illos qui noluerunt me regnare sup se, adducite huc: & interficite ante me.
Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam.
Et factum est quū appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos,
Dicēs, Ite in castellū quod cōtrà est: in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatū, cui nemo vnquam hominū sedit: soluite illum, & adducite.
Et siquis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei, Quia Dominus operam eius desiderat.
Abierunt autem qui missi erant: & inuenerūt sicut dixit illis, stantem pullum.
Soluentibus autē illis pullum, dixerūt domini ei⁹ ad illos, Quid soluitis pullum?
At illi dixerūt, Quia Dominus eum necessariū habet.
Et duxerūt illū ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullū, imposuerunt Iesum.

quam habui repositam in sudario:
21 Timui enim te, quòd homo austerus sis: tollis
quod non posuisti, & metis quod non seminasti.
22 Dicit ei, De ore tuo te iudicabo, serue male: scie
bas quòd ego homo auster⁹ sim, tollēs quod non D
posui, & metens quod non seminaui:
23 Et quare non dedisti pecuniā meā ad mensam,
& ego veniens, cum vsuris vtique exegissem illā?
24 Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnam, &
date illi qui decem minas habet.
25 Et dixerunt ei, Domine, habet decem minas.
26 |Dico enim vobis quòd 'omni habēti dabitur: Suprà 8.c.18. matt.13.b.12, & 25.e.29.
ab eo autē qui nō habet, etiā qp habet auferetur. marc.4.c.25.
27 'Quin inimicos meos illos, q noluerūt me re-
gnare sup se, adducite huc: & interficite ante me.
28 Et his dictis, ibat pergens ascendere Hieroso-
lymam.
29 |'Et factum est quum appropinquasset ad Beth- Har.3.9. Matt.21.a.1.
phage & Bethaniam, iuxta montem qui vocatur marc.11.a.1.
Oliuarum, misit duos discipulos suos,
30 Dicens, Ite in castellum quod e regione est: in E
quod introeuntes, inuenietis pullum alligatū, in
quo nemo vnquam hominū sedit: soluite illum,
& adducite.
31 Et siquis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic
dicetis ei, Quia Dominus eo opus habet.
32 Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt
sicut dixerat illis.
33 Soluentibus autem illis pullum, dixerūt domi-
ni eius ad illos, Quare soluitis pullum?
34 At illi dixerūt, Quia Dominus eo habet opus.
35 |'Et duxerunt illum ad Iesum. Et iniectis vesti- Matt.21.a.7.
mentis suis super pullum, imposuerunt Iesum. iohā.12.b.14

ANNOT.

26 Omni habēti dabitur.] Vide hāc sententiā Matth.13.b.12, & 25.c.29. præterea in Marco, cap.4.c.25, & suprà cap.8.c.18.

27 Quin inimicos meos illos,] Describit Dominus hisce verbis supplicium sumēdum de rebellibus Iudæis & eorum sociis, clamantibus, Nolumus hunc regnare super nos. Alludit autem ad morem principū huius seculi, interfici iubentiū in conspectu suo rebelles, vbi regnum dolo rebellium nonnihil alienatum recuperarunt. Sed significat æternam mortem incredulis & blasphemis esse paratam.

29 Et factum est, quum appropinq.] Vide hæc omnia in Matthæo, cap.21.a.1.

35 Et duxerunt illū ad Ies.] De hoc vide Matthæū cap.21.a.7, & Iohannem cap.12.b.14.

Eunte autem illo, 'substernebant vestiméta sua 36
in via.
F Et quũ appropinquaret iam ad descẽsum mon 37
tis Oliuarum, cœperunt omnis multitudo 'disci-
pulorum gaudentes laudare Deum voce magna
super omnibus quas viderant virtutibus,
Dicentes, 'Benedictus qui venit rex in nomine 38
Domini: 'pax in cælo, & gloria in altissimis.
Et quidam Pharisæorum è turba dixerunt ad 39
illum, 'Magister, increpa discipulos tuos.
Quibus ipse ait, Dico vobis quòd si hi tacue- 40
rint, mox lapides clamabunt.
Har.3.37 |Et vt appropinquauit, 'videns ciuitatem, fleuit 41
super illa, dicens,
'Si cognouisses & tu, & quidẽ in isto die tuo, 42
quæ ad pacem tuam, nunc autẽ abscondita sunt
ab oculis tuis.
Infrà 21.a.6. matth.24.a.1 marc.13.a.1. |Quia venient dies in te, & circundabũt te ini- 43
mici tui vallo, & cingent te, & coangustabunt te
G vndique,
Et solo æquabũt te, & filios tuos qui in te sunt: 44
& non relinquent in te lapidem super lapidẽ: eo
quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.
Matt.21.b.12. marc.11.b.11.17. |'Et ingressus in templum, cœpit eiicere vẽden- 45
tes in illo & ementes,
Esa.57.c.7. Dicens illis, Scriptum est, |Domus mea, domus 46
Iere.7.b.11. precationis est: |vos autem fecistis illã speluncam
latronum.
Marc.11.c.18 |'Et docebat quotidie in templo, Principes au- 47

36 Eunte autem illo, substernebãt vestimenta sua in via.
37 Et quum appropinquaret iam ad descẽsum mõtis Oliueti, cœperũt omnes turbæ discentiũ gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus,
38 Dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis.
39 Et quidã Pharisæorum de turbis dixerũt ad illũ, Magister, increpa discipulos tuos
40 Quibus ipse ait, Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.
41 Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam,
42 Dicẽs, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscõdita sunt ab oculis tuis.
43 Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique,
44 Et ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & nõ relinquẽt in te lapidẽ sup lapidẽ: eo quòd nõ cognoueris tẽpus visitationis tuæ.
45 Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes,
46 Dicẽs illis, Scriptum est, Quia domus mea, dom' orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.
47 Et erat docẽs quotidie in templo. Principes autẽ Sa-

ANNOT.

36 Substernebãt, &c.] Nempe turbæ, vt vides versu 8 Matthæi. Quæ autem fuerint turbæ illæ, indicat Iohannes, cap.12.b.12.

37 Discipulorum] Corrupte legunt quædam impressa veteris interpretis exemplaria, descendentium: quum in scriptis legatur vt & in Græcis, discentium, vel discipulorum.

38 Benedictus qui venit] Istud annotatũ est in Matthæo, 21.a.9. Pax in cælo, &c.] Intelligunt pacem sibi esse cum Deo. Fieri enim potest vt homines sint inter se tranquilli, interim bellum habeant cum Deo. Paulus dicit Christum pacificasse omnia & quæ in cælo & quæ in terra sunt, Coloss.1.c.20. ipse est vinculum nostræ coniunctionis. Glorificãdum igitur esse Deum prædicant propter illam pacem: quam quũ exhibuit, manifestauit gloriã suam: quæ licet in omnibus eius operibus luceat, in hac verò misericordia & redemptione supra modum. Christo nato idem cecinerunt angeli, verbis paulum mutatis, & inuerso ordine: nempe, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, vt narrat Lucas, cap.2.b.14. Vide illic annotationem.

39 Magister, increpa disc. tuos] Hæc omnia vsque ad 45 versum, exponuntur multis verbis in Marco, cap.11.b.9.

45 Et ingressus in templum,] Vide hæc Matth.21.b.12, & Marc.11.b.11.17.

47 Et docebat quotidie in templo,] Hæc exponuntur in Marco, cap.11.c.18.

tem Sacerdotum & Scribæ quærebant illũ per-
dere,& primores plebis:
48 Nec inueniebant quid facerent:totus enim po
pulus pendebat ab ore eius,quum audiret illum.

CAP. XX.

1 ET 'factum est in vno dierum illorum, docẽte Ha.3.41. Matt.21.c.23. marc.11.d.27
illo populũ in tẽplo,& euangelizante,cõuene
runt principes Sacerdotũ & Scribæ cũ Seniorib'.
2 Et aiunt illi, dicẽtes,Dic nobis qua authorita-
te ista facis? aut quis est qui dedit tibi istã autho-
ritatem?
3 Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interro
gabo vos & ego vnũ quiddã: & respõdete mihi,
4 Baptism' Ioannis è cælo erat,an ex hominib'?
5 At illi cogitabant intra se,dicẽtes,Si dixerim',
E cælo:dicet,Quare ergo non credidistis illi?
6 Sin dixerimus, Ex hominibus: plebs yniuersa
lapidabit nos: persuasum enim habet, Ioannem B
prophetam esse.
7 Et responderunt se nescire vnde esset.
8 Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis qua au-
thoritate hæc faciam.
9 |Cœpit autẽ dicere ad plebem parabolam hãc. Har.3 42
|'Homo quidam plãtauit vineam,& locauit eam Matt.21.c.33. marc.12.a.1. esa.5.a.1. iere.2.d.21.
colonis:& ipse peregre egit multo tempore.
10 Qúmque esset opportunũ, misit ad colonos
seruum,vt de fructu vineæ darẽt ipsi.Qui cæsum
emiserunt eum inanem.
11 Et rursus adhuc alterum seruum misit: illi verò
hunc quoque cæsum, & contumeliis affectum e-
miserunt inanem.
12 Rursus misit & tertium:at illi hunc quoque vul
neribus inflictis eiecerunt.
13 Dixit autem dominus vineæ,Quid faciam?mit
tam filium meum dilectum: forsitan quum hunc C
viderint,reuerebuntur.
14 Quẽ quũ vidissent coloni,cogitauerũt intra se,
dicentes,Hic est hæres: venite,occidamus illũ,vt

cerdotum & Scribæ & principes plebis quærebant illum perdere:

48 Et non inueniebant quid facerẽt illi:omnis enim populus suspensus erat audiẽs illum.

CAP. XX.

1 ET factũ est in vna dierum, docente illo populum in tẽplo, & euangelizante, conuenerunt principes Sacerdotũ & Scribæ cum Senioribus,

2 Et aiũt, dicẽtes ad illũ. Dic nobis in qua potestate hæc facis? aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem?

3 Respondens autẽ Iesus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnũ verbum: respondete mihi,

4 Baptismus Iohãnis de cælo erat, an ex hominibus?

5 At illi cogitabãt intra se, dicẽtes, Quia si dixerimus De cælo:dicet, Quare ergo non credidistis illi?

6 Si autẽ dixerimus, Ex hominibus:plebs vniuersa lapidabit nos:certi sunt enim Iohannem Prophetam esse.

7 Et responderunt se nescire vnde esset.

8 Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

9 Cœpit autẽ dicere ad plebẽ parabolã hanc. Homo q- dã p'lãtauit vineã, & locauit eã colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus.

10 Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darẽt illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem.

11 Et addidit alterũ seruum mittere: illi autẽ hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem.

12 Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerãtes, eiecerunt.

13 Dixit autem dominus vineæ, Quid faciam? mittã filium meum dilectum: forsitan quum hũc viderint, verebuntur.

14 Quem quũ vidissent coloni, cogitauerũt intra se, dicẽtes, Hic est hæres: occida-

ANNOT.

1 Et factum est in vno dierum] Similia legũtur in Matthæo,cap.21.c.23,&Marco.11.d.27.
9 Homo quidam plantauit vineam] Vide hæc omnia vsque ad 20 versum, in Matthæo, 21.c.33,& in Marco,12,a.1.

nostra fiat hæreditas.
Et eiectũ illum extra vineam, occiderunt. Quid 15
ergo faciet illis dominus vineæ?
Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam 16
aliis. Quod quum audissent, dixerunt, Absit.
Ille verò intuitus eos, ait, Quid est ergo hoc 17
Psal.117.d.12 act.4.b.11. rom.9.g.33. 1.pet.2.a.8. esa.28.d.16. quod scriptũ est, Lapidem quem reprobauerunt
ædificantes, is factus est in caput anguli?
Omnis qui ceciderit super illum lapidem, con- 18
quassabitur: super quem autem ceciderit, commi-
nuet illum.
D Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ 19
iniicere in illum manus eadem hora: & timuerũt
populum: cognouerũt enim quòd in ipsos dixis-
set similitudinem hanc.
Ha.3.44. Matt.22.b.14 marc.12.b.13 Et obseruantes, emiserunt insidiatores, qui se 20
iustos simularent: vt caperẽt eum ex sermone, tra
derentque illũ principatui & potestati Præsidis.
Et interrogauerunt eum, dicẽtes, Magister, sci- 21
mus quòd rectè dicis ac doces, nec respicis perso-
nam, sed viam Dei cum veritate doces:
Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? 22
Intellecta autem illorum versutia, dixit ad eos, 23
Quid me tentatis?
Ostendite mihi denariũ: Cuius habet imaginẽ 24
E & inscriptionẽ? Respõdentes dixerunt, Cæsaris.
Rom.13.b.7. Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæ 25
sari: & quæ sunt Dei, Deo.
Et non potuerunt verbum eius reprehendere 26
coram populo: & mirati super responso eius, ta-
cuerunt.
Har.3.45. Matt.22.c.23. marc.12.b.18 Accesserũt autem quidam Sadducæorũ, (qui 27
negant esse resurrectionẽ,) & interrogauerũt eũ,
Deut.25.a.5. Dicẽtes, Magister, Moses scripsit nobis, Si cu- 28
ius frater mortuus fuerit, habẽs vxorem, ísque si-
ne liberis mortuus fuerit: vt accipiat frater eius v-
xorem, & suscitet semen fratri suo.
Septem ergo fratres erãt: & primus accepit v- 29

mus illum, vt nostra fiat hæreditas.
15 Et eiectũ illum extra vineã, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ.
16 Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito dixerũt illi, Absit.
17 Ille autẽ aspiciẽs eos, ait, Quid est ergo hoc qđ scriptum est, Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic fact9 est in caput anguli.
18 Omnis qui ceciderit super illum lapidem, cõquassabitur: super quem autẽ ceciderit, comminuet illum.
19 Et quærebãt principes Sacerdotũ & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populũ: cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hãc.
20 Et obseruantes, miserunt insidiatores qui se iustos simularẽt: vt caperẽt eũ in sermone, vt traderẽt illũ principatui & potestati Præsidis.
21 Et interrogauerunt eum dicentes, Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed viã Dei in veritate doces:
22 Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?
23 Considerans autẽ dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis?
24 Ostẽdite mihi denarium: Cui9 habet imaginẽ & inscriptionem? Respondẽtes dixerunt, Cæsaris.
25 Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.
26 Et non potuerũt verbum eius reprehendere corã plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt.
27 Accesserunt autẽ quidam Sadducæorũ (qui negãt esse resurrectionem,) & interrogauerunt eum,
28 Dicẽtes, Magister, Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit, habẽs vxorem, & hic sine liberis fuerit: vt accipiat eã frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo.
29 Septem ergo fratres erãt & primus accepit vxorem,

ANNOT.

20 Et obseruantes, &c.] Eadem scribit Matthæus cap.22.b.14, & Marcus 12.b.13.
27 Accesserunt autem, &c.] Et hæc vsque ad 45 versum in Matthæo leguntur, cap.22.c.23, & in Marco, 12.b.18.

& mortuus est sine filiis.
Et sequens accepit illam, & ipse mortu° est sine filio.
Et tertius accepit illā: similiter & omnes septem: & non reliquerunt semen, & mortui sunt.
Nouissime omniū mortua est & mulier.
In resurrectione ergo, cuius eorū erit vxor? siquidem septē habuerūt eam vxorē.
Et ait illis Iesus, Filii huius seculi nubūt, & traduntur ad nuptias:
Illi verò q digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubūt, neque ducunt vxores:
Neque vltra mori poterunt: æquales enim angelis sunt: & filii sunt Dei, quum sint filii resurrectionis.
Quia verò resurgāt mortui, & Moyses ostēdit secus rubū, sicut dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob.
Deus autem nō est mortuorum, sed viuorū: omnes enim viuunt ei.
Respōdentes autem quidam Scribarum, dixerūt ei, Magister, bene dixisti.
Et amplius non audebant eum quicquā interrogare.
Dixit autē ad illos, Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid,
Et ipse Dauid dicit in Libro psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
Dauid ergo Dominum illum vocat, & quomodo filius eius est?
Audiente autē omni populo, dixit discipulis suis,
Attēdite à Scribis qui volūt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis:
Qui deuorant domos viduarū, simulantes longā orationem. hi accipiēt damnationem maiorem.

xorem, ac mortuus est sine liberis.
30 Et accepit secundus illā in vxorem, & ipse mortuus est sine liberis.
31 Et tertius accepit illā: similiter & cæteri septem:
nec reliquerunt liberos, & mortui sunt. F
32 Nouissime omnium mortua est & mulier.
33 In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? siquidem septem habuerunt eam vxorem.
34 Et respōdens ait illis Iesus, Filii huius seculi ducunt vxores, & nuptum dant:
35 Illi verò qui digni habebūtur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque ducunt vxores, neque nuptum dant:
36 Neq; enim vltra mori possūt: æquales enī angelis sūt: & filii sunt Dei, quū sint filii resurrectionis.
37 Quòd verò resurgant mortui, & Moses ostendit iuxta rubum, quum dicit Dominū Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Exod.3.b.6.
38 Deus autem non est mortuorum, sed viuorum: omnes enim illi viuunt.
39 Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt, Magister, bene dixisti. G
40 Et amplius non audebant eum quicquā interrogare. Ha.3.46.
41 Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid, Har.3.47 Matt.22.f.44 marc.12.d.35.
42 Et ipse Dauid dicit in Libro psalmorū, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Psal.110.a.1.
43 Donec posuero inimicos tuos scabellū pedum tuorum?
44 Dauid ergo Dominum illū vocat, & quomodo filius eius est?
45 Audiēte verò cūcto populo, dixit discipulis suis Matth.23.a.1.
46 Cauete à Scribis, q volūt ambulare in stolis, & amāt salutationes in foris, ac primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis: Suprà 11.f.43
47 Qui deuorāt domos viduarū, simulātes longas preces. hi accipient damnationem maiorem. Matt.23.b.14 mar.12.d.40.

ANNOT.

45 Audiente verò cuncto populo,] Matthæus, cap.23.a.1, habet, Tunc Iesus loquutus est ad turbas, & ad discipulos suos, &c. Reliqua vide eiusdem capitis versu 6 & 14, & in Marco, 12.d.38, & 40.

CAP. XXI.

Har.3.49 Marc.12.d.41 SVblatis autem oculis, vidit eos qui mittebant 1
munera sua in gazophylacium diuites.
Vidit autem & quandam viduā pauperculam 2
mittentem illuc æra minuta duo:
Et dixit, Verè dico vobis quòd vidua hæc pau- 3
per, plus quàm omnes misit.
Nam omnes hi ex eo quod ipsis exuberat, mi- 4
serunt in munera Dei: hæc autem, ex penuria sua
vniuersam substantiam quam habebat, misit.
Har.4.1. ‖Et quibusdā dicentibus de templo, quòd pul- 5
Matth.24.a.1 marc.13.a.1. chris lapidibus ac donis ornatum esset, dixit,
Suprà 19.g.43 Ex his quæ videtis, ‖veniēt dies in quibus non 6
B relinquetur lapis super lapidē, qui non diruatur.
Matth.24.a.3 marc.13.a.3. ‖Interrogauerunt autem illum dicentes, Præ- 7
ceptor, quando hæc erunt? & quod signū quan-
do ista futura sint?
Ephes.5.b.6. 2.thes.2.a.3. ‖At ille dixit, Videte ne seducamini: multi e- 8
nim veniēt sub nomine meo, dicentes, Ego sum:
& tempus instat: ne igitur sequamini illos.
Cæterùm quum audieritis bella & seditiones, 9
nolite terreri: oportet enim prius hæc fieri, sed
non statim finis.
Tunc dicebat illis, Insurget gens cōtra gentem, 10
& regnum aduersus regnum:
C Et terræmotus magni erunt in singulis locis, 11
& fames, ac pestilentiæ, terriculamentáque, & si-
gna de cælo magna erunt.
Matt.10.b.17 & 24.a.9. marc.13.b.9. ‖Sed ante hæc omnia iniiciēt vobis man⁹ suas, 12
& persequentur, tradentes in cōciliabula & car-
ceres, trahentes ad reges ac præsides, propter no-
men meum.
Contingent autem vobis in testimonium. 13
Matt.10.b.19 marc.13.b.11. suprà 12.b.11. ‖Habete igitur fixū in cordibus vestris nō esse 14

CAP. XXI.

1 REspiciens autē vidit eos qui mittebāt munera sua in gazophylacium diuites.
2 Vidit autem & quandā viduam pauperculam mittentem æra minuta duo:
3 Et dixit, Verè dico vobis quia vidua hæc pauper, pl⁹. quàm omnes misit.
4 Nā omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnē victū suum quem habuit, misit.
5 Et quibusdā dicentibus de tēplo, φ bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit,
6 Hæc quæ videtis, venient dies in quibus nō relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.
7 Interrogauerunt autē illū, dicētes, Præceptor, quādo hæc erūt? & quod signū quum fieri incipient?
8 Qui dixit, Videte ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes, Quia ego sum: & tempus appropinquauit: nolite ergo ire post eos.
9 Quū autē audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nondū statim finis.
10 Tūc dicebat illis, Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum:
11 Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt.
12 Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum.
13 Contingent autem vobis in testimonium.
14 Ponite ergo in cordibus vestris nō præmeditari quē-

ANNOT.

1 Sublatis autem oculis, &c.] Hanc historiam narrat Marcus cap.12.d.41. Sublatis in cælum oculis aspexisse, quid significet, vide Iohan.17.a.1.

5 Et quibusdam dicentibus, &c.] Vide hæc eadem Matth.24.a.1, & Marc.13.a.1.

6 Venient dies, &c.] Similia vides suprà 19.g.43.44.

7 Interrogauerunt autem illum] Vide Matth.24.a.3, & Marc.13.a.3.

12 Sed ante hæc om.] Eodē Matthæi cap.10.b.17, & 24.a.9, & Marci 13.b.9, hæc legūtur.

14 Habete igitur fixum] Vide hæc in Matthæo, 10.b.19, & Marco, 13.b.11. Item suprà cap. 12.b.11.

admodum respondeatis:

præmeditandam defensionem:

Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui nô poterint resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri.

15 Nam ipse dabo vobis os & sapiẽtiam, cui non
poterunt cõtradicere, neque resistere omnes qui
aduersabuntur vobis.

Trademini autẽ à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis:

16 Trademini autem etiã à parentibus,& fratri- D
bus, & cognatis, & amicis,& morte afficiẽt *quosdam* ex vobis:

Et eritis odio omnibus propter nomen meum.

17 Et eritis inuisi omnibus propter nomen meũ.

Et capillus de capite vestro non peribit.

18 'Et pilus de capite vestro non peribit. Mat.10.c.30. suprà 12.a.7.

In patientia vestra possidebitis animas vestras.

19 'Per patientiã vestrã possidete animas vestras. Matt.10.c.22 marc.13.b.13.

Quũ autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem, tũc scitote quia appropinquauit desolatio eius.

20 'Quum autem videritis circundari ab exerciti Har.4.2.
bus Hierosolymam,tunc scitote quòd immineat Matt.24.b.15. mar.13.b.14.
desolatio eius. dani.9.g.27.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mõtes: & qui in medio eius, discedãt: & qui in regionibus, non intreont in eam:

21 Tunc qui in Iudæa sunt,fugiant ad montes:&
qui in medio eius,discedãt:& qui in regionibus,
non intrent in eam:

Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt.

22 'Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur om-
nia quæ scripta sunt.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic.

23 Væ autem prægnantibus & mamma nutrien- E
tibus in illis diebus: erit enim afflictio magna super terram,& ira in populo hoc.

Et cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes:& Ierusalem calcabitur à Gẽtibus, donec impleantur tẽpora nationum.

24 Et cadent acie gladii, & captiui ducentur in o-
mnes Gentes:'& Hierusalem calcabitur à Genti-
bus,donec impleantur tempora Gentium.

Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura Gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum,

25 'Et erũt signa in sole & luna & stellis:& in ter- Har.4.3.
ris anxietas Gentiũ'per desperationem,resonan- Matt.24.c.29 marc.13.c.24
te mari & fluctu, esa.13.b.10. ezech.32.b.7.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur.

26 Extabescẽtibus hominibus præ timore & ex-
pectatione eorũ quæ superuenient orbi terrarũ.
nam virtutes cælorum mouebuntur.

Et tũc videbũt Filiũ hominis venientẽ in nube cũ potestate magna & maiestate.

27 Et tunc videbunt Filium hominis venientem
in nube cum potestate & gloria magna. F

His autẽ fieri incipiẽtib⁹,

28 'His autem fieri incipientibus, suspicite,& at-

ANNOT.

18 Et pilus de capite] Hæc annotata sunt Matth.10.c.30,& suprà 12.a.7.

19 Per patientiã] Hæc idem significant cum eo quod Matthæus cap.10.c.22,habet, Qui sustinuerit vsque in finem,hic saluus erit.Vide & Marcum,13.b.13.

20 Quum autem videritis,&c.] Hæc vsque ad versum 25 explicãtur in Matthæo,cap.24. 15,& Marco,13.b.14.

22 Quia dies vltionis hi sunt,] Istud explicatur eodem capite Matthæi,versu 17.

24 Et Ierusalem calcabitur] Huius meminimus eodem etiam capite Matthæi,versu 22.

25 Et erunt signa] Hæc habet Matthæus,cap.24.c.29,& Marcus,13.c.24. Per desper.] Græce,In perplexitate,siue desperatione.Verti potest, præ desperatione.

28 His autem fieri incipiẽtibus,] Hic versus exponitur in eodem Matthæi capite,versu 32.

Rom.8.d.23. tollite capita vestra, |quoniam appropinquat re-
demptio vestra.
Matt.24.c.32 marc.13.d.28 |Et dixit illis similitudinem, Videte ficũ & om 29
nes arbores:
Quum protrudunt iam gemmas, cernentes ex 30
vobisipsis scitis quòd iam instet æstas.
Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote quòd 31
instet regnum Dei.
Amen dico vobis, nõ præteribit ætas hæc, ante 32
quàm omnia facta fuerint.
Cælũ & terra transibũt, verba autem mea non 33
transibunt.
Har.4.4 |'Cauete autẽ vobis nequando grauentur cor- 34
Rom.13.d.13 da vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ:
G subitúsque vobis ingruat dies ille.
'Tãquam laqueus enim superueniet in omnes 35
qui sedent super faciem totius terræ.
Matt.24.d.43 |'Vigilate itaque, omni tempore deprecantes vt 36
liceat vobis effugere ista omnia quæ futura sunt,
& stare ante Filium hominis.
Har.4.6. |'Docebat autẽ interdiu in templo: noctu verò 37
exiẽs diuersabatur in mõte qui vocatur Oliuarũ.

respicite, & leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra.

29 Et dixit illis similitudinẽ, Videte ficulneam & omnes arbores:

30 Quum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas.

31 Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei.

32 Amẽ dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33 Cælum & terra transibũt, verba autem mea non trãsibunt.

34 Attendite autem vobis ne forte grauẽtur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat i vos repẽtina dies illa.

35 Tanquam laqueus enim superueniet i omnes qui sedent sup faciẽ omnis terræ.

36 Vigilate itaque, omni tẽpore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.

37 Erat autem diebus docẽs in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti.

ANNOT.

29 Et dixit illis similit.] Eadem habet Matthæus cap.24.c.32, & Marcus cap.13.d.28. Videte,] Verti potest, Videtis.

34 Cauete autem] Nihil ad excutiendam ignauiam efficacius est certitudine imminentium periculorum: & nihil ad conseruandam vigilantiam potentius est incertitudine temporis quo pericula eueniant. Quare vtrunque coniungit vt discipulos suos in officio contineat: Dixit certissimum fore euentum calamitatũ super Iudæos: nũc dicit nihil esse incertius, aut magis incognitũ tempore huius euentus. Ad hæc eadem exhortatur Paulus, Rom.13.d.13. Crapula sanè & ebrietas, securitatis sunt maxima signa. Curas huius vitæ intelligit eas quæ ad victum parandum, vitæque vsum faciunt.

35 Tanquã laqueus] Oratio petita ab aucupio. Laqueo capiuntur imprudentes aues, non prudentes. Ita enim dies extrema opprimet clausos habẽtes oculos, neque expectantes vllum periculum, sed pascentes veluti aues in medio retium, quorũ complexu tunc maxime implicantur quũ minime putant, & maxime curiculã curare satagunt. Congruunt cum his Domini verbis illa Paulina, Qnum dixerint, Pax & securitas: tunc repẽtinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnãti, nec effugiẽt; 1.Thess.5.a.3. Super faciẽ autẽ totius terræ idiotismo Linguæ sanctæ dixit, pro eo quod est, qui habitãt in superficie & orbe totius terræ.

36 Vigilate itaque] Hæc exponuntur Matth.24.d.43. Illud, Digni habeamini: perinde est atque, Vt possitis, q.d. id semper orate, posse effugere.

37 Docebat autem interdiu in templo.] Id autẽ faciebat quotidie, vt suprà, 19.g.47. Hinc verbi Dei ministri docentur quàm soliciti & diligentes esse debeant in annuntiando Euangelio, ad exemplũ principis Pastorũ Christi: quàm itẽ diligentes eos esse oporteat in orationibus. Nã quòd in monte diuersabatur, hoc faciebat vt oraret, quod satis manifestũ est ex Matthæo, cap.14.c.23, dicẽte, Dimissis turbis ascẽdit in montẽ solus ad orandũ. Et Marco, 6.f.46 Et quũ dimisisset eos, abiit in montem ad orandũ. Sed & populus Christianus hinc docetur quàm diligens esse debeat in audiendo verbo Euangelii, maxime vbi iuxta Christi institu-

tionem quotidie annuntiatur. Omnis (inquit) populus diluculo veniebat ad eum, vt in templo audiret eum. Et suprà dixerat, cap. 19. g. 48, Populus pendebat ab ore eius, audiens illum.

Et omnis populus mane ibat ad eum in téplo audire eum. CAP. XXII.

38 Et omnis populus diluculo ventitabat ad eum,
vt in templo audiret eum. CAP. XXII.

Appropinquabat auté dies festus Azymorũ, qui dicitur Pascha:

1 INstabat autem dies festus Azymorũ, qui di- Har. 4. 7. Matth. 26. a. 2 marc. 14. a. 1.
citur Pascha:

Et quærebant principes Sacerdotũ & Scribæ quomodo eum interficerent: timebant verò plebem.

2 Et quærebãt principes Sacerdotum & Scribæ,
quomodo eum interficerẽt: timebãt enim plebẽ.

Intrauit autẽ satanas in Iudã, q cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim.

3 ¶ Intrauit autem satanas in Iudã, cui cognomen Matt. 26. b. 14 marc. 14. b. 10
erat Iscariotes, qui erat è numero duodecim.

Et abiit, & loquutus est cum principibus Sacerdotum & magistratibus, quẽadmodũ illum traderet eis.

4 Abiítque, & loquutus est cum principibus Sa
cerdotum ac magistratibus, quemadmodum il-
lum traderet eis.

Et gauisi sunt: & pacti sũt pecuniam illi dare.

5 Et gauisi sũt: ac pacti sũt pecuniã illi se daturos.

Et spopondit: & quærebat opportunitatẽ vt traderet illum sine turbis.

6 Et ille spopondit, quærebãtque opportunita-
tem vt traderet illum illis sine turba.

Venit autẽ dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha.

7 ¶ Venit autem dies Azymorũ, in qua necesse e- Har. 4. 8. Mat. 26. b. 17 marc. 14. b. 13
rat immolari pascha.

Et misit Petrum & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt mãducem*.

8 Et misit Petrum ac Ioannem, dicens, Euntes pa
rate nobis pascha vt edamus.

At illi dixerunt, Vbi vis paremus?

9 At illi dixerunt ei, Vbi vis paremus?

Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis homo amphorã aquæ portãs: sequimini eũ in domũ in quã intrat.

10 Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vobis in ci-
uitatem, occurret homo vas aquæ testaceum por
tans: sequimini eum in domum in quam intrat.

Et dicetis patrifamiliâs domus, Dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium, vbi pascha cũ discipulis meis mãducem?

11 Et dicetis patrifamiliâs ædiũ, Dicit Magister,
Vbi est diuersoriũ, vbi pascha cũ discipulis meis
edam?

Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate.

12 Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnũ stra
tum: ibi parate.

Euntes autẽ inuenerũt sicut dixit illis: & parauerunt pascha.

13 Euntes autem inuenerunt sicut dixerat illis: &
parauerunt pascha.

Et quum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apo

14 ¶ Et quum iam esset tempestiuum, accubuit, ac Har. 4. 9 Matt. 26. b. 21 marc. 14. b. 17

ANNOT.

38 Diluculo ventitabat] Græcam vocem ὤρθριζε imitatus est vetus interpres, quum trãstulit, manicabat. Quædã vetustissima exẽplaria Latina habent, mane ibat: alia, diluculo veniebat. Hinc videmus feruentissimũ populi in audiẽdo Christo affectum, quum diluculo ventitasse dicit. Pudeat igitur eos quibus quotidie Euangelium suum proponit Christus in sua Ecclesia, negligentibus nihilominus, & propter sua negotia temporalia adesse contemnentibus.

IN CAPVT XXII.

1 Instabat autẽ dies festus Azym.] Hæc explicantur Matth. 26. a. 2, circiter finem prolixæ annotationis quæ illic scribitur.

3 Intrauit autem satanas, &c.] Vide Matth. 26. b. 14, & Marc. 14. b. 10.

6 Venit autem dies] Et hæc eodem capite Matthæi, 26. b. 17, & Marci, 14. b. 12.

14 Et quum iam esset tempestiuum] Matthæus versu 20, & Marcus versu 17, iisdem capitibus explicant istud TEMPESTIVVM, quum dicunt, Et quum vespera iam esset.

duodecim Apostoli cum eo.
Et ait illis, 'Desiderio desideraui hoc pascha 15
comedere vobiscum antequam patiar.
Dico enim vobis,posthac nō edam vltra ex eo, 16
donec compleatur in regno Dei.
Et accepto poculo,gratias egit,ac dixit,Accipi- 17
te hoc,& diuidite inter vos:
Dico enim vobis quòd non bibā de fructu vi- 18
tis,donec regnum Dei veniat.
Har.4.10 ‖'Et accepto pane, quū gratias egisset, fregit:ac 19
Mat.26.c.26 marc.14.c.22 dedit eis,dicēs, Hoc est corpus meum, quod pro
1.cor.11.e.24 vobis datur:hoc facite in mei recordationem.
Similiter & poculum,postquam cœnauit, di- 20
C cens,Hoc poculum,Nouum testamentū per san-
guinem meum,qui pro vobis effunditur.
Matt.26.b.21 mar.14.b.18. ‖'Verūtamen ecce manus prodentis me mecum 21
iohā.13.b.18. est in mensa.
Psal.40.c.10. Et Filius quidem hominis‖secūdum quod de- 22
finitum est,vadit: veruntamē væ homini illi per
quem proditur.
Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnā es- 23
set ex ipsis qui hoc facturus esset.
Har.4.11. ‖'Facta est autem & cōtentio inter eos, quis eo- 24
rum videretur esse maior.
Matt.20.d.25 marc.10.f.42. Dixit autē eis,‖'Reges gentiū dominātur eis:& 25
qui potestatē habent super eas, benefici vocātur.

stoli cum eo.
15 Et ait illis, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequā patiar.
16 Dico enim vobis quia ex hoc nō mādocabo illud, donec impleatur ī regno Dei.
17 Et accepto calice, gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos.
18 Dico enim vobis quòd nō bibā de generatione vitis, donec regnū Dei veniat.
19 Et accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicēs, Hoc est corpus meum, qđ pro vobis datur: hoc facite ī meā cōmemorationē.
20 Similiter & calicē, postquā cœnauit, dicēs, Hic est calix Nouum testamentū in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.
21 Veruntamē ecce manus tradētis me mecū est in mēsa.
22 Et quidē Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: veruntamē væ homini illi per quem traditur.
23 Et ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset.
24 Facta est autem & contentio inter eos quis eorū videretur esse maior.
25 Dixit autē eis, Reges gentiū dominantur eorū: & qui potestatē habent super eos, benefici vocantur.

ANNOT.

15 Desiderio desi.&c.] Hæc vsq; ad 19 versum explicauimus in Matthæo in fine versus 25.
19 Et accepto pa.&c.] De hac sacra Domini Cœna,vsque ad 21 versum,abūde dictū est in Matthæo,versu 26 & sequētibus,vbi & Pauli locus 1.Cor.11.e.24, de eadē Cœna, explicatur.
21 Veruntamen ecce manus, &c.] Vide hæc explicata apud Matthæū cap.26.b.21,Marc.14.b.18,& Iohannem,13.b.18.c.21.
24 Facta est autem & contentio] Satis aperte dixerat Dominus se relictis terris euolaturum in cælos,ita vt discipuli plene iam intelligerēt ipsum breui discessurū: & quia adhuc carnaliter de Christi regno sapiebāt,contendūt de primatu & maioritate,vt vocant.In ea cōtentione hæc veniunt obseruanda. Principio hominis miseria plus quàm calamitosa, quæ in eo maxime elucescit,quòd quū Dominus seria & tristia dissereret de cruce & morte sua,de humilitate & charitate,discipuli contentionē instituunt de vanissimis rebus ex superbia & ambitione enatis. Deinde quòd ea cōtentio non est leuis momenti. nam cōiuncta est cum contemptu proximi.Sed & Apostolus,Quum in vobis sit (inquit)æmulatio,& contentio, & factiones,nónne carnales estis? 1.Corint.3.a.3.Quòd si hæc in Apostolis Domini Iesu familiaribus inueniuntur, quid obsecro in nobis ipsis merita quærimus? Neque enim hodie ex alio fonte emanāt nostræ contentiones quæ de iisdem & ferè vanioribus rebus institutæ, maiore cum impotentia exercentur à nobis.Contentionem propè similem incidisse in Apostolos,legis apud Matthæum,cap.18.a.1,& 20.d.25.
25 Reges gentium] Dominus pro sua bonitate & misericordia nō abiicit prorsus & con-

demnat suos discipulos, sed fert eos spiritu bonitatis. Quod exemplum & Paulus nobis commendat ad Rom.15.a.1, dicẽs, Debemus nos, qui potentes sumus, infirmitates impotentiũ portare, &c. Prouehit autem ipsos ab humilibus illis ad excellentiora, eximens illis & errorem & affectum ambitionis. Ac obsequuntur bene monẽti Domino discipuli, vt in ipsis exemplum quoque perfectionis quod imitentur, habeant qui infirmitatem & errores ipsorum allegãt. Si enim placet Apostolica infirmitas, placeat eorundem quoque docilitas & obedientia. Cæterum, multis argumentis eximit suis errorem, & ingerit humilitatem pro ambitione. Primum est huiusmodi, Non est quod contendatis pro primatu. Principes enim per me non deiiciuntur, manétque magistratus in orbe, qui per Euangelium non abrogatur. Isti ergo regnabunt. Vos autẽ non sic, nõ inquã sic regnabitis: nõ enim eritis principes. Obiter interim adumbrat Dominus magistratus & principum officium. Principes, inquit, gẽtium siue populorum dominãtur, nimirum potestate cælitus data & accepta. hi, inquam, sunt rerum domini. Huic addit aliud, ne ex dominio faciant tyrannidem, aut putent sibi licere quidlibet, dominii prætextu. Et qui potestatem habent in gentes & subiectos, εὐεργέται vocantur, nimirum munifici ac benefactores. Vsurparunt hoc vocabulum reges quidam AEgyptii, Euergetes dicti. gaudebãt enim salutari Benefactores. Et Apostolus dixit, ad Rom.13.a.4, Magistratus, Dei minister est tibi in bonum. Est ergo magistratus officium præsidere, & præsidendo benefacere, tueri scilicet innoxios, & noxios coercere atque punire. Locum hunc fusius exposuimus in supradicto capite 20 Matthæi, vbi eadem propemodum verba recitantur.

26 'Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui princeps est, sicut qui ministrat.

Vos autem nõ sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator.

27 'Nam vter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? nónne qui accũbit? At ego in medio vestrûm sum vt qui ministrat.

Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nónne qui recumbit? Ego autem in medio vestrũ sum sicut qui ministrat.

ANNOT.

26 Vos autem non sic:] Huc pertinet quintũ caput prioris epistolæ Petri. Quid breuius, aut quid significãtius & validius dici potuisset, quàm quod audimus, os veritatis magna grauitate & maiestate cõtra suos Apostolos, & omnes verbi ministros pronuntiare? Vos autẽ non sic. Addit quomodo se gerere, & quid facere debeant pastores & episcopi ecclesiarũ, inquiens, Qui maior est inter vos, fiat æqualis iuniori. Maior hîc, seniorẽ significat. opponitur enim iuniori. Corrupte quædã exemplaria Latina legunt MINOR, quũ etiam vetusta scripta Græcis conueniãt, in quibus legitur IVNIOR. Seniores excellunt multa rerũ experientia & peritia. Sicui ergo vestrûm, inquit, diuinitus collata fuerit eruditio multa, & varia rerũ experiẽtia, ne efferatur propter cælestia dona: imò ita se potius gerat, quasi iuuenis, id est rerum inexpertus sit, sapiàtque humiliter, nulli sese anteponens. Et qui princeps est, æqualis fiat ministranti. ὁ ἡγούμενος quod princeps vertit interpres, re vera dux siue rector ac gubernator est. Qui inquit, vocatus est in Ecclesia, vt rector, seu pastor sit Ecclesiæ, sciat se non principatum, sed ministerium esse assequutũ. Ideo enim & Petrus supradicto capite, 5.a.3, Presbyteris officia vitæ prescribẽs, Ne exerceatis, inquit, dominium aduersus cleros, sed estote exemplaria gregis. Sed & Paulus, 1. Corint.4.a.1, Sic nos æstimet homo, ait, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Ministerium ergo, non dominiũ, non primatum aut principatum sortiuntur, qui deliguntur ad episcopatum. Ideo enim & Petrus in Actis, cap.1.c.17, loquutus de Iuda proditore, Cooptatus erat, inquit, in numerum nostrum, & sortitus erat sortem ministerii huius.

27 Nam vter maior est, &c.] Aliis argumẽtis ad eundem scopũ pertinentibus docet Dominus vocatos esse Apostolos, viròsque Apostolicos non ad regnum siue dominiũ, sed ad ministerium. Principio vtitur parabola quadam quam adaptat per interrogationem, quæ perinde valet acsi dicat, Ne pigeat vos eam præstare modestiam inter vos, quam ego vobis præstiti, qui meo iure poteram mihi dominatum vẽdicare. Nam illud cogitate, vter maior videatur, qui ministrat, an qui accumbit? nónne qui accumbit? Nõ quòd re vera maior sit quisquis accumbit: imò qui conuiuio accipit alios, hoc ipso maior est, quòd bene meretur de multis. Et tamen ciuilitatis gratia cæteris quos vocauit, accumbentibus, ille obambulat, solicitus nequid cui desit in cõuiuio: & vnius solicitudo, omniũ voluptati prospicit. Nónne ego me talem gessi inter vos? Nónne sic versatus sum inter vos, quasi minister essem omniũ vestrum, de meo

ministrans, & vnus pro omnibus solicitus? Quanto magis oportet vos & abesse ab omni tyrannide & ambitione,qui conditione pares estis,qui de meo ministratis,qui communem habetis Dominum?Vide hæc in Matthæo,cap.20.d.28.

'Vos autem estis qui permansistis mecũ in ten 28
tationibus meis.

Vos autem estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis.

Et ego dispono vobis,sicut disposuit mihi Pa- 29
ter meus,regnum,

Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, regnum,

'Vt edatis & bibatis super mensam meá in re- 30
Matt.19.d.28 gno meo: ‖& sedeatis super thronos, iudicantes
duodecim tribus Israel.

Vt edatis & bibatis super mẽsam meá in regno meo: & sedeatis super thronos, iudicãtes duodecim tribus Israel.

Har.4.11. ‖Ait autẽ Dominus,'Simon,Simon,ecce sata- 31
2.Pet.5.c.8. nas expetiuit vos 'vt cribraret sicut triticum:

Ait autẽ Dominus, Simõ, Simon, ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ

Sed ego'rogaui pro te,ne deficiat fides tua: 32

Ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu

ANNOT.

28 Vos autem estis qui,&c.] q.d. Quid cõtenditis inter vos,quis vestrum maior sit?Quin à me discitis aliis ministrare?quanto enim quisque pluribus ministrarit,tanto erit maior.Sed bono animo estote.singuli maximi eritis.Vos enim humilitatis viam mecum triuistis, permanentes mecũ in tentationibus meis quas à Iudæis pertuli,& ob quas etiam fratres mei me vitarunt,factúsque fui amicis quoque offendiculum.mecum igitur & regnabitis.Omnes labores & ærumnas abunde vobis compensabo. dispono enim iam vobis regnum cælorum,sicuti mihi Pater illud disposuit,quo pleno iure fruamini,mecum in illo super mensam meá comesturi & bibituri,hoc est cunctis vitæ futuræ deliciis,& gloria mecum pariter fruituri. Ad illa igitur futura animos erigite,omittentes somnium hoc de præsenti ista fœlicitate & dignitate:hic seruiendum est,ibi regnabimus.

30 Vt edatis & bibatis] Genus est dicendi Hebraicum,pro,Ego promitto vobis partem in regno meo,& omnem familiaritatẽ,fœlicitatémque in eo. Et sedeatis super thronos,] Istud exponitur in Matthæo,cap.19.d.28.

31 Simon,Simon] Postquam dixerat Petrus, Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo: & omnes similiter dixissent: noster hic narrat Christum conuertisse sermonem ad Petrum,& dixisse,Simon,&c.quibus verbis non tantum præmonebat de periculo, sed etiam ostẽdebat vnde procederet periculũ, nempe à satana.valde enim nobis est vtile scire quibuscum nobis sit certamen. Ideo Paulus,Ephes.6.b.12, ait, Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem,sed aduersus Principatus,aduersus Potestates, aduersus mundi dominos tenebrarum seculi huius. Quòd Simonis nomen ingeminat, vehementiam & affectũ fideliter monẽtis habet ac spirat. Quòd præterea dicit,Satanam eos expetisse,siue poposcisse,in eo notat, omnia mala satanæ ministerio fieri: vnde in oratione Dominica rectè docemur precari,Libera nos à malefico & malitioso,id est diabolo. Postremo,Petrum huius præ aliis monuit,quòd esset præ aliis casurus.Ideo autẽ præ aliis cadere debuit, quòd Dominus ad proferẽdam suam gloriam ipso vti statuisset præ aliis. Ad hoc erat animo modesto opus, sibíque nihil fidente, qui posset facile ignoscere aliis:istúdq; cum suo ipsius casu discere oportuit. Vt cribraret] Hæc similitudo nõ per omnia cõueniret,si per omnes partes expẽderetur.nam triticũ purgatur,satã verò nõ vult nos purgare.Hac igitur cribratione nihil aliud significare voluit quàm agitationẽ. Cribrare vult, hoc est,nihil aliud molitur,quàm vt radices euellat, & fundamenta concutiat. Propterea firmos nos esse oportet, & altissime radicatos in fide,vt nihil contra nos possit.nam idem hodie est satan qui semper fuit,miro salutis nostræ odio ardens:vt contrà,angeli salutis nostræ cupidi sunt.

32 Rogaui pro te ne deficiat fides t.] Oportuit sedulo moneri Petrũ,ne desperatione absorberetur post Christum abnegatum.Propterea illũ consolatur:quæ quidẽ consolatio quanti esset momenti & vtilitatis,tunc non intelligebat:sensit verò postea in ipsa necessitate.Nisi certe hanc promissionẽ habuisset Petrus,proculdubio ipso casu & abnegatione obrutus fuisset.Neque verò debent nobis torporem gignere istæ promissiones,quibus Deus promittit se non defuturum:sed agnoscamus ideo se adfuturum promittere,quòd sciat nihil per nos pos-

ſe,omníque virtute nos deſtitui abſque eo.Hinc colligamus,electos Dei etiã ſi cõcidiſſe prorſus videãtur,retineri tamẽ à Deo,ne fides deficiat cum ipſis.Poteſt dici,fidem Petri ad tẽpus euanuiſſe:ſed ex hoc,& aliis locis ſatis apparet,ſcintillas fidei ſemper manere in electis,vtcũque ſepultæ maneant in ipſorũ cordibus.Fides in electis ſimilis eſſe videtur Soli in cælo,qui obducatur quidem à nubibus,& obſcuratur:ſed nõ extinguitur totus.Affectus enim,errores, atque peccata ſunt nubes quædã atræ inducentes tenebras:cæterum merito Intercesſoris noſtri inflammatur rurſus,& corroboratur fidei noſtræ ſol,itavt radiis firmis mox diſpellat nubes,& reducat ſerenitatem. Nequis autem hãc Chriſti orationem ad ſolum Petrum pertinere exiſtimet,quaſi pro eo ſolo ipſe orauerit. nam etiam pro Apoſtolis orauit Chriſtus,& pro iis qui per ſermonem illorum crederẽt, Iohan.17.c.20,Non pro eis autem rogo tãtum, ſed & pro iis qui credituri ſunt per ſermonem eorum in me.

aliquãdo conuerſus,confirma fratres tuos.
& tu 'aliquando conuerſus,cõfirma fratres tuos.

Qui dixit ei,Domine,tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire.
33 At ille dixit ei,'Domine,tecum paratus ſum &
in carcerem & in mortem ire.

Et ille dixit,Dico tibi Petre,non cantabit hodie gallus,donec ter abneges noſſe me.
34 ‖At ille dixit, Dico tibi Petre, non canet hodie Matt.26.e.74
gallus,prius quàm ter abneges te noſſe me. marc.14.c.30 iohã.13.d.38.

Et dixit eis,Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis?At illi dixerunt,Nihil.
35 Et dixit eis, 'Quando miſi vos ſine ‖ſacculo & Matth.10.a.9
pera & calceamẽtis,num quid defuit vobis? At il
li dixerunt,Nihil.

ANNOT.

Aliquando conuerſus,confirma,&c.] Confirma,nimirum exemplo tuo,ne vnquam deſperent vtcunque labantur. Cogita quantus fuerit tuus lapſus: quum alios peccantes videris, ne eos contemnas,néve reiicias,ſed tanquam infirmos ſubleues. Neque enim robur noſtrum conferri debet ad alios obruendos. Commune quidem omnium eſt officium,infirmitates ſuſcipere: ſed qui ſemel lapſi ſunt, paratiores eſſe debent, & promptiores in ſuſcipiendis infirmis,experientia propria edocti. Nam ſenſus malorum nos ad miſericordiam paratiores reddit.Propterea dicit Apoſtolus,Heb.4.d.15,Non enim habemus Pontificem qui non poſſit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum:ſed tentatum per omnia,iuxta ſimilitudinem abſque peccato.Ne igitur nimium rigidi ſimus,ſed in memoriam veniat nobis hæc monitio.

33 Domine,tecũ paratus ſum,&c.] Similis ſententia eſt cum illa Matthæi 26.d.35,Etiam ſi oportuerit me mori tecum,&c.

35 Quando miſi vos ſine ſacculo,&c.] Ex his verbis manifeſtiſſimum fit, diſcipulos in ſua peregrinatione,quum mitterentur ad prædicandum Euãgelium(de quo apud Matthæum cap.10)commodiſſime egiſſe,ita vt nihil omnino eis defuerit: licet nulla re ad iter faciendum commoda inſtructi,ad prædicandum fuiſſent amandati.Nam commodiſſimam illam viuendi rationem, qua in ea profectione vſi fuerant,Chriſtus opponebat acerbiſſimæ perſecutioni quæ imminebat ipſo ſupplicii adeunte.Quare cum ſacculo & pera,gladium (ſiquis haberet) etiam iubebat tollere: quòd ſi gladius deeſſet,emere iubebat,& quidem(ſi aliàs nõ liceret)diuendita tunica: quæ omnia,ſiquis impẽdentis tempeſtatis rationẽ habere voluiſſet,neceſſaria duxiſſet. Neque enim per hæc aliud Chriſtus ſignificare voluit, quàm multo acerbiſſimam perſecutionẽ imminere,qua aduerſarii non ſolum rebus neceſſariis ſpoliare illos eſſent conaturi,vt videri poſſet opus ipſis eſſe & ſacculo pecuniæ,& pera viatoria, qua panis geſtaretur: ſed eam etiam vim intentaturi,vt tãta gladii neceſſitas apparitura eſſet,vt conſultũ quis arbitraretur,etiam veſtibus diſtractis,ſibi arma cõparare.Nequaquam voluit tamen Dominus vel victus,vel defenſionis curam ſuis teſtituere,quam diligenter adeò antè docuerat Patri cõmittendam eſſe. Figuratus autem ſermo eſt,cuiuſmodi cum aliàs ſæpe, tum eo temporis peculiariter vſus fuit.habet verò hunc ſenſum, Antehac quum me ceu ſponſum carne præſentem habuiſtis,ita molliter & cõmode indulgentia Patris vixiſtis,vt nihil omnino vnquam vobis defuerit,non ſolũ lateri meo hærentibus,verum etiam quum ſine omni viatico,deſtitutos armis & cõmeatu,ad prædicãdum Euangeliũ vos procul à me ablegaueram. Poſthac verò longe alia ratione viuetis,tantæ ſcilicet perſecutioni obnoxii,vt ſummã quis putet neceſſitatẽ,& ſaccum & peram (ſiquis modo habeat)ſecum auferẽdi:tum & gladiũ in primis:qui ſi deſit, præſtare vt veſte diuendita ſibi gladium paret. Auferat enim iam à vobis,& in me primo diriſſi-

ma designari videbitis. Sed memẽtote eandem fore Patri meo potentiam quæ hactenus fuit: perindéque aduersa omnia in bonũ vobis versurũ, & in mediis malis seruaturũ, atque aduersa omnia ac mala amoliturũ: id quod huc vsque experti estis. Allegoriã gladii, qua verbũ Dei quidam per illum intelligi volunt, firmam esse nõ video: quare missam facio. Demum ne hoc præteream, verba hæc amphibologicè posita sunt, vt bifariam ea intelligi possint: vno modo, iussisse Christum sacculũ ac peram tollere, vt pro eis gladius emeretur: & si ea deessent, tunicam in eum vsum diuendere. Altero quòd dixerit, Iam tempus esse quòd sacculus ac pera sumenda sint, non vt antea relinquenda: similiter & gladius, qui sicui desit, citius vestem diuendendam, quàm carendum gladio, quum antea ne virga quidem, qua se defenderent, opus fuisset. Doctioribus posterior interpretatio magis probatur, certum esse dicentes, Christum his verbis significare potissimum voluisse diuersitatem huius imminentis temporis turbulenti & aduersi, ab illo superiore quo affatim bona suppeditata, & mala omnia exclusa fuerant.

Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculũ tol- 36
lat, similiter & peram: & qui non habet, vendat
tunicam suam, & emat gladium.
Dico enim vobis quoniam adhuc quod scri- 37
Esa.53.d.12. ptũ est, ʼoportet perfici in me, ‖Et cum iniquis de-
putat⁹ est. ʼEtenim ea quæ sunt de me, finẽ habẽt.
At illi dixerunt, Domine, ʼecce duo gladii hîc. 38
At ille dixit eis, ʼSatis est.
Ha.4.18. ‖Et egressus ʼibat (vt erat solitus) in montem 39
Matt.26.d.36 marc.14.d.32. Oliuarum: sequuti sunt autem illum & discipuli.
iohan.18.a.1. Matt.26.d.41 ‖ʼEt quum peruenisset ad locum, dixit illis, O- 40
marc.14.d.32 rate ne intretis in tentationem.
E Et ipse auulsus est ab eis fermè ad iactum lapi- 41
dis, positísque genibus orabat,
Dicens, Pater, si vis, trãsfer poculum hoc à me: 42
veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.
Apparuit autem ei angelus de cælo corrobo- 43
rans eum.
ʼEt correptus angore, prolixi⁹ orabat: & erat su- 44

Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculũ tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicã suam, & emat gladium.
Dico enim vobis quoniã adhuc hoc quod scriptũ est, oportet impleri in me, Et cũ iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent.
At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis, Satis est.
Et egressus ibat secundũ consuetudinem in montem Oliuarum: sequuti sunt autem illum & discipuli.
Et quũ peruenisset ad locũ, dixit illis, Orate ne intretis in tentationem.
Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, & positis genibus orabat,
Dicens, Pater, si vis, trãsfer calicem istum à me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.
Apparuit autem illi angelus de cælo confortãs eum.
Et factus in agonia, prolixius orabat: & factus est su-

ANNOT.

37 Oportet perfici in me, Et cum iniquis, &c.] Quomodo perfectus fuerit hic Esaiæ locus, facile apparet in Matthæo, cap.27.c.38, ex Marco 15.c.28. Etenim ea quæ sunt, &c.] Hæc verba eundem sensum habent quem & ea quæ in Matthæo 27.f.49, ex Iohanne 19.e.30, attulimus, Consummatum est.

38 Ecce duo gladii hîc.] Nondum intelligunt regnũ Christi esse spirituale, sed vt sentiũt illud fore corporale in hoc seculo, ita putãt etiam Christum iubere externum bellum parare, quo ab hostibus defendantur, & regnum eius accipiant. Propterea dicũt, Ecce duo gladii hîc. Satis est.] Breuissimum responsum, sed quod satis perspicue explicat Christum longe aliud velle quàm vt Apostoli ferreos emant gladios ad externa bella gerenda. Nam si extrinsecus bellandum fuisset, quomodo gladii duo sufficerẽt? Satis igitur est, inquit: hoc est, Nõ hoc volo vt externis gladiis me defendatis: & ad hoc quod instituo sufficiũt, imò plusquam satis sunt duo externi gladii. non enim indigebo his ad meum institutum.

39 Ibat (vt erat solitus) in montem Oliuarum:] Vide hæc in Matthæo, cap.26.d.36, maximè verò in Iohanne, 18.a.2, vbi dicit Iudam nouisse locum, quòd sæpe illuc Iesus conuenisset cum discipulis.

40 Et quum peruenisset ad locum,] Hæc omnia vsque ad 47 versum, fuse explicantur ex quatuor Euangelistis apud Matthæum, supradicto capite 26.d.36.

44 Et correptus angore] Græce ad verbũ, Et factus in agonia. Agon Græcis certamen si-

gnificat, siue periculum & laborem. Agoniam igitur appellat horrorem illum & affectionem qua corripi solent homines iam instante atque vrgente graui discrimine. Interpres vt potuit vertit, Et correptus angore.

dor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

dor ei⁹ sicut guttæ sanguinis decurrẽtes in terrã.

Et quum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.

45 Et quum surrexisset à deprecatione, venissétq;
ad discipulos suos, reperit eos dormiẽtes præ mœ
stitudine.

Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate ne intretis in tentationem.

46 Et ait illis, Quid dormitis? surgite, & orate ne
intretis in tentationem.

Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecĩ, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum.

47 ‖Adhuc autẽ eo loquẽte, ecce turba, & qui vo- Har. 4.19
cabatur Iudas, vnus è duodecim, antecedebat eos, Matt.26.e.47 marc.14.e.43
& appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. iohan.18.a.3.

Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo Filium hominis tradis?

48 Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo Filium homi
nis prodis?

Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerũt ei, Domine si percutimus in gladio?

49 Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod
futurum erat, dixerunt ei, Domine, percutiemús-
ne gladio?

Et percussit vnus ex illis seruũ principis Sacerdotũ: & amputauit auriculam eius dexteram.

50 Et percussit vnus ex illis seruũ principis Sacer-
dotum, & amputauit auriculam eius dextram.

Respõdens autem Iesus, ait, Sinite vsque huc. Et quũ tetigisset auriculam eius, sanauit eum.

51 ʿRespondens autem Iesus ait, ʿSinite hucusque? F
Et quum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.

Dixit autẽ Iesus ad eos q venerãt ad se, principes Sacerdotũ & Magistrat⁹ tẽpli & Seniores, Quasi ad latronẽ existis cũ gladiis & fustib⁹

52 ‖Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, Ha.4.20.
principes Sacerdotũ acʿMagistrat⁹ tẽpli, & Senio-
res, Quasi ad latronẽ existis cũ gladiis ac fustibus?

Quũ quotidie vobiscum fuerim in tẽplo, nõ extẽdistis man⁹ in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

53 Quum quotidie vobiscum fuerim in templo,
non extendistis manus in me: sed hæc est hora il
la vestra, & potestas tenebrarum.

Cõprehendentes autem eum, duxerũt ad domũ principis Sacerdotũ. Petrus verò sequebatur à longe.

54 ‖Comprehensum autem eum duxerunt, & in- Matt.26.f.57 marc.14.f.53
duxerunt in domum principis Sacerdotum. Pe- iohã.18.c.24.
trus verò sequebatur eminus.

Accẽso autẽ igne in medio atrii, & circunsedẽtib⁹ illis, erat Petr⁹ ĩ medio eorũ.

55 ‖ʿQuum autem accẽdissent ignem in medio au Ha. 4.22
læ, atq; vnà cõsedissent, sedit & Petrus inter illos. Mat.26.g.69 marc.14.g.66

Quem quũ vidisset ancilla quædã sedentẽ ad lumen, & cum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat.

56 Quẽ quũ vidisset ancilla quædã sedentẽ ad lu- iohan.18.c.25
mẽ, defixis in illũ oculis, dixit, Et hic cũ illo erat.

At ille negauit eum, dicẽs, Mulier, nõ noui illum.

57 At ille abnegauit eũ, dicẽs, Mulier, nõ noui illũ.

Et post pusillum alius videns eum, dixit, Et tu de il-

58 Et post pusillum alius videns eum, dixit, Et tu

ANNOT.

47 Adhuc autem eo loquente,] Hæc eadẽ vsque ad 55 versum, vide in Matthæo, 26.e.47.

51 Sinite hucusque] Istud annotatum est versu 51 Matthæi.

52 Magistratus templi] στρατηγὸς, duces. Erant enim & milites præfecti custodiendo tẽplo: quorum præfectos hic vocat στρατηγούς.

55 Quũ autem accẽdissent, &c.] Hæc trina Petri abnegatio diligenter ex quatuor Euangelistis annotata est in Matthæo, 26.g.69.

de illis es. Petrus verò ait, Homo, non sum.
Et interuallo interiecto ferè horæ vnius, alius 59
quidam affirmabat, dicens, Verè & hic cum illo
erat: nam & Galilæus est.
G Et ait Petrus, Homo nescio quid dicas. Et con- 60
tinuò adhuc illo loquente, cecinit gallus.
'Et cōuersus Domin' intuit' est Petrū: & recor- 61
datus est Petr' sermonis Domini, quomodo dixe
Matt.26.c.34 ioh.13.d.38. rat ipsi, |Prius q̄ gallus cecinerit, ter me negabis.
Et egressus foras Petrus fleuit amare. 62
Har.4.23 |'Et viri qui tenebāt Iesum, illudebāt ei, cædētes. 63
Mat.26.g.64 marc.14.g.65 Et quum circuntexissent eum, percutiebant fa- 64
ciem eius: & interrogauerunt eum, dicentes, Va-
ticinare, quis est ille qui te percussit?
Et alia multa conuitiantes dicebant in eum. 65
Matth.27.a.1 marc.15.a.1. iohā.18.e.28. |Atque vt illuxit, conuenerunt Seniores plebis 66
& principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt
illum in concilium suum,
Dicētes, Num tu es ille Christus? dic nobis. Et 67
ait illis, Si vobis dixero, non credetis:
Quòd si etiam interrogauero, nō respondebitis 68
mihi, neque dimittetis.
'Ex hoc tēpore erit Filius hominis sedens à dex 69
tris virtutis Dei.
Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? 70
Qui ait, Vos dicitis me esse.
At illi dixerūt, Quid adhuc desideramus testi- 71
monium? ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

CAP. XXIII.

Har.4.23 ET surgens vniuersa multitudo eorum, duxit 1
illum ad Pilatum.
Ha.4.24 |'Cœperunt autem illū accusare, dicentes, Hūc 2
Matt.22.b.18 marc.12.b.17 deprehēdimus euertentem gentē, ac|vetātem tri-
buta dare Cæsari, dicentem 'se Christū regē esse.
Matt.27.b.11 marc.15.a.2. iohā.18.f.33. |Pilatus autē interrogauit eum, dicens, Tu es ille 3

lis es. Petrus verò ait, O homo, non sum.
59 Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicēs, Verè & hic cū illo erat, nā & Galilæ' est.
60 Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente, cantauit gallus.
61 Et cōuersus Dominus respexit Petrū & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, Quia pri' quàm gallus cātet, ter me negabis.
62 Et egressus foras Petrus fleuit amare.
63 Et viri qui tenebāt Iesum, illudebant ei, cædentes:
64 Et velauerūt eum, & percutiebāt faciem eius: & interrogabāt eū, dicētes, Prophetiza quis est qui te percussit?
65 Et alia multa blasphemātes dicebant in eum.
66 Et vt factus est dies, conuenerunt Seniores plebis, & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum,
67 Dicētes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, nō credetis mihi:
68 Si autem & interrogauero, non respōdebitis mihi, neque dimittetis.
69 Ex hoc autem erit Filius hominis sedēs à dextris virtutis Dei.
70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis quia ego sū.
71 At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

1 ET surgens omnis multitudo eorum, duxerūt illum ad Pilatum.
2 Cœperūt autē illū accusare, dicētes, Hūc inuenimus subuertentē gentē nostram, & prohibentē tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.
3 Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex

ANNOT.

61 Et conuersus Dominus, intuitus est Petrū:] Istud explicatum est Matth.27.g.75.
63 Et viri qui tenebant Iesum,] De his vide Matthæum, 26.g.64.
69 Ex hoc tempore erit Filius hom.] Eadem responderat Christus principi Sacerdotum Caiaphæ, vt scribit Matthæus 26.f.64.

IN CAPVT XXIII.

1 Et surgens vniuersa multitudo] Vide Matth.27.a.1.
2 Cœperunt autem illū accusare,] Hic versus cum sequenti explicatur eodem capite Matthæi, 27.b.11.

Iudæorũ? At ille respondẽs ait, Tu dicis.

rex Iudæorũ? At ille respondens illi, ait, Tu dicis.

Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotũ & turbas, Nihil innenio causæ in hoc homine.

4 ‖Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum Har.4.25
& turbas, 'Nihil inuenio noxiæ in hoc homine.

At illi inoalescebât, dicentes, Cõmoouet populũ, docẽs per voiuersam Iodæã, incipiens à Galilæa vsque huc.

5 At illi inualescebant, dicentes, 'Commouet po
pulum, docens per vniuersam Iudæam, exorsus
à Galilæa vsque ad hunc locum.

Pilatus autem audiẽs Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset.

6 Pilatus autẽ audita mentione Galilææ, interro
gauit 'num homo Galilæus esset.

Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodẽ qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus.

7 Et vt cognouit 'quòd ad Herodis ditionẽ perti
neret, 'remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hie-
rosolymis erat per id tempus.

Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eum: eo quòd audiret multa de eo: & sperabat signũ aliqđ videre ab eo fieri

8 Herodes autem 'viso Iesu, gauisus est valde: te- B
nebatur enim multo iam tempore cupiditate vi-
dẽdi illum: eo quòd audiret multa de eo: & spe-
rabat se signum aliquod visurum ab eo fieri.

Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat.

9 Interrogabat autem eum multis sermonibus:
'at ipse nihil illi respondebat.

Stabant autem principes Sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum.

10 Stabant autem principes Sacerdotum & Scri-
bæ 'acriter accusantes eum.

ANNOT.

4 Nihil innenio noxiæ in hoc homine.] Iohannes dicit, Nullam inuenio in eo causam.

5 Commouet populum,] Etiam scripta vetera Latina exemplaria legũt Commouet, præsenti tempore, vt accipiamus nõ de vna seditione accusari Christum, sed totam illius ac perpetuam accusari vitam ac doctrinã velut seditiosam. Est autẽ hæc vetus accusatio aduersus veritatis doctores, seu veræ religionis. 1. Reg. 18. c. 17, Elias audit ab Achab, Túne es ille qui conturbas Israel? Sed vicissim audit Achab, Non ego cõturbaui Israel, sed tu & domus patris tui, dereliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baalim, in Ieremia, 38. b. 4, audit Ieremias, Homo iste nõ quærit pacẽ populo huic, sed malũ. Et iam Paulum accusant, Act. 24. b. 5, Nacti (inquiunt) sumus virũ hunc pestiferũ, & concitantẽ seditionẽ omnibus Iudæis in vniuerso orbe.

6 Num homo Galilæus esset.] Galilæus non est coniungendum cum homine, sed separãdum, propter articulum Græcum [illegible] nam quum Christum signet, tamen velut ignoto sibi nomine, hominem vocat: vt Petrus puellam, vocat mulierem.

7 Quòd ad Herodis ditionem pertineret,] Hic Herodes, cognomẽto Antipas dictus est, & fuit tetrarcha Galilææ, cuius mentio fit suprà cap. 3. a. 1. Remisit eum ad Herodem.] Duæ videntur fuisse causæ cur id faceret: Volebat gratificari Herodi: Dein volebat se ab eo iudicio eximere, videns Sacerdotum furorem, & populi commotionem: maluisset Christum ab alio, quàm à se damnari. Infœlix profecto conscientia semper trepidat.

8 Viso Iesu, gauisus est valde.] Duas ob causas gauisus videtur Herodes. Primũ, quòd vir insignis mittebatur ad eum. dein expectabat signũ aliquod, sed frustratus est sua expectatione: nam nihil videt. non enim edit Christus miracula: quia iam satis multa ediderat, quibus testatus erat se filiũ Dei esse. Erat præterea tempus suæ humiliationis, & nõ potentiæ: neque aliud supererat nisi vt in suum opprobriũ duceretur. Adhæc, impii semper cupiunt habere miracula, vt ex illis voluptatẽ capiant velut ab histrionibus: atque ita abutũtur Dei potentia, vt ludicro aliquo spectaculo, ad suã vanitatem. Sed impius non videbit Dei gloriam. Non igitur mirum quòd Christus non dignatus fuerit vllo miraculo Herodem.

9 At ipse nihil illi respondebat.] Exemplum sui præcepti, quod antea Apostolis suis dederat, Matth. 7. a. 6, nunc exhibet Christus, Ne detis, inquiens, quod sanctũ est canibus, neque proieceritis margaritas vestras ante porcos: nequando hi, &c.

10 Acriter] Siue, intento clamore.

'Spreuit autẽ illũ Herodes cum exercitibus suis: quúmque illusisset, 'indutũ veste splẽdida remisit ad Pilatum.	11	Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.
Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodẽ die: nam antea simultas inter eos intercesserat.	12	Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nã antea inimici erant adinuicem.
'Pilatus autem cõuocatis principibus Sacerdotum, & Magistratibus, ac plebe,	13	Pilatus autem cõuocatis principibus Sacerdotum, & Magistratibus, & plebe,
Dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populũ: & ecce ego coram vobis interrogãs, nullum crimen inuenio in homine isto, ex his de quibus accusatis eum:	14	Dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertẽtem populũ: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullã causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis:
C Sed ne Herodes quidem: nã remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.	15	Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illũ, & ecce nihil dignũ morte actũ est ei.
'Castigatum ergo illum dimittam.	16	Emendatum ergo illum dimittam.
Har.4.26 'Necesse autẽ habebat dimittere eis ĩ festo vnũ.	17	Necesse autẽ habebat dimittere eis p diẽ festũ vnũ.
Matt.27.b.15 marc.15.a.6. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicẽs, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.	18	Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicẽs, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.
Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, cõiectus in carcerem.	19	Qui erat propter seditionẽ quãdã factã in ciuitate & homicidiũ, missus ĩ carcerẽ.
Iterum autẽ Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum.	20	Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum.
At illi clamabant, dicentes, Crucifige, crucifi-	21	At illi succlamabant dicentes, Crucifige, crucifi-

ANNOT.

11 Spreuit au.il.Herodes,] Potuisset Christus aliquid terroris incutere Herodi, qui cũ magno apparatu venerat: verùm meminerimus quid agẽdum fuerit Christo: eum enim ludibrio haberi, & contẽni pro nobis oportebat, Ita videmus id non factũ fuisse absque diuino cõsilio. Obseruandũ præterea nobis exemplũ: nihil enim magis ægre patimur, quàm ludibrio haberi: sed quũ id Christo Dei filio accidisse videmus, ne ægreferamus, si reges, aulici, & alii nos rideant, quin potius æquo animo feramus, & in hoc socii Filii Dei simus. Indutum veste splendida.] Vel, emicante, & luculenta. Non est certum an eum magis cõspicuum reddere voluerit. Vtvt sit, voluit eum cum risu dimittere.

13 Pilatus autem conu.princip.Sac.] Quanquam alii Euangelistæ innocentiam Domini diligenter exposuerint, Lucas tamen eam illustrat luculẽtissime. Huc enim tota hæc actio Pilati, & toties tentata liberatio pertinet, vt intelligamus, & perspicue videamus Christum fuisse innocentem, & nullo crimine capitali mortem commeruisse: sed & sponte sua semetipsum obtulisse. Nec indiligenter hãc causam etiã Pilatus agit. Principio enim caput & summã accusationis proponit. Dein quid expensis & indagatis rebus omnibus, inuenerit, indicat, nempe innocentiam. Et quoniam legum & consuetudinum Iudaicarum non admodum peritus erat, dimiserat ipsum reum & accusatores ad Herodem, peritum rerum Iudaicarum, omnem causæ cognitionem ad ipsius tribunal reiiciens. Verùm ne hic quidem, vllum (inquit) capitale in ipso crimen deprehendit, Quid ergo restat aliud quàm vt innoxium dimittam? Interim verò vt vestris furoribus aliquid quoque deferatur, virgis prius abunde cæsum dimittã. Quæ quidem manifesta erat iniuria, nempe innoxium cædere in gratiam accusatorum.

16 Castigatum ergo illũ] Quid significet Castigari istud, Vide Matth.27.c.23. Idem repetitur & paulo pòst versu 22.

17 Necesse a.habebat] Hæc vsque ad 24 versum expeduntur Matt.27.b.15, & Marc.15.a.6.

ge eum.

22 Ille autẽ tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullã causam mortis inueni in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.

23 At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur: & inualescebãt voces eorum.

24 Et Pilat⁹ adiudicauit fieri petitionem eorum.

25 Dimisit autẽ illis eum qui propter homicidium & seditionẽ missus fuerat in carcerẽ, quẽ petebãt: Iesum verò tradidit volũtati eorum.

26 Et quũ ducerent eum, apprehenderũt Simonẽ quẽdã Cyrenẽsem venientẽ de villa: & imposuerũt illi crucem portare post Iesum.

27 Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebãt & lamentabantur eum.

28 Cõuersus autẽ ad illas Iesus, dixit, Filiæ Ierusalẽ, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros:

29 Quoniã ecce venient dies in quibus dicent, Beatæ steriles, & ventres qui non genuerũt, & vbera quæ non lactauerunt.

30 Tũc incipiẽt dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos.

31 Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

ge eum.
22 Ille autem terriò dixit ad illos, Quid enim ma-
li fecit hic? nullum crimen capitale comperio in
eo: castigatum ergo dimittam illum.
23 |At illi instabant vocibus magnis, postulãtes vt Ha.4 27.
crucifigeretur: & inualescebant voces eorum ac
summorum Sacerdotum.
24 'Et Pilatus adiudicauit vt fieret quod illi postu-
labant.
25 Dimisit autẽ illis eum qui propter seditionem D
& homicidiũ coniectus fuerat in carcerem, quem
poposcerãt: Iesum verò tradidit arbitrio eorum.
26 |'Et quum adducerent eum, apprehenderũt Si- Har.4.28
monem quendam Cyrenensem, veniẽtem rure, Matt.27.d.32 marc.15.b.21.
& imposuerũt illi crucem vt portaret post Iesum.
27 'Sequebatur autem illũ multa turba populi ac
mulierũ, quæ & plangebãt & lamentabatur eum.
28 Conuersus autem ad illas Iesus, dixit, 'Filiæ Ie-
rusalem, nolite flere super me, sed super vobisipsis
flete & super filiis vestris:
29 Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent,
'Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, &
vbera quæ non lactauerunt.
30 Tunc incipient dicere montibus, ‖Cadite super Esa.2.d.19. osee 10.b.8. apoc.6.d.16, & 19.a.6.
nos: & collibus, Operite nos.
31 ‖'Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido 1.Pet.4.d.18.
quid fiet? E

ANNOT.

24 Et Pilatus adiudic. vt fie. pe.] Vide hæc eadem Matthæi cap.27.e.26, & Marci 15.b.15.

26 Et quũ adducerent eum,] Eadem leges apud eundem, versu 32, & Marcum 15.b.21.

27 Sequebatur autem, &c.] De his facta est mentio in contextu historiæ apud Matthæum eodem versu 32. Hinc videmus amorẽ & obseruantiã erga Christũ tũc non prorsus excidisse.

28 Filiæ Ierusalẽ,] Hebraico dicendi genere Filias Ierusalẽ vocat mulieres, & etiã viros habitantes Ierusalem. Locus autẽ valde obseruandus, quòd mulieres admonet vt potius super seipsas fleant. Vanum est enim quòd hinc colligunt quidam, eum noluisse mortem suam defleri, & eum luctu celebrari. quum hic potius eas obiurget, acsi dicat, Tãtúmne vobis otii vt me lugeatis, tanquam miser sim, vos fœlices? Videte autem vt vosipsas potius defleatis: nam miseriores eritis. Nõ voluit igitur de mortis suæ luctu loqui: quum huc spectaret eius admonitio, vt intelligerent quanta calamitas vrbi immineret, & toti Iudææ.

29 Beatæ steriles,] q.d. Tanta erit desolatio, vt quod maxima fœlicitas reputabatur, nempe plures genuisse, sit magna miseria & infœlicissimũ. Hæc sane ad eos pertinent, & illis valde vtilia sunt qui præsentem tantum infœlicitatem & calamitatem respiciũt, interea non reputãt vnde mala proueniant, neque descendunt in seipsos, neque Dei iudicium respiciunt.

31 Quia si in humido, &c.] Comparatio valde elegans, in qua Christus ligno humido similem se facit: quia humidum non solet tam cito comburi: aridum verò igni est aptum. Si respiciamus inter homines, filii Dei sunt velut ligna humida quæ habẽt viuam radicem: cõtrà,

reprobi,tanquam ligna arida.Significat igitur bis verbis,Si diuina Patris voluntate ita in me innocentem sæuitur,& ligno humido & fructifero similem: multo seuerius in vos gentem Iudaicam sæuietur,ligno arido & sterili similem.Similis est ea locutio quæ 1.Pet.4.d.17 legitur, Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei: quòd si primum à nobis, quis finis eorum qui non credũt Euangelio Dei?Quoties ergo respicimus in Christũ,& præcipua Ecclesiæ membra,hoc in mentem veniat.Simul discamus exhibere nos ipsos Deo sacrificium: si multis ærumnis nos calfacere vult,non solum æquo animo feramus,sed etiam libenter. Nullus in nobis pietatis esset affectus,nisi nos multis afflictionibus calefaceret.Calefacit,sed non cõburit: comburit autem impios ignis deuorans.

Har.4.29 ‖'Ducebantur autem & alii duo facinorosi cum 32
Mat.27.d.38 eo,vt interficerentur.
marc.15.c.27
iohã.19.c.18. Et postquam venerunt in locũ qui vocatur Cal 33
uaria,ibi crucifixerũt eum, & facinorosos: vnum
à dextris,alterum à sinistris.
Iesus autẽ dicebat,'Pater,remitte illis: nesciunt 34
enim quid faciant. Diuidentes verò vestimenta
eius,miserunt sortem.
Ha.4.30 ‖'Et stabat populus spectans,'& deridebãt eum 35
principes cũ eis,dicẽtes,'Alios seruauit, seruet seipsum,si hic est ille Christus,ille Dei electus.
Illudebant autem ei & milites,accedẽtes, & a- 36
cetum offerentes ei,
Dicẽtésq;,Si tu es ille Rex Iudæorũ,saluũ te fac 37
'Erat autem & inscriptio scripta super eum li- 38
teris Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic est Rex
Iudæorum.
'Vnus autem qui erãt suspensi facinorosorum, 39
conuitia iaciebat in eum,dicẽs,Si tu es Christus,
serua teipsum & nos.
F Respõdens autẽ alter,increpabat eum,dicens,40
'Ne times quidem tu Deũ,quòd in eadem dam-

32 Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, vt interficerentur.

33 Et postquam venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum,& latrones,vnum à dextris,& alterum à sinistris.

34 Iesus autẽ dicebat,Pater, dimitte illis:non enim sciũt quid faciũt.Diuidentes verò vestimenta eius, miserũt sortes.

35 Et stabat populus spectãs, & deridebãt eum principes cũ eis,dicẽtes, Alios saluos fecit,se saluum faciat, si hic est Christus,Dei electus.

36 Illudebãt autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,

37 Et dicentes, Si tu es Rex Iudæorum,saluum te fac.

38 Erat autẽ & superscriptio scripta super eũ literis Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic est Rex Iudæorum.

39 Vnus autẽ de his qui pẽdebant latronibus, blasphemabat eum,dicens, Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum & nos.

40 Respondens autem alter, increpabat eum,dicẽs, Neque tu times Deũ, quòd in

ANNOT.

32 Ducebantur autem & alii duo,&c.] Vide hæc apud Matthæum,cap.27.d.38.
34 Pater,remitte il.] Istud exponitur codẽ cap.Matthæi,versu 38,vbi Lucæ verba citãtur.
35 Et stabat populus spectãs,] De cõuitiis in Christũ vide eodẽ capite Matthæi,versu 39.
38 Erat autem & inscriptio.] De hac item inscriptione,vide etiã Matthæũ ibidẽ versu 37.
39 Vnus autem qui erant,&c.] De isto latrone dictum est in Matthæo,versu 44.
40 Ne times quidẽ tu Deum,quòd in &c.] Etiam vetustissima Latina exemplaria scripta legũt Quòd, vel Quia,vt Græce. Coniunctio Ne quidẽ,siue Neque,referri potest ad tria,ad Times,ad Tu,& ad Deũ. Si ad Deũ sensus hic est,Non solũ nõ times homines,sed ne Deum quidem metuis.Si ad Tu,sic exponetur,Parum est si isti Deum contemnãt, nisi & tu quoque contemnas?Si ad Times,hoc modo intellige, Non solum non amas Deum ,sed ne times quidem, quũ lõge alia ratio sit rerum tuarũ quàm astãtium. Quum videmus nos scelerũ nostrorum pœnas dare,debemus Dei horrere iudicium:vbi prospere agunt impii, nihil cogitant,& securi sunt. Quum inquam punimur,iam tempus est vt conscientia nostra non sibi indulgeat: ideò dicit, Quum sis in eadem damnatione,quum Deus te ad horrorem cogat,non times.

eadem damnatione es?

natione es?

41 'Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus:hic verò nihil mali gessit.

Et nos quidem iuste:nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.

42 Et dicebat ad Iesum,'Domine,memento mei, quum veneris in regnum tuum.

Et dicebat ad Iesum,Domine, memento mei quum veneris in regnum tuum.

43 Et dixit illi Iesus,'Amen dico tibi,'hodie mecum eris in paradiso.

Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiso.

ANNOT.

41 Et nos quidem iuste] Iam latro distinguit inter pœnam sceleris sui,& pœnã Christi: simúlque socium obiurgat.Post quam obiurgationem,conuertit se ad Christum.

42 Domine,memento mei,] Continet hæc precatio testimoniũ pœnitentiæ & fidei.Breuiter sane Lucas hæc refert,quæ alioqui longa& magnifica oratione digna essent:tametsi nulla possit esse tam splendida oratio,quæ satis pro dignitate exponat huius rei magnitudinem. Quòd latro ita desperatus blasphemiam socii reprehendat,scelus suum agnoscat,vitã in morte apprehendat,quòd Christum vocet Dominum & Regem,quem videt suspensum: (vbi autẽ thronus in cruce?) hæc certe maxima, quæ in tanta paucitate verborũ consideranda sunt. Hic inquam insigne pœnitentiæ & fidei habemus exemplũ.Pœnitentiæ,quòd patienter fert suum suppliciũ.nec enim poterat ita loqui,nisi cõposito fuisset animo ad pœnitẽtiam.Digna (inquit)factis recipimus.Sed nõ tantũ in ea re cõtinetur pœnitẽtia,sed & in hoc quòd non se excusat,aut extenuat peccatum,sed fatetur reatum suum.quæ quidem cõfessio,fructus est conscientiæ:manat enim ex intimo cordis recessu,deplorãtis vitam suã. Habemus igitur hic veræ pœnitentiæ imaginẽ.Alius est pœnitẽtiæ fructus,obiurgatio.Si enim nos malorum pœnitet,debemus etiã alios obiurgare.Vera pœnitentia semper reprehensiones in nobis pariet,vbi alios peccare videbimus.Deinde causam æquã agit & tuetur, nempe Christi innocentiã.Impii contrà, lucẽ & tenebras inuoluere conantur,vt liberius peccare possint. Qui autem vero pœnitentiæ affectu ducũtur,non impediũt quominus bonũ à malo discernatur.Sed & in sua oratione declarat suam pœnitentiam,quum dicit,Memento mei.Nam cur ad Christum confugeret,nisi esset peccator? Quem quũ implorat,testatur se esse ouem perditam nisi à Christo redimatur.Incomparabile sane fidei exemplum.Christũ vocat Dominum,& regni eius facit mentionem quem videt damnatũ & conspurcatum ab omnibus. Quis non dixisset eum delirare? Memẽto dicit. Quorsum obsecto illa recordatio? Hinc satis patet,verba deficere quibus exprimi possit quãta fuerit huius latronis fides,præsertim si obseruemus circunstantiã. Defecerat in omnibus prope fides,nemo nõ exanimatus erat: solus latro respirat in ipso cruciatu. Muti erãt Apostoli,fides eorum sepulta: fides verò latronis emergit per omnia impedimenta. Quoties igitur tentamur imbecillitate fidei,redeamus ad latronẽ,neque pudeat nos ab eo discere:quandoquidem erit nobis dux in vitam æternam. Quũ ergo viderimus omnia esse turbata,acsi prorsus euersa essent:dicamus cum latrone, Christum regnare. quanto magis nunc, quum sedet in regno suo? Non iam dicendum, Quum veneris:nam illic est.Sed vbi regnum, inquiũt? non videmus. Vbi verò videbat latro? Nunc magis perspicue videmus in Euangelio: latro non videbat, & tamen sperabat. Præter fidem autem,notanda est inuocatio: vbicunque enim est fides,illic inuocatio esse solet.

43 Amen dico tibi] Videmus latronẽ non frustra orasse:exauditus enim est,nec tantũ memor fuit Christus,sed etiã promissum suum præstitit. Quòd si latronẽ ad se traxit quũ esset in cruce: quanto magis nunc,superatis omnibus hostibus,ex sede illa cælesti in quã sublatus est, nos exaudiet? Hinc videmus nullos repudiari qui ad misericordiam Dei confugerint:nã videmus quanta humanitate Christus receperit hunc latronem. Nec existimãdum,hoc semel fuisse factum:quum testetur se fore paratum ad omnes recipiẽdos qui ad ipsum confugerint. Sed obserua,vnde reuersus sit ad Christum:nempe quòd eum Deus respexerit inter vltimos spiritus. Penetrat igitur Dei misericordia vsque ad ipsos inferos:nã videmus latronem perditum & deploratũ,à Deo tamen receptũ. Hodie mecũ eris in par.] Quod ad nomen paradisi attinet,scimus gloriã Dei describi nobis sub figuris rerũ beatarũ,quòd eam aliter percipere nõ possimus: velut pœnæ impiorum,per ignem. Propterea hic vitæ æternæ statum vocat paradisum. Quũ igitur latro eiusdem beatitudinis sit particeps:colligere animos debemus,& be-

na omnia cogitare de tãta misericordia. nam quis hic loquitur, Hodie mecũ eris in paradiso? Christus, vita ipsa. Quem alloquitur? Latronẽ, qui eiusdem gloriæ particeps efficitur quam ipse filius Dei obtinet. Quod autem ad HODIE, ex eo collige piorum animas cum Christo viuere vsque ad diem resurrectionis. nam qui exponunt HODIE, quum regnum Christi aduenerit, non tam sunt interpretes, quàm deprauatores. Promittit Christus vitam æternam latroni, idque eodem die. Qui ergo in Christo moriuntur, migrant ad vitam æternam, vtcunque resurrectionem expectent. Quisquis non fuerit pertinax, hoc verum & simplex esse fatebitur. Ad vitam æternam admittitur latro, nulla satisfactione præstita. Siquis exemplum singulare dicat: quis hæc audiet? Quicunque veniam obtinuerit, non tantũ à culpa, sed & à pœna in sanguine Christi absoluitur.

Ha. 4. 31. 'Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ 44
Matt. 27. e. 45 & 51. sunt super totam terram vsque ad horam nonam.
Et obscurat' est sol, & velũ tẽpli scissũ est ĩ mediũ. 45
Psal. 30. a. 6. Et quũ clamasset voce magna Iesus, ait, 'Pater, 46
in manus tuas cõmendabo spiritũ meum. Et hæc
quum dixisset, expirauit.
'Quum vidisset autem Centurio quod accidit, 47
Glorificauit Deũ, dicẽs, Verè, hic homo iust' erat.
Et omnes turbæ eorũ qui simul accesserant ad 48
G spectaculum istud, & viderant quæ contingebãt,
percutientes pectora sua, reuertebantur.
Har. 4. 32 Stabant autẽ omnes noti eius procul, & mulie- 49
res quæ sequutæ eum erãt à Galilæa, hæc vidẽtes.
Matt. 27. f. 57 marc. 15. d. 43 iohã. 19. g. 38. 'Et ecce vir nomine Ioseph, 'decurio, qui erat 50
vir bonus ac iustus:
Hic non consenserat cõsilio, ac facto eorum, o- 51
riundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorũ, qui expectabat & ipse regnum Dei:
Hic accessit ad Pilatũ, & postulauit corpus Iesu: 52
Har. 4. 33 Et depositum inuoluit sindone, & 'posuit illud 53
'in monumento quod erat in lapide excisum, in
quo nondum quisquam positus fuerat.
'Et dies erat Parasceue, & sabbatũ illucescebat. 54
'Subsequutæ autẽ mulieres quæ cum eo vene- 55
rant de Galilæa, viderunt monumentũ, & quem-

Erat autẽ ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terrã vsque in horam nonam.
Et obscuratus est sol, & velũ tẽpli scissũ est mediũ.
Et clamãs voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit.
Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deũ, dicens, Verè, hic homo iustus erat.
Et omnis turba eorũ qui simul aderant ad spectaculũ istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.
Stabant autẽ omnes noti eius à lõge: & mulieres quæ sequutæ eum erãt à Galilæa, hæc videntes.
Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus:
Hic non cõsenserat consilio & actibus eorũ, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei:
Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu:
Et depositũ inuoluit sindone, & posuit illud in monumẽto exciso, in quo nõdum quisquã positus fuerat.
Et dies erat parasceues, & sabbathum illucescebat.
Subsequutæ autẽ mulieres quæ cum eo venerãt de Galilæa, viderũt monumẽ-

ANNOT.

44 Erat autem ferè hora sexta,] Vide hæc in Matthæo, cap. 27. e. 45, & 51.
46 Pater, in manus, &c.] Istud exponitur eodem capite Matthæi, versu 50.
47 Quum vidisset autem, &c.] Eadem scribit Matthæus eodem capite, versibus 54. 55. 56.
50 Et ecce vir, nomine Ioseph,] De hoc Iosepho, vide Matthæum versu 57. Decurio] Βουλευτὴς hic nomẽ est dignitatis, nõ officii militaris: ac sonat ferme Senatorẽ, siue cõsultorem.
53 Posuit illud] Etiam in vetustioribus Latinis codicibus legitur ILLVD neutro genere. In monumento quod erat in lapide excisum] Græce, In monumento exciso, vt intelligamus solidum fuisse saxum, non compactile, aut structile, sed exculptum suo loco natiuo.
54 Et dies erat parasceue] Istud exponitur in Matthæo, versu 59, in fine annotationis in locum Iohannis, 19. g. 39, de Nicodemo.
55 Subsequutæ, &c.] De his mulieribus dictum est in Matthæo, versu 61.

tum, & quemadmodum pô-
ſitum erat corpus eius.
Et reuertentes parauerũt
aromata & vnguenta: & ſab
batho quidem ſiluerunt ſe-
cundum mandatum.

CAP. XXIIII.

VNa autẽ ſabbathi val-
de diluculo venerunt
ad monumentum, portãtes
quæ parauerant aromata,

Et inuenerunt lapidẽ re-
uolutum à monumento.

Et ingreſſæ non inuene-
runt corpus Domini Ieſu.
Et factum eſt: dum mente
conſternatæ eſſent de iſto,
ecce duo viri ſteterũt ſecus
illas in veſte fulgenti.

Quum timerent autẽ, &
declinarent vultum in ter-
ram, dixerũt ad illas, Quid
quæritis viuẽtem cum mor-
tuis?

Non eſt hîc, ſed ſurrexit.
recordamini qualiter loqu
tus eſt vobis, quũ adhuc in
Galilæa eſſet,
Dicens, Quia oportet Fi-
liũ hominis tradi in manus
hominum peccatorũ, & cru
cifigi: & die tertia reſurgere

Et recordatæ ſunt verbo-
rum eius.
Et regreſſæ à monumen-
to, nuntiauerũt hæc omnia
illis vndecim, & cæteris o-
mnibus.
Erat autem Maria Magda
lene, & Iohanna, & Maria
Iacobi, & cæteræ quæ cum
eis erant, quæ dicebant ad
Apoſtolos hæc.
Et viſa ſunt ante illos ſi-
cut deliramentũ verba iſta,
& non crediderunt illis.

admodum poſitum erat corpus eius.
56 Reuerſæ verò parauerũt aromata & vnguẽta:
ac ſabbato quidẽ quieuerũt ſecundũ præceptum.

CAP. XXIIII.

1 VNo autem ſabbatorum, profundo diluculo, Har. 4. 34
venerunt ad monumentum, portantes quæ Matt. 16. a. 1. ioh. 20. a. 1.
parauerant aromata, & nonnullæ cum illis.
2 Repererunt autem lapidem reuolutum à mo- Har. 4. 36
numento.
3 Et ingreſſæ nõ inuenerũt corpus Domini Ieſu.
4 Et factum eſt dum mente cõſternatæ eſſent de
hoc, ecce duo viri ſteterunt iuxta illas in veſtibus
fulgurantibus.
5 Quum expauiſſent autem, & declinarent vul-
tum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis
viuentem cum mortuis?
6 Non eſt hîc, ſed ſurrexit. recordamini vt dixerit
vobis, quum adhuc in Galilæa eſſet, Matt. 17. d. 22 marc. 9. c. 31.
7 Dicens, Quòd oporteret Filium hominis tra- ſuprà 9. e. 22.
di in manus hominum peccatorum, & crucifigi:
& die tertio reſurgere.
8 Et recordatæ ſunt verborum eius. B
9 Et regreſſæ à monumento, nuntiauerunt hæc
omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.
10 Erat autẽ Maria Magdalene, & Ioanna, & Ma
ria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dice
bant ad Apoſtolos hæc.
11 Et viſa ſunt apud illos ceu deliramentũ verba il
larum, neque crediderunt illis.

ANNOT.

1 Vno autem ſabbathorum,] De hac reſurrectione diligenter annotauimus in Matthæo, cap. 28. a. 1. Et nonnullæ cũ illis.] Græce auceps eſt, de viríſue dicatur, an de mulieribus, quòd τινὲς communis ſit generis.

4 Et factum eſt dum, &c.] Vide hæc eodem capite Matthæi verſu 5. In veſtibus fulgurantibus.] Matthæus verſu 3, Et erat aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentũ eius candidum ſicut nix. Noſter, veſtes fulgurãtes fuiſſe dicit, Matthæus faciem fulgurantem, & veſtes candidas, vt & Marcus.

5 Quid quæritis viuẽtem, &c.] Ordo eſt, Quid quæritis cum mortuis eum qui viuit? Matthæus habet, Scio quòd Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis.

6 Quum adhuc in Galilæa eſſet,] De morte ſua & reſurrectione præmonuerat eos Chriſtus, vt vides Matth. 17. d. 22, & Marc. 9. c. 31. Hæc explicantur Matth. 28. b. 6.

11 Et viſa ſunt apud illos, &c.] Hîc in diſcipulis Chriſti licet, tanquam in ſpeculo, cõtemplari quale ſit noſtrum ingenium. Si fabula narretur, obuiis vlnis amplectimur, vt obnoxii ſimus mẽdacio: vbi autem de veritate agitur, illîc tardi ſumus & ſurdi, illîc timemus periculum temeritatis. Huius rei exemplum hîc habemus. Quòd ſiquis dicat, fuiſſe mulieres: ſciat non

hic agi de mulierum authoritate, ſed de verbo Dei, qui id toties dixerat. Non ſunt igitur mulieribus increduli, ſed ipſi Chriſto. In hac præterea muliere à dæmoniis liberata annon habebant argumentum reſurrectionis Chriſti, in qua licebat eis, quoties eam intuebantur, Chriſti potentiam contemplari? Diligenter autem ex hoc loco obſerua, etiam ſi velimus data opera perire, tamen Chriſtũ non permittere: retrahit enim nos ab exitio, vt ſuos Apoſtolos mulieribus reſurrectionem ſuam anuuntiantibus non credentes, reduxit in viam.

Iohan.20.b.6 ‖ᐟPetrus autem ſurgens, cucurrit ad monumen- 12
tum, & proſpiciẽs vidit linteamina ſola poſita: &
abiit, apud ſemetipſum mirans quod acciderat.

Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum: & procumbẽs vidit linteamina ſola poſita: & abiit, ſecum mirãs quod factum fuerat.

Ha.4.37. Marc.16.c.12 ‖ᐟEt ecce, duo ex illis ibant eodẽ die in caſtellum, 13
quod aberat ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hie-
roſolymis, nomine Emmaus:

Et ecce, duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalẽ, oomine Emmaus:

ᐟEt ipſi confabulabantur inter ſe de his omni- 14
bus quæ acciderant.

Et ipſi loquebãtur adiouicem de his omnibus quæ acciderant.

Et factum eſt dum confabularẽtur, ac diſputa- 15
rent, & ipſe Ieſus appropinquãs ibat vnà cũ illis.

Et factum eſt dũ fabularentur, & ſecũ quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis.

ANNOT.

12 Petrus au. ſurgẽs, &c.] Vide iſtud in Matthæo, 28.a.1, poſt quartum verſum: expoſitionem autem huius loci pete ex commentariis D. Iohannis Caluini in Iohannem, cap.20.a.3.

13 Et ecce, duo ex illis ibant] Singuli Euangeliſtæ certas demonſtrationes veræ reſurrectionis Domini produxerũt: alii alias. Lucas deligit ſibi maxime euidentes: quarum præſens, inſignis, efficax, & mire iucũda eſt. Habet ea ſigna, habet experimenta ſenſuum, inſuper & Scripturarum confirmationem. Habet item mirabiles hominum affectiones, ſuaues cõſolationes, & dogmata pulcherrima. Hiſtorico more deſcribũtur, imò attingũtur ferè omnes circunſtantiæ, mira cum iucunditate. Scopus autem ad quem diriguntur omnia, hic eſt, Chriſtus vero ſuo corpore vere reſurrexit ex mortuis, & impleuit omnia quæ Prophetæ & Lex prædixerũt per Meſſiam complenda. Quinam fuerint duo illi de quibus hæc hiſtoria contexitur, variant ſcriptores in nomine alterius: alterius enim exprimitur, & appellatur Cleopas, quem Galilæum fuiſſe arbitrantur: cuius inquam à quo cognominatam putant Mariã Cleopæ. Alterum verò nominat Ambroſius Ammaonem, Theophylactus Lucam, Epiphanius autem ex traditionibus, Nathaáelẽ. Ex qua diuerſitate duo diſcẽda: alterum, fructu omni carere, id indagare quod tacuit aut celauit nos Scriptura. quæcũque enim ſcitu vtilia nobis erãt, prodidit omnia. Alterũ, Traditiones ſatis incertas eſſe, nec tuto his poſſe credi. Quòd ſtadiũ c x x v paſſus cõtineat, manifeſtũ eſt ex Plinio, lib.2. cap.23. Cæterũ Emmaus, dictio triſſyllaba, inflectitur à quibuſdã ſicut Ceraſus Ceraſuntis, vel Ceraſuntos, & Trapezus Trapezuntis, vel Trapezuntos: ita Emmaus, Emmauntis vel Emmaũtos. Plinius, & poſt illũ Hieronymus, videntur ſecũda declinationis forma inflectere. Idẽ in locis Hebraicis, Emmaus, ait, oppidũ erat vnde fuit Cleopas, cuius Lucas Euãgeliſta meminit. Hæc nũc eſt Nicopolis, inſignis ciuitas Paleſtinæ.

14 Et ipſi confabulabãtur] Colloquũtur duo hi diſcipuli (quos familiares Domini diſcipulos fuiſſe, ex hiſtoria colligere poſſumus) de eius paſſione potiſſimũ. Quũmq; ita colloquerentur, καὶ συζητεῖν, id eſt ſimul quærerent, aut diſputarent, eundo, aut conſectando aſſequutus eſt tandem illos Dominus, ac iam ibat vnà cum illis comes itineris. In quibus duo ſunt maxime obſeruanda. Prius, quòd medium ſe ingeſſerit illis Dominus quibus cordi ipſe eſt, & quorum colloquia de ipſo inſtituta ſunt. Poſterius, quòd veritas veri corporis ex mortuis exuſcitati in eo apparet, quòd appropinquans, tandémque more veri corporis ipſos aſſequens, cum ipſis ambulat. Non enim ſpiritus inſtar, rapidè: ſed vti corpora humana ſolent, per interualla mouetur Dominus. Tametſi enim corpus eius iam eſſet clarificatũ, omni ſcilicet infirmitate, corruptione, & moleſtia liberatũ, ſubſtãtia tamẽ ſua, ac proprietatibus veri corporis humani non erat exutũ. Clarificatione enim, ſiue glorificatione nõ ſubſtãtia & natura, ſed defectus naturæ & infirmitas tollitur. Quòd reſpiciens Auguſtinus, dixit, Venturus eſt in iudiciũ, quẽadmodum ire viſus eſt in cælum, id eſt in eadem carnis forma atque ſubſtantia: cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abſtulit. Iſti inquam (vt iam dictum eſt) inter eundum va-

rios miſcebant ſermones,ita vt fit,præſertim vbi quid mœroris eſt in animo.erāt enim morte Domini vehementer perturbati,& iam propemodum animum deſponderant, ac ſpem abiecerant.Tota autē confabulatio erat de Ieſu,déque rebus omnibus quæ viderant,quæque audierant ſuperioribus diebus.Amauerāt enim illum vt virum inſignem ac beneficū: & quanquam magna illa ſpes de reſtituendo regno Iſraelitico,propemodum exciderat animo,tamen iuuabat etiamnum defuncti memoriam mutua confabulatione refricare. Confuſis enim illorum animis,veluti quidam ſomnus obrepſerat, vt tanquam per ſomnum amarent cuius obliuiſci non poterant.Tandem illis multa inter ipſos de Ieſu commentantibus,& vltrò citróque differentibus,ecce lupus(quod dici ſolet)in fabula.Ieſus enim quod promiſerat,ſeſe futurum in medio,vbicunque comperiſſet de ſe colloquētes, etiam iuxta corporis præſentiam tum exhibuit quod iuxta Spiritum nūquam facere deſinit.Tāquam viator adiunxit ſe illis,& itineris ſocium præbuit, ſed ignota facie: non quòd nō haberet idem corpus quod habuerat ante mortē:ſed quòd ita,volente Ieſu,impeditus ſit illorū obtutus,ne quē cernebant,agnoſcerent.

Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoſcerent.

16 Ceterùm oculi illorum tenebātur , ne eum a-
gnoſcerent.

Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem , ambulantes,& eſtis triſtes?

17 Et ait ad illos, 'Qui ſunt hi ſermones quos con- C
fertis inter vos,ambulantes,& eſtis triſtes?

Et reſpōdens vnus cui nomē Cleophas,dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem,& non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his dieb⁹?

18 Ac reſpōdens vnus, cui nomen Cleopas,dixit
ei, 'Tu ſolus peregrinus es Hieroſolymis, neque
cognouiſti quæ facta ſunt illic his diebus?

Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerūt, De Ieſu Nazareno,qui fuit vir Propheta,potēs in opere & ſermone coram Deo & omni populo:

19 Quibus ille dixit,Quæ? Et dixerunt ei, De Ieſu
Nazareno, 'qui fuit vir Propheta,'potēs opere &
ſermone 'coram Deo & toto populo:

Et quomodo eum tradiderūt ſummi Sacerdotes & principes noſtri in dānationē mortis, & crucifixerunt eum.

20 Et quomodo eum tradiderūt ſummi Sacerdo-
tes,& principes noſtri in condemnationem mor
tis,& crucifixerunt eum.

ANNOT.

17 Qui ſunt hi ſer.] Diſſimulat Chriſtus quis ſit,& interrogat de colloquio,nō quòd ignarus eſſet,ſed vt hac via commode ad inſtitutū ſuum perueniat.Ac excipitur quidē & tractatur initio dure à diſcipulis. Vnde autē hæc triſtitia innata eſſet illis, colligi poteſt ex 21 verſu,vbi reſpondent,Nos autem ſperabamus eum eſſe illū qui redempturus eſſet Iſrael.Succeſſus nanque non erat talis qualem ſperabant.

18 Tu ſolus peregrinus es,&c.] Poſſet hæc ſentētia ſic reſolui, Tu ſolus es peregrinus qui nō cognoueris hæc.affirmatiue.Vel interrogatiue,An adeo hoſpes es,vt ignores,&c.Aut,Téne ſolum latuit quod per hoſce dies Ieroſolymis geſtum eſt, te illic agente? Aut, Tu ſolus hoſpes es Ieroſolymitanus,ignorans ea quæ nemo neſcit quātumuis aduena? Externi, ſcio, non ſolent inquirere ea quæ geruntur in vrbe in qua paucos tantum dies habitant: tamen ea tam nota ſunt,vt etiam ſi non inquiſieris ,notiſſima tibi eſſe debeant.

19 Qui fuit vir Propheta,] Nōdum penitus illis cognitum fuiſſe Chriſtum apparet ex eo quòd ei tantum Prophetæ nomen tribuūt.Atqui hoc erat minimum:nam præcipuū erat Redemptorē eſſe,cuius rei ſpes nōnulla in ipſis erat,tenuis valde.ideò vocant Prophetā.Fieri tamen poteſt vt vulgari more loquerētur,non vt ipſi in animo ſentiebant. Potēs opere & ſermone.] Opera vocat miracula. Quidam hic philoſophantur,quòd primum operis fiat mentio,dein ſermonis:quòd in Prophetis vitam excellere oporteat. Hæc quidē vere: ſed nihil ad hunc locum.Nam hic opus dicitur, propterea quòd Deus exeruit virtutem ſuam per ipſum. Huiuſmodi locus eſt in præfatione Actorum,1.a.1, De omnibus quæ cœpit Ieſus tum facere, tum docere.Potentem ſermone dicunt,quòd doctrina eius plena eſſet maieſtatis,vt facile poſſet intelligi eam à Deo profectam eſſe.Sic enim diſtinguūtur ii qui ſponte currūt,quòd non ſint virtute inſtructi:ſuos autem ita inſtruit Dominus,vt in illis appareat eius virtus. Coram Deo] Hic tollit omnem fucū:neque enim fuit ſimilis impoſtoribus,qui fumos venditāt apud homines:ſed re ipſa fuit Propheta declaratus talis apud homines.

'Nos autem ſperabamus eum eſſe illum qui re- 21
dempturus eſſet Iſrael:atqui ſuper hæc omnia ter
tius dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt.

'Sed & mulieres quædã ex nobis,attonitos red 22
didere nos,quæ diluculo peruenerunt ad monu-
mentum:

Et non inuento corpore eius,venerunt, dicen- 23
tes ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe,qui di-
cerent eum viuere.

Et abierunt quidam eorum qui erãt nobiſcum, 24
ad monumentum, & ita repererũt ſicut mulieres
dixerant:ipſum verò non viderunt.

Et ipſe dixit ad eos,'O ſtulti,& tardi corde ad 25
credendum 'in omnibus quæ loquuti ſunt Pro-
phetæ!

Nónne hæc oportuit pati Chriſtum,& intra- 26
re in gloriam ſuam?

'Et exorſus à Moſe & omnibus Prophetis, 27

21 Nos autẽ ſperabamus quia ipſe eſſet redẽpturus Iſraels & nũc ſuper hæc õnia,tertia dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt.

22 Sed & mulieres quædam ex noſtris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum:

23 Et non inuento corpore eius,venerũt, dicentes ſe etiam viſionem angelorũ vidiſſe, qui dicũt eum viuere.

24 Et abierũt quidam ex noſtris ad monumẽtum & ita inuenerũt ſicut mulieres dixerunt:ipſum verò non inuenerunt.

25 Et ipſe dixit ad eos,O ſtulti, & tardi corde ad credẽdũ in omnibus quæ loquuti ſũt Prophetæ!

26 Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?

27 Et incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis,inter-

ANNOT.

21 Nos autem ſperabamus,&c.] Hic videmus quanta fuerit in ipſis imbecillitas:quia crucifixum viderant, deſpondebant animum: atqui illud in confirmationem eſſe debebat. uam mors ipſa, redemptionis gratiam confirmat. vt non mirum ſit quòd Paulus crucem dicit eſſe ſcandalum,1.Corinth.1.c.23. Si igitur vere ſperare volumus in Chriſto, non oportet nos carnis ſenſum ſequi,ſed ſimpliciter doctrinã ipſam amplecti,vt in morte vitam apprehendamus.

22 Sed & mulieres quædã ex nobis,&c.] An hæc iuſta eſt perturbationis cauſa? Gratias potius Domino agere debebãt,quòd hoc illæ intelligerent. Hinc videmus quàm tardi ſimus ad credendũ Deo,ſiue loquatur,ſiue operibus demõſtret.Toties ſe reſurrecturũ dixerat Chriſtus: hic ſigna monſtrantur: & tamen non credunt.Singulare igitur Dei beneficium eſt,cor aperiri nobis ad recipiendum verbum eius.Loquetur centies,nullam tamen apud nos fidem reperiet,donec ſibi eam faciat.

25 O ſtulti,& tardi corde] Obiurgat ſatis dure : quanquã iſta non eſt obiurgatio,verum potius amica admonitio,licet verba habeant multum aſperitatis.Tali ſanè aſperitate opus habebant,vt expergefierent: ſocordes enim erant. Blande nos allicit Dominus quãtum poteſt: vbi autem non proficit tali genere ſermonis,aſperius agit.Vnde autem hoc,niſi ex ſolicitudine quam de nobis habet? Patiẽter ergo tam obiurgationes,quàm amicas Dei monitiones ſuſtineamus.Quantum in nobis eſt,omnes blande adducamus ad ipſum,& ſine acerbitate: vbi autem videbimus nos nihil proficere, ſeueriores eſſe oportet, ſed interim vt animus nihil habeat amaritudinis. Quærat quis, Annon hoc eſt conuitium, O ſtulti, & tardi,&c.Eſſet quidem, ſi Chriſtus non conſuleret eorum vtilitati. Quum tales obiurgationes ex charitate proficiſcuntur,non ſunt pro conuitiis habẽdæ.Quando Chriſtus dicit,Qui dixerit, Fatue, &c. Matth.5.c.22, intelligitur, quũ id proficiſcitur ex iracundia. Non ex verbis igitur id iudicandum,ſed ex affectu. In omnibus quæ loquuti ſ.Prophetæ!] Arguit eos quòd non credant omnibus quæ dicta erant à Prophetis.Quàm prodigioſi ſumus,quum reuocare in dubium audemus ea quæ à Deo nobis dicuntur.Hoc ſane etiam atque etiam notandum:neque enim hominum dementia ſatis argui poteſt, quum Deo fidem habere nolunt. Quot videas hodie qui patiuntur ſe ab aſinis regi:quibus ſi doctrina Dei proponatur,multíſque rationibus illis ſatiſfiat:omnia tamẽ reiiciũt?Vbi id videmus,more Chriſti obiurgemus,ſed ſine amarulẽtia:miſereátque nos ipſorum,qui malunt iugum tyrãnicum ſubire,quàm verbo Dei morem gerere.

27 Et exorſus à Moſe] Reuocat eis in memoriam quid de ipſo cõtineatur in Prophetis. Facile eſt verbum Domini iactare,ſed oſtendere oportet quid in Lege & Prophetis cõtinea-

tur. Quod facit Christus: nec enim nominat tantũ Prophetas, sed & quid in illis contineatur, ostẽdit. Esset quidem optandũ vt ista Christi narratio extaret: non tantũ certe laboraretur in interpretatione Scripturarum, quia valde obscura sunt quæ de Christo in illis habẽtur. Sciamus autem Dominũ voluisse tantum extare quantũ opus erat: voluit enim diligentiã nostram acui. Quanquam Apostoli, quomodo intelligendæ essent Prophetiæ, satis explicuerint; non omnes, scio, locos enarrant: sed clauem præbent, ne cõqueramur, eas nobis ignotas esse. Non hic insistemus colligendis testimoniis: nam obsecro quis tandem finis? Tãtum hoc notemus, si velimus perfectã Christi cognitionẽ habere, non modo Apostolorũ scripta esse legenda, sed ex Lege & Prophetis petendam esse. Ne ergo damnemus Legẽ & Prophetas, vt impii quidã, qui Nouum testamentum sufficere docent: sed discamus, hoc Nouum cum Vetere coniungere, vt perfecte cognoscamus Christũ: nã Christus exorsus est à Mose & omnibus Prophetis. Quæ autem Scripturæ loca, & qua ratione sint à Domino hisce duobus discipulis tum adducta, tum explicata: ex iis quæ ab ipso de se & citata & interpretata Euangelistæ sparsim memorãt, quæque ad astruendã fidem eius Apostoli quoque suis sermonibus atque scriptis testimonia accersiuerunt, cognoscere licet. Quæ loca siquis videre cupiat, legat indices duos quos Nouo testamento Latinogallico præposuimus, ne hic repetere cogamur.

pretabitur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.

'interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.

Et appropinquauerũt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire.

28 Et appropinquauerunt castello quo ibant: '& ipse præseferebat se longius ire.

Et coegerũt illum, dicentes, Mane nobiscũ: quoniam ad vesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

29 'Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiscum: quoniam vergit ad vesperã, & inclinatus est dies. Et intrauit vt maneret cum illis.

Et factũ est dum recumberet cũ eis, accepit panẽ, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

30 'Et factum est dum accumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. E

Et aperti sunt oculi eorũ, & cognouerũt eum: & ipse

31 'Et aperti sunt oculi eorum, & agnouerũt eum:

ANNOT.

Interpretab. illis, &c.] Paulo post dicunt duo isti peregrini, versu 32, Et aperiret nobis Scripturas.

28 Et ipse præseferebat se longius ire.] Christus nondum se illis manifestauerat, id est loquebatur eis tãquam ignotus: fingit se longius pergere, vt experiatur quid habeant in animo. Non quod ignoraret: sed ita agit Deus nobiscum; examinat nostros affectus vt declaremus externo aliquo testimonio quid intus reconditũ habeamus. Quærunt hic nonnulli, An Christus suo exemplo excuset simulationẽ. Quibus respondetur, Nobis protinus non licere quod illi licuit. Licet enim habeamus in illo veræ perfectionis exemplum, nõ debemus tamen omnia nobis permittere quæ ipsi licuerunt.

29 Et coegerunt] Id est sedulo instarunt, persuaserunt, & precibus perpulerunt. sequitur enim, Mane nobiscum, &c. Inhumanum, imò barbarum fuisset, renitentem comitem vi adigere, & pertrahere in hospitiũ. Commẽdatur autem in discipulis vniuiuis nostrûm humanitas, & gratitudo, hospitalitásque in Domino verò nõ difficilem se præbente, moderata ciuilitas. Nam Christianismus non est barbaries & rusticitas.

30 Et factum est dum accumberet] Multi putant fuisse hanc sacram Cœnam: vt etiam Papistæ hunc locum arripiunt, quum volunt populum altera parte sacramenti fraudare. Sed illud nugatorium est. Iam enim si concedatur, sacram fuisse Cœnam, scimus non aliter administrasse quàm instituisset. Synecdoche autem est, quum panis tãtum administratur. Verùm mouentur nimis leui coniectura. Potius existimãdum est, Christum discubuisse ad vulgarem cœnam: nihil hic de spirituali mysterio. Dices, Agnitus est Christus: agnosci non potuit sine singulari symbolo. Certum quidem; verùm Christus certã benedictionis formã habuit quæ discipulis nota erat, ex qua ab ipsis agnitus est, non ex sacramenti administratione. Sequenti versu 35, dicitur, Agnitus ipsis ex fractione panis.

31 Et aperti sunt oculi] Notãdum est, Dominum quoties voluerit, tenere nostros oculos vt aspectus non sit aspectus, nec possimus dignoscere quod est ante oculos nostros: omnes facultates nos deficere, nisi Dominus nobis earum vsum concedat.

'& ipſe ſubduxit ſeſe à conſpectu eorum.
Et dixerũt inter ſe, 'Nónne cor noſtrum arde- 32
bat in nobis, dum loqueretur nobis in via, '& ape
riret nobis Scripturas?
'Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt Hiero- 33
ſolymam, & inuenerunt congregatos Vndecim,
& eos qui cum illis erant,
'Dicentes, Surrexit Dominus verè, '& apparuit 34
Simoni.
Et illi narrabant quæ geſta erát in via: & quo- 35
modo fuiſſet agnitus ipſis 'ex fractione panis.

euanuit ex oculis eorum.
Et dixerunt ad inuicem, Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?
Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inuenerũt cõgregatos Vndecim, & eos qui cum illis erant,
Dicentes, Quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.
Et ipſi narrabant quæ geſta erãt in via: & quomodo cognouerunt eũ in fractione panis.

ANNOT.

Et ipſe ſubduxit ſeſe,] Græce, Et ipſe non apparens, ſiue inconſpicuus factus eſt ab eis: ſiue diſparuit, non amplius viſus ab eis. Magis congruebat huic loco dicere, Deſiit illis eſſe conſpicuus: non (vt vetus interpres) euanuit. Nã de fumo & ſpectris apte vtimur euaneſcendi verbo. Hic autẽ non de ſpectro, ſed vero corpore fit mẽtio. Et vt ab oculis eorum repente euanuerit, virtutis Dei eſt, non vmbræ aut phantaſmatis. Alioqui & ante reſurrectionem quum eduxiſſent eum de Nazareth, vt præcipitarent de ſupercilio montis, trãſiuit per medios, id eſt de manibus eorum elapſus eſt.

32 Nónne cor noſtrum] Qui non agnoſcebant, nunc ſentiunt, nunc demum agnoſcere incipiunt. Si ardebat cor, quomodo nõ videbant Chriſtũ? Hic iterum imbecillitas noſtra nobis ob oculos ponitur, quum non vident quod experiuntur. Sic virtutẽ Dei aliquando experimur, tametſi intelligentia nõ percipiamus, non fruſtra tamen agit, nam ſequitur profectus. Hoc nos humiliare debet, quũ agnoſcimus ingenii noſtri ſtupore nos impediri vt nõ intelligamus quod in nobis agit Dominus. Colligimus etiam ex his verbis, Ardebat in nobis, verbi Dei efficaciã, quũ Dominus inſtillat Spiritũ. nam ꝙ nónnulli opponunt, nimiũ tribui verbo externo, exiſtimantes hoc pacto derogari virtuti Spiritus: fallũtur: non enim ſeparatur verbũ à Spiritu, qui verbo dat efficaciam. Nota etiam, nos non ſemper vim illam ſentire. nam quum Dominus agit in nobis, hoc non percipimus niſi temporis ſucceſſu. Iſti non animaduertebãt illũ ardorem loquẽte Chriſto: poſtea tamen redit in memoriã. Ita non ſemper ſentimus vim illã agentem: ſed vbi tẽpus aduenerit, facit Dominus vt radix illa quæ agebat in nobis, fructificet. Et aperiret nobis Script.] Verſu 27 dixerat Lucas, Et interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo erãt. Hinc videmus, Interpretari & Aperire Scripturas, nihil aliud ſignificare quàm docere Ieſum eſſe Chriſtum illum promiſſum ſaluatorem in Scripturis.

33 Et ſurgentes eadem hora,] Facile eſt cõiicere, iſtos prætermiſſis rebus omnibus ſuis feciſſe quod magis neceſſariũ erat, quãdo annuntiauerunt aliis diſcipulis ſurrexiſſe Dominum: hoc enim tanti erat momẽti, vt nihil eius comparatione, eſſet magnifaciendum. Proinde hoc exemplo monemur, vt quoties de gloria Domini agitur, omnia alia omittamus, etiã quicquid noſtra priuatim intereſt. Hinc etiam docemur, non ſatis eſſe Domini gloriam vulgare, ſed opus eſſe ſedulitate: ne quis in craſtinum differat quod hodie potius curandum erat.

34 Dicẽtes, Sur. &c.] Accuſatiui caſus eſt ΛΕΓΟΝΤΑΣ, & refertur ad Apoſtolos nõ ad peregrinos illos. Quòd dicit Apoſtolos crediſſe Dominum ſurrexiſſe, quum dicunt, Surrexit, &c. videtur contrarium eſſe ei quod Marcus, 16. c. 13, ſcribit, his verbis, Et illi abierunt, ac renuntiauerunt reliquis: nec iis illi crediderunt. Verùm id ita accipiẽdum eſt, quòd aliqui crediderunt, aliqui verò fuerũt increduli. Scriptura enim quoties de diuerſis hominibus loquitur, in quibus ſint diuerſi affectus, generaliter loquitur in vtranque partem. Et in hac expoſitione nihil eſt coactum: imò hic verus eſt Scripturæ vſus. Quod ergo dicit Marcus, ſic accipiendũ eſt, quòd fuerint inter diſcipulos aliqui obſtinati: quod verò noſter dicit, de parte intelligi debet, quoſdam inter diſcipulos fuiſſe qui vere crederent Chriſtum reſurrexiſſe.

35 Ex fractione panis.] Id eſt ex benedictionis forma ſolenni ipſi Chriſto antequam panem frangeret.

Dum autē hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorū, & dicit eis, Pax vobis: ego sum, nolite timere.
Conturbati verò & conterriti, existimabāt se spiritum videre.
Et dicit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?
Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.
Et quū hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.
Adhuc autem illis nō credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hîc aliquid quod manducetur?

36 ‖'Dum autem hæc loquūtur, 'stetit Iesus ipse in Har.4.38
medio eorum, & dicit eis, 'Pax vobis. Marc.15.c.14 Iohā.20.c.19.
37 'Expauefacti verò & conterriti, existimabant
se spiritum videre.
38 Et dixit eis, Quid turbati estis, & 'cogitationes F
ascendunt in cordibus vestris?
39 'Videte manus meas & pedes meos, quia ego
ipse sum: cōtrectate me, & videte, quia spiritus car
nem & ossa non habet, sicut me videtis habere.
40 'Et quū hæc dixisset, ostēdit eis man' ac pedes.
41 Adhuc autē 'illis non credentibus præ gaudio,
& mirātibus, dixit eis, Habetis hîc aliquid edulii?

ANNOT.

36 Dum autem hæc loquuntur] Incertum est an eadem sit historia quæ apud Iohannem, 20.c.19, quòd ingressus sit ianuis clausis. eadem quibusdā esse videtur. Stetit] Id est protinus illic apparuit, non modo certe naturali, vt annotatum est in illum locū Iohannis. Quoties autem apparuit discipulis, toties suæ potentiæ specimen edidit. Pax vobis.] Vulgaris Hebræis salutatio: qui pacis nomine quicquid fœlix & faustū esset, & ad summā fœlicitatem pertineret, comprehendebant. Pax enim, præcipuum bonum est. Non est hîc igitur philosophandū, vt nōnulli ignorantia linguæ faciunt. De hoc etiā in Iohanne dictū est à D. Caluino.

37 Expauefacti verò, &c.] Mira fuit in discipulis stupiditas: toties audierant resurrexisse, nūc conspiciunt: nec tamen credūt. Spiritum esse existimāt, id est quid uis potius quàm quod erat. Hinc agnoscimus quantum simus ad mendacium propensi, quantúmque auersa sint ingenia nostra à veritate. Cur autem spiritum esse putabant, nisi quòd spiritus non videtur? Spiritum pro visione posuit. nam spectra non sunt prorsus nihil. nam quū nobis illudere volunt dæmones, corpora induūt. similiter quum Deus angelos mittit, corporibus eos induit prout vult. Putabant ergo spectrum esse, quale apparere solet quum angeli à Domino mittuntur.

38 Cogitationes ascendunt in cord. vest.] Hebraismus est, pro Quid cogitatis in animis?

39 Videte manus, &c.] Istud Videre, non refertur ad oculos, sed potius ad considerationem mentis: acsi dicat, Agnoscite ex manibus & pedibus me esse. Probat se spiritum nō esse: quia corpus palpari potest, Spiritus non item: tātum erat gloriosum. Non fuit igitur in substantialibus immutatio, vtcunque accidentia immutata essent. Quicquid est essentiale, sine quo non potest corpus constare, manet in corpore Christi: distinguitur enim à spiritu.

40 Et quū hæc dixis.] Certum est tunc adhuc extitisse signa clauorū in manibus ac pedibus Christi. Sed hoc (inquiet aliquis) nō videtur cōgruere vt in corpore glorioso, post resurrectionē apertura vlla amplius restaret. Respōdemus, Christū, resurrexisse nobis, hoc est in vtilitatem fidelium. Quicquid igitur nobis proderat, voluit retinere: idcirco quia id futurum erat ad cōfirmationem Apostolorū, id retinuit. Gloriosum est in Christo quicquid est nobis salutare. Quòd siquis amplius inquirat, an nunc etiam cicatrices habeat: illis respōdeatur, non vltrà iis esse opus, neque ingrediendas esse quæstiones istas superfluas.

41 Illis non credentibus præ gaudio,] Videntur hæc pugnare, quod gauisi fuerint, & non crediderint. Vnde autem gaudiū? nam si non credebant, necesse erat eos mœrore confici. Sed voluit Lucas hîc exprimere affectum qualem ipsi quotidie experimur. Quum aliquid admirabile & iucundum audimus, mox extra nos rapimur. Tale fuit signū in Abraham, Risit. deinde, Putásne cētenario nascetur filius? Gene.17.c.17. tamen nō reprehēditur. Risus Saræ reprehenditur: quia ex infidelitate manabat. Ita raptus erat Abrahā, vt non satis sibi constaret. Talis affectus fuit in discipulis. quòd si non adiungeretur Præ gaudio, adhuc incredulos fuisse illos cogitare possemus: sed ita admirabantur, vt ferè extra se essent. Obserua autem quāta sit Christi erga suos indulgentia: vt eos cōfirmet, vult comedere. Nō quòd esuriret: sed quēadmodum retinuit cicatrices, ita voluit edere, id est voluit suscipere ea omnia quibus opus non habebat, nisi in gratiam suorum. Videmus præterea quanta sit nostra imbecillitas, etiam vbi claræ sunt

promiſſiones: Dominus tamē cōfirmat nos aliis atque aliis adminiculis. Quorſum enim Baptiſmus & Cœna, multáque alia, niſi vt eſiórmemur? Hæc Chriſti bonitas, diligēter profectò gnoſcenda eſt, quòd noſtræ infirmitati ſubuenit: & ſubſidiis quæ ſunt accōmoda, erigit. Siquis interroget, Quorſum perueniret cibus ille? Quæſtio ſanè curioſa. nā vt in poteſtate Dei ſunt corpora, ita cibus. Angeli quum veniſſent ad Abraham, edebant, Gene.18.a.8, non quòd indigerēt. Quia autē res iſtæ ſunt incognitæ, ſtultum eſt in iis cogitationibus verſari. Sufficiat illa ſolutio, fuiſſe in poteſtate Dei in nihilum redigere, cuius eſt omnia creare ex nihilo.

At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & *aliquid* 42
de fauo apiario.
Et accepit, & in conſpectu illorum comedit. 43
Ha.4.41. ‖ 'Et dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ loquutus 44
ſum ad vos, quum adhuc eſſem vobiſcum: 'quòd
neceſſe foret impleri omnia quæ ſcripta ſunt in
Lege Moſis, & Prophetis, & Pſalmis, de me.
G 'Tunc aperuit illorum mentem, vt intelligerēt 45
Scripturas.
‖ Et dixit eis, 'Sic ſcriptum eſt, & ſic oportebat 46
Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertio die:
'Et prædicari nomine eius pœnitētiam, ac re- 47

At illi obtulerūt ei partē piſcis aſſi, & fauum mellis.
Et quū māducaſſet coram eis, ſumēs reliqas, dedit eis.
Et dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos, quum adhuc eſſem vobiſcum: quoniā neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.
Tūc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas.
Et dixit eis, Quoniam ſic ſcriptū eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die:
Et prædicari in nomine eius pœnitētiam & remiſ-

ANNOT.

44 Et dixit ad eos,] Iam confirmat eos in rebus maioribus: diſſerit enim de ſuo officio, & cauſa reſurrectionis ſuæ. Eſt nanque aliquid, credere hiſtoriā mortis & reſurrectionis Chriſti: præcipuum verò eſt intelligere cauſam. quare altius conſcendit quū demonſtrat oportuiſſe impleri quicquid de ſe prædictum erat. q.d. Nō oportet vos hærere in iſta carnali præſentia, ſed cōſiderare quorſum venerim. Reuocat ad Scripturas. Partitur autem Vetus teſtamentum in tres partes: aliquando in duas, vt ſuprà verſu 27, ſed tunc Dauid comprehenditur inter Prophetas, & integra eſt partitio. Chriſtus nūc adiungit tertiū membrū, ſenſu licet non diuerſo. Quòd neceſſe foret impleri omnia, &c.] Hic Scripturæ elogiū habemus: acſi diceret Chriſtus, Pater nō eſt ſimilis hominibus, qui multa promittat, & pauca præſtet. nam iota vnū nō præterit ex promiſſis. Hoc ſane notandū, quòd ſæpe multa occurrant quæ nos ad diffidentiam ſollicitent: ſed tamen poſſumus conſtituere quod Deus promiſit, certo impletum iri, quia Deum mentiri ſit impoſſibile. Neque vero tātum agitur hîc de perſona Chriſti, ſed de toto eius regno. Sunt igitur nobis omnia quæ ſcripta ſunt, tā certa, quàm ſi adimpleta eſſent.

45 Tunc aperuit il. mentem,] Hinc colligamus, fruſtrà de regno Chriſti mentionem fieri, niſi Dominus aperiat hominum mentes vt recipiant quod illis dicitur: fruſtra funduntur verba, vbi mens clauſa eſt. ſolus autem eſt qui aperit per Spiritum ſuum, qui eſt clauis intelligentiæ. Quorſum igitur (inquies) miſſus eſt poſtea Spiritus ſanctus? Reſpondeo, Deum agere paulatim in nobis, & per gradus. Aperuit ſuis mentes quantum opus fuit pro tempore, & diſtulit plenam illuminationem vſque ad miſſionem Spiritus ſancti. Quorſum verò ea opus habuerunt? Quòd toti mundo reſiſtendum eſſet.

46 Sic ſcriptum eſt, & ſic oportebat, &c.] Hinc non vulgaris conſolatio, quòd longe antè prædictum fuerit quod factū eſt in Chriſto: quamuis infinitis miraculis ſe patefecerit, tamen hoc ita certum non eſſet quàm quum per Prophetas prædictum videmus. Quum enim omnes Prophetæ prædixerint, & impletum legamus quod prædixerunt: eximitur omnis dubitatio. Locus ſane diligenter notandus, & conſiderandus ſumma attentione animi.

47 Et prædicari nomine eius pœnitentiam,] Quid ſit pœnitentia, vide Matth.3.a.2. Sed & cap.28.d.19, dictum eſt nonnihil de expoſitione huius verſus. Parum eſſet hiſtoriam Euangelii noſſe, niſi etiam fructus adiungeretur: propterea adiungi oportuit prædicationem pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum. Duobus his membris ſumma Euangelii comprehenditur: quorum primum eſt pœnitentia, in qua diligentes eſſe debemus: nam hactenus ſepultam fuiſſe huius definitionem videmus. Mirum ſanè fuit ſatanæ artificium, res magni momenti euertere, aut obſcurare: de rebus autem nihili non eſſe anxiū: quod profectò in hac pœnitentia

fecit, altera parte Euangelii, vt dictum est. Nam Paulus dicit, non bene nosci Christum sine doctrina pœnitentiæ & regenerationis. Pœnitere, siue Conuerti ad Deum, mortificationem siue abnegationem nostri continet, & vitæ renouationem. Hæc autem pœnitẽtia gignitur in nobis ex timore Dei: quãdo ad ipsum totam vitam nostrã referimus, & incipimus nobis displicere. Hinc ille dolor de quo Paulus in secunda ad Corinthios, 7.b.9, Gaudeo quòd contristati estis ad pœnitentiam: nam contristati estis secũdum Deum. Ex huiusmodi dolore fit vt nobis renuntiemus, & addicamus nos totos in obsequiũ Dei. Fructus autem pœnitentiæ, sunt omnia bona opera sanctorũ: quum scilicet hoc habemus propositũ, vt placeamus Deo. Vnde illud Iohannis, (Matth.3.b.8) Facite fructus dignos pœnitentia. Alterum membrum Euangelii est peccatorum remissio. Qui hæc tenet, nihil ignorat quod ad agnoscendum Christum sit vtile, summámque habet salutis. & ad hæc duo capita referrã debet quicquid in Euãgelio cõtinetur. Hæc summo studio tenenda sunt: frustra nanque multa legimus, nisi certum scopum habeamus. Neque verò mirandum est si Christus tanti facit peccatorum remissionem: venit enim vt eam cõsequeremur per sanguinem suum, factus nobis iustitia, per quã accepti sumus Deo, & inter eius filios censemur. Quisquis igitur Euangeliũ recte prædicare volet, hæc duo prædicet oportet, si fideliter Christo seruire voluerit, & illi ædificium construere. Porrò, prædicatur pœnitentia in nomine Christi, quum per Euangelii doctrinam audiunt homines suas omnes cogitationes, suos affectus, sua studia corrupta & vitiosa esse, propterea oportere vt renascantur, si velint ingredi in regnũ Dei. Remissio peccatorum prædicatur in nomine Christi, quum docentur homines Christum sibi factum esse redemptionem, iustitiam, salutem, & vitam: cuius nomine, gratis, in Dei conspectu iusti habeantur, & innocentes.

sionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.

missionem peccatorum in omnes gẽtes, initio facto ab Hierosolymis.

Vos autem testes estis horum.

48 Vos autem estis testes horum.

Et ecce ego mitto promissum Patris mei super vos,

49 Et ecce ego mitto promissum Patris mei super Iohã.15.d.26. act.1.a.4.

ANNOT.

In omnes gẽtes.] Istud Iudæis absurdũ videbatur, quòd inualuisset opinio vnã esse gẽtem quæ particeps esset salutis, cæteris exclusis. Addit tamen INITIO FACTO AB IEROSOLYMIS. nam licet etiam Gentibus vita æterna denuntiaretur per Christum, & in eius familiam admitterentur, Iudæi nihilominus retinebant suum ordinem & primatum in Ecclesia. Paulus demonstrat Iudæos semper fuisse primogenitos, nos autem cooptari in societatem illorũ, ita tamen vt exordiũ fiat ab ipsis. Obserua autẽ vt Christus confirmat prædicationem Euangelii ex eo quòd dicit hæc scripta fuisse à Prophetis, nempe Oportere prædicari pœnitentiam, &c. Nam Prophetæ vbi de Christo loquuntur, statim delabuntur ad pœnitentiæ doctrinam: vt in Ieremia, cap.31.e.31, vbi dicit, Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, &c. Paulo pòst, cap.35.c.13, subiungit, Nunquid non recipietis disciplinã, vt obediatis verbis meis? Mox versu 15, Misi ad vos seruos meos Prophetas, cõsurgens diluculo, mittẽsq; & dicens, Conuertimini vnusquisque, &c. De remissione peccatorum vbique occurrũt testimonia: nulla fere pagina in qua nõ occurrat de redemptione sermo per Messiam futura. Declarant etiam ab Ierosolymis initiũ fieri, quum dicit Esaias, 2.a.3, De Sion exibit Lex, &c. nam locus ille est de regno Christi. Nihil igitur hîc legimus quod nõ extet apud Prophetas: vnde non mirum si Christus dicat fuisse prædictum.

48 Vos autem estis testes horum.] Iam iniungit officiũ Apostolis: acsi dicat, Prædictum est vt Euangelium prædicetur per totum orbem: hoc munus implebitis, vestræ partes erunt, vos eritis organa. Hæc exponũtur vltimo capite Matthæi, vltimo versu, ex primo Actorum, vbi versu 8 dicitur, Accipietis virtutem Spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes non solum Ierosolymis, verumetiam in vniuersa Iudæa, Samariáque, denique vsque ad extrema terræ.

49 Ecce ego mitto.] Præsens pro futuro, mittam. Non præter causam videtur admodum difficilis functio, prodire videlicet in orbẽ, & apud omnes gentes testari quod omnibus quidem nouum & absurdũ esse videtur. Deterret enim pro lege recepta consuetudo, sapientũ in recepta religione & cõsuetudine cõsensus, furor & barbaries vulgi, potentia & sedulitas principum, ipsa denique simplicitas & imperitia ministrorum, qui homunciones erant, nullius doctrinæ, neque authoritatis, neque ingenii. Addit ergo cõsolationem Dominus, acsi dicat, No-

lite cõsiderare quales sitis: quia mittam ad vos Spiritum Patris. Spiritum sanctum vocat promissionẽ Patris, qnia illũ per Prophetas promiserat Deus: vt Esa.44.a.3. Ezech.36.f.26. Ioel 2.g.28. Eò referas licebit illa quoq; quæ à Iohãne scribũtur, cap.14.b.16, & 15.d.26, & 16.a.7.

vos: 'vos autem sedete in ciuitate Ierusalem, 'quo-
adusque induamini virtute ex alto.

vos autẽ sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

Har.4.41 |'Eduxit autem eos foras vsque in Bethaniam: 50
& sublatis in altum manibus suis, benedixit eis.

Eduxit autẽ eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis.

Marc.16.d.19 act.1.b.9. |Et factum est, quũ benediceret illis, recessit ab 51
eis, ac ferebatur in cælum.

Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.

Et ipsi adorato eo regressi sunt Hierosolymam 52
cum gaudio magno.

Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno.

Et erant semper in templo, laudãtes & bene- 53
dicentes Deum. Amen.

Et erant semper in templo, laudãtes & benedicentes Deum. Amen.

ANNOT.

Vos autem sedete, &c.] Obiicere potuissent, Desunt nobis vires. Respondet, Quiescite igitur: qnia nõdum aduenit tempus. postquam antem instructi fueritis Spiritu sancto, incipietis exequi quod nunc mando vobis. Quoadusque induamini virtute ex alto.] Alludit ad res bellicas: tropum autem explicat, quum addit, Virtute, siue potentia ex alto, hoc est Spiritu sancto quem mittam vobis à Patre qui in altis habitat. Armabo, inquit, & panoplia induã, nimirum virtute confirmans & corroborans vos cælesti, qua abunde instructi sitis omnigenis facultatibus aduersus omnes hostes vestros. Hæc eadem Lucas repetit in principio suæ historiæ Actorũ, a.4, vbi dicit, Et congregans illos in idem loci, præcepit eis ne discederent ab Ierosolymis: Sed vt expectarent promissum Patris, Quod (inquit) audistis ex me. Mox seipsum exponens quid vocet promissionem Patris, dicit, Quoniam Iohannes quidem baptizauit aqua: vos antem baptizabimini Spiritu sancto nõ post multos hos dies. Virtutẽ ex alto, & promissionem Patris interpretatur hîc Spiritum sanctum.

50 Eduxit autem eos foras, &c.] Hæc omnia vsque ad finem, explicantur in fine Matthæi ordine historiæ, ex Marco, Luca, Iohanne, & primo Actorum, vbi hæc repetit Lucas.

EXCVDEBAT ROBERTVS STEPHANVS IN SVA OFFICINA ANNO M. D. LIII. IDIB. IAN.



